DECISIONVM
NOVISSIMARVM
DIVERSORVM
SACRI PALATII
Apostolici Auditorum,

Volumen Secundum.

OPVS SANE' PERQVAM VTILE, ET IN FORO VERSANTIBVS SVMME' NECESSARIVM.

His accessit practica quædam notabilium quorundam eiusdem Rotæ perpetuò quidem memoriæ commendanda.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

Omnia nunc recens in lucem edita, & à mendis accuratissimè repurgata.



LVGDVNI,
Sumptibus Petri Landry.
M. DCIIII.

AD LECTOREM
IN OPERIS COMMENDATIONEM HENDECASYLLABVM.

QVa fert officium Rotæ verendum
Caussis iudicia, hæc habet Senatus
Romanus sapientiora cunctis,
Et summus rata Pontifex reseruat:
Qui omnis quoq; iure consulentum
Suffragatur eis vbique cœtus.
Vt námque inclita bellicæ reliquit
Virtutis documenta magna Roma,
Sic hos illa dedit modos quietis
seruandæ in populis, volens tueri
Cuique iudiciis suum ferendis.
Qui caussarum igitur forum petentum
Vult discrimina ritè iudicare,
Et decidere iure scire lites,
Proponat sibi comparétque libros
Plenos iudiciis Rotæ virorum
Romanæ genere hoc satis probatos,
Sic exempla fori ista si applicabit
Caussis, iustitiæ decus sequetur.

NOVISSIMARVM DECISIONVM DIVERSORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM,

Pars Secunda.

CANTVCCII.

Albarazinensium portionum. Die Veneris, 17. Decembris, 1574.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta ante litem motam non potest dici attentata.*

2 *Attentata sine lite non dantur, & nu. 14.*

3 *Episcopus conferendo beneficium alicui, & decernendo pro eodem mandatum de immittendo in possessionem dicti beneficij ante litem motam non dicitur attentasse.*

4 *Lis quoad actorem dicitur introducta per commissionem caussæ & decretum citationis.*

Fallit quoad reum, nu. 5. & 15.

6 *Possessio capta post decretum citationis, ante tamen eius executionem, non dicitur attentata.*

7 *Attentatis locus esse non potest ante executionem citationis & inhibitionis, licèt decreta sit citatio & inhibitio.*

8 *Citatio executa contra officialem à capitulo sede vacante deputatum, non afficit Episcopum.*

9 *Capitulum sede vacante in litigiis non solùm non succedit in locum Episcopi, sed expressè prohibetur se in illis intromittere.*

10 *Capitulum non succedit sede vacante, in his, quæ ad Prælatum pertinent.*

11 *Sede Episcopali vacante nulla caussa ad eam spectans agitari potest, nec etiam per œconomos à capitulo sede vacante constitutos.*

12 *Sede Episcopali vacante capitulum potest litigare pro defensione iurisdictionis Episcopi.*

13 *Capitulum sede vacante in iurisdictionalibus succedit in locum Episcopi.*

15 *Reus etiam si sciuerit commissionem caussæ & decretum citationis, dummodo citatio non sit exequuta, lis quoad eum non dicitur.*

16 *Facta à reo ante executionem citationis non possunt dici attentata.*

17 *Reus ignorans decretum citationis excusatur ab attentatis.*

Si autem sciat, dissimulare potest se nescire, num. 18.

19 *Citatio debet plenam continere instructionem.*

20 *Scientia quam reus per citationem nanciscitur, plena esse debet.*

21 *Scientia citationis in genere, non sufficit ad inducendam litem & illius ratificationem, sed specialis requiritur cum omnibus suis qualitatibus.*

DECISIO I.

DOmini dixerunt nulla extare attentata, ne-
que ex parte Iuliani respectu captæ posses-
sionis portionis, de qua agitur & fructuum
ipsius, quia † cùm Iulianus cœperit posses- 1
sionem ante litem sibi motam (cœpit enim
possessionem, 21. Augusti, 1572. & lis sibi mota fuit 6. No-
uembris, 1573. vt ex actis apparet) sequitur non adesse at-
tentata, quia sine † lite non dantur, rot. titu. vt lite pend. 2
Cassad. decis. 6. num. 2. super reg. Paleot. decis. 222. Neque
etiam ex parte moderni Episcopi, seu eius officialis, quia
† cùm inter eos, & Iacobum Rectorem nulla lis penderet, 3
non potest dici, d. Episcopum conferendo portionem, de
qua agitur, in personam d. Iuliani, & officialem, siue Vica-
rium generalem dicti Episcopi decernẽdo pro D. Iuliano
mandatum de immittendo in possessionem d. portionis
attentasse, cùm attentata præsupponãt litis-pendentiam,
quæ non aderat quoad dictum Episcopum, & eius Vica-
rium, quia † licet per commissionem caussæ, & decretum 4
citationis quoad actorem, lis introducta dicatur, Rot. de-
cis. 11. de dol. & contem. in antiq. & decis. 4. vt lit. pend.
pariter antiq. Rom. cons. 330. ante num. 3. Affli. decis. 220.
sub nu. 13. Staphil. de sign. lit. iust. §. his igitur generaliter
cognitis, nu. 15. Pans. cons. 81. nu. 10. li. 4. Cassad. d. decis.
6. num. 3. Mohed. decis. sexta, nihilominus † quoad reum 5
secus est, quoad quem lis non dicitur introducta, nisi post
executam citationem, cle. fin. vbi omnes, vt lit. pend. Dec.
consi. 460. nu. 28. Paris. d. cons. 81. nu. 10. Rot. d. decis. 3. in
fin. Cassad. decis. 1. num. 4. vt lit. pend. Felin. in c. cæterum,
col. 1. in fi. & col. seq. & in c. super literis, nu. 13. de rescrip.
Sarnen. in comp. vtriusque sign. num. 65. Rip. libr. 1. resp.
ca. 5. nu. 1. de leg. & const. & consuet. Et † in terminis pos- 6
sessionem captam post decretum citationis, ante tamen
eius executionem, non dici attentatam, tenuerunt Do-
mini in vna Firman. sancti Sebastiani, coram Gropper. 5.
Decembris, 1565. Vnde licèt in casu nostro D. Iacobus re-
ctor impetrauerit huiusmodi commissionem † caussæ, & 7
ejus vigore obtinuerit decretum citationis & inhibitio-
nis contra Episcopum Albarazinen. nulla tamen citatio-
nis executio facta fuit contra d. Episcopum, neque præ-
defunctum, neque modernum, neque aliquem eorũ Vi-
carium. Ideóque ex parte dicti Episcopi, & eius Vicarij
nullus potest esse locus attentatis. ¶ Non obstant addu-
cta pro parte Iacobi Rectoris. ¶ In primis non ob. quòd
† citatio fuerit executa contra officialem à capitulo sede 8
Episcopali vacante deputatum, quia talis executio non

9 afficit d. Episcopum, cùm † capitulum sede Episcopali va-
cante in litigijs, non solùm nó succedat in locum Episco-
pi, sed expressè prohibeatur se in illis intromittere, vt per
Fel. in c. bis quæ, nu. 2. vers. limita primo, de maio. & obed.
Paun. in tract. de offic. & pot. cap. sede vacan. q. 9. 2. part.
primè. nu. 5. vers. in alijs antem, Bonif. de Vital. in clem. fin.
10 nu. 37. de procurat. inquiens, † capitulum non succedere
sede vacante, vbi tractatur de litigio, aut alio negotio ad
Prælatum pertinente, quia tunc Ecclesia vacat, & legiti-
mo defensore caret, late & pulchrè Felin. cons. 40. num. 3.
11 cum seq. vbi constituit regulam, vt † sede Episcopali vel
Archiepiscopali vacāte, nulla caussa ad eam spectans agi-
tati possit; nec etiam per œconomos à capitulo sede va-
cante constitutos posse caussam agitari, & regulam quin-
que modis ampliat, & totidem limitat, nulla tamen limi-
tatio potest casui nostro applicari. Nec ob. Imo. in c. cum
inter, nu. 4. versic. vel posset etiam dici, de consue. & Felin.
in c. edocetì, sub num. 7. in verbo, vacante sede, in 1. fallen.
de rescript. Quia loquuntur de lite suscepta à capitulo se-
de vacāte pro defensione iurisdictionis Episcopi, & id est
casus specialis, in quo sede vacante potest a capitulo liti-
12 gari de iure Episcopali, quando scilicet, agitur † de tuēdo
exercitio iurisdictionis Episcopi, puta occasione interdi-
cti ab Episcopo lati, vt in d. c. cùm inter. Et ita declarat ibi
13 Imo. nu. 5. & ratio est secundùm eum, nu. 4. in fi. quia † ca-
pitulum sede Episcopali vacāte in iurisdictionalibus suc-
cedit in locum Episcopi, c. cum olim, de maiu. & obed. At
secus est in casu nostro, in quo nó agitur de lite pertinen-
te ad iurisdictionem Episcopi, vt per se patet, Merito, &c.
¶ Secundò non obst. id qoòd dicitur de procuratore fisca-
li moderni Episcopi, quòd per eum fuerit caussa agitata,
quia hoc ex actis non cōstat: nullibi enim in processu ap-
paret fuisse aliquem actum factum per aliquem nomine
d. Episcopi, & in locis processus exemplo allegatis adest
solùm narratiua, facta per iudicem occasione commissio-
nis sibi, pro d. Iacobo rectore & contra procuratorem fi-
scalem præsentatæ. ¶ Tertiò nó obst. quod dicitur d. Epi-
scopum sciuisse & ratificasse huiusmodi litem. Quia mul-
tifariam respoodetor. In primis non cunstare in actis de
hac scientia & ratificatione Episcopi. Secundò, huiusmo-
di scientiam non esse releuantem ad effectum attentato-
14 rom, quia † non dantur attentata sine lite, & lis † quoad
15 reum nó dicitur, etiam si sciuerit commissionem caussæ,
& decretum citationis, dummodo citatio executa nō sit,
vt per Card. in cle. fi. nu. 9. in fi. vt lit. pend. quem sequitur
Paris. d. consi. 81. nu. 13. lib. 4. Hoc idem voluit. Vital. in d.
16 cle. fin. nu. 15. inquiens facta a † reo ante executionem ci-
17 tationis non posse dici attentata, quia aut reus † ignota-
bat decretum citationis, & excusatur, l. fin. ff. pro soc. l. ge-
18 nerali. C. de tab. lib. 10. aut † sciebat, & dissimulare potuit
se nescire, l. dolo, ff. de nouatio. ¶ Tertiò respondetur hu-
iusmodi scientiam Episcopi, esto quòd esset releuans, non
19 sufficere, quia requiritur scientia plena: citatio enim † de-
bet plenam instructionem cōtinere, d. cle. fi. & ibi omnes.
20 Ergo scientia, quam † reus per citationem nanciscitur,
debet esse plena, vt in terminis scientiæ citationis ad in-
21 ducendam litem & illius ratificationem, non † sufficere
simplicem siue generalem scientiam, sed requiri specia-
lem totius rei cum omnibus suis qualitatibus, est decis.
Guidobon. 94. Reliqua exemplo adducta, vel sunt extra
punctum, vel speciali responsione non indigent.

CANTVCCII.

Theatin. bonorum, Die Lunæ, 24. Ianuarij, 1575.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata à iudice recus. no est nulla: & quot requiran-
tur, vt ex capite recusationis dicatur nulla.*
2 *Recusatio iudicis debet opponi ante litem motam seu conte-
statam.*
3 *Recusatio iudicis debet esse prima exceptio.*
4 *Recusatio iudicis debet proponi in scriptis.*
5 *Recusatio requirit iuramentum.*
6 *Recusatio parit nullitatem actorum, & sententiæ ipso iure.
Ex magis commun.*
*Sed Rota seruat contrarium, nisi etiam appelletur, nu. 7. &
fieri debet in scriptis, nu. 8*
8 *Appellatio ab interlocutoria fieri debet in scriptis.*
9 *Recusatio debet fieri ex iusta caussa.*
10 *Recusationis iusta caussa quæ sit in casibus à iure nō expres-
sis relinquitur arbitrio iudicis.*
11 *Recusans habens litem cum iudice habet iustam caussam il-
lum recusandi.*
Et tantò magis, si lis sit criminalis, nu. 12.
13 *Recusationis materia admittit etiam leuem caussam.*
14 *Recusationis caussa quando probari debeat.*
15 *Recusationis caussa probatio non requiritur, quando est ta-
lis quæ si probaretur, esset legitima.*
Eóque magis cum iudex procedit ad vlteriora, nu. 16.
16 *Iudex procedendo post appellationem dicitur grauasse.*
17 *Processus factus à iudice recusato post recusationem dicitur
nullus, etiam prosequutione appellationis deficiente, num.
sequ.*
19 *Appellatio in scriptis facienda non valet, nisi in ea expressè
adduciantur hæc verba, in his scriptis.*
20 *Appellatio in scriptis fieri dicitur, quando libellus appella-
tionis scriptus porrigitur.*
21 *Episcopus si sit suspectus, non potest eius Vicarius suspectus
allegari, nisi caussa suspicionis in vtroque concurrat.*
22 *Episcopus & Vicarius faciunt vnum consistorium.
Fallit de iure ciuili, nu 23.*

DECISIO II.

FVuit cooclusum, sententiam, de qua agitur, ex capite
recusationis nullā esse: nam † vt ex actis apparet, con- 1
currunt in casu isto omnia, quæ ad inducendam nullita-
tem ex capite recusationis requiruntur. ¶ In primis † re- 2
cusatio fuit opposita ante litem motam seu contestatam,
iuxta l. apertissimi. C. de iud. & c. pastoralis. vbi gl. & Doc.
de excep. Lanfr. in c. quoniā cōtra, in verbo, recusationes,
n. 5. de appel. Rebuff. ad cōst. Reg. Gal. tō. 3. tract. de recu-
sat. art. 1. gl. 2. nu. 1. Didac. pract. quæst. c. 26. nu. 1. in fi. & n.
seq. vbi de communi. ¶ Secundò, recusatio † fuit prima ex- 3
ceptio, vt per gl. & Doct. in d. c. pastoralis. Lanfr. d. nu. 5.
vers. plus dico. post Innoc. Bart. & Bald. ibi per eu citatos.
¶ Tertiò, recusatio † fuit proposita in scriptis. d. l. apertis- 4
simi. l. fin. C. de iud. Aufr. in tract. de recusat. nu. 2. vbi alios
allegat. Lanfr. vbi supra, n. 8. Rebuff. d. tract. ar. 5. gl. vnica,
nu. 6. vbi de communi testatur. ¶ Quartò, pro † parte isto- 5
rum de Letta interuenit iuramentum, quod in recusatio-
ne requiritur. gl. Bal. Ang. & alij in d. l. apertissimi. Lanfr. d.
n. 8. ¶ Quintò, iidem de Letta à decreto iudicis recusati
de procedendo ad vlteriora appellarunt, & sic recusatio
accedente appellatione à processu ad vlteriora induxit
nullitatem actorum & sententiæ, quia † licèt, re vera ma- 6
gis communis Doct. opinio sit, vt recusatio pariat nulli-
tatem actorum ipso iure, tamen † Rota solita est seruare 7
opin. Innoc. in c. cum speciali, nu. 6. de appel. tenentis pro-
cessum non esse ipso iure nullum post recusationem, nisi
appelletur, vt per Achil. deci. 32. de recus. iud. & decis. 145.
l. 1. Ant. Aug. decis. 1. de recusat. iud. Et fuit tentum in vna
Burgen. iuris votan. 21. Nouembris, & alias sæpe. ¶ Sextò,
prædicta appellatio † fuit in scriptis, prout requiritur, 8
quia appellatio ab. interlocutoria, prout est decretum de
procedendo ad vlteriora, in scriptis fieri debet. ca. 1. & ibi
Franc. nu. 5. vers. in ea gl. de appellatio. li. 6. ¶ Septimò, pro
† parte istorum de Letta fuit allegata iusta caussa recusan- 9
di, nempe lis, quam habent cum Reuerendiss. Archiepi-
scopo, & eius Vicario: licèt enim alias in † casibus a iure 10
non expressis arbitrio iudicis relinquatur, quæ sit iusta
caussa recusandi iudicem. Inno. Io. And. Barbat. Abb. Dec.
& alij

& alij in d.c.cũ speciali. Rebuff.d.tract.art.9.gl.vnica, nu.
11 45.in fi.tamen † lis, quam recusans habet cum iudice re-
cusato, dicitur in iure iusta caussa recusandi iudicē. gl.in
c.cùm super.& ibi Abb.n.3.Felyn.nu.3.de offic.del.Doct.
in c.t.de iudic.Specul.de iud.de leg.§.superest,nu.5. vers.
idem est.per l.propter litem.ff.de excusat.tut. & alia iura.
Franc.in d.c.postremo,n.20.in 38.caussa.& ibi Præpos.n.
11.in 37.caussa.Marant.de ordin.iudic.tit.de appell.n. 47.
Aufrer.d.tract.nu.22.37.caussa.Rebuff.d.art.9.gl. vnica,
12 nu.22.Idque † tantò magis in caso isto procedit, quia
lis est criminalis, vt per Inform.hic, per quos deducuntur
etiam aliæ caussæ, quæ & ipsæ videntur satis legitimę, ita
vt non videatur quicquam dubitandum de legitima &
iusta caussa recusationis in casu nostro, præsertim, quia
13 † in hac materia recusationis admittitur etiã leuis caussa,
vt per Doct.in d.c.cũ speciali, in d.c.postremo,& alibi. Et
fuit tentum in vna Gerunden. administrat. coram R. P.
D.meo Robuster, mensibus superioribus. ¶ Non obstant
quæ exemplo dicuntur. ¶ In primis non obst. quòd caus-
14 sa † litis non fuerit probata, quia respondetur eius pro-
bationem non fuisse necessariam, tum quia Vicario satis
15 erat nota propter sentẽtiam ab eo latam, tum † quia non
requiritur probatio caussæ recusationis, quando est talis,
quæ si probaretur, esset legitima, vt per Innoc. Franc. &
alios in d.c.cũ speciali. Caputaquẽ.decis.35.Paleot. decis.
16 158.Præsertim, † cùm in casu nostro Vicarius proceden-
do post appellationem dicitur grauasse. cap.accedens, ad
fin.vt lit.non cõtest. Cor.cons.247.col.fi.lib.1.Cast, cons.
122.circa fin.lib.2.Ant.Aug.decis.4.de recusat.iudic. quo
† casu processus dicitur nullus, vt fuit tentum in vna Re-
gien.em iss.profess.coram Capizucc.27.Nouembris,1553.
¶ Secundò non obst. quòd recusans non fuit appellatio-
nem prosecutus. Quia † respondetur, processum per iu-
dicem recusatum factum nullum esse, etiam prosecutio-
ne appellationis deficiente, vt per Achil.decis.320.de re-
cus.iud.Caputaq.decis.149.lib.1 ¶ Tertiò non obst.quòd
prædicta caussa litis non videtur legitima, ex quo isti de
Letra eodem tempore in eodem tribunali Archiepisco-
pali contra alias personas litigabant. Quia respondetur,
quòd non isti de Letta, sed capitulum & Canonici coram
d. tribunali Archiepiscopali litigabant contra quendam
Vincentium Tarantellum super solutione portionis fru-
ctuum spectantium ad d.capitulum & Canonicos: imò
Andreas de Letta in lite, quam mouere intendebat con-
tra dictum Vincentium Tarantellum super canonicatu,
allegauit suspectum Archiepiscopum Theanũ, & sup-
plicauit caussam cõmitti alicui Episcopo viciniori, vt ex
actis constat. ¶ Quartò nõ obst. quòd appellatio istorum
de Letta eis non suffragatur, cùm in ea deficiat clausula,
in his scriptis, & appellatio † in scriptis facienda non va-
leat, nisi in ea expresse adiiciãtur hæc verba, in his scriptis.
...ng.in l.à sentẽtia.§.si hæres, ante n.1.ff.de appel.Specul.
...tit.§.1.nu.2.par.5.Cast.in l.2.§.libelli,nu. 2. circa med.
...tit.ff. ¶ Quia respondetur, huiusmodi opin.de iure nõ
subsistere, cum in cap.1.de appell.l.6.nulla fiat mentio de
huiusmodi clausula, sed solùm ibi disponitur, appellatio-
nem ab interlocutoria in scriptis fieri debere: tunc autem
appellatio † in scriptis fieri dicitur, quando libellus appel-
lationis scriptus porrigitur, vt per Franc. in c. vt debitus,
...nu.12.de appell.late Corn.cons.95.n.2.lib.4.Marant.
ordin.iud.par.6.tit de appell.num.127.Et contrarium,
...od non sint necessaria illa verba, in his scriptis, voluit
...ff.in simili in ca.si.in verbo, illustrium, in fin.de re iud.
...6.Franc.in d.cap.vt debitus,q.4.nu.13.& in ca.1.num.
...in fin.de appell.lib.6.Imol.in d.l.à sententia,§.fin. nu.
vers. sed certè, vbi pluribus rationibus reprobat opin.
...gel. qui re vera fuit solus in hac opin. Nam Castren. in
...libelli. non dicit in libello appellatorio scripto debere
...mi illa verba, in his scriptis, sed solùm dicit, non esse
...llationem in scriptis, si quis appellat viua voce, & fa-
cit in scripturam redigi appellationem per notarium, ni-
si tamen notarius in scriptura adiiceret ista verba, in his
scriptis appellauit. Specul. verò postea se declarat, nisi ap-
parerent illa verba scripta, in quibus continebatur appel-
latio.

Vltimò non obst. quòd licèt Archiepiscopus sit suspe-
ctus ob sententiam ab eo latam cõtra canonicos in caus-
sa criminali, nihilominus non potuit eius Vicarius suspe-
ctus † allegari, vt in terminis tradit Bald.in l.1.nu.4.vers. 21
ita nota, C.si quacunque prædit. potest, & sentit Ias.in l.
apertissimi,num.9.versic, aduerte tamen, C.de iudi. Quia
respondetur contrarium veriùs & receptiùs esse, quia
† Episcopus & Vicarius faciunt vnũ consistorium, & Epi- 22
scopus potest Vicario præcipere, ca.2.de consuetud. lib.6.
ca.visis.16.quæst.2.& in specie voluerunt Abb.in cap.in-
sinuatum,nu.2.Imol.nu.10.Felin.nu.1.per illum tex.extra
de offic.deleg.latè Franc.in capit.dilecti,el 3.quæst.14.nu.
54.de appell.& in ca.postremo, nu.20. in 12.caussa, & ibi
Præpos.num.11.in 71.caussa,cod.titul.de appellatio.Ma-
rant.de ordin.iudic.part.6.tit.de appell.nu. 28.Capic.de-
cis.137.nu.9.Rebuff.d.articul.9.gl.vnica.nu.30.Aufrer.d.
tract.n.38.causs.61.Non obst.dictum Bal. loco prædicto,
quia † potest intelligi vel de iure ciuili, per l.à proconsu- 23
libus.C.de appell.vbi Superior & Vicarius diuersa viden-
tur constituere tribunalia: at secus de iure canonico, se-
cundùm quod Vicarius facit vnum & idem tribunal cum
ipso Episcopo. Vel in Vicario ab alio, quàm ab ordinario
deputato, vel in Vicario seorsim ab ordinario habitante,
vt per Franc.in d.c.dilecti,nu.54. Felin. in d.c.insinuante,
nu. 1.quæ declarationes cessant in casu nostro.

CANTVCCII.

Romanensis deuolutionis domus.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta si iurauerit soluere canonem in aliquo termino conuento, non soluens priuatur statim iure emphyteutico, non expectato biennio vel triennio, ex communi.*
Declara, vt num. seq.
3 *Iuramenti natura ea est, vt non operetur contra intentionem iurantis.*
4 *Iuramentum secundùm intentionem præstantis à Deo iudicatur.*
5 *Iuramentum tantùm operatur, quantùm adest de consensu & non vltra.*
6 *Iuramentum non supplet defectum consensus, nec confirmat actum aliàs, ratione deficientis consensus inualidum, nec vltra consensum operatur.*
7 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
8 *Fabricare, & facere fabricare differunt, vt fabricare, dicatur: propria pecunia, facere verò fabricare pecunia aliena.*
9 *Ædificia super solo emphyteutico non possunt vllo modo fieri sine obligatione melioramentorum.*
10 *Emphyteutæ permissum est etiam sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare.*
11 *Locator inuitus non cogitur recognoscere alium quàm emphyteutam.*
12 *Emphyteuta non potest rem emphyteuticam alienare etiam in euidentem domini directi vtilitatem eo irrequisito.*
Declara, vt num. seq.

DECISIO III.

SOlùm ea melioramenta, de quibus agitur, deuoluta non esse, conclusum fuit: nam quantùm ad primum caput cessationis solutionis census, Domini dixerunt, illud in casu nostro non intrare, quia cessatio non fuit per triennium continuum secundùm formam pacti in contractu locationis appositi, vbi partes expressè conuenerunt ob non solutiones integri census, siue canonis per

tres annos continuos tetrennm cum omnibus & singu-
lis melioramentis ipso iure deuolui. Nec ob. illa Doct.
1 conclusio pro parte D.Io.Antonij allegata, quòd si † em-
phyteuta iurauit soluere canonem singulis annis, vel in
aliquo termino conuento, vt in casu nostro, in quo em-
phyteuta iurauit soluere canonem de semestre in seme-
stre, priuatur statim iure emphyteutico, non expectato
biennio vel triennio, iuxta l.a.C.de iure emphy.auth. qui
rem, C.de sactosan.Eccles.c.potuit, de loca. quæ conclus.
quicquid nonnulli contrarium senserint, est communi-
ter recepta. Et de communi testator Gozad. cons.57. sub
n.19.Cur.in cons.205.n.14.lib.3.Rolan.cons.25.n.23.lib.
2.quam opin.alias Rot.sequuta fuit, vt per Cassad.deci.a.
num. a. de iureiur. Quia respondetur, hanc communem
2 † conclusionem non posse applicari casui nostro, obstan-
te expressa conuentione partium paciscentium, ob non
solutionem canonis per triennium continuum fieri lo-
cum deuolutioni: tunc autem prædicta Doct. conclusio
locum haberet, quando pactum huiusmodi non adesset.
Et hæc declaratio potest colligi ex verbis Bal.in c. quere-
lam, in fi. de iureiur. qui fuit originalis auctor supradictæ
communis conclusionis, & quem referunt & sequuntur
omnes Doct. relati hìc per informantes pro parte D. Io.
Antonij cum multis alijs idem tenẽtibus, qui facilè pos-
sent cõgeri.Bal. autem in c.querelam, in fi.ponit hæc for-
malia verba. Vltimò conclude, quòd vbi est iuramẽtum,
non subintelligitur illa clausula, si per biennium non sol-
uerit, ergo ponderandu illud verbum, non subintelligi-
tur, datur apertè intelligi, Bal. loqui in casu, in quo cele-
bratus est contractus emphyteusis sine expressa conuen-
tione, vt sit locus deuolutioni ob non solutionem cano-
nis per biennium: tunc enim subintelligitur illa clausula,
si per biẽnium non soluerit, quæ est tacita conditio legis,
iuxta authen.qui rẽ, C.de sacros.Eccles.& c.potuit, de lo-
ca. & conduct. At secus est, quando contractus emphy-
teusis celebratus est, non simpliciter, sed cum expresso
pacto, deuolutionem fieri ob nõ solutionem canonis per
triennium, quia tunc stante huiusmodi pacto, illa clausu-
la, siue conditio, si per biennium non soluerit, non dici-
tur subintelligi, sed dicitur expressa. Vnde Doct. firman-
tes prædictam communem conclusionem, cùm semper
referant Bal. & eius auctoritate nitãtur, sequitur eos de-
bere intelligi secundùm casum & terminus Bal. Et com-
probatur hæc declaratio ratione manifesta, quia stante
expresso consensu partium paciscentium, deuolutionem
fieri ob non solutionem canonis per biennium vel trien-
nium continuum, vt in casu nostro, iuramentum non po-
test operari effectum caducitatis vel deuolutionis ante
3 biennium vel triennium finitum, quia † alias operaretur
contra intentionem iurantis, quòd esset contra naturam
iuramenti, quæ est, vt eius obligatio à consensu procedat,
4 cùm † iuramentum secundùm intentionem præstantis à
Deo iudicetur, text.in c.qui peierare.§.ex his, 22.q. 5. latè
5 Didac.in c.quamuis, par.1.§.5.nu. 1. & a. de pact. Et † iu-
ramentum tantùm operatur, quantùm adest de consensu,
& non vltra, vt inquit Aret. cons.24.nu.1. per c.quemad-
modum, & c.ad nostram, de iureiur. Crau. cons.102.nu.7.
6 vers.quinto respondeo. Et † iuramentum nullum suppler
defectum consensus, nec confirmat actum aliàs ratione
deficientis cõsensus inualidum, nec vltra cõsensum ope-
ratur, l.vlt.C.de non nu.pecun.Bart. communiter recept.
in l. si quis pro eo, num.15. ff. de fideiuss. plenè Didac. in
d.c.quamuis, par. 1.§.3.num.1.& par.2.§.5.num.5. Acce-
7 dit regula illa, quòd † prouisio hominis faciat cessare pro-
uisionem legis, quæ est, vt stante iuramento, sit locus de-
uolutioni, etiam ante biennium, vel triennium finitum.
Minùs obstat pactum soluendi censum de semestre in se-
mestrẽ more Romano, quia Domini dixerunt, illud in-
telligendum esse quoad actum solutionis ad effectum
commoditatis partium, non quoad pœnam caducitatis,
circa quam aliud pactum expressè & specialiter contra-
hentes inierunt. Quo vero ad caput hypothecæ melio-
ramentorum, de quibus agitur, constitutæ a Capitaneo
Martino conductore ad fauorem Domini Hieronymi,
contra formam pacti prohibitiui hypothecæ dictorum
melioramentorum sub pœna deuolutionis initæ inter
Dominum Ioannem Antonium, & Capitaneum Marti-
num, Domini pariter dixerunt, ex hoc capite deuolu-
tionem in casu, de quo agitur, non posse locum habere,
quia hypotheca in casu isto fuit vtilis d. D. Io. Antonio,
& verisimiliter secundùm eius volũtatem facta, quia cùm
ipse sciret, d. Capitaneum Martinum nihil in bonis ha-
bere, & penitus non soluendo esse, & hoc notorium es-
set, sciebat etiam, d.Cap. Martinum non posse mediante
pecunia propria ædificia, de quibus agitur, facere, sed
oportere eum mediante pecunia aliena ædificasse, & pro-
pterea neminem repertum, qui pecuniam vel mate-
riam ad ædificandum ei subministrasset sine expressa &
speciali hypotheca ipsorum melioramentorũ, cùm fide-
iussores non fuisset inuenturus ob maximam eius ino-
piam, vel si illos reperisset, pariter necesse ei foret dicta
melioramenta ei expressè & specialiter obligare, ad idque
ponderabant aliqui ex Dominis verba instrumenti loca-
tionis, dum dicitur, *fabricare, & far fabricare*. Quorum
† verborum sensus videtur esse, vt Cap. Martinus dica- 8
tur fabricare, quando propria pecunia ædificasset: facere
verò fabricare, quando ædificasset pecunia aliena: nam
illa verba non possunt significare actum ipsum ædifican-
di, cùm ipse Cap.Martinus non esset faber murarius. Vn-
de cùm d. D. Ioan. Antonius vellet omnino in solo per
eum locato ædificia fieri, sequitur eum ex necessario quo-
dam antecedenti voluisse etiam, vt d. Cap.Martinus pos-
set dicta melioramenta obligare, cum † sine huiusmodi 9
obligatione ædificia nullo modo potuisset fieri: qui enim
vult vnum, censetur velle omne id, per quod peruenitur
ad illud, l. ad rem mobilem, ff.de procu.cap.quoniam, de
sent.excom.libr.6.cum vulg. Præterea prohibitio hypo-
thecæ vel obligationis intelligitur in iis casibus, in qui-
bus Cap. Martinus constitueret hypothecam sine obliga-
tione, & ex quacunque caussa, ex qua ipse debitor esset.
Idque ostendunt verba contractus locationis, ibi, *per qual
si voglia caussa*, scilicet obligatoria, ex qua ipse esset debi-
tor, etiam pro dote, quorum verborum sensus est, vt Ca-
pitaneus Martinus non posset pignorare melioramenta
ex quacunque caussa, s. obligatoria, ex qua ipse esset debi-
tor, etiam si foret caussa fauorabilis dotis, non autem in-
telligitur prohibita hypotheca melioramentorum, quan-
do Martinus illa, non ex caussa obligatoria, sed ex caussa
ædificãdi hypothecaret: nam hoc casu potiùs dicendum
est, permissam esse hypothecam, cùm fiat ad finem & ef-
fectum ædificandi, & sic caussa adimplendi promissa, &
consequenter satisfaciendi voluntati & intentioni loca-
toris, qui nil aliud volebat, & intendebat, quàm, vt in so-
lo per eum locato ædificaretur, & eò magis hæc interpre-
ratio amplectenda est, quò minus lædit ius, commune, se-
cundùm quod emphyteutæ † permissum est etiam sine 10
consensu Domini rem emphyteuticam hypothecare, gl.
in l.fi.in verbo vendere, quàm ibi Doct.sequuntur, vt per
Ias.ibi nu.78.C.de iure emphyt.Grat.cons.54.nu.5.libr.1.
dicens gl.prædictam communiter approbatam esse, Rip.
in l.filiusfamilias, §.diui, num.90.in fin. asserens hanc esse
communem, ff.de leg.1.

Nec obst. si dicatur, quòd licèt huiusmodi hypotheca
redundauerit in vtilitatem locationis, quia secutus esset
effectus ædificationis, cuius caussa locatio facta fuit, ni-
hilominus in ista hypotheca cõtrahenda debuerat requi-
ri consensus, & volũtas locatoris, tum quia secundũ for-
mam pacti in instrumẽto locationis appositi requireba-
tur, tũ ne locator † inuitus cogeretur recognoscere alium 11
quàm emphyteutã, & amittat suam actionẽ personalem,
vt per

vt per Doct. in d.c. potuit, & in d.l. fin. C. de iure emphyt.
11 Et † in terminis nō posse emphyteutam rem emphyteuticam alienare, etiam in euidētem vtilitatem Domini directi eo irrequisito, dixit Bero. cons. 124. num. 16. in fi. lib. 1. Quia respondetur, quantùm ad illam rationem, ne dicens inuitus cogatur alium quàm emphyteutā recognoscere, ne perdat actionem personalem, non procedere in
13 hypotheca permissa † emphyteutæ sine consensu Domini, vt supra diximus: sed habere locum in alienatione. In quibus terminis loquitur Bero. d. cons. 124. n. 16. Et ratio est, quia dominus directus per hypothecam rei emphyteuticæ, eandem rem emphyteuticam & eandem actionem personalem contra ipsum habere potest. Quantùm autem ad pactum prohibitiuum hypothecæ sine consensu domini, respondetur illud intelligi de illa hypotheca, in qua locator potuerit, si velit præferri, iuxta l. fi. C. de iure emphy. non de ea, quæ fieret ad effectum ædificandi, vt per informantes pro parte Dom. Hieronymi. ¶ Vlteriùs ad præmissorum corroborationem considerabant Domini maximam æquitatem ex parte dicti Dom. Hieronymi, tum quia tractat de damno euitando, tum quia possidet ædificia, de quibus agitur, & est possessor bonæ fidei, cùm ignorauerit prohibitionem hypothecæ, & cùm primum sciuerit, renuotiauerit hypothecæ sibi factæ, & sic intrat æquitas, l. Paulus, §. domus, in fi. ff. de pigno. l. Paulus, ff. de dol. mal. excep. Tū etiam, quia est paratus soluere omnes census decursos & decurrendos, vel dimittere ædificia, refectis sibi omnibus expensis per eum in ædificādo erogatis, quæ æquitas videbatur Dominis omnino præferenda iuri d. D. Ioan. Antonij si quòd ei competeret, cùm illud, non sine, merum rigorem cōtineat, tractat enim de lucro captando, & videtur velle cum aliena iactura locupletari.

CANTVCCII.

Hispalen. iuris votandi. Lunæ, 16. Martij, 1575.

SVMMARIA.

Confessio extraiudicialis etiam parte absente de æquitate canonica plena probat.
Probatio sumpta ex coniunctione vnius testis de veritate cum duobus de fama, admittitur in iure.
Iurisdictionis quasi possessio probatur ex instrumento iurata fidelitatis.
Dignitates & Portionarij non possunt tueri in quasi possessione iuris votandi & interessendi, nisi probent titulum.
Capitulum constituunt soli canonici vna cum Episcopo.
Tituli probatio non est necessaria, quando constat de iusto initio possessionis vel quasi.
Tituli probatio necessaria non est, quando actor diu fuit in possessione vel quasi.
Titulus præsumitur ex possessione decem annorum.
Scientia & patientia illius, cōtra quem quasi possessio acquiritur, quæ necessaria est, debet probari per allegantem.
Scientia probatur ex præsentia.
Possessionis probatio tempore motæ litis requiritur ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo, & n. 19.
Possessio præsens præsumitur ex possessione præterita. Ex communi.
Possessio tempore motæ litis dupliciter probatur, scilicet, verè & præsumptiuè.
Possessio continuata præsumitur, nisi probetur aliquis actus intermedius continens priuationem possessionis.
Regula l. siue possidetis, non habet locum in interdicto vti possidetis.
Contrarium tamen asseritur verius esse, nu. 19.
Interdictum vtrubi an differat ab interdicto vti possidetis.
Interdicto vtrubi agens debet probare se possedisse maiore parte illius anni.
Interdicto vti possidetis is obtinet, qui probat se possedisse tempore litis motæ.
Etiam si præsumptiuè, nu 20.
21 *Præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes.*

DECISIO IV.

FVit conclusum ad fauorem Dignitatum & Portionariorum Cathedralis Ecclesiæ Hispalen. nempè dandum esse illis mādatum de manutenendo in quasi possessione iuris votandi, & interessendi generaliter in omnibus actibus capitularibus, prætérquam in tribus videlicet in electione Prælati, in administratione bonorum mensæ Archiepiscopalis sede vacante, & admissione prouisorum ad dignitates, canonicatus, & portiones dimidias & integras. Et hanc quasi possessionem Dignitatum & Portionariorum probant primus testis ad 10. & 15. interrogatorium super secundo & tertio articulo, secundus testis ad 10. & 11. interrogatorium, & super 2. 3. & 4. & 5. art. & tertius testis ad 10. & 15. interrogatorium, & super 2. 3. 4. & 5. artic. Quorum testium probatio duplex est, altera est confessio extraiudicialis canonicorum d. Ecclesiæ Hispalen. de qua confessione deponunt primus testis ad 10. & 15. interrogatorium, & super 3. art. & 3. testis super 2. artic. dicentes in casu scientiæ se præmissa scire, quia audiuerunt ab eisdemmet canonicis. Quæ † confessio ex- 1
traiudicialis etiā parte absente de æquitate canonica plenè probat, vt per Gabriel. post Bart. Card. Imol. & Felin. in cap. si cautio, de fide instrumen. & alios quos fusè congerit, lib. 1. de confess. conclus. 1. num. 46. & 47. Et est communis, vt fatetur Felin. in d. cap. si cautio, nu. 22. versic. & re vera negari non potest. Dec. cons. 163. nu. 2. Curt. iun. cons. 168. nu. 12. Soc. iun. cons. 32. num. 18. lib. 2. Gabriel. d. conclus. 1. nu. 47. in fin. Et licèt contrarium communiter teneri testetur Alexand. cons. 180. num. 7. lib. 2. tamen hæc eius expressa attestatio expressè reprobatur à Dec. & Curt. iun. in prædictis cons. & partem affirmatiuam Rota solita est seruare. Altera † probatio sumitur ex con- 2
iunctione vnius testis de veritate cum duobus de fama, cuiusmodi quidem probatio in iure admittitur. Felyn. in cap. veniens, il. 1. nu. 10. de testib. Alexand. cons. 180. num. 6. lib. 2. cum concordant. adductis per Gabriel. l. 1. de probatio. conclus. 1. nu. 8. vbi de communi. Et in casu nostro adest secundus testis, qui deponit de visu, & de propria personali interessentia in capitulo, cùm fuerit portionarius & hodie canonicus, & primus testis probans publicam vocem & famam per verbum, fuit, & est, ad 10. interrogatorum, in fin. & tertius testis pariter probans publicam vocem & famam à tempore 15. annorum in circa, & sic percutit tempus etiam ante litem, qui tertius testis vlteriùs ad 15. interrogatorium deponit, se vidisse plurimos accedere ad Portionarios & ab eis petere eorum suffragia in electione officialium, & cantorum, & in caussis iustitiæ & gratiæ, & in omnibus rebus, quæ tractantur in capitulo exceptis prædictis tribus casibus. Et similiter iste tertius testis testificatur se vidisse intimari & conuocari ad capitulum Dignitates & Portionarios, ita vt iste tertius testis possit coniungi cum secundo ad faciendam tertiam speciem probationis de veritate. Et prædicti tres testes optimè percutiunt tempus ante litem motam: nam primus qui est ætatis 40. annorum, deponit ad 15. interrogatorium, & super 3. artic. ab annis suæ discretionis & recordatus, siue à primis & teneris annis, & sic percutit tempus 30. annorum & vltra. Secundus testis super 3. articul. dicit ab anno 1556. & tertius testis à 15. annis in circa, vt ad 10. interrogatorium, & super 2. articul. Accedunt etiam ad comprobationem prædictorum, instrumenta antiqua & moderna, ex quibus constat, Dignitates & Portionarios vnà cum Canonicis interuenisse in capitulo, in deputatione œconomorum: & in constitutione & reuocatione procuratorum, & instrumenta probant quasi possessionem: nam † ex instrumento iuratæ 3

fidelitatis probatur quasi possessio iurisdictionis, vt tra-
dunt omnes in c.si diligenti, de præscrip. Soc. in cons. 187.
col.4. vers. primo probatur, lib. 2. Abb. cons. 64. n. 13. & 14.
Rebuff. in commen. ad const. Reg. Gall. tom. 3. tit. de mat.
poss. in præfat. n. 101. & sequitur Menoch. de retinen. poss.
remed. 3. n. 579. Non obstant adducta pro parte Canoni-
4 corú. Et in primis, quòd † Dignitates & Portionerij non
possunt tueri in hac quasi eorum possessione iuris votan-
5 di, & interessendi, nisi probent titulum, quia † cùm de
iure communi solum canonici, vnà cum Episcopo con-
stituant collegium siue capitulú, vt in c. nouit, de his quæ
fiunt à prælat. not. Doct. in c. 2. de instit. Card. in c. 1. nu. 4.
in 5. q. de elec. vbi luquitur in terminis de Portionariis. Et
hanc esse communem testatur ibi Abb. nu. 10. Rom. cons.
332. nu. 10. circa med. Abb. in c. auditis, nu. 3. in fi. de elect.
Compostel. But. Imo. & Dec. nu. 22. & in d. c. 1. de elect. Et
sic cùm canonici habeant fundatam eorum intentionem
in dispositione iuris communis, sequitur, vt Dignitates
& Portionarij nó possint agere interdicto vti possidetis,
nisi titulú ostendant, vt expresse tradit Fab. in §. retinen-
dæ, nu. 4. vers. & ideò non videtur, & latiùs nu. 33. versic.
item nota, Instit. de interdic. sequitur Capic. decis. 209.
nu. 5. & latè Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 589. cum
plurib. sequ. Nam dupliciter respondetur. In primis non
6 requiri in casu isto † probationem tituli, cùm constet de
iusto initio quasi possessionis. Statutu enim d. Ecclesiæ
Hispalen. cauetur, vt Dignitates & Portionarij vna cùm
Canonicis interueniát & dent votum in omnibus acti-
bus capitularibus, exceptis tribus prædictis: & quando
cóstat de iusto initio possessionis vel quasi, non esse opus
probatione tituli, declarat idem Fab. in d. §. retinédæ, nu.
7 33. vers. his enim casibus. Deinde respondetur, hanc † ti-
tuli probationem necessariam non esse, quando actor
diu fuit pacificè in possessione vel quasi, vt per Cassad.
8 decis. 2. de cau. poss. & propriet. Vbi † inquit, ex possessio-
ne decennali induci titulum præsumptum. Et subdit ra-
tionem, quia nó est verisimile, quod ordinarij, qui omni-
no debét visitare, permiserint possessionem absque titu-
lo, vbi titulus requiritur, Capic. decis. 6. nu. 10. Rebuff. de
const. Reg. Gal. tom. 3. ti. de cau. benef. poss. artic. 9. nu. 27.
& 28. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. nu. 593. vers. hoc
intelligitur, & in terminis idem Menoch. de retin. poss. re-
med. 3. nu. 593. vers. hoc intelligitur. Sed ex dictis testium
in casu nostro clarè ostenditur, Dignitates & Portiona-
rios nó per decem annos, sed vltra fuisse pacificè in quasi
possessione, de qua agitur. Ergo, &c. Secundò non obst.
quòd pro parte Dignitatum & Portionariorum non fue-
9 rit probata † scientia & patientia canonicorum ad acqui-
rendam contra eos quasi possessionem, de qua agitur, vt
per Rip. in c. cum Ecclesia, sub nu. 64. de cau. poss. & pro-
prie. Quia negari nó potest huiusmodi sciétia & patien-
tia Canonicorú, cùm Dignitates & Portionarij, vna cùm
Canonicis in capitulo interuenerint, & votauerint, & sic
illis præsentibus & consequenter scientibus & patienti-
10 bus, cùm † ex præsentia probetur scientia, vt per Batt. &
Doct. in l. 4. §. fi. ff. sol. matri. & in l. hæredes palam, §. fi. de
testam. Card. in clem. caussam, nu. 6. de elect. Alex, cons. 4.
nu. 20. vers. præsumitur etiam, libr. 2. Aret. cons. 195. vers.
quæ probatur, & cons. 168. nu. 6. Tertiò nó ob. quòd nul-
lus ex testibus examinatis pro parte Dignitatum, & Por-
11 tionariorú deponit de tempore litis motæ, cùm † tamen
ad effectú obtinendi mandatum de manutenédo requi-
ratur probatio possessionis tépore motæ litis, §. retinen-
dæ, Instit. de interdict. Doct. in l. 1. C. vti possi. Bar. in l. 1. §.
fi. nu. 18. ff. eo. Alex. cons. 94. nu. 4. li. 1. cons. 136. nu. 7. lib. 2.
& cons. 88. nu. 3. lib. 5. cú aliis cumulatis per Rolan. cons.
9. nu. 18. lib. 3. & per Menoch. d. remed. 3. n. 556. Quia re-
spondetur, possessionem in casu nostro probari tempore
12 motæ litis præsumptiuè, cùm † ex possessione præterita
præsens præsumatur, vt tradunt communiter scribentes,
in l. siue possidetis, C. de proba. Alciat. de præsumpt. reg.
2. præsumpt. 21. cú simil. Possessio † enim tempore motæ 13
litis dupliciter probatur, verè scilicet & præsumptiuè, ex
reg. d. l. siue possidetis. Quæ † præsumptio locú sibi vindi- 14
cat, quando reus nó probauit se medio tempore possedis-
se, vel nisi probetur aliquis actus intermedius continens
priuationem possessionis. Ita in terminis firmat Affli. de-
cis. 194. nu. 2. post Aretin. in d. §. retinendæ, num. 3. Cyn. in
l. 1. colum. penul. nu. 16. circa med. ver. sed qualiter appa-
rebit, & ibi Bald. nu. 10. propè fin. ver. aduerte, quod pro-
batur, C. vti possid. Castr. in l. non ignorabit, num. 5. C. ad
exhibendum, Alex. cons. 88. num. 30. lib. 5. Ruin. cons. 68.
nu. 2. lib. 2. Soc. cons. 59. num. 8. versic. sed ad hanc, libr. 4.
Lanfranc. ad rub. de caus. possess. & propriè colum. 8. ver.
secunda conclusio declaratoria, pract. Papien. in form. li-
bel. pro turban. possess. in verb. hodie tenet, nu. 2. Pulchrè
Aretin. in c. licet caussam, in fi. verb. de probat. latè Bero.
consil. 55. num. 6. 7. & 8. lib. 3. Paris. cons. 126. num. 4. & 5.
lib. 4. Bellon. consi. 11. nu. 3. ver. & dicitur, Pedemont. de-
cis. 23. in fi. Rebuff. ad const. reg. gall. to. 3. tit. de mat. pos-
sess. art. 8. glo. 1. nu. 8. & seq. plene Menoch. d. remed. 3. nu.
557. & Didac. asserens hanc esse veram, & communé opi.
in reg. possessor. secunda par. §. primo, num. 4. vers. quin &
interd. de regul. iur. lib. 6. Et licet Grat. consil. 50. num. 34.
lib. primu, dicat, † d. regu. l. siue possidetis, non habere lo- 15
cum in interdicto vti possidetis, sed requiri probationem
præsentem: alias secundùm ipsum nulla fuisset olim dif-
ferentia inter interdictum vtrubi, & interdictum vti pos-
sidetis: cùm † in illo sufficeret probatio possessionis pro 16
maiore parte illius anni, in hoc verò requireretur proba-
tio possessionis tempore litis contestatæ, d. §. retinendæ,
& d. l. 1. §. 1. ff. vtrub. & Grat. sequitur Roland. d. consil. 9.
num. 19. Nihilominus † hæc Grat. opin. non est attenden- 17
da, tum quia est contra communem, tum quia ratio, quæ
mouetur, non videtur vera: nam differétia, quæ olim erat
inter interdictum vtrubi, & interdictum vti possidetis, in
eo consistebat, quòd agens † interdicto vtrubi debebat 18
probare se possidere pro maiore parte illius anni, videli-
cet septé posterioribus mésibus, vel etiam duobus, dum-
modo aduersarius eius aut paucioribus, aut nullis diebus
possederit, & sic possessio maioris partis anni intellige-
batur, non respectu anni, sed respectu possessionis aduer-
sarij, vt est text. in l. maiore. & ibi Alcia. ff. de verb. signific.
Sed agens † interdicto vti possidetis satis erat, si probaret 19
possessionem tempore litis contestatæ: non enim tene-
batur probare anteriorem, sicut agens interdicto vtrubi.
vterque tamen debebat probare possessionem tempore
litis contestatę, cùm vtrunque interdictum sit retinendę:
licèt agens interdicto vtrubi debebat olim probare pos-
sessionem nedum tempore interdicti, sed anterioré ma-
iore parte anni agenti verò vti possidetis sufficiebat pro-
bare possessionem tempore interdicti, licèt posset etiam
anteriorem probare. Et in hoc consistit differentia isto-
rum interdictorum, ex quo non videtur inferri, quin in
vtroque interdicto potuerit † possessio pręsumptiuè quo- 20
que probari, cum in d. §. retinendæ, & in d. l. 1. ff. vtrubi, re-
quiratur simpliciter probatio possessionis proueniens ex
præsumptione, l. siue possidetis, C. de proba. cùm † præ- 21
sumptiones iuris dicantur liquidissimæ probationes.

CANTVCCII.

Legionen. congruarum. die Veneris,
15. Aprilis, 1575.

SVMMARIA.

1 *Portionis congrua assignatio est iudicis arbitraria.*
2 *Ordinarius in assignatione congrua portionis debet conside-
rare qualitates, & circumstantias loci beneficij.*

3 *Inter*

3 *Incerta non imputantur in congruam portionem, & nu. 4*
5 *Incerta quando ad certam summam possunt redigi, in congruam debent imputari. Declara tamen, vt nu. 7. & seq.*
6 *Paria sunt certum esse per se, vel per relationem ad aliud.*
7 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficiorum.*
8 *Certa, & quæ ex caussa rectoriæ siue beneficij capiuntur, in congruam computantur.*
9 *Ordinarius saltem portionem assignare debet, vt rectores, & beneficiati possint viuere, non sine pecunia, sed commodè, & congrue.*
10 *Ordinarius in assignanda congrua, se debet inclinare magis ad fauorē rectoris, & beneficiati, quàm Comestabilis possessoris decimarum.*

DECISIO V.

IN vna Legionen. congruæ inter Rectores, & Beneficiatos quarūdam Ecclesiarum parochialum oppidi de Cuenca, & Comestabilem Castellæ, fuit dubitatum die Ven. 15. Aprilis, 1575. stantibus dictis testiū vtriusq; partis, an constet, quid, & quantùm annuatim percipiat quilibet Rector, vt Beneficiatus, ita vt sententiæ latæ veniant confirmandæ, vel in aliqua parte rescindendæ. Domini omissa difficultate, an potio aliàs dictis rectoribus, & beneficiatis assignata debeat augeri, cùm sit extra pūctum, concluserunt pro confirmatione sententiarum. Quia cū prædicta sentētia lata fuerit ab ordioario, præsumendum est eum in constituenda congrua portione dictis Rectoribus, & Beneficiatis considerasse omnes qualitates aliàs de iure considerandas, cùm in hac materia assignationis congruæ portionis, vt aliàs, in hac eadē caussa resolutum
1 fuit, iura † multùm deferant arbitrio & iudicio ordinarij.
2 c. fi. §. vbi. de decim. in 6. cl. 1. de iure patro. qui † ordinarius debet considerare qualitates, & circumstantias loci beneficij, personarum, onerum, morum regionis, & multas alias, de quibus latè Rebuff. in tract. de cong. port. q. 8. per tot. n. 61. cū seq. & n. 80. circa med. & n. 82. ¶ Non ob. quod dicitur ex parte Comestabilis, ex dictis testium minimè constare, quid & quantùm annuatim à quolibet Rectore, & Beneficiato percipiatur: quia obiectum posset procedere ad effectum constituendi augmentum congruæ: sed ad effectum confirmationis sententiarum, de quo effectu loquitur dubium, nihil obstat incertitudo quidditatis, & quantitatis eius, quòd annuatim Rectores, & Beneficiati percipiunt, imò incertitudo ista maximè illi prodest, cùm † incerta, vt mox dicemus, in congruam non imputentur. ¶ Minùs obst. quòd in congruam deducenda sunt multa, & varia genera emolumentorum, quæ dicti Rectores & Beneficiati percipiunt, videlicet, anniuersaria, oblationes, distributiones, decimæ minutæ, decimæ ...lariorum famulorū, terræ annexæ beneficij: item emolumenta nuptialia, baptismalia, & funeralia, & alia de ...uibus hîc per informantes. ¶ Quia respondetur incerta, qualia sunt anniuersaria, oblationes, & distributiones, ...n haberi in consideratione, nec cōputari in congruam, post decis. Rot. & Oldrad. tradit Rebuff. d. tract. nume. ... & c. 86. ¶ Nec obst. replicatio exemplo facta, † quòd hu...modi incerta, cùm ad certam summam possint redigi, ...cogruam debent computari, licèt non ita exactè sicut ...era computentur, cùm † paria sint certum esse per se, ... per relationem ad aliud. l. ait prætor. & ibi Doct. ff. de ...ud. Et ita declarat Rebuff. d. tract. nu. 87. post Fel. in d. ... aures. nu. 16. circa med. de rescrip. Si quidem animad...tendum est, quòd Felyn. ibi est merus relator huius ...larationis originaliter traditæ ab Anchar. in cl. vnica, ...m. vlt. nu. 42. vers. sed aduerte. de concess. præb. Nec il... Felyn. in vniuersum approbat, sed distinguit tres ca... & in primis vbi loquitur de emolumentis anniuersa...rum, & distributionum † quotidianarum, inquit illa ...omputari in valore beneficiorum, & opi. Anch. amplectitur in vltimo casu, quando. s. Ecclesia habet redditus incertos, qui communiter ad vnam summam redigi possunt, vt in exemplis Anchar. ¶ Quantùm ad alia emolumenta, præterquam quòd in plerisque illorum potest cadere ratio incertitudinis, non debent in congruā computari, cum alio iure quàm rectoriæ, siue beneficij percipiantur. In † congruum enim ea tantùm computantur, 8
quæ sunt certa, & quæ ex caussa rectoriæ, siue beneficij capiuntur, vt per Rebuff. d. tract. num. 85. & 86. versi. nec aliæ fundationes, & versic. igitur debet, & num. 88. & 89. Quòd autem emolumēta prædicta in casu nostro ex alia caussa, quàm rectoriæ, vel beneficij capiantur, deducunt hîc informantes. ¶ Præterea si aliqua ex prædictis emolumentis venirent de iure in congruam computāda, non propterea sententia ordinarij, præsertim per Rot. confirmata, ex aliqua parte rescindi debet, cùm non constet de exiguitate congruæ, in cuius assignatione potuit ordinarius habere rationem qualitatum loci, beneficij, personarum, onerum, & aliarum circunstaoriarum, de quibus per Rebuff. d. tract. qu. 8. per tot. præsertim † quia ordinarius 9
talem portionem assignare debuit, vt Rectoriis & Beneficiati possint viuere, non sine pecunia, sed commodè, & congruè, vt post gl. & Abb. tradit Rebuff. d. tract. num. 78. Præsertim etiam, quia † ordinarius debuit in assignanda 10
congrua magis inclinare ad fauorem Rectorum, & Beneficiatorum, quàm Comestabilis possessoris decimarum, cùm illi laborent in agro Domini spiritualia parochianis ministrantes, ita Rebuff. d. tract. nu. 82. in fi.

CANTVCCII.

Callaguritan. portionis de Amarita. Die Lunæ, 27. Iunij, 1575.

SVMMARIA.

1 *Institutio, & possessio capta appellatione pendente, dicitur attentata, & nu. 3.*
Idq; etiam procedit in institutione præsentati, nu. 2.
Imo etiam nulla, & iniusta dicitur, nu. 4. & 5.
3 *Possessio capta ab instituto dicitur attentata, nulla, & iniusta, cum num. seq.*
6 *Ius ad rem est considerabile, & quæ concurrere debeant, vt dicatur acquisitum.*
7 *Integrum consequutiuum dicitur ad dimidium.*
8 *Attentata dicuntur ea omnia quæ contingunt articulum, à quo est appellatum.*
9 *Attentata non reuocantur ad instantiam eius, de cuius non iure constat.*
10 *Desertio appellationis impedit reuocationem attentatorum. Declara, vt num. seq.*

DECISIO VI.

IN vna Callaguritan. dimidiæ, & integræ portionis Ecclesiæ parochialis sancti Petri loci de Amarita, die Lunæ, 27. Iunij, 1575. dubitaui, an institutio, & possessio Petri de dicta dimidia, & integra portione sit attentata, nulla, & iniusta, & constet de tali interesse Ioan. de Madruga, vt ad illius instantiam possit reuocari: Domini circumscripta difficultate dispositionis Conc. Triden. sess. 24. de reformat. cap. 18. versi. nec prædictorum examinatorum, & ses. 25. de reformat. ca. 9. vers. ad hæc. Quam difficultatem volūt particulariter videre, dixerunt, inspecta dispositione iuris cōmunis, institutionem & possessionem Petri cir... vtramque portionem tam dimidiam, quàm integram, esse attentatam, nullam, & iniustam, & consequenter reuocandam ad instantiam Ioan. de Madruga, quem dixerunt tale habere interesse, vt reuocationem institutionis, & possessionis Petri petere posit.

Primùm, quòd sit attentata, patet, quia † fuit facta in- 1
stitutio, & capta possessio pendēte appellatione à sententia ordinarij interposita, cap. non solùm, de appellat. lib. 6. ca. 2. vt lit. pend. eo. lib. cum vulgar. Idque † locum habet 2

etiam in institutione præsentati. Calderin.consil.1. vt lit.
pend.Sarnen,decis.31.Guidobon. decis. 104. Et possessio
3 † capta ab instituto est attentata, vt per eundẽ Guidobon.
d, decis. 104. Et sæpius in pluribus caussis fuit id per Do-
minos resolutum, & signanter in vna Callagur. Benefic.
coram Blancherto, 7.Maij,1574.Et in terminis possessio-
nem captam ab instituto, pendente appellatione inter-
posita ab institutione, attentatam esse, tenuerunt Domi-
ni in vna Neapolitan.capellaniæ coram Oradin. de men-
4 se Decembris, 1562. ¶ Secundùm, quòd sit nulla, † ex
præmissis infertur, cùm attentata dicantur ipso iure nul-
la.cap.primo,in fin.& in cap.2.vt lib.pendib.li.6. gloss. &
Doct.in d.cap.non solum.Ægid. decis. 84. & 673. & 707.
5 ¶ Tertium,quòd sit iniusta,constat † euidenter ex prohi-
bitione legis prohibentis,appellatione pendente nihil in-
nouandum esse cl.2.vt lit.pend.& tot.titu.nil nou.appell.
pend. ¶ Quartum, quòd interesse Io.de Madruga sit tale,
vt ad eius instãtiam institutio,& possessio Petri reuocan-
da sit, ex eo colligitur, quòd Ioan. de Madruga habet ius
quæsitum ad rem, cùm fuerit ab omnibus patronis præ-
sentatus, & presentatio ab eo accepta ac etiam facta ab
ordinario, quibus concurrentibus absque dubio acqui-
6 ritur ius ad rem, † quod est considerabile, vt in terminis
post alios,quos allegat,tradit Sarnẽ.ad reg.de iur.quæ sit.
non tollen.quæst.1.car.29.vers.1.non habere locũ.¶ Non
obstant deducta pro parte Petri. ¶ Et in primis, quòd
Petrus non possidet dimidiam, de qua est lis,sed possidet
integram ex noua præsentatione & institutione, super
qua nulla hucusque lis mota fuit, & propterea non vide-
tur in ea posse cadere attentatum deficiente litis penden-
tia, quæ caussat attentatum.Quia respondetur vitium at-
tẽtati commissi circa dimidiam necessariò inficere etiam
integram tanquam consecutiuam ad dimidiam, & de-
7 pendentem ab ea : non enim † quis potest consequi inte-
gram, nisi priùs dimidiam habuerit. Vnde intrat regula
vulgaris, quòd prohibito antecedenti prohibetur etiam
suum necessarium consequens. Ergo prohibita institu-
tione, & possessione Petri circa dimidiam ob pendenti-
am appellationis interpositæ per Ioan. de Madruga à sen-
tentia ordinarij, debet etiam tanquam necessarium con-
sequens censeri prohibitum,quicquid postea fit à Petro,
pro consecutione integræ. Facit, quòd omnia, quæ con-
8 tingunt † articulum, à quo est appellatum, dicuntur at-
tentata, Achil. decis. 30. & 31. tit. de attent. ¶ Non obst.
quòd secundò loco dicitur de dispositione Concil. Trid.
locis de quib. supra. Quia hæc difficultas fuit per Domi-
nos, vt diximus, circumscripta tanquam indigens parti-
culari discussione. Non obst. quòd tertio dicitur de non
9 reuocatione † attentatorum ad instantiam eius, de cuius
non iure constat,iuxta decis.Rot.2.vt l.pend.in nou.Et ex
relatione examinatorum constat de inhabilitate Ioan. de
Madruga, & consequenter de non iure ipsius. ¶ Quia
respondetur negando constare de inhabilitate, & sic de
non iure Ioan. de Madruga, cùm ipse prætendat se fuisse
grauatum ab examinatoribus, & propterea velit osten-
dere iniquitatem : & iniustitiam examinis eorum, & sit
paratus se rursus examinationi subiicere. Vnde istud, an
constet, necnè de non iure Ioan. de Madruga, requirit
specialem inspectionem, cùm pẽdeat ab intellectu Con-
cil.Trid.an.s.d.capitulum 18.ver.nec. prædictorum, iun-
cto d.c.9.ver.ad hæc, habeat locum in omnibus benefici-
is patronatis etiam non curatis, & an d.versic.nec prædi-
ctorum,tollat quamcũque deuolutionem, & appellatio-
nem ad effectum, ne impediatur,vel suspendatur relatio,
quominus executionem habeat, hoc est, quominus fiat,
vel potiùs ad effectum, ne suspendatur, vel impediatur
executio relationis iam factæ: & an etiam d.c.9. versi. ad
hæc quatenus,se referat ad alias statuta,& sic an d.cap.18.
referat se quoad examen tantùm, an verò generaliter
quoad alia, & sic etiam quoad tollendam appellationem,
& deuolutionem impedientem, vel suspendentem rela-
tionem examinatorum, quominus executionem habeat,
¶ Non obst.quòd quarto † loco dicitur de desertione ap- 10
pellationis impeditiua reuocationum attẽtatorum, Rot.
decis.1.de appel. in nou, Crescen. decis. 194. Chassanen.
decis.182. Nam præterquam quòd posset dubitari, an ex
actis constet de desertione appellationis, & in dubio pro
non desertione pronuntiandum sit, iuxta volgatissimam
iuris regulam,respondetur tamen, stante desertione ap-
pellationis,reuocanda esse attentata,non per viam atten-
tatorum, sed per viam nullitatis,vt per Doct.in c.sæpè,&
præsertim Franc.n.30.propè fi.& Præpos.nu.37.de appel.
Et fuit tentum in vna Brachaten. monasterij, corã Iunio,
14.Martij,1558.& in vna Callagur.benefic.del Burgo.co-
ram Seraphino.Ven.7.Maij,1574.Reliqua cùm sint extra
punctum,non indigent responsione.

CANTVCCII.

Burgen.liquidationis fructuum. Die Vener.17.
Decembris,1574.

SVMMARIA.

1 *Compensans soluere dicitur.*
2 *Pecunia succedit loco fructuum, & eius naturam sapit.*
3 *Fructus beneficij percipiendi sunt de manibus eius, qui obti-
net beneficium, etiam si infra annum tale beneficium ob-
tinuerit,non autem de manibus coloni,vel vsufructuarij,
& nu.4.*
5 *Fructuum concessio differt à concessione vsusfructus.*

DECISIO VI.

DVbitatũ fuit in vna Burgen.liquidationis fructuum,
nunquid stante instrumento concordiæ inter Al-
uerum de Cabredo,& Carolum de Armendares celebra-
to de anno 1568.vltimò producto, d. Aluerus fuerit gra-
uatus in liquidatione fructuum ad instantiam Capituli
Borgen,Conclusum fuit,Aluerum in huiusmodi liquida-
tione fructuũ minimè grauatum fuisse, quia licèt fructus
anni 1563. ad eum non peruenerint, sed ad Carolum, vt
constat ex d.instrumento concordiæ, nihilominus cùm
Carolus compensauerit dictos fructus cum pensionibus
decursis sibi ab Aluero debitis,dicitur illos soluisse. Quia
† enim compensat,soluere dicitur,l.si debitor ff.qui pot. 1
in pigno.habean.l.vel permutauerit, ff. de liber. caus.l.si
constat,C.de compensat.latè Tiraquel.cum aliis per eum
citatis,de vtroque retract.part.1.§.3.glos.3.num. 2.3.4.&
5.Vnde dicti fructus censentur quoad vtilitatem, & effe-
ctum ad Aluerum peruenisse, & propterea ipse debebat
eorum æstimationem capitulo soluere, & sic non potest
prætendere sibi grauamen aliquod in liquidatione dicto-
rum fructuũ illatum esse. ¶ Non obst. quòd Aluerus non
ad pecuniam, sed ad ipsosmet fructus tenebatur. ¶ Quia
respondetur,pecuniam pensionum decursarum, quarum
Aluarus erat debitor Caroli, & cum quibus facta fuit
compensatio dictorum fructuum à Carolo perceptorum,
successisse † in locum ipsorum fructuum, meritò eius 2
naturam sapere, l.si eum,§.qui iniuriarum,ff.si quis caut.
cum vulg.¶ Secundò non obst. quòd capitulum non po-
tuit agere contra Aluerum, qui nullum percepit fru-
ctum.sed debuerat agere contra Carolum fructuum per-
ceptorem.

Quia respondetur capitulum potuisse,& debuisse age-
re contra Aluerum, cùm † de eius manibus fructus per- 3
cipere debuerat,vt expresse tradit Anch. in c.propter.nu.
5.post mod.ver.per ista infero.de rescrip.libr. 6. Vbi con-
cludit, habentem † priuilegium percipiendi fructus pri- 4
mi anni beneficiorum vacantium, debere illos recipere
de manibus eius,cui infra illum annum beneficium fue-
rit collatum. Nam Anchar. ibi reprobat opin. gloss. 3.
æquiparantis huiusmodi priuilegiatum vsufructuario. Si
enim vera esset hæc æquiparatio, vtiq; ad priuilegiatum
spectaret exercitium actionum,& regimẽ,& gubernium
d.benefi

d.benefici, vt l.prima, §.si cum l.sequ.ff.de ope.nou.nuntia.& l.prima, in fin.ff.vsufruct. quem.cau. Et sic priuilegiatus posset agere contra colonos,& alios debitores beneficij pro pensionibus,& rebus debitis ipsi beneficio: At id falsum est, quia cùm communis sit conclusio gl.secundæ, dictus, beneficium infra primum illum annum alteri conferendum esse. Quam gloss.sequitur ibi Io.Andr. Gemin. Ancharan. Franciscus,& alij. Sequitur, vt sit differen-
5 tia inter † côcessionem fructuum, & concessionem vsusfructus,l.fundi Trebatiani,ff.de vsufruct. leg.l.si quis ita, ff.de vsufruct. ¶ Tertiò non obst. quòd tempore motæ litis,videlicet anno 1565.nec fructus,nec eorum vtilitas ad Aluerum peruenerit, cùm concordia, cuius vigore solum fructuum vtilitas mediante compensatione pensionum ad Aluerum prouenit, facta fuerit anno 1568. & sic capitulum antea videtur nulliter,& sine actione contra Aluerum egisse. Quia respondetur negando, capitulum sine actione,& nulliter egisse: si enim tempore motæ litis Aluarus de præstimonio de Amezugo, de cuius fructibus agitur, prouisus fuerat, & sic capitulum de manibus Alueri fructus recipere debuerat, vtique satis dicitur capitulum côtra Aluerum actionem habuisse, licèt tunc temporis Aluerus fructus non perceperit, nec vllam eorum vtilitatem consecutus fuerit: tamen fat est, eum potuisse agere contra Carolum fructuum perceptorem, & detentorem, vel pro recuperatione fructuum, vel pro consecutione vtilitatis ipsorum, pecuniam vel aliam rem loco ipsorum percipiendi.

CANTVCCII.

Tirasonen. Canonicatus,& Præben. Die Ven.28. Ianuarij, 1575.

SVMMARIA.

1 *Mandata sunt stricti iuris.*
2 *Mandatum restringi non debet, quando in eo adest aliquod verbum aptum comprehendere id, de quo quæritur.*
3 *Mandati verba ambigua debent interpretari in fauorem proferentis,& constituentis.*
4 *Mandatum factum ad comparendum coram iudice super aliqua re simpliciter, tribuit facultatem comparendi tam in petitorio, quàm possessorio.*
5 *Facultas data in mandato in omnibus,& per omnia intelligitur de amplissima.*
6 *Mandatum cum clausula, in omnibus,& per omnia extenditur, vt comprehendat etiam rem subrogatam.*
7 *Clausula, in omnibus,& per omnia, cum mandato apposita, operatur, vt comprehendat id, quod aliàs non comprehenderetur.*
8 *Mandatum præsumptum ex quibus actibus colligatur.*
9 *Verbum, occasione, denotat caussam remotissimam.*
10 *Mandatum non restringitur ob caussam impulsiuam.*
11 *Relatio in dubio facienda est ad proximiora.*
12 *Verba, caussa,& occasione, apposita in mandato, censentur qualificare comparitionem.*
13 *Verba debent referri ad ea quæ magis conueniunt.*

DECISIO VIII.

Vit dubitatum die Ven.28.Ianu.1575. in vna Tirasonen. Canonicatus, & præbend. Ecclesiæ beatæ Mariæ Tudela, stantibus nonnullis præsuppositis in facto, an mandatum factum in personam Michaëlis de Miranda sit sufficiens in caussa appellationis à sententia de partibus: omini fecerunt resolutionem affirmatiuam pro sufficientia mandati. Mouit ex pluribus. ¶ Primò, quia † licèt mandata sint stricti iuris, cap.qui ad agendum, de procur. 6.& clem.non potest, eod.titu.Rot.decisio.13. de procur.in nou. nihilominus, quando † in mandato adest quod verbum aptum natum comprehendere id, de quo quæritur, tunc non debet mandatum restringi, cùm non sit discedendum à naturali illius verbi significatione, imò in vim comprehensiuam id, de quo est côtrouersia, complectitur. Et verbum † ambiguum, si tamen eius 3
natura etiam in genere patiatur, intelligendum est ad fauorem proferentis,& côstituentis, iuxta l.si quis decurio, C.de fals.& l.si quis intentione ambigua, ff. de iud. Ita in terminis mandati tradit Chassa. decis. 1.sub nu.1.de procur.sed in mandato, de quo agitur, datur facultas comparendi etiam corâ Rotæ Auditoribus super canonicatu, & præben. Ecclesiæ collegiatæ de Tudela, de quib.in caussa huiusmodi agitur,& illa verba, † *super canonicatu*, capiunt 4
tam petitorium, quàm possessorium, vt per Cassad.decis. 6.nu.1.& 5.de rescrip. Merito, &c. ¶ Secundò ex clausula illa vniuersali geminata, *in omnibus & per omnia*. In † man- 5
dato enim datur facultas defendendi iura constituêtium *in omnib.& per omnia*. Ex quibus verbis ostêditur enixa,& deliberata voluntas côstituêtium in dando amplissimam facultatem tum propter vniuersalitatem, tum etiam propter geminationem dictorum verborum, & tradita circa virtutê,& effectus d.clausulæ in omnib.& per omnia.per Doct.in d.l.1.ff.de l.1. vbi Ias.nu.20.cum seq.Rip.n.1. latè Roland.cum concord.per eum congestis cons.67.nu. 47. vsque ad 49.l.3. Et ex illis verbis, *in omnib.& per omnia*, ex- 6
tendi mâdatum etiam ad rem subrogatâ, tradit Put. decis. 21.in vna Segobien.l.3. Et † sub istis verbis, *in omnibus, &* 7
per omnia, cùm sint vniuersalia, nô simplicia, sed geminata comprehendi id, quod aliàs non comprehenderetur, latè deducit Rol.cons.60.nu.21.cum seq.l.1. ¶ Tertiò ex clausulis subsequentibus ibi, *litem seu lites contestandi*, item ibi, *sententiam seu sententias tam interlocutorias, quàm definitiuas ferri petendi,&c.*& ex illis clausulis insertis in instrumento mandati, ex quibus clarè apparet de sufficientia mandati, deducendo latiùs, vt per informantes hic pro parte Michaëlis de Falces. ¶ Quartò placebât Dominis actus subsecuti, videlicet, impensa notabilis facta à Dom. Michaele de Miranda tam in soluendo † mercedê notarij pro parte 8
registri tangente constituentem, quàm etiam in faciendo interpretari, & rubricari processum de partibus, item transmissio processus,& productio iurium. ad trad. per Cassad.decisi.1.nnmero 1.versicul.quod videtur declarari,& nu.seq.& decis.3.nu.4.de procur.Put.decis.275.aliàs 362.in caussa Placent.l.1.Paleot.decis.71.Caput.aq.decis. 20.l.1. Et fuit tentum proximis diebus coram Dom. meo Decano in vna Legionen. denegationis possessionis cum aliis adductis hic per informantes. ¶ Non obstant adducta exemplo. ¶ Et in primis illa verba, *caussa & occasione eius monitorij, siue mandati de manutenendo*. ¶ Nam respondetur illud verbum, *occasione*, denotare † caussam re- 9
motissimâ, vt per Tiraq.cess.caus.limit.13.n.8.& sic caussam impulsiuam, ob quam procuratores fuerunt côstituti, ideòque † non restringitur mandatum. Accedit, quòd 10
illa verba, *caussa & occasione*, referuntur ad personam A. C. Primò, quia dicitur,& signanter coram A. C. ponderando dictionem, *signanter*. Secundò, quia † relatio in 11
dubio facienda est ad proximiora.l.si idem cum eodem ff. de iurisdict. omn. iudic. Tertiò, quia † videtur apposita 12
ad qualificandam comparitionem coram A. C. secundùm doctrin. Barto.in l. fina.ff.de rebus dub. Quartò, quia † magis conueniunt A. C. cùm ipse dedisset mandatum 13
de manutenendo, vt post Com. tradit Crauet. cons. 84. nu. 17. sicut enim particulariter fuit expressa persona A. C. per illam dictionem, *& signanter*, ita particulariter expressa fuit caussa.

Minus obst. id, quòd omnes quatuor constituerint. ¶ Quia necesse est intelligere, eos constituisse non vt vniuersos, sed vt singulos, cùm & vniuersi hoc facere non potuerint, cùm ipsi quatuor non facerent capitulum, & omnes quatuor non poterant habere interesse in canonicatu.

CAN

CANTVCCII.

Terdonen. fructuum. Die 26. Octobris, 1775.

SVMMARIA.

1 *Præsumitur illud in dubio præcedere, quod est necessarium pro substantia, & validitate actus.*
Declara tamen, vt num. 13.
2 *Præsumptio exclusiua delicti est facienda.*
3 *Beneficium viuentis impetrans delinquere dicitur.*
4 *Impetratio, quòd sit valida, & legitimo tempore facta, præsumitur pro impetrante.*
5 *Vacatio beneficij per obitum, nec etiam probatur per confessionem ordinarij.*
6 *Confessio alicuius licèt tertio non noceat, facit tamen qualequale præiudicium.*
7 *Testis deponens per verba, ni fallor, an probet.*
8 *Probatio coadiuuata præsumptione iuris, satis sufficiens dicitur.*
9 *Gratiæ, vt sustineantur, Rota solet semper æquitatem amplecti.*
10 *Probatio facti carens adminiculo iuris sufficit ad verificandam narratiuam gratiæ.*
11 *Probatio semiplena sufficit in narratis in impetratione gratiæ, in quibus principalis intentio non fundatur.*
12 *Indicium efficacissimum præstat credulitatis testimonium.*
13 *Præsumendum est pro validitate impetrationis, licèt non constet de tempore mortis, dummodo de morte sit certum, & nu. seq.*
15 *Onus probandi verisimilitudinem notitiam obitus cui incumbere debeat.*
16 *Sarnen. in regu. de verisimil. not. obit. quæst. 6. in fine reprobatur.*
17 *Fundans se in negatiua siue agat, siue excipiat, debet illam probare.*
18 *Præsumptio validitatis actus non procedit in odiosis, & quare, nu. seq.*
19 *Annullatio actus odiosi est fauorabilis.*
20 *Obitus probatio, quando est posita in conditione, non sufficit præsumptiua, sed requiritur vera, & concludens.*
Declara, vt nu. seq.
22 *Regula de mense in vacatione per obitũ, quo casu procedat.*
23 *Impetrationes cõtinentes datam eius diei, quo contingit obitus eorum, quorum beneficia impetrantur, sunt nulla.*
24 *Præsumptio sola exclusiua delicti concurrens cum probatione de publica voce, & fama, non est sufficiens ad probandum tempus mortis contra possessorem.*
25 *Præsumptio validitatis actus impetrationis est fortior, & efficacior cæteris præsumptionibus.*
26 *Probatio plena, & exacta requiritur in exceptiua.*
27 *Exceptiua per Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 19. fuerunt penitus abrogata.*

DECISIO IX.

IN vna Tordonen. fructuum parochialis Ecclesiæ Archipresbyteratus sancti Felicis terræ Fnegayoli, Gregorius Aueraldus volens iustificare suam gratiam, *si neutri*, & verificare vacationem per obitum Raynerij Gentilis, dedit articulos, & obtinuit examinari testes, qui licet de morte rectè, & concludenter deponant, tamen quia tempus mortis non videntur probare, cùm dubitatiuè loquantur per verba, *si bene recordor*: Ideò 26. Octobris, 1575. dubitani stantibus dictis testium, *commissione Archintij, & gratia certo modo Gregorij*, an probaretur, mortem Raynerij præcessisse impetrationem gratiæ, *si neutri*, Gregorij, in casu, & ad effectum de quo agitur: Fuit conclu-
1 sum pro probatione, tum † quia in dubio præsumitur illud præcedere, quòd est necessarium ad substantiam, & validitatem actus, l. cum in testaméto, §. hæc verba. & ibi Bald. ff. de hæred. instit. latè Feli. in cap. pastoralis, nom. 5.
ver. ad euidentiam, de rescript. Crescent. decis. 138. Tom
† quia facienda est præsumptio exclusiua delicti, l. merito, 2
ff. pro soc. ca. fi. de præsumpt. quod delictũ aliter interpretando Gregorius commisisset, cùm † beneficium viuentis 3
impetrasset. Ita in terminis tradit Cassad. decis. 21. de præbend. Sarnen. ad reg. de impetr. benefic. viuen. quæst. vltima, & latiùs ad regul. de verisimil. no. qu. 6. Paleot. decis. 24. Simonet. decisio. 23. Crescent. decis. 116. lib. 1. Et quòd præsumatur pro impetrãte, quòd † impetratio sit valida, 4
& legitimo tempore facta, Put. decisio. 427. lib. 3. Et vltra prædictas præsumptiones plures concurrunt in casu isto. In primis concurrit confessio Archintij confitentis in sua commissione mortẽ Raynerij ante impetrationem Gregorij. Et licèt huiusmodi confessio non faciat probationem, cùm † vacatio beneficij per obitum, ne quidem ex 5
confessione ordinarij probetur, vt per Caputaquen. decis. 118. lib. 2. tamen negari non potest, quin faciat quale quale indicium, quia † licèt confessio alicuius non no- 6
ceat alteri, facit tamen qualequale præiudicium, vt per Butr. in cap. pen. num. 2. ver. facit tamen, & ibi Felin. no. 14. de re iud. & faciunt latè congesta per Curt. in consil. 72. nume. 3. 4. & 5. per Aym. de antiq. temp. part. 2. in prin. numer. 48. vbi alios citat. Præterea concurrunt duo testes deponentes per verba, *si bene recordor*, de tempore obitus Raynerij, videlicet, de mense Septembris, & sic ante impetrationem gratiæ Gregorij. Et licet controuersi iuris sit, an † verba, *ni fallor*, a teste prolata eius dictum in- 7
fringant, & negatiuam tenuerit Bald. in l. 1. in princ. num. 6. de iust. & iur. quem sequitur ibi Angel. num. 5. Castren. nu. 12. Felyn. in c. quoties. nu. 8. circa med. vers. quib. adde de testib. Cãpeg. in tract. de testib. reg. 215. Cõtrarium verò, nisi tamen concludens ratio assignetur, voluerunt Fulgos. in d. l. 1. num. 5. Martin. Laud. quem refert, & sequitur Curt. sen. in addit. ad Castr. in dict. l. 1. num. 12. latè ibi Ias. nu. 13. cum sequ. Zas. nu. 15. Claud. numer. 12. dicens hanc esse communem. Nec testes prædicti vllam bonam rationem reddant, quia ratio, quòd mors Raynerij fuerit notissima omnibus, non concludit: non enim respicit tempus, sed obitum ipsum, & sic prædicta dispositio tanquam dubia, & non concludens nihil videatur valere: Nihilominus præmissis non obstantibus, hæc dubia probatio in casu isto satis est releuans, & sufficiens, cùm
† sit coadiuuata præsumptione iuris, de qua supra, quo ca- 8
su probatio, quæ est dubia, & non concludit, admittitur, vt latè per Dec. in cap. in præsentia. nu. 26. 27. 28. 29. & 30. de proba. Ægid. decisio. 683. post med. vers. sed plus placuit. inquiens non requiri plenam, & concludentem probationem, sed sufficere qualem qualem, quoties est coadiuuata præsumptione iuris. Et fuit tentum in vna Clusin. pens. coram Blanchet. die 9. Decembris, 1574. & tantò magis, quod in casu nostro agitur de sustinenda gratia, quo casu † Rota solet semper æquitatem amplecti, vt 9
gratiæ sustineantur, & non pereant, cùm illæ multis laboribus, & grauibus impensis obtineatur, vt testatur Sarnen. ad regul. de valor. quæst. 11. in fi. argũ. c. commissa. de elect. in 6. & facit dec. 19. de præb. in nou. Hinc est, quòd ad verificandam † narratiuam gratiæ sufficit probatio 10
facti carens adminiculo iuris, vt per Ægid. decisio. 116. in fi. Et in narratis in impetratione † gratiæ, in quibus prin- 11
cipalis intentio non fundatur, sufficit probatio minùs plena, vt inquit idem Ægid. decis. 675. post princip. Vnde negari nõ potest, quin in casu nostro adsit probatio qualisqualis, & minùs plena, quia cùm idem iuris sit in dispositione facta per verba, *ni fallor*, quòd in dispositione credulitatis, cùm vtraque sit dubia, & non concludens, vt per Ias. & alios in d. l. prima, ff. de iust. & iur. Et nihilominus testimonium † credulitatis efficacissimum præstat 12
indicium. Aug. cons. 3. nu. secundo, & tertio, Ias. ad rub. ff. de iureiur. num. 9. versicul. septimo limita. Campeg. allegans Innocen. & Iac. de Amelia. in tract. de testib. reg. 209.
in quarta

in quarta fallen. Sequitur, vt etiã ex depositione facta per
verba, ni fallor, vehemens, & efficax oriatur indicium, q
est etiam roboratum ex adminiculo confessionis Archin-
tij, vt supra. ¶ Non obst. modo adducta pro parte Fran-
cisci Gentilis. ¶ Et in primis non ob. quòd decis. Cassad.
21. de præbend. cum aliis supra allegatis, procedat, quan-
13 do † constat de tempore mortis, puta, quia impetratio
fuit eo die, quo obitus contingit. ¶ Nam respondetur,
Cassad. nõ facere vim in tempore mortis, sed in eo, quòd
mors præsumebatur præcessisse impetrationem, cùm in
dubio ille actus præsumatur præcedere, qui est necessarius
pro validitate actus, de quo agitur, quæ ratio militat etiã
si non constat de tempore mortis, dummodo constet de
morte, & simus in dubio, an illa præcesserit, vel sub-
secuta sit impetratio. ¶ Secundò non obst. quòd dict. de-
cisio Cassad. loquitur in † expressa, & clara impetratio-
14 ne per obitum, quòd non accidit in casu nostro, cum im-
petratio, de qua agitur, nullum verbum de obitu Ray-
nerij habeat.

Quia respondetur vtroque casu vigere rationem præ-
sũptionis validitatis actus, & præsũptionis exclusiuæ de-
licti. ¶ Tertiò non obst. quòd d. decis. Cassad. locum ha-
15 beat, quando est † derogatum regul. de verisimili notitia
obitus, aliàs deficiente derogatione huius regul. & stante
eius exceptione, onus probandi verisimilem notitiam
obitus incumberet impetranti, vt declarat Sarnen. d. reg.
16 quæst. 6. in fin. ¶ Quia † respondetur, opin. Sarnen. fuisse
reprobatam, & cõtrarium decisum, vt per Put. decis. 427.
li. 3. Fabi. decis. 16. lib. 2. Et ratio est, quia fundans se huius-
modi regula tenetur probare negatiuam de non verisi-
mili notitia obitus, cùm sit fundamentum intentionis
ipsius. ¶ Nam fundans † se in negatiua, siue agat, siue ex-
cipiat, debet illam probare, secundùm Innocen. in cap. su-
per his. de acusat. Bart. & Doctor. in l. in illa. vbi latè Are-
tin. de verborum obliga. Cassad. super regul. decis. 3. nu. 2.
¶ Quartò non obst. † quòd præsumptio validitatis actus,
quia potissimùm nititur Cassad. d. decis. non procedit in
odiosis, vt per Alciat. de præsump. regul. 3. præsump. 34. n.
13. Et odiosum videtur, velle præsumere pro validitate
impetrationis, obitum Raynerij præcessisse impetratio-
nem ipsam, in præiudicium Iulij Gentilis, qui erat posses-
sor, & prætendebat beneficium, de quo agitur, per resi-
gnationem sibi factam vacare.

Quia respondetur, Alciatum loqui de actu odioso, &
non de odio ob præiudicium tertij. Et ratio † est secun-
dùm ipsum, quia annullatio actus odiosi est fauorabilis.
l. 2. & ibi Doct. ff. de l. & posthum. facit l. si res æstimata. in
princip. ff. de iur. dot. ¶ Quintò non obst. quòd decis. Cas-
sad. non vindicat sibi locum, quando † probatio obitus
est posita in conditiooe, vt in casu nostro, cùm in gratia,
neutri, Gregorij apposita sit cõditio, si Auditori consti-
terit, &c. quo casu non sufficit præsumptiua probatio, sed
requiritur vera, & cõcludens. Felyn. in rub. de probat. nu-
mero 3. Ruin. cons. 68. nu. 18. vers. nec obst. lib. 1. Cagnol.
l. in pari. nu. 3. vers. pro qua opin. ff. de reg. iur. Et hanc
communem fatetur Dec. d. rub. num. 14. vers. quam-
uis ista. ¶ Siquidem respondetur negando in casu isto ex-
stare solam præsumptiuam probationem, cùm adsit etiam
vera & cõcludens, sumpta ex dictis testium, & confessio-
ne Archintij, quæ probatio ex subiecta materia iustifi-
candi, & substinendi gratiam, præsertim coadiuuara præ-
sumptionibus iuris, dicitur plena, & concludens, vt per
Put. d. decis. 683. ad fi. vers. ad secundum. ¶ Præterea re-
spondetur † tunc procedere d. communem opinionem,
quando ei, qui apponit conditionem probationis, iam
constat adesse præsumptionem, tunc enim non sufficit
præsumptiua probatio, sed requiritur vera, & cõcludens,
alias appositio conditionis sit inutilis, contra l. si quando. ff.
de lega. primo, & sic fiat contra mentẽ apponentis condi-
tionem, quia non videtur fuisse contentus præsumptione,
sed requisiuisse veram, & plenam probationem. Ita decla-
rat Alc. de præsumpt. regula 3. nu. 4. ita intelligens text. in
quo communis conclusio fundatur, in l. huius, ff. de cond.
& demonstra. Sed in casu nostro Papæ apponenti in re-
scripto conditionem illam, *si constiterit, &c.* non constabat
adesse præsumptionem, quòd obitus Raynerij præsuma-
tur præcessisse gratiam, cùm in ea nulla fieret mentio de
obitu Raynerij. Meritò, &c. Tunc autem intraret obie-
ctum, si Papa dixisset, *si constiterit parochialem Ecclesiam hu-
iusmodi per obitum Raynerij vacasse.* ¶ Sextò, Non obst. re-
gula de mense in vacatione † per obitum exprimendo, & 22
probando. ¶ Quia procedit ad alium effectum, nempe ad
dignoscendum, an vacatio contingat in mense Apostoli-
co, vel ordinarij. ¶ Septimò, Non obst. extrauag. Bonifacij
octaui. ¶ Quia † illa annullat impetrationes continentes 23
datam eius diei, quo contingit obitus eorum, quorum
beneficia impetrantur: at in casu nostro nõ constat Gre-
gorium impetrasse suam gratiã die obitus Raynerij, Me-
rito, &c. ¶ Octauò, & vltimò, Non obst. decis. Put. 266. li. 3.
¶ Quia † ibi cum probatione de publica voce & fama 24
super vacatione in mense Apostolico sola concurrebat
præsumptio exclusiua delicti, quod præsumeretur in ac-
ceptante, si acceptasset beneficium vacans in mense ordi-
narij. Præsumptio autem validitatis actus acceptationis,
vt scilicet illa facta sit in tempore, cessat in eo casu, vt ibi
propè fin. decisi. deducitur. Ideò non mirum, si ibi tempus
obitus, quòd erat fundamentum expectantis, quia erat
actor, debuerat contra possessorem concludentiùs pro-
bari. At in casu nostro plura concurrunt.

Primò, testes de tempore obitus, licèt dubitatiuè depo-
nentes, quæ tamen dubia depositio in casu isto admitti-
tur, vt supra deductum fuit. ¶ Secundò, coniectura, & ad-
miniculum prouenieus ex confessione Archintij. ¶ Ter-
tiò, præsumptio exclusiua delicti. ¶ Quartò, præsumptio
† validitatis actus impetrationis, quæ præsumptiu saltem 25
regulariter est fortior, & efficacior cæteris presumptioni-
bus, vt per Dec. in l. in contrahendo, n. 6. ver. no. ff. de reg.
iur. & in ca. quoniam Abbas nu. 5. in fin. ver. ex his infer-
tur, de offic. deleg. & in cons. 77. nu. 5. cons. 448. num. 17.
Galliaul. in l. 1. §. si quis ita, nu. 23. ff. de verb. oblig. Purpur.
in l. rogasti, §. si tibi, num. 38. ff. si cert. pet. Alciat. de præ-
sumpt. reg. 3. præsumpt. 44. nu. primo. Accedit quòd decis.
Put. loquitur in exceptiua, † in qua nõ mirum, si plena & 26
exacta requiritur probatio, cùm exceptiuæ sint odiosæ,
præiudiciales, & execrabiles, vt optimè deducit Rebuff. in
sua prax. benefic. par. prima, tit. de expectat, num. 4. & 5. Et
† propterea per Concil. Triden. ses. 24. de reformat. ca. 19. 27
fuerunt penitus abrogatæ.

CANTVCCII.

Callaguritan. portionis de Amarita. Die Lunæ, 21. Nouembris, 1575.

SVMMARIA.

1 *Beneficia curata debent à dignis, & idoneis Parochis gu-
bernari.*
*Idque intelligendum est etiam in patronatus, curam anima-
rum habentibus, non aliis, nu. 2.*

DECISIO X.

PRoposui die Lunæ, 21. Nooembris, 1575. in vna
Callagurit. portion. de Amarita dubium super intel-
lectu Concil. Triden. ses. 24. de reformat. cap. 18. versi. nec
prædictorum. & ses. 25. de reformat. cap. 9. versic. ad hæc.
Quod dubium fuit per Dominos circumscriptum in alia
positione eiusdem caussæ die Lunæ, 22. Iunij, 1575. Su-
per quo dubio resolutum fuit, neutrum capitu. intrare in
casu, de quo agitur. Nam quantùm ad capitul. 18. Do-
mini dixerunt illud procedere in beneficiis curatis, vt ex
eius verbis clarè ostenditur. Primò ibi, *expedit † maximè* 1
anima

animarum saluti à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Secundò ibi, *& cum parocialis Ecclesiæ vacatio, etiam si cura Ecclesia, vel Episcopo incumbere dicatur.* Tertiò ibi, *vni vel pluribus curam animarum dare.* Quartò ibi, *etiam ipsa parochialis Ecclesia reseruata vel affecta fuerit.* Quintò ibi, *donec de rectore prouideatur.* Sextò prope fin. ibi, *si tamen exigui redditus d. parochialis fuerint.* Quæ verba, cùm fuerint vltimo loco posita, referri debent ad omnia beneficia superiùs expressa, & sic etiam ad beneficia iurispatronatus, tam Ecclesiastici, quàm laicorum. At nos sumus in beneficio simplici, cùm vtraque portio tam dimidia, quàm integra fuerit ab Episcopo tanquam beneficium simplex collata, vt ex actis constat. Merito, &c.

2 Quãtùm verò ad c. 9. nec illud obst. quia † licèt loquatur generaliter de omnibus beneficiis patronatis, vt patet ibi, *reliquis patronatus omnes.* Item ibi, *aut quibuscunque aliis beneficiis*, & specialiter de beneficiis simplicibus ibi, *tam ad parochiales quàm ad alia quæcunque beneficia etiam simplicia*, nihilominus, quatenus. l. c. 9. versicul. ad hæc refert se ad alia statuta, relatio, quoad beneficia patronata curata debet fieri ad d. c. 18. quo verò ad beneficia patronata simplicia fieri debet ad c. 13. ses. 7. de reforma. Vbi cauetur, præsentatos seu electos, vel nominatos ad beneficia Ecclesiastica non admitti, nisi fuerint priùs à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & neminem appellationis remedio se tueri posse, quò minùs examini subiicere se teneatur. Et sic ibi tollitur appellatio ad effectũ, ne examen euiterit, cui Io. de Madruga iam se subiecit, nec illud subire vnquã recusauit. Vnde ibi non tollitur appellatio à relatione, & grauamine examinatorũ. Ideóq; res remanet sub dispositione iuris communis. Et quamuis d. c. 13. loquatur generaliter, vt patet ibi, ad quæuis beneficia, tamen ab eius generalitate fuerunt postea excepta beneficia curata tam patronata, quàm non patronata, quæ fuerunt subiecta dispositioni d. cap. 18. argum. l. doli clausula. ff. de verborum obliga. Et sic dispositio d. cap. 13. remansit quoad beneficia simplicia. ¶ Et huius quoque opinionis fuit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Alciatus Præfectus congregationis Concilij.

CANTVCCII.

Roman. curiæ de Sabellis.

SVMMARIA.

1 *Tempus adiectum obligationi simplici, & momentaneæ censetur in dubio adiectum caussa differendæ solutionis, non finiendæ obligationis. Ex communi.*
Declaratur, nu. 2. 3. & 8.

3 *Tempus vt censeatur dilatiuum solutionis, non extinctiuum obligationis, quatuor concurrere debent.*

4 *Castren. cons. 110. li. 1. cum aliis quo casu procedat, & nu. seq.*

5 *Fideiussor de repræsentando aliquem in iudicio non constituitur in mora per aduentum diei sine interpellatione.*

6 *Mora non inducitur propter aduentum diei absque interpellatione in actibus iudicialibus, secus in extraiudicialibus.*

7 *Emptor si durante tempore redimendi dixerit venditori se illum admissurum ad retractum quandocunque voluerit, intelligitur modo veniat intra tempus ad redimendum præfixum.*

8 *Tempus adiectum fideiussioni stat limitatiuè, non dilatiuè.*

DECISIO XI.

Dominus Hostilius de Sabellis vendidit officium, & introitus curiæ de Sabellis certo pretio Domino Nicolao Monalden. & Do. Andreæ Anchaiano, & vlteriùs promisit dare in fideiussorem Dominum Franciscum Vrsinum infra quatuor menses tunc proximè futuros, deinde pro tunc, & eousque d. Do. Franciscus accesserit R. D. Abbas sancti Georgij accessit vti principalis principaliter, & in solidum, stantibus huiusmodi obligationibus, dubitaui die Lunæ, 21. Nouembris, 1575. an d. tempus quatuor mensium sit appositum caussa finiendi obligationem, vel caussa differendi solutionem. Et quia dubium intelligitur tam de obligatione Do. Hostilij, quam D. Abbatis, idcircò in duas partes diuisum fuit, vt altera respiciat obligationem D. Hostilij, altera obligationem D. Abbatis. ¶ Quoad primam partem dubij Domini dixerunt, tempus quatuor mensium censeri adiectum, nõ ad obligationem terminandam, sed ad solutionem differendam, quia communis est conclusio, quòd tempus adiectum † obligationi simplici, & momentaneæ, censetur 1 in dubio adiectum caussa differendæ solutionis, non finiendæ obligationis. ita Bar. in l. cũ quia ita stipulatus. §. qui ita. il 3. n. 2. in fin. in vltimo membro suæ distinct. ff. de verb. oblig. & ibi Ang. ad fin. vers. 2. conclude. Castr. nu. 3. ver. aliàs in dubio, Imol. nu. 6. vers. si autem apponitur. & vers. potest etiam intelligi, Alex. nu. 4. post. med. vers. aliàs autem in dubio, asserens hanc esse communẽ. Ruin. cons. 82. nu. 2. lib. 1. dicens cum Bart. alios communiter transire. Et pro hac conclusione aliis iuribus omissis, est tex. clarus in l. si mãdato Titij. §. Paulus respondit. il secũdo, ff. mand. vbi tempus fuit adiectum per dictionem, infra, vt in casu nostro, & † nihilominus post lapsum temporis debitor 2 conueniri potest. Verum hanc Bart. conclusionem tunc procedere inquit Angel. in loco infra allegando, quando tempus adiicitur obligationi mero fauore debitoris, ita vt creditor ex parte sua nihil debeat implere: sed vbi debitori satisfacienti, est etiam ex parte creditoris aliquid implẽdum, tunc nisi sibi intra tempus præfinitum a debitore satisfiat, non tenetur post tempus admittere illud ad satisfaciendum. Et sic vt censeatur tempus dilatiuum solutionis, & † non extinctiuum obligationis, quatuor 3 concurrere debent. Primò, vt dispositio, vel obligatio sit simplex, non conditionalis. Secundò, vt habeat caussam momentaneam, non successiuam. Tertiò, vt simus in dubio: aliud enim esset si à partibus expressè aliud dictum foret. Quartò, vt tempus sit appositum mero fauore debitoris, secundùm Ang. cons. 199. quem sequitur Barba. in c. ad nostram. colum. vltima, nu. 11. in fi. de empt. & vend. Curt. sen. consi. 58. nu. 6. vers. vltimo confirmari videtur. Dec. cons. 308. nu. 8. vers. nec tiam virtute pacti idem Dec. in l. petens. n. 7. post med. ver. similiter si minori tempore. C. de pact. Cagnol. in l. 2. nu. 35. ver. differentia tamen est. & nu. 36. & 37. & ibi Gozad. nu. 69. C. de pact. inter empt. & vend. idem Gozad. consi. 87. sub n. 5. & cons. 94. nu. 51. Ias. in l. nemo potest. nu. 12. in fi. & latiùs in d. §. qui ita. nu. 9. vers. sed hoc nõ obstãte, vbi vltra Ang. aliàs adducit rationes: idem Ias. in l. si quis ita promiserit, §. Seia cauit. nu. 10. ff. de verb. obliga. Roland. à Val. cons. 10. nu. 13. libr. 2. latissimè Tiraq. de vtroque retract. par. 2. §. 1. gl. 2. nu. 41. com multis seq. At in casu nostro obligatio D. Hostilij nũ est conditionalis, sed simplex. & non habet caussam successiuam, sed momentaneam, cum momento temporis actus dandi D. Franciscum in fideiussorum explicari potuerit, & partes non aliter egerunt, vt tempus esset adiectum ad finiendum obligationem, sed sumus in dubio, & demum tempus appositum fuit mero fauore D. Hostilij debitoris, nec quicquã ex parte D. Nicolai, & D. Andreæ faciendum erat. Merito, &c. ¶ Quantùm ad secundam partem Domini dixerunt, tum per illa verba in instrumento posita, & infra d. tẽpus, & donec accesserit, & sic illa verba, donec, stant augmentatiuè ad d. tempus, videlicet, quatuor mensium, tum quia actus subsequutus id clarè ostendit, cùm d. Do. Abbas fecerit secundam accessionem per 10. menses post primam, dicens in ea, quòd ex eo, quia D. Franciscus adhuc non accessit, ipse Abbas adhuc tenetur. &c. ¶ Non obstant adducta pro parte D. Abbatis. ¶ Et in primis decisi. Castren. consil. 110. lib. 2.

4 quem † sequitur Dec. cõs.2.nu.3.post.med.vers. & in for-
tiori casu Felyn.in cap.si autem.nu.4.vers.quas limita. de
rescrip.Ias.in l.vniuersa.nu.4.vers.decimo facit.C.de pre-
cibus Imper.offeren.& in l.si ex legati caussa.nu.14. vers.
vlt.limita.ff.de verb,oblig.Marsil.ad rub.de fideius. q.18.
num.144.Bos.in tit.de careeran.fideiussor. num.61.Rol.
d.consi.58.num.14.lib.1. Anton. Gabriel.libr.1.de solut.
conclus.9.nu.22.latè Boer.cons.22.num. 2. cum seq.cum
aliis adductis in vna Rom. fideiussio. de se repræsentan.
coram Vetallo die Veneris, 29. Maij. 1575. ¶ Siquidem
5 respondetur,decis.Castren. procedere † in fideiussore de
repræsentando aliquem in iudicio, & sic in fideiussione
continente factum concernens præparatoria iudicij,
6 tunc † enim per aduentum diei sine interpellatione non
inducitur mora. Et ita declarat Felyn. Ias. Boer. & Ga-
briel.in præcitatis locis. At secus est in actibus extraiudi-
cialibus, vt in casu nostro, quoniam tunc ex lapsu diei
absque alia interpellatione mora inducitur, vt per Felyn.
vbi supra. ¶ Secundò non obstat, quòd Dom. Abbas ac-
cesserit per illa verba, & pro nunc, & donec Dnm.Franc.
accesserit ego promitto,&c.quasi dictus Abbas promise-
rit pro præsenti tempore quatuor mensium, per ea, quæ
tradit Roman.cons.27.nu.3. propè fin. vers.4. dubitatur,
vbi si † emptor durante tempore redimendi dixerit ven-
7 ditori se illum admissurum ad retractum quandocunque
voluerit, intelligitur modo veniat intra tempus ad redi-
mendum præfixum, & sequitur Tiraquel. de vtroque re-
tract.parte secunda.§.1.gloss.2.nu.52. ¶ Quia obiectum
istud est superiùs dictis in secunda part. penitus tollitur.
¶ Tertiò non obstat, quòd elapsis quatuor mensibus cre-
ditores sibi prospexerunt per retensionem scutorum tri-
ginta menstruorum reseruatorum Dom.Hostilio. ¶ Quia
huiusmodi prospectio creditorum non solùm intelligi-
tur intra tempus quatuor mensium, sed etiam donec ac-
cesserit Dom. Franciscus, vt patet ex illis verbis, & intra
d.tempus, & donec accesserit dictus Franciscus, depona-
tur,&c. ¶ Vltimò non † obstat si diceretur, præmissa pro-
cedere in principali promittente, non in fideiussore, quia
tempus adiectum fideiussioni stat limitatiuè, non dila-
tiuè, vt in terminis voluit Imol. in d. §. qui ita. num. 6.
in fine.vers.& hoc in ipso principali, per no. in leg. fide-
iussor.in fin.mand. Et quia hoc consueuit fieri, vt in fide-
iussione apponatur tempus ad eam limitãdam, nam non
consueuit quis diutiùs remanere obligatus, vt fideiussor,
ad not.in l.si pro ea. C.mand. ¶ Quia respondetur id non
procedere in casu nostro, cùm Do. Abbas accesserit non
solùm pro tempore quatuor mensium, sed etiam donec
Dom.Franciscus accesserit. Præterea respondetur, Dom.
Abbatem in casu isto cõsiderari, vt principalem, cùm ac-
cesserit tanquam principalis principaliter, & in solidum.

CANTVCCII.

Siracusan.illegitimatis.Die Lunæ,10.Decemb.1575.

SVMMARIA.

Iurisdictio delegata Vicario Episcopi per eius obitum, vel remotionem ab officio expirat.ex communi.

Obseruantia tamen communis est in contrarium.nu.3.

Fallit etiam, nisi habitus sit respectus ad tribunal, non autem ad personam.nu.4.

Rota solita est semper æquitatem amplecti omisso rigore.

Sententia lata contra communem opinionem non dicitur nulla.

Iurisdictionis defectus proueniens ex communi opinione non reddit actum nullum.

DECISIO XII.

IN vna Siracusan, illegitimatis, cùm pro parte Anto-
nij Bellotto contra Petrum de Cœlestis prætendere-
tur, dispensationem, de qua agitur, fuisse factam, non à
Vicario, cui literæ pœnitentiariæ directæ fuerunt, sed
ab eius successore, & ad id ostendendum, cùm pro parte
eiusdem Antonij instaretur, vt eius sumptibus cogeretur
Petrum ad faciendum compulsati scripturas, ex quarum
data apparet deputatio Vicarij successoris; nolui id face-
re, nisi priùs viderem, an istud in casu, de quo agitur, sit
releuãs. Et propterea die Lunæ, 10. Decembris. 1575. pro-
posui dubium, an ex eo, quòd pro parte Petri non proba-
tur, quòd Gerardus, qui mandatum de dispens. executio-
ni demandauit, esset Vicarius tempore quo mandatum
fuit concessum, executio ipsius per ipsum Gerardum fa-
cta possit dici nulla in casu, de quo agitur. In quo dubio
Domini dixerunt, quòd licèt communis opin. sit tam ca-
nonistarum, quàm legistarum, vt iurisdictio † delegata 1
Vicario Episcopi per eius obitum, vel remotionem ab
officio expiret, & non transeat ad successorem, vt post
Petrum voluit Bart.in l.more maiorum.in fi. & ibi Salyc.
& Fulgos.nu.25. vers. sed aliquando. Ias. nu. 65. in 2. li-
mit. Caccialup.nu.35. Ruin.nu.8. post med. vers. dictum
eius. Curt.iun. sub nu. 112. ff. de iurisd.omn.iudi. idẽ Bart.
in l. & quia in fi. ff. eod.tit. & in l.quod princip. in vltimis
verbis. ff. de lega.2. Fulgos.in l. si quis Imperatorem. nu.
1.vers.sed si sit.C.qui testam.facere poss.Butr.in c.quoniã
Abbas.nu.25.Imo.nu.19.& 20.Felyn.nu.7.Dec.no.9. Be-
ro.nu.100.cum seq.Mant.nu.32.extra. de of. deleg. Gem.
in cap.statutum.in princ.col.3.circa med.vers.& per hoc
idem dicitur in vicario, de rescript.lib.6. Et hãc esse com-
mun.opin.testãtur Caccialup.Dec.Bero.& Mant.in præ-
citat.locis. Nihilominus Domini in casu, de quo agitur,
transiuerunt cum contraria opin. quam post glo. & Pau.
de Leaz.in clem.2.de resct.expresse firmauit Card.in d.c.
quoniam Abbas.col.5.in 12.opposit.Abb.ibi.nu.10.& 11.
& latè Barb.nu.45.& 46.Pet.And.Gambar.in tract.de of.
& potest.reg.de later.lib.8.nu.97.& 98. Et omissa discus-
sione veritatis huius articuli, & vtra istarum opinionum
verior sit, cùm hinc inde bona iura, & rationes adducan-
tur, & vtraq; opin. possit probabiliter defendi, moti sunt
Domini. ¶ Primò, quia communis opinio habet in se ri-
gorem, & subtilitatem, vt inquit Abb. in d. c. quoniam
Abb.num.2.Caccialup. in d.l.more maiorum.nu. 35. Et
Rota † solita est semper amplecti æquitatem omisso ri- 2
gore, nisi in casu, in quo rigor seruandus esset, vt in casu
decis.Achil.475. in c.in vna Ciuitaten. Decimarum. vbi
Rota sequuta est communem opin.tum quia ibi ageba-
tur de remissoria, in qua censetur electa industria perso-
næ, tum etiam quia concurrit qualitas recusationis suc-
cessoriis Vicarij, cui remissoria remissa fuit, & propterea
stante huiusmodi recusatione Domini dixerunt, ibi non
esse recedendum à rigore communis opinionis. ¶ Secun-
dò placuit Dominis ratio, quòd attenta communi opi-
nione subuerterentur multæ expeditiones. ¶ Tertiò, quia
† contra communem est communis obseruantia, vt asse- 3
rit Card.in clem.2. num.6. in fin.de rescript.& Pet. And.
Gamb.qui fuit Rot.Auditor.in loco.de quo.sup.num.97.
¶ Quartò, quia in casu, de quo agitur, non fuit facta
† commissio Vicario simpliciter, sed Episcopo Agrigen- 4
tino, vel eius Vicario, & sic delegans habuit respectum
ad tribunal Episcopi Agrigentin. quo casu limitatur
communis opin. vt per But.in d.c. quoniam Abb. nu. 25.
& ibi Abb.nu.21.& Barb.nu.46. & Caccialup. in d.l.mo-
re maiorum. nu.35.post med. Præterea ad comprobatio-
nem præmissorum addebam ego, & illud, quòd cùm in
præsenti dubio agatur de nullitate executionis mandati
apostolici, non possit executio dici nulla, etiam si illa
facta fuisset à successore Vicarij, cui mandatum dire-
ctum fuit. Nam quemadmodum † sententia lata contra 5
communem opin. non dicitur nulla, ad not. in c.1. de
const. ita nec etiam actus iurisdictionalis gestus ab eo,
qui secundùm communem opin. iurisdictionem non
habet. Tunc enim † defectus iurisdictionis reddit nul- 6
lum actum iurisdictionalem, quando defectus prouenit

ex clara, & certa iuris dispositione: at secus quando ex communi opinione.

CANTVCCII.

Roman. Palatij.

SVMMARIA.

1 *Fructus sequestrandi sunt licet possessor illis non abutatur, & conuertat in alios vsus, quàm fecerit prius ante appellationem, quando adesset difficultas exactionis contra illum in euentum succumbentiæ.*

2 *Verbum, depopulandi, & dissipandi, quid significent.*

3 *Recusatio nimia præstationis cautionis inducit animum iudicis ad concludendum sequestrum.*

DECISIO XIII.

DVbitaui in vna Rom. Palatij, die 5. Decembr. 1575. præsuppositis quibusdam in facto, an hæres Petri Vorsij teneantur cauere de restituendo pensiones Palatij in euentũ succumbentiæ, vel illas deponere. In cuius du-
1 bij disputatione, fuit disputata quæstio illa, † an appellatione pendente fructus sequestrari debeant, si possessor appellans in proprios vsus illus, vt prius, conuertat. In qua quæstione negatiuam pro non sequestratione tenuit Card. in c. fi. in fi. de seq. pos. & fruct. motus ex l. Imperatores. in fi. ibi, cùm depopularentur ab aduersario. de appel. Nam ponderando verbum, depopulari, inquit tunc dici possessorem depopulare fructus, quando versatur in iis aliter, quàm soleat ipse, vt prudens paterfamilias. Hoc idẽ voluit. Io. de Ana. in d. l. Imperatores in fi. tenens, non esse locũ sequestrationi, si eius fructus conuertat in proprios vsus, quia cum appellans non desinat esse possessor, debet fructibus posse perfrui tanquã commodo suæ possessionis. Eandẽ sentẽtiam secutus est Rom. in l. si seruum quis. §. prætor ait. nu. 3. vers. quod dictu tamen. ff. de acq. hær. põderando verbũ, depopulare, in d. l. Imperatores. §. fi. & verbu, dilapidari, in d. c. fi. Quæ verba secundu ipsum accipiuntur in malam partem, & denotãt malam fidem, quæ cessat in eo, qui fructus in vsus suos moderate conuertit. latè Paris. cons. 41. nu. 44. 45. & 46. lib. 1. Cõtrarium vt scil. sit locus sequestrationi, voluit Inn. in d. c. fi. ita intelligendo illum tex. in verbo, dissipentur, dicens, fructus dissipari etiam si in proprios vsus conuertantur, vel distrahantur. Et iuno. ibi sequuti sunt Host. in prin. Io. And. pariter in pr. Bal. ante nu. 1. & Anch. nu. 2. Arch. in c. quoties. *il secondo.* prope fi. & ibi Gem. & Præpos. 2. q. 6. gl. in d. l. Imperatores. in fi. in verbo, depopulentur, & ibi Ang. ad fi. Imol. nu. 4. in fi. & Cuman. ff. de appel. Bal. in d. l. si seruũ quis. §. Præt. ait. in fi. & ibi Ang. nu. 4. Imol. nu. 4. latè Aret. nu. 4. & idẽ Bal. in l. si fideius. §. si satisdatum. in fin. & ibi Iacob. de sanct. Georg. nu. 21. ff. qui satida. cogan. idẽ Bal. in c. 1. §. sancimus. nu. 2. quo temp. mil. incer. pet. deb. pulchrè Ang. in l. diuus. nu. 7. ff. de pet. hære. Aufier. ad decis. Tholos. 477. ante med. vers. vel cõuertãtur in vsum Curt. dicens hanc esse cõmunem, in tract. de sequestr. nu. 9. plenissimè Nat. cons. 584. nu. 1. cum seq. lib. 3. Et hæc opin. videtur probari tum ex ratione Bal. in c. fi. nu. 1. quòd nihil refert actoris, qui sententiam obtinuit, quomodo fructus consumãtur, benè an malè, & sic, an dilapidẽtur, dissipentur, vel potiùs in vsus proprios, vel in vtilitatem, & necessitatem propriam conuertantur: tum etiam secundùm Aret. in d. §. Prætor ait, nu. 4. vers. & licèt. quia possessor appellans dum conuertit in vsus proprios, dicitur esse in dolo, cùm lite pendente consumat fructus, quos debet reseruare vsque in euentum litis. Ita respondit dictis Rom. ibi. Vtcunque tamen sit, aliqui ex Dominis dubitabant de veritate istius communis opinionis, attentis ver-
2 bis tex. in d. l. Imperatores. §. fin. & d. c. fi. Cùm † propriè verbum, depopulãdi, & dissipandi, non videantur, significare quamcunque consumptionem, sed eam tantùm quæ perperam fit, ad differentiam eius, quod fit propter vtilitatem, & necessitatem. Et propterea Domini considerando particulariter circumstantias casus, de quo agitur, concluserunt, hæredes prædictos teneri cauere de restituendo pentiones, de quibus agitur, in casu succumbentiæ, vel eas deponere, cum prædicti heredes in Italia nihil possideant, & sint laici, & habitent in Flandria loco remoto, non tuto, nec immediatè sedi Apostolicę subiecto, vbi executio est valde difficilis, cùm Iudices bracchia secularia sine Regis beneplacito non exequantur. Accedit etiam, quòd in animũ Dominorum iniecit suspicionem nimia † recusatio præstationis cautionis, ex quibus cir- 3
cumstantiis colligitur responsio ad decis. Pot. 164. in vna Tirasonen. lib. 2. Licèt enim ibi decisum fuerit, sequestrãdum non esse, nisi probaretur possessorem abuti fructib. cõuertendo illos in alios vsus, quàm fecisset priùs in prima instantia, vel antequã lis moueretur, nihilominus illa decisio fuit ibi limitata, nisi alia caussa probaretur, quæ in casu nostro dicitur esse nimia difficultas executionis, quę quodammodo videtur esse proxima impossibilitati.

CANTVCCII.

Caurien. siue nullius iurisdictionis. Die Veneris, 2. Decemb. 1575.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium concessum alicui in fauorem totius ordinis, & priuilegium concessum priuato, differunt.*

2 *Priuilegium quotiescunque est impetratum per nuntium, vel procuratorem, ius priuilegij statim quæritur priuilegiato à die datæ, & ante eius scientiam.*

3 *Prælatus dicitur procurator.*

4 *Mandatum speciale requiritur ad acceptanda beneficia, non autem impetranda priuilegia. & nu. seq.*

6 *Priuilegium fauorabile prodest priuilegiato, etiam ante eius notitiam, non tamen efficaciter.*

7 *Donatio longè differt a collatione beneficiorum Ecclesiasticorum.*

8 *Gratia seu priuilegia æquiparantur legatis.*

9 *Legatum acceptatum post aditam hæreditatem acquiritur irreuocabiliter, sed ante reuocabiliter.*

10 *Priuilegij ius acquiritur priuilegiato statim à die datæ, & ante notitiam illius.*

Contrarium tamen, quòd solùm à die notitia acquiratur, vide num. seq.

DECISIO XIIII.

QVoniam in propositione dubij, an per concordiam anni 1553. inducta fuit renuntiatio priuilegij Leonis, ex parte Militiæ, Domini restrinxerunt se ad illam difficultatem, an Carolus Quintus potuerit præiudicare Militiæ ad istum effectum, & dixerunt priùs videndum, an ante dictam concordiam, & à quo tempore ios dict. priuilegij fuerit Militiæ quæsitum. Quod dubium propositum die 2. Decembris, 1575. resolutum fuit ad fauorem Militiæ, ex pluribus. In primis ex dicto Barba. in procem. clem. §. hæc sanè. num. 48. in fin. vbi distinguit inter † priuilegium concessum alicui in fauorem to- 1
tius ordinis, & priuilegium concessum alicui priuato, vt illud statim liget, non attenta notitia priuilegiati: hoc verò prosit ignoranti, sed non efficaciter, antequam sciat. Et primum caput huius distinctionis, quod spectat ad casum nostrum, probatur secundùm eum. in leg. penult. C. de decur. libro 10. vbi constitutio priuilegiatiua Zenonis facta ad fauorem ordinis Decurionum, vt patet in princip. dicitur ligare à die promulgationis, vt in fin. ibi, constitutionem ex die, quo promulgata est, suas vires obtinere. Cum quo dictu Barb. licèt Domini pertransiuerint, cùm non inuenerint illud ab aliquo reprobari, nihilominus noluerunt se in eo omnino fundare, cùm de veritate illius posset forsan dubitari. ¶Secundò moti sunt Domini, quia † quotiescunque pri- 2
uilegium est impetratum per nuntium, vel procuratorem, tunc, quia concurrit voluntas priuilegiati cum voluntate concedentis, ius priuilegij quæritur priuilegiato

giato statim à die datæ, & ante eius scientiam. Ita post Innoc.& Host.tenet Ioan.And.in cap.2.num.7.versic.dicit Innoc.& ibi Anchar.nu.6.vers.quoad primam.ibid. in §.ex parte.Butr.num.3. Claud.in l.final.num. 99. ff. de const. At in casu nostro priuilegium Leonis fuit impetratum per Carolum Quintum, qui erat Magnus Magister Militiæ,& consequenter procurator ipsius,cùm Prælatus
5 † dicatur procurator.c.si.12.q.1.not. Dec.in c.edoceri.num.2.de rescript.Merit.&c. ¶ Non obstat,quòd pro
6 parte Episcopi dicitur, nempe † istud procedere in procuratore habente speciale mandatum ad impetrandum, iuxta latè tradita per Didac.Couar.alios congerentem.lib. 3.var.resolut.c.16.nu.4. ¶ Quia respondetur mandatum speciale requiri ad acceptanda beneficia, & in his terminis loquitur Didac.& alij per eum allegati,non autem ad
7 impetranda priuilegia, tunc † enim sufficit generale, vt per gloss.magnam.in fi.Host.Ioan.And.& But.Inno.Abb. & latè Felyn.nu.10.in c.nonnulli. §. sunt & alij.de rescri. gloss.1.in c.ad aures.& ibi Abb. in fi.eod.tit. Abb. in cap. innotuit,num. 10.vers.secus est de elect. Et in terminis, vt non requiratur speciale mandatum ad impetrāda priuilegia,post Rom.tradit Felyn.in d.§.sunt, & alij.nu. 10. prope fin.vers.& procedit ista fallentia. ¶ Tertiò placebat Dominis opin. Card. in prooem. clemen. §. vniuersitati. nu.5.vers.& potest.saluari. vbi vult, † priuilegium fauorabile prodesse priuilegiato etiam ante eius notitiā, non tamen efficaciter. Quam opi.sequitur Dec.in c.2.nu.17. prope fi. vers.& ideò meliùs,extra.de constit.declarās priuilegiato ignoranti ius priuilegij, statim acquiri ad effectum, vt reuocari nō possit,non tamen acquiri cum effectu ante notitiā,sequuntur etiam Bero.in d.c.2.nu.48.ante med.vers.dominus autē Card. & ibid. Mand. ante nu. 46.vers. & tandem dicendum. Hoc idem sentit Bald.in l. fin.nu.7.ff.de constit.dicens,ex gratia Principis ignoranti acquiri ius beneficij.cap.si tibi.de præben.lib.6.non tamen ius exercitij.arg.l. pen.ff. de eo qui pro tut. Et istud idem latiùs voluit idem Bal.in l.falsus.nu. 21. vers.priuilegia. C. de furt.inquiens, priuilegia continentia actum in se perfectum statim signata supplicatione esse gratiam perfectā & plenum ius acquiri, nec renouari morte concedentis,& habere vim constitutionis,& ius quæri etiam ignoranti,cùm gratiæ æquiparentur legatis.l.cùm pater, §.a.ff.de leg.2.& Bal. in prædictis locis refert, & sequitur Felyn.in d.c.2.nu.7.sub.3.limi. & ibi Barb. num.63. concludens ius priuilegij acquiri priuilegiato absenti, non tamen efficaciter. ¶ Non obstat, quòd pro responsione huius fundamenti inform. Episcopi dicunt illud procedere secundùm terminos, d.c.si tibi, cuius dispositio locum habet in gratia concessa ex necessitate officij vel in executione præcedentis oblationis cùm ordinarius teneatur conferre beneficia vacantia, licèt in specie alicui non obligetur. c.relatum. & ibi no.de præb. Ita declarat Rip.in rub.de verb.obl.nu.27.vers.3. obligatur. At secus gratia concedatur ex mera liberalitate, vt latè per Didac.lib.3.variar.resol.ca.16.nu.1.vers.addit præterea. vbi post Bar.Castren.Imo.& Abb.constituit differentiam inter gratiam concessam ex necessitate officij, & gratiam concessam ex liberalitate, vt illam ante notitiam, & acceptationem eius, cui concessa est, reuocari non posse: hæc verò sic. Vnde secundùm inform. pro parte Episcopi, tunc ius priuilegij acquiritur ignoranti ad effectum, vt non possit reuocari, quando priuilegium est concessum ex necessitate officij: at secus in priuilegio concesso ex liberalitate: tunc enim ius illius ignoranti minimè acquiritur,cum illud ante notitiam,& acceptationem priuilegiati reuocari possit. l.2.§.sed & si quis. & [illegible]senti. ff.de donat. ¶ Non obstat inquam hæc responsio, quia † procedit in donatione longè differenti à collatione beneficiorum Ecclesiasticorum, & ita loquuntur Didac.& alij per eum allegati. At secus in gratiis, vel priuilegiis, quæ † legatis æquiparātur, vt per Bar.in l.omnes 8
populi.nu.37.in fin.ff.de iust.& iur.Bald.in d.l.falsus. nu. 21.prope fin.Barb.in d.c.2.nu.63. & ibi Bero.num.58.cir. med.Vital.in proœ.clem.§. nunc igitur.nu. 48. cum simil. quorum legatorum ius etiam ignorantibus acquiritur.d. l.cum pater:§. a. licèt † huiusmodi ius quæratur reuoca- 9
biliter: tunc autem acquiritur irreuocabiliter,& sic cum effectu, quando adita fuit hæreditas, & legatum acceptatum, vt post Bart.declarat in terminis nostris Bero. in d.c.2.nu.48.circa med.Et licèt Bald.in d.l.fin. & in d.l. falsus. item Barbat. & Mant.in d.c.2. allegauerint, d.c. si tibi, non tamen restrinxerunt ad priuilegium, vel gratiam concessam ex necessitate officij, & sic ad collationem Ecclesiasticorum beneficiorum, sed locuti sunt de gratiis,& priuilegiis generaliter, & propterea eorum allegatio de d.c.si tibi. debet intelligi in simili, vt expressè in simili allegat.Barb.in d.procem.clem.§.hoc sanè.n.48. in fi. Minùs quoque obstat secunda responsio adducta pro parte Episcopi, quod prædicta conclusio Card. Dec. Bero. & aliorum non facit ad propositum nostrum, quia ipsi loquuntur de reuocatione priuilegij facienda per concedentem: at nos agimus de reuocatione facienda per impetrantem, quo casu intrat distinctio Inno. in ca. ex cūquestione.nu.3.& ibi Card. in fi. vel distinctio Abb. ibid.num. 11.extra de rest. spol. Siquidem respondetur, quòd ius priuilegij acquiritur ignoranti ad effectum, vt non possit reuocari per impetrantem, cùm non debeat plus posse impetrans, quàm concedens. Et quantùm ad dist.Inn. vel Abb.illa est extra punctum, & tangit aliam difficultatem per Dominos reseruatam, an scilicèt Carolus Quintus potuerit in præiudicium Militiæ renunciare priuilegio Leonis. ¶ Quartò & vltimò moti sunt Domini, quia in casu isto pro Militia non solùm extat opin.Bart.in d.l.omnes populi.nu. 37. volentis † ius pri- 10
uilegij acquiri priuilegiato statim à die datæ, & ante notitiam illius, quæ opin. fuit Inno. & Arch.in c.1.de conces. præben.in sexto,& Paul.Alexar.in prooem.clem.quos refert Card.ibid.in §.vniuersitati, nu.5. & ibidem voluerunt Brun.nu.18.Imol.nu.5.vers.item aduerte.in d.cap.2. de constitut.Vital.in d.prœm.clem.§. nunc igitur.nu.48. Caccialup.in d.l.omnes populi. num.144.Crot. nu. 172. Sed etiam ad fauorem Militiæ facit opin. contraria, vt priuilegiato à die notitiæ acquiratur ius priuilegij. quam † tenet gloss.Io.Monach.Ioan.And.Anchar.Dom.& alij. 11
in cap.1.de concessio. præben.in sexto, Card.in c.prœm. clem.nu.5. Abb.in d.c.2.nu.7.Felyn.nu.7.in 3.limit. Dec. nu.17.Bero.nu.48.& Mant.nu.45. Rom.Ant.Alexand. & alij in l.qui absenti. ff. de acquir. posses. Bart. Arberic. & cæteri,& præcipuè Ias.nu.46.cum seq.& Claud.num.96. vers.2.principaliter.in d.l.fi.ff.de constit.Et hanc opinionem cōmunem esse testantur Abb.in d.c.2.nu. 7. Claud. in d.l.fi.sub nu.97. & ibi Ias.nu.47. & 51. vtrobique asserens hāc esse communem Legistarum,& Canonistarum, quæ opin.probatur secundùm omnes in d.c.1.§.ex parte, ibi.quæ vim suam habent mox,cùm ad illos, quibus conceditur,perueniunt. Quòd autē in casu nostro hæc communis opinio faciat pro Militia,& cōsequenter,quòd illa habuerit notitiam priuilegij Leonis, constat ex eo, quòd illud inseruerit in libro diffinitionum, & actuum capitulariū,quę insertio facta fuit de anno 1552.& sic ante concordiam, de qua agitur, & propter ea Domini firmarunt resolutionem, videlicet, ius dicti priuilegij quæsitum fuisse Militiæ saltem à die insertionis illius in d. libro.

CANTVCCII.

Callaguritan.bonorum Die Ven.13. Ianuarij.1575.

SVMMARIA.

1 *Masculi propriè dicuntur tam qui descendunt ex linea masculina, quàm fœminina: nisi aliud suadeat subiecta materia ex magis communi, cum nu.2.*

3 *Maioricatus, & primogenitura instituuntur caussa conseruandæ agnationis.*

4 *Fœmina exclusa non censentur exclusi eius descendentes masculi.*

5 *Causa exclusionis cessante, debet etiam cessare exclusio.*

6 *Inhabilitas personæ non attenditur ex qua quis prouenit, quando est vocatus ex persona propria.*

Fallit in emphyteusi, & aliis similibus, in quibus habetur ratio conseruationis agnationis. nu. 7.

8 *Proximior de linea eius, qui est admissus, succedere debet.*

DECISIO XV.

Domini steterunt in decisis, nempe, Bartholomæum præferendum esse Francisco. Et ratio est, quia Gundisalbus, & Therosa testantes ad eorum hæreditatem, & bona, de quibus agitur, vocarunt habiliorem, ad implendam eorum voluntatem consistentem in administratione anniuersarij perpetui, vt apparet ex illis verbis codicillorum, ibi, & magis idoneo, vt possit adimplere dict. nostram voluntatem, quæ est illud anniuersarium perpetuum. Et propterea in testamento prætulerunt masculum fœminæ, & ex masculis maiorem minori, & demum clericum omnibus prædictis, quasi ad administrandum dict. anniuersarium magis idoneus sit masculus, quàm fœmina, & ex masculis magis qui est maior, quàm qui minor, & magis clericus etiam minor, quam laici. Et sic habilitas in casu isto colligitur ex tribus qualitatibus, videlicet masculinitate, maioritate, & clericatu, & qui plures habet qualitates, habilior iudicatur. Vnde cùm in Bartholomæo plures cócurrant qualitates, quàm in Francisco (ille enim omnes tres habet, hic solum duas, masculinitatem & clericatum) consequens fit, Bartholomæum Francisco præferendum, & eò magis, quòd clericatus Bartholomæi ratione sacerdotij præualet clericatui Francisci. ¶ Non obstant exemplo deducta pro parte Francisci. ¶ In primis non obstat, quòd masculinitas Francisci tanquam descendens ex aliena masculina sit potior, & magis attendenda, quàm masculinitas Bartholomæi proueniens ex fœminina. ¶ Quia respondetur.
1 Primò, æquè propriè dici † masculos tam eos, qui descendunt ex linea masculina, quam qui ex fœminina, vt per Castr. in l. 1. nu. 3. & ibi Corn. col. 4. sub nu. 2. vers. an autem dicatur. C. de condi. insert. Soc. in l. Gallus. §. núc de lege. fi. & ibi Claud nu. 14. ff. de libe. & posthum. Curt. Iun. cons. 4. nu. 24. vers. sexto aduertendú. late Rub. Alex. cons. 22. num. 11. 12. 13. & 14. & inter cons. Brun. cons. 9. nu. 7. & cons. 10. nu. 5. & 6. Soc. iun. cons. 2. nu. 21. & seq. lib. 3. Bero. alios allegans. cons. 77. nu. 11. lib. 2. Ruyn. cons. 29. nu. 2. vers. sed tamẽ, & nu. 3. lib. 1. Mandel. cons. 86. nu.
2 4. vers. tamen verita est. Vbi concludit, veritatem † & magis communem opin. esse, vt sub verbo, masculorum, etiam proprietate sermonis inspecta, comprehendantur omnes masculi, tam descendentes ex fœminis, quàm ex masculis, nisi aliud suadeat subiecta materia, puta feudi, vel conseruationis agnationis, vel expressa mens disponentis. At in casu nostro non agitur de feudo, nec de maioricatu, vt mox deducemus, nec habita fuit ratio ad conseruandam agnationem, vt iam resolutum fuit, nec constat de expressa mente disponentis. Merito &c. ¶ Secundò masculinitas in casu nostro fuit considerata ratione maioris idoneitatis, quæ magis cõsistit in masculis, quàm in fœminis, vt supra diximus. Et hæc ratio habilioritatis cùm consistat in ipso sexu masculino, tam æquè locum habet in masculis descendentibus ex fœminis, quàm in masculis descendentibus ex masculis. ¶ Tertiò, esto testatores sensisse de masculinitate ex masculis descendente, nihilominus hæc masculinitas non expressa, sed tacita erit. Et propterea, cùm in Bartholomæo duæ qualitates expresse interueniant, videlicet, maioritas, & clericatus, & illæ quidem efficaciores ratione sacerdotis, in Francisco verò adsint duæ qualitates, vna expressa, quæ est clericatus, altera tacita, qui est masculinitas descendens ex masculis, cùmque duæ qualitates expressæ vincant vnam expressam, & alteram tacitam, sequitur, vt Bartholomæus præferatur Francisco. ¶ Secundò, non obstant leges Part. & Taur. loquentes de successione maioricatus, quia testatores ad hęreditatem, & bona, de quibus agitur, vocarunt filium maiorem, non ratione maioricatus, sed ratione maioris ætatis, & temporis, vt expressè cauetur in codicillis. Idque confirmatur, tum quia in casu nostro non fuit habita ratio conseruandi agnationem, & tamen † maioricatus, & primogenitura insti- 3
tuitur caussa conseruandę agnationis, vt per Didac. lib. 3. var. resolut. cap. 5. num. 5. post Præposit. in cap. ius naturale, num. 11. versic. & per idemmet respondetur. distinct. 1. Soc. cons. 49. num. 6. lib. 3. Aym. cons. 265. num. 3. tum etiam quia testatores prætulerunt filium clericum, etiam si esset minor omnium. ¶ Tertiò non obstat, quòd cum Maria fuerit semel exclusa per Ioan. censeantur descendentes Mariæ, & sic Bartholomæus exclusi, ad latè tratradita per Tiraquel. de iur. primig. quæ. 12. num. 15. cum seq. ¶ Quia † ratio exclusionis Mariæ cessat in Bartholo- 4
mæo: ideò enim Maria fuit exclusa, quia ei tanquam fœminæ præferebatur Ioannes masculus. Vnde cessante † caussa exclusionis in persona Bartholomæi, de- 5
bet etiam ipsa exclusio cessare, vt per Samen. ad reg. de trien. quæst. 14. nu. 12. & latè per Tiraquell. cessant. caus. part. 1. nu 94. Cephal. consi. 103. num. 13. lib. 1. ¶ Quartò non obstat, quod magis attenditur qualitas personæ, à qua prouenitis, qui vult admitti, quam qualitas personæ volentis admitti. ¶ Quia istud procedit in materia repræsentationis, in qua nos non sumus, cùm Bartholomæus sit vocatus in testamento, & sic non est persona Mariæ exclusæ, sed ex persona propria, quo † casu non 6
attenditur inhabilitas personæ, ex qua quis prouenit, vt per Bart. in l. liberorum. num. 16. de verborum significat. Cyn. & Bald. in auth. cessante. C. de legit. hæred. Aret. in dict. §. nunc de lege. col. 3. ante num. 53. versic. sed ista ratio, & ibi Socin. nu. 7. Corn. cons. 116. num. 12. & seq. lib. 2. Rub. dict. cons. 20 nu. 13. & seq. Ruin consil. 49. & cons. 120. num. 15. lib. 1. Socin. iun. cons. 2 num. 20. 21. 22. lib. 3. Ceph. consil. 103. num. 12. ad fin. lib. 1. cum simil. ¶ Non obstat, quòd in † contrarium sit communis opinio, de 7
qua testatur Claud. in d. §. núc de lege. sub nu. 3. & voluit Ruin. cons. 18. nu. 10. lib. 3. ¶ Quia quantùm ad communem opinionem assertam per Claud. illa procedit in diuersis terminis, scilicet. in emphyteusi recepta pro se, & descendentibus suis masculis, & sic, quando est habita ratio conseruationis agnationis. Et ita procedit etiam Aretin. per Ruin. allegatus dict. cons. 18. vt declarat Soc. iun. d. cons. 2. nu. 21. Accedit, quòd si habilitas personæ, ex qua quis descendit, attenderetur in casu nostro, sequeretur, vt fœmina, vel masculus ætate minor, vel laicus prouenens ex masculo iam admisso pręferretur masculo ætate maiori, vel clerico prouenienti ex fœmina iam exclusa, quòd expresse repugnaret voluntati, & intentioni testantium. ¶ Quintò non obstat, quòd cùm dicta bona, de quibus agitur, semper spectauerint ad Ioannem, & non ad Sanctium, cùmque Ioannes fuerit admissus, & indebite exclusus à Sanctio ob qualitatem clericatus superuenientem in eo post admissionem Ioannis sequitur Franciscum nepotem Ioannis tanquam eius proximiorem admittendum esse, quia † postquam ali- 8
quis est admissus, semper, qui est ei proximior de linea eius, debet admitti, vt per doct. in cap. licèt de vot. & Tiraq. de iur. primog. q. 40. num. 1. cum seq. ¶ Quia respondetur negando bona ista semper spectasse ad Ioannem, & non ad Sanctium post obitum Ioannis, quia licèt Sanctius fortè potuerit de iure ob superuenientem qualitatem clericatus excludere Ioãnem iam admissum,

ratem

tamen post mortem Ioannis huiusmodi bona non ad Didacum filium Ioannis, sed ad Sanctium spectabant, tum quia Sanctius, cùm esset filius Catharinæ, prius in testamento vocabatur, tum quia ętate maior, tum etiam, quia clericus erat. Quare, &c.

CANTVCCII.

Callaguritan. Portionis de Amarita. Die Veneris, 27. Ianuarij. 1576.

SVMMARIA.

1 *Clericus idoneus præsumitur ad beneficium obtinendum.*
2 *Illiterati penitus sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, & num. 4.*
Falli in beneficio simplici. ibid.
3 *Illiteratus penitus is dicitur, qui non habet aliqua principia.*
5 *Sciens parum etiam sine spe plus proficiendi, dicitur habilis ad beneficia non requirentia scientiam vel magnam curam.*
6 *Præsentatio vt valeat, sufficit illam fieri de habili, licèt potuerit fieri de habiliori.*
7 *Pauper præsentatus debet præferri in institutione. & nu. 10.*
8 *Habilis de iure communi est potentior habilitato de iure speciali.*
9 *Habilem præsentari non sufficit, si reperiatur habilior.*
Quod procedit in foro conscientiæ: secus in foro fori.
10 *Mandatum ordinarij de præsentando aliquem, intelligitur de magis idoneo, quàm est præsentatus à patronis.*
11 *Præsentatio facta de aliquo magis sufficienti redditur, nulla ex defectu mentionis eò minus sufficientis reperto.*

DECISIO XVI.

QVoad primam partem dubij, *an constet de habilitate Ioannis de Madruga ad beneficium, de quo agitur.* Domini dixerunt constare, tum ex clericatu ipsius, tum quia † clericus præsumitur idoneus ad beneficium obtinendum, vt per Abb. in c. fi. nu. 5. in vlt. not de præsumpt. & probatur in c. accepimus, de æta. & qualit. ibi, eò præsertim quòd ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. tum ex deputatione eiusdem Ioannis ad curam animarum exercendam facta ab ordinario etiam post Concil. Trident. Nec obstat relatio examinatorum, referentium d. Ioannem mediocriter legere, satis parum construere, & eundem canere. ¶Quia respondetur in primis, huiusmodi relationem non includere totalem illiteraturam, quæ † requiritur ad inducendam inhabilitatem ad beneficia. c. accepimus. & ibi gloss. distinct. 34. cap. 1. & ibi glos. Archid. Gemin. Præpos. & alij. distinct. 36. Archid. Gemin. Anchar. Franc. & cæteri, in ca. fin. de tem. ordin. lib. 6. Innoc. Hostien. Ioan. And. & Compostel. in ca. cùm in cunctis, de electio. Innoc. & Ioan. And. in c. cum nostris, de concess. præben. Lamber. de iurepat. lib. 2. par. 1. q. 9. artic. 24. num. 2. versic. quod debet, fol. 99. secundùm vltimam impress. Bernard. Diaz. in prax. crim. canon. cap. 18. post princ. Rebuff. in prax. benefic. par. 1. tit. de cleric. & à quib, & quom. creen. nu. 27. & de pacif. poss. nu. 265. Et penitus † illiteratus is dicitur, qui non habet aliqua principia, ita Præposit. in d. c. 1. distinct. 36. n. 2. post med. vers. propterea, vel qui est penitus inscius literarum, secundum Lambert. vbi mox supra. Vel qui nullas aut modicè scit literas, vt potè, qui scit tantùm legere & scribere vulgari. ita post Barbat. tradit. Rebuf. de pacif. poss. nu. .. Secundò respondetur, penitus illiteratum esse inhabilem ad † beneficia curata, vel in quibus requiritur industria & consilium, vt in canonicatu cathedrali: at secus in beneficio simplici, vt declarat Rot. decis. 13. nu. 4. probat. in antiq. Staphil. de liter. grat. in 9. form. sect. nu. 23. Tertiò videtur suspecta huiusmodi relatio examinatorum, tum ex tot licentiis exercendi curam
animarũ d. Ioanni ab ordinario cõcessis, tum ex eo quòd
d. Ioannes (vt notũ est) latinè loquitur. Quartò in omnem
euentum, etiam si verum esset, d. Ioannem parum con-
struere, tamen † parum sciens etiam sine spe plus profi- 5
ciendi dicitur habilis ad beneficia non requirentia scien-
tiam vel magnam curam, vt in Abbatia monachorum,
vt per Imo. in clem. 1. num. 7. & ibi Vital. nu. 49. de æta. &
qualita. ¶Quantùm ad secundam partem dubij, an scili-
licet, habilitas d. Ioannis sufficiat in casu, de quo agitur,
Domini dixerunt sufficere. Quia † de iure communi re- 6
gulariter ad effectum validitatis præsentationis sufficit
illam fieri de habili, licèt potuerit fieri de habiliori. glos.
in c. constitutus al 3. & ibi But. nu. 15. Abb. num. 6. in fin.
Franc. nu. 4. Præpos. nu. 16. & 18. prope fin. & Dec. num. 5.
de appel. Rocch. de Curt. de iurepat. in verb. honorificũ
num. 42. versic. crederem tamen. Lambert. eo. tract. lib. 2.
par. 1. q. 10. art. 3. fol. 104. cum seq. secundùm. vlt. impress.
vbi hanc materiam latissimè tractat. Et nu. 25. vers. sed si
non appellaretur, cõcludit electionem de idoneo factam
à maiori parte eligentium valere & tenere, licèt potuerit
fieri de magis idoneo, dummodo non fuerit appellatum
ante electionem. Et plenissimè hanc sententiam pro-
sequitur Bero. in c. quoniam num. 102. de iure pat. & est
decis. Paleot. 57. alias 71. Et si prædicta procedunt in ha-
bili electo vel præsentato a maiori parte eligentium, vel
patronorum, quantò magis habebunt locum in casu no-
stro, in quo d. Ioanes ad omnibus patronis præsentatus
fuit, præsertim cum simus in beneficio simplici, quo ca-
su magis procedunt præmissa, vt in d. decis. Paleot. in
fin. Et † præsertim etiam, quòd d. Ioannes est valde 7
pauper, quo casu intrat limitatio Roch. de Curt. vbi su-
pra, nu. 42. vers. secundo crederem, post Hostien. & But.
in c. cum, de æta. & qualit. sequitur Lambert. loco cita-
to, nu. 23. ante fin. vers. limitatur secundo. Dec. cons. 452.
num. 14. Et maximè quoque, quòd d. Ioannes est habilis
de iure communi, eius verò aduersarius fuit habilitatus 8
per viam dispensationis & priuilegij, & † potentius est
ius commune, quàm priuilegium. l. eius militis. §. mili-
tia missus. ff. de testament. milit. ita in propriis terminis
Dec. dict. consi. 542. num. 13. in fin. & seq. ¶Non obstant
in contrarium adducta. In primis non obstat consti-
tutio numeri iubens præsentationem fieri de magis ha-
bili, & magis idoneo, quia illa intelligitur in concursu
inter plures præsentatos, vt ex ipsis magis habilis & ma-
gis idoneus præsentetur, & instituatur, vt patet ex con-
stitutione declaratoria: at secus, quando vnus tantùm
præsentatur, vt in casu nostro. Præterea, etiam si esse-
mus in casu prædictæ constitutionis, nihilominus de iu-
re communi præsentatio d. Ioannis valet & tenet, per
supradicta. ¶Nec quicquam facit, quòd in electione
vel præsentatione † clericorum non sufficit præsentari 9
habilem, si reperiatur habilior, vt per Lamber. vbi supra,
nu. 16. versic. tu circa hoc aduerte. Quia præterquam
quòd Lambert. non loquitur de beneficio simplici, &
Præsentato paupere, vt in casu nostro, accedit, quòd ipse
loquitur inspecto foro conscientiæ ratione peccati, non
inspecto foro fori ad effectum validitatis electionis vel
præsentationis, vt ex præcedentibus & subsequenti-
bus verbis ipsius apertè colligitur. ¶Secundò, non ob-
stat mandatum ordinarij de præsentando Petrum ad-
uersarium dict. Ioannis, & non alium, qui ei de † iure 10
præferri non debet. iuxta trad. per Lambert. in prædicto
loco, prope fin. vers. posset limitari. Quia Lambert. loqui-
tur in valde diuersis terminis, videlicet, quando patru-
ni spreta iussione superioris de præsentando idoneio-
rem, præsentarunt minùs idoneum, non pro bono Ec-
clesiæ, sed pro priuato eorum interesse: quod cessat in ca-
su nostro, in quo beneficiati pro exoneratione suarum
conscientiarum præsentarunt d. Ioannem tanquam ma-
gis sufficientem & bene meritum. Deinde Lambert. lo-

quitur respectu vulnerationis conscientiæ patronorum:
at secus respectu validitatis præsentationis, quia, vt ipse
inquit, tenet præsentatio, cùm iussu superioris facta fue-
rit sine caussa, licèt posset dici præsentantes vulnerasse
eorum conscientiam. ¶ Tertiò non obstat, quòd d. Ioan-
nes fuerit præsentatus tanquam magis sufficiens, vnde
11 cùm ipse non sit talis, sequitur † præsentationem nullam
esse ex defectu intentionis præsentantium, ad not. per Gi-
gan. de pens. q. 22. nu. 15. Siquidem respondetur non in-
trare in casu nostro huiusmodi nullitatem præsentatio-
nis ex defectu intentionis beneficiatorum, quia cùm ipsi
haberēt continuam conuersationem cum d. Ioanne, de-
buerant habere notitiam qualitatum illius, & sic non po-
terant errare, & consequenter eorum intentio deficere,
& præsentatio d. Ioannis tanquam magis sufficientis &
bene meriti debet intelligi quoad mores & vitam ipsius,
de quo beneficiati erant nimis satisfacti, vt patet in in-
strumento præsentationis.

CANTVCCII.

Hispalen. iuris votan. Die Lunæ. 6. Februarij. 1576.

SVMMARIA.

1 *Incorporalium quasi possessio per vnum actum acquiritur.*
2 *Vniuersalis quasi possessio iuris conferendi omnes canonica-*
tus, dignitates & portiones, tam integras quàm dimi-
dias, extenditur etiam ad portiones nouiter erectas &
num. 9.
3 *Iuris exercendi simplicem iurisdictionem quasi possessio ex-*
tenditur de vno actu ad alios comprehensos sub eadem
specie.
4 *Actus vnius quasi possessio inducit quasi possessionem quoad*
alios sub eadem specie comprehensos.
5 *Iuris conferendi quasi possessio in aliqua re potest in alia sub-*
rogari, & naturam subrogata rei sapere.
6 *Quasi possessio de actu contradicto & appellato acquiri non*
potest.
7 *Scientia & patientia aduersarij in acquirenda possessione*
vel quasi, non attenditur in petitorio. possessorio
Mandatum de manutenendo dicitur esse summarissi-
8 *mum possessorium.*
10 *Decimandi fructus vnius fundi quasi possessio, ex quo so-*
lum frumentum ante colligebatur, extenditur etiam ad
milium.
11 *Diuersitas speciei, non naturæ & qualitatum impedit ex-*
tensionem quasi possessionis de vno actu ad alium.
12 *Mandatum ad appellandum ad effectum attentatorum*
debet exhiberi, & parti appellatæ intimari.
1 *Caussa in appellatione extraiudiciali debet exprimi & pro-*
bari, vel eius probatio offerri.
1 *Possessionis generalis vel vniuersalis continuatio excusat at-*
tentatis commissis in re comprehensa sub eodem genere
vel specie.

DECISIO XVII.

ORta controuersia inter canonicos Ecclesiæ Hispa-
len. ex vna, & Dignitates & Portionarios eiusdem
Ecclesiæ ex parte altera, super iure conferendi tres dimi-
dias portiones nouiter erectas pro cantoribus d. Eccle-
siæ, dubitaui die Lunæ, 6. Febru. 1576. an Canonici sint
manutenendi in quasi possessione conferendi tres dimi-
dias portiones, vel potiùs electio siue nominatio canto-
rum, & traditio possessionis per canonicos facta sit at-
tentata. ¶ Domini quoad primam partem dubij dixerunt,
1 canonicos manutenendos esse. Primò, quia † in corpora-
libus quasi possessio per vnum actum acquiritur. c. cùm
Ecclesia Sutrina. vbi Abb. num. 23. Rip. num. 52. 53. & 54.
de caus. poss. & propriet. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. nu.
1. vers. sed si pateretur. ff. de itin. act. priu. & in l. sicuti. §. si
quæratur, num. 4. ff. si seruit. vind. Alex. cons. 74. num. 16.
lib. 4. Ruin. cons. 106. num. 9. lib. 5. Crauet. cons. 124. nu. 7
cum simil. Secundò, nam illa vniuersalis quasi possessio
iuris conferendi omnes canonicatus dignitates, & por-
tiones, tam integras quàm dimidias, in qua quasi posses-
sione Canonici existunt, extenditur † etiam ad istas tres 2
dimidias portiones, de quibus agitur, ad trad. per Old.
cons. 267. num. 10. Abb. cons. 71. nu. 2. vers. secundo prin-
cipaliter, nu. 3. lib. 2. Crau. post alios cons. 35. num. 1. vers.
sed respōdeo, & de antiq. temp. par. 4. sect. 1. nu. 57. & seq.
præsertim, quia Canonici reperiuntur in quasi possessio-
ne conferendi, non solùm generaliter omnia beneficia,
sed specialiter dimidias portiones. Meritò hæc specifi-
ca quasi possessio conferendi dimidias portiones trahi-
tur etiam ad tres dimidias, de quibus agitur. Siquidem
quasi possessio iuris exercendi iurisdictionem in vna
specie puta simplicis iurisdictionis, extenditur † de vno 3
actu ad alios comprehensos sub eadem specie simplicis
iurisdictionis, licèt non fiat extēsio ad alios actus alterius
iurisdictionis, puta meri, vel mixti imperij. Pet. Cyn. Sa-
lic. & alij. in leg. 1. C. de emancip. liber. Bal. Castr. Ias. Pur-
pur. & cæteri. in l. imperiū. ff. de iurisd. omn. iud. latè Alex.
cons. 68. nu. 18. lib. 2. Maria. Soci. in c. cùm contingat. nu.
34. de foro competen. Soc. cons. 11. num. 3. lib. 1. Crau. d.
sect. 1. num. 60. cum aliis adductis per Gabriel. lib. 5. de
præscript. conclus. 2. nu. 19. pulchrè Ias. cons. 16. nu. 58. &
& seq. lib. 2. Et per quasi possessionem vnius † actus in- 4
duci quasi possessionem quoad alios actus sub eadem
specie comprehēsos, tradit expresse Soc. d. cons. 111. nu.
4. post Ioan. And. in c. dilectus, col. 2. vers. si enim in hac
materia, de capel. monach. Vnde cùm Canonici sint in
quasi possessione conferendi plures species beneficio-
rum, & inter alias speciem dimidiarum portionum, se-
quitur eos esse etiam in quasi possessione conferendi tres
dimidias portiones, de quibus agitur, cùm illæ sint com-
prehensæ sub eadem specie dimidiarum portionum. Ter-
tiò, moti sunt aliqui ex Dominis ex eo, quòd cùm istæ
tres dimidiæ portiones sint creatæ ex canonicatu Ferdi-
nandi Remires, debent respectu actus conferendi regu-
lari secundùm naturam d. canonicatus, quasi † in eius 5
locum subrogatæ, ita vt veluti Canonici erant in quasi
possessione conferendi dictum canonicatum, ita debent
esse in quasi possessione conferendi d. tres dimidias. Et
ad id placebat dictum Alber. in l. si vsusfructus. nu. 5. vers.
contra rusticos. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. quod sequi-
tur Iacob. de sancto Georg. in tract. de Rhoid. nu. 50. Bel-
lon. cons. 1. num. 9. Et præmissa secundùm vnum ex Do-
minis confirmabantur ex eo, quòd Canonici tractant de
damno euitando, hoc est, de non perdendo ius, & quasi
possessionem cōferendi canonicatum, ex quo sunt crea-
tæ tres dimidiæ portiones, de quibus agitur, quæ quoad
actum conferendi, vt supra diximus, videntur successisse
in locum d. canonicatus, & è contrà Dignitates & Por-
tionarij tractant de lucro captando, videlicèt, de lucran-
do ius conferendi dictas tres dimidias portiones, non
contenti lucro exonerationis fabricæ, ex cuius redditi-
bus stipendia cantoribus priùs soluebantur, qui redditus
spectant etiam ad Dignitates & Portionarios, cùm &
ipsi sint administratores fabricæ. ¶ Non obstant allega-
gata pro parte Dignitatum & Portionariorum. ¶ In pri-
mis non obstat, quòd Canonici per illum actum confe-
rendi istas tres dimidias portiones non potuerint acqui-
tere quasi possessionem, cùm † ille actus fuerit contra- 6
dictus & appellatus. ¶ Quia respondetur non constare,
contradictionem & appellationem factam fuisse de man-
dato Portionariorum, licèt eorum nomine facta fuerit.
¶ Secundò non obstat, quòd requirebatur scientia &
patientia Dignitatum & Portionariorum ad hoc, vt Ca-
nonici possent acquirere † quasi possessionem conferen- 7
di dictas tres dimidias portiones, iuxta l. 2. C. de seruit. &
aqua. Abb. in d. cum Ecclesia, num. 25. & ibi Rip. num. 64.
cum simil. Quia respondetur id respicere petitorium,
an scil.

an scil. collatio dictarum trium dimidiarum portionum
pertineat etiam ad dignitates & Portionarios. Nec intrat
replicatio de exceptione proprietatis. ad trad. per Rip. in
§. nihil commune, num. 81. & seq. Quia nos non sumus
in exceptione proprietatis necessariò concludente ad
exclusionem pensionis, in spoliato beneficio, vel alio iu-
re spirituali, contra quem potest opponi exceptio, quòd
sit laicus qui non potest spiritualia possidere, vel in agen-
te ad restitutionem rei vxoris, qui potest repelli exce-
ptione, quòd sit monachus, vel sacerdos, qui vxorem ha-
bere non potest. Et in his terminis loquitur Rip. & alij
per eum allegati. & Crau. cons. 322. num. 4. versic. sexto
principaliter. Et eò magis, quòd in casu nostro sumus in
8 mandato † de manutenendo, & sic in summariissimo
possessorio, in quo summaria & breuis tantùm cognitio
requiritur, vt per Castren. num. 3. col. 2. versic. item & illa
libr. 2. Didac. pract. quæst. cap. 15. num. 4. cum aliis addu-
ctis per Menoch. de retin. poss. rem. vltim. num. 33. ¶ Ter-
tiò non obstat, quòd illa vniuersalis quasi possessio Ca-
nonicorum non potest extendi ad istas tres dimidias
portiones de nouo erectas, cùm iuri & naturæ repugnet
actum hominis extendi ad non ens. l. eius qui in prouin-
cia ff. si cert. pet. cum multis aliis adductis per vnum ex
pro informantibus parte Dignitatum & Portionariorum.
¶ Quoniam respondetur, quòd sicut habens generali-
ter omnem decimationem alicuius loci, dicitur etiam
habere decimationem noualium, cùm præteritæ, præ-
sentes & futuræ decimationes eodem iure ei competant
omnésq; eodem iure censeri debent. arg. l. fi. ff. de pign.
ita Archid. in c. cognouimus. prope fin. 12. q. 2. quem se-
quitur ibi Præpos. ad fin. Bald. in auth. excipitur. in fin. C.
de bon. quæ liber. Tiraq. in l. bouē. §. hoc sermone. limit.
25. nu. 3. ff. de verb. signif. Ita in proposito Canonici ha-
9 bentes generalem † quasi possessionē conferendi omnes
dimidias portiones, dicuntur etiam habere quasi posses-
sionem conferendi etiam futuras siue nouas dimidias
portiones. Accedit etiam, quòd sicut existens in quasi
10 possessione decimandi fructus vnius fundi, † ex quo
solum frumentum antea colligebatur, dicitur etiam esse
in quasi possessione decimandi milium, quod postea lo-
co frumenti seminatum fuit. Hostien. per illum text. in c.
cùm in tua, col. 1. vers. & secundùm istos. & ibi Ioan. Ant.
post princ. vers. placet tamen. Card. col. 2. vers. Hostien.
& post. Ioan. And. tenent But. nu. 5. vers. vndè dicit. Abb.
nu. 5. extra. de decim. Bal. de præscript. 2. part. 3. par. princ.
qu. 2. nu. 17. vers. pariter qui præscripsit. Rebuf. de decim.
q. 14. nu. 18. Didac. dicens hanc esse communem. pract.
quæst. cap. 36. num. 5. vbi etiam deducit, possessionem in
vna specie fructuum, quæ procedit ab vna radice, nem-
pe à iure decimandi, prodesse etiam quoad aliàs quas-
cunque etiam nouas fructuum species. Ita in casu no-
stro Canonici existentes in dicta quasi possessione con-
ferendi beneficia, dicuntur etiam esse in quasi possessio-
ne conferendi istas nouas dimidias portiones, & sic so-
lùm inspici debet ius conferendi tanquam vna radix,
nulla habita differentia, an beneficia sint vetera vel no-
ua, & in vnum sit commutatum, vel translatum in
lliud. ¶ Quartò & vltimò non obstat, quòd hæc nouæ di-
midiæ portiones habent naturam & qualitates diuersas
b aliis dimidiis portionibus. Quia respondetur, tum
uia id non inconuenit, cùm soli Canonici conferant
imidiam portionem Organistæ, vt deponunt secundus
stis ad 16. & quartus testis ad 15. interrogatorium, &
amen dicta dimidia portio habet naturam & qualitates
uersas ab aliis dimidiis portionibus. Tum etiam quòd
on diuersitas naturæ, & qualitatum † sed diuersitas spe-
ci impedit extensionem quasi possessionis de vno actu
alium, vt per Alex. cons. 56. nu. 18 prope fin. vers. nam
o illa specie, lib. 2. Crau. de antiq. temp. part. 4. sect. 1.
m. 62. in fin. Et dimidiæ portiones, de quibus agitur
licèt in quibusdam qualitatibus, & circumstantiis diffe-
rant ab aliis dimidiis portionibus, conueniunt tamen
rum in natura primordiali, quia omnes sunt beneficia
perpetua, tum etiam in specie, cùm omnes sint sub ea-
dem specie dimidiarum portionum. ¶ Circa secundam
partem dubij, an scil. electio siue nominatio cantorum
& traditio possessionis per Canonicos facta, sit attenta-
ta, Domini dixerunt nulla extare attentata, cùm nulla
esset lis, sine qua attentata non dantur. quia (vt infor-
mantes pro parte Canonicorum benè deducunt) quan-
tum ad extraiudicialem appellationem per vnum Por-
tionarium interpositam, illa nulla inducit attentata, nec
respectu aliorum Portionariorum, de quorum manda-
to, ad appellandum non constat, cùm tamen † de eo ad 12
effectum attentatorum debuerat constare, & parti ap-
pellatæ intimari. Achil decis. 9. de appel. Nec etiam res-
pectu ipsius Portionarij appellantis, cùm in eius extraiu-
diciali appellatione nulla expressa sit caussa: & quando
† etiam expressa fuisset, non fuit tamen probata, vel eius 13
probatio oblata, prout requiritur. Rot. decis. 38. & 44. de
appel. in nou. Quantùm verò ad commissionem pro par-
te Canonicorum obtētam, Domini omissis aliis respon-
sionibus dixerunt ex illa non oriri attentata, quia non
respicit ius conferendi tres dimidias portiones, de qui-
bus agitur, sed alia, vt ex verbis commissionis apparet, &
inform. Canonicorum in facto benè deducunt. ¶ Præ-
tereà attentata in casu nostro omnino excluduntur ex
capite continuationis quasi possessionis generalis cano-
nicorum, qui, vt supra diximus, sunt in quasi possessione
generali conferendi omnia beneficia, & in specie omnes
dimidias portiones, quæ vniuersalis quasi possessio por-
rigitur etiam ad tres dimidias portiones, de quibus agi-
tur, cùm sub eadem specie dimidiarum portionum com-
prehendantur. Et ex hoc † capite continuationis posses- 14
sionis generalis, vel vniuersalis excusari attentata com-
missa in re comprehensa sub eodem genere, vel specie,
fuit aliàs resolutum in vna Hispalen. decimarum, coram
Dom. meo Seraphino. 11. Aprilis. 1576. & in vnam To-
letan. dimidiarum annatarum, coram Do. meo Robu-
ster. 2. Decembris. 1575.

CANTVCCII.

Roman. casalis monasterij Oddonis. Die Lunæ,
6. Aprilis. 1576.

SVMMARIA.

1 *Clausula cum iuramento, apposita in derogatione statuto-
rum facta à Papa extenditur confirmatione Apostolica
vel quacunque firmitate roboratis.*

2 *Clausula, latissimè extendendum, operatur, vt omnia possint
extendi & dispositiuè poni.*

3 *Gratia, si in euidentem, redditur nulla & subreptitia ex ca-
pite falsæ expressionis.*

4 *Læsio vt dignoscatur, tempus contractus attendi debet, non
autem tempora anteriora.*

5 *Locatio de re Ecclesiastica facta à prælato in consanguineos
non valet.*

6 *Alienatio rei Ecclesiasticæ à facta prælato in consanguineos
sine præiudicio Ecclesiæ, valet, sicut si esset facta in ex-
traneos.*

7 *Fraus quando præsumatur quando aliquid fit per interpo-
sitam personam.*

8 *Prohibitus iuris prohibitione contrahere in sua persona,
etiam censetur prohibitus in persona aliorum.*

DECISIO XVIII.

Domini dixerunt, gratiam, si in euidentem, de qua
agitur, nec subreptitiam, nec nullā esse: & per con-
sequens standùm in aliàs decisis coram Do. meo Robu-
ster. non obstantibus responsionibus, & aliis deductis
pro parte beneficiatorum, quæ licèt satis tollantur ex re-
solutionibus iam factis, tamen specialiter respondendo,
¶ Non obstat, quòd primo loco dicitur, gratiam huius-

modi subreptitiam, & nullam esse, quasi, quòd si Paulo
Tertio fuisset uarratum, casale, de quo agitur, ab exe-
cutorib. testamentariis Cardinalis Capocij fuisse prohi-
bitum alienari, & prohibitionem ab Vrbano Sexto, e-
tiam cum pœna excommunicationis confirmatam, vti-
que vel difficilior, vel non ita facilis ad concedendum
redditus fuisset. Siquidem multifariam respondetur
¶ In primis, Paulum Tertium derogasse confirmationi
huic Vrbani Sexti: nam cùm prædicti executores fece-
rint prohibitionem alienationis istius casalis per viam
statuti, vt patet in instrumento fundationis & donatio-
nis harum capellaniatum, cùmque Paulus Tertius dero-
1 gauerit statutis Ecclesiæ sanctæ Mariæ Maioris, cum
clausula, iuramento, &c. † quæ extenditur confirmatio-
ne Apostolica, vel quacunque firmitate roboratis, cap.
cum aliquibus. de rescript. lib. 6. sequitur derogasse tam
dictę prohibitioni alienationis cùm facta fuerit per viam
statuti, quàm etiam Apostolicæ eius confirmationi, ¶ Se-
2 cundò respondetur, ex † clausula, latissimè extẽdendum,
cuius vigore omnia possunt extendi, & dispositiuè po-
ni, vt hic per informa. pro parte Ersiliæ, & Brigidæ de ma-
gistris. ¶ Tertiò, videtur cessare omnis difficultas ex eo,
quòd alienatio istius casalis facta fuit in euidentem vti-
litatem Ecclesiæ: cùm enim tam prohibitio alienationis
dicti casalis, quàm etiam Apostolica eius confirmatio,
non aliam ob causam facta fuerit, nisi propter vtilita-
tem Ecclesiæ, consequens fit, vt etiam si Paulus Tertius
specificè sciuisset dictam prohibitionem alienationis, &
Apostolicam eius confirmationem, nihilominus licen-
tiam alienandi dictum casale proculdubio concessisset,
cedente alienatione in euidentem Ecclesię vtilitatem, ad
quam solam ipse attendisset, quia iudicasset eam quo-
que solam à dictis executorib. & ab Vrbano Sexto con-
sideratam fuisse. Quando enim constat de euidenti vti-
litate Ecclesiæ, in qua Papa principaliter se fundat, sub-
reptio non obstat, vt in terminis dedocit Ruin. cons. 157.
num. 26. versic. nec obstat. & num. 16. lib. 1. ¶ Secundò
3 non obstat d. gratiam, si euidentem, subreptitiam † &
nullam esse ex capite falsę expressionis, cùm in ea expres-
sum fuerit, ex casale, de quo agitur, annuatim ducatos
8. duntaxat percipi consueuisse, quod tamen falsum est.
Ex publico enim instrumento apparet d. casale pro du-
catis 80. & 12. rubris grani locatum fuisse, vt in terminis
arguit Dec. consil. 142. num. 6. versic. & particulariter.
4 Quia † respondetur, in dignoscenda læsione Ecclesiæ,
tempus contractus attendi debere, non autem tempora
anteriora. Ita in terminis Ruin. cosil. 35. num. 35. in fine,
lib. 1. per not. in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. & l. ve-
rum §. item non restituitur, de minor. Nec ex maiore per-
ceptione fructuum facta in præteritum probatur tempo-
re contractus tot etiam percipi, vt post Bald. & Alexand.
subdit Ruin. ibidem. Et hoc idem in specie voluit Cal-
der. consil. 5. versic. nec obstat, de rer. permut. inquiens,
attendendum esse tempus contractus, & secundùm il-
lud de valore rei Ecclesiæ iudicandum, nec aliter inspi-
ciendum tempus superueniens, quo res Ecclesiæ aliena-
ta, vel melioris vel deterioris conditionis effecta repe-
ritur. Eandem opin. in indiuiduo sequutus fuit Ias. cons.
54. num. 4. lib. 1. firmans ad cognoscendam læsionem Ec-
clesiæ ex cõtractu debere inspici æstimationem rei tem-
pore contractus, & non ante, vel posteà, per plura iura
ibi per eum adducta. Et Ias. refert & sequitur Cagnol. in
d. l. 2. num. 213. in fin. & num. seq. sed illa locatio pro du-
catis 80. & 12. rubris grani fuit facta ante excidium vr-
bis, & per 40. annos ante istam, de qua agitur. Meri-
tò, &c. ¶ Tertiò non obstat, quòd locatio, de qua agi-
tur, facta fuerit consanguineis Iulij de Magistris vnius
ex capellanis, vt constat ex instrumento agnitionis bo-
5 næ fidei hæredis Cardinalis Triuultij, ob quam † con-
sanguinitatem hæc locatio de iure non valuit, vt in auth.
quibuscunque modis. & ibi Doct. C. de sacrosanct. Eccle.
Quippe respondetur, ideò prohibitum esse alienationem
rerum Ecclesiasticarum in cõsanguineos alienantis, quia
ob carnis vinculum contra personam ipsius præsumitur:
si verò cessat hæc præsumptio, & † alienatio fiat sine præ- 6
iudicio Ecclesiæ, vt in casu nostro, tunc absque dubio
prælatus potest consanguineis sicut extraneis Ecclesiæ
alienare, vt per Achid. in c. Episcopus, in fi. 10. qu. 2. quem
refert & sequitur Card. in clem. 1. §. Abbates, ante num. 2.
de exces. prælat. & ibi Anch. nu. 2. Feder. de Sen. cons. 52.
sub num. 2. Aluarot. in c. 1. nu. 7 circa med. versic. ex quo
nota, quia solet allegari, vbi allegat Iacub. de Beluis. Bal.
& Archid. si de inuest. int. dom. & vasal. lis oriat. Imo. in c.
vt super, nu. 13. & 14. & ibi latiùs Abb. no. 28. & 19. de reb.
Eccles. non alien. plenè idem Abb. cons. 41. nu. 3. vers. per
hoc etiam tollitur, lib. 1. Alciat. de præsumpt. regu. 1. præ-
sumpt. 29. numer. 6. latissimè Ias. in cap. 1, num. 14. 15. 16.
17. & 18. vbi hanc esse magis communem testatur, qui
feud. dare poss. & fusè Curt. iun. in tract. feud. part. 2. q. 7.
num. 3. & 4. qui pariter asserit hanc esse magis commu-
nem. Iura autem & rationes huius opinionis possunt vi-
deri apud Aluarot. Abb. Ias. & Curt. in locis prædictis, vbi
etiam copiosè tractant de multiplici intellectu dict. au-
then. quibuscunque modis. Et prædicta debeot absque
dubio in casu nostro procedere, cum locatio, de qua
agitur, facta fuerit cum debitis solemnitatibus, & in con-
sanguineos idoneos & bonæ conditionis & famæ, & in
casu, in quo cessat omnis præsumptio fraudis & læsionis
Ecclesiæ, quibus concurrentibus cessat omnis difficultas,
vt per Doct. præallegatos. ¶ Præterea accedit ad præmis-
sorum corroborationem, quòd nõ omnes capellani alie-
nantes, sed vnus tantùm, id est, Iulius de Magistris erat
consangeineus illorum, in quos alienatio facta fuit, quo
casu tantò magis debet cessare omnis præsumptio, & su-
spicio læsionis Ecclesiæ, cùm non sit verisimile alios ca-
pellanos intuitu d. Iulij voluisse in eius consanguineos
casale istud alienare in fraudem & præiudicium Ecclesiæ.
¶ Quartò & vltimò non obstat, quòd cùm isti de Magi-
stris, in quos facta fuit alienatio non contraxerint palam
per se, & suo nomine, sed occultè per interpositam per-
sonam Cardinalis Triuultij, qui nudum tantùm nomen
præstitit, vt in instrumento recognitionis bonæ fidei hæ-
redis eiusdem Cardinalis, quo casu quando, scilicet, quid
fit per † interpositam personam, fraus præsumitur. l. pu- 7
pillus. §. sanè. & ibi Barto. & Cum. ff. de auct. tut. Fe-
lyn. in c. consuluit. nu. 22. versic. item illud. de offic. deleg.
& in c. cum quidam, nu. 10. versic. idem. quando de inte-
iur. Dec. cõs. 235. nu. 2. vers. quarta est pręsumptio. Quan-
doquidem respondetur, id procedere stante iuris prohi-
bitione: tunc enim prohibitus † contrahere in sua perso- 8
na, censetur etiam prohibitus in persona aliorum. Et ita
procedit tex. in d. l. pupillus. §. sanè. & in l. qui bonis. ff. de
acquir. hæred. cum aliis adductis per Fab. de Monte in
in tract. de empt. & vend. 3. quæst. princ. 6. q. num. 10. vbi
hanc declarationem latè comprubat. Sed in casu nostro
nulla adest iuris prohibitio, quia (vt supra deduximus)
potest de iure fieri alienatio in consanguineos d. Iulij de
Magistris. Meritò, &c.

CANTVCCII.

Roman. Capellaniæ sanctæ Mariæ Magdalenæ. Die Ve-
neris, 24. Februarij. 1576.

SVMMARIA.

1 *Possessio anterior manutenibilis est, & possessioni posteriori præfertur, quæ clandestina præsumitur.*
Imò sufficit anterioritas possessionis per horam. nu. seq.
Imò etiam in puncto. nu. 3.
2 *Anterioritas possessionis sufficit per horam, vt manutenibilis sit.*
Imo etiam prioritas in puncto. nu. 3.
4 *Temporis diuturnitas & actuum frequentia requiritur ad*
proban

probandam consuetudinem: item quod possessio aliter capta non valeat. nu. 5.
5 *Testes deponentes possessionem aliter captam non valere, an probent consuetudinem.*
6 *Consuetudo non inducitur in his, quæ vario modo obseruata fuerunt, seu ex actibus difformibus.*
7 *Possessione beneficij adepta, quæritur etiam possessio rerum & bonorum eiusdem.*
8 *Possessio bonorum beneficij vacantis est penes Ecclesiam tanquam personam fictam & repræsentatam.*
9 *Possidens partem principaliorem alicuius rei intelligitur totum possidere.*
10 *Possidens Ecclesiam intelligitur esse in possessione beneficij, non qui possidet bona ipsius.*
11 *Prælato mortuo vel beneficiario, vacat possessio prælaturæ, & beneficij, non autem possessio bonorum.*
12 *Interdictum vti possidetis competit habenti ciuilem pro naturali, quam non habet.*
13 *Canonicus si post adeptam possessionem sui canonicatus reperiat aliquem occupantem bona spectantia, ad canonicatum, potest eum expellere, sicut posset possessor reuersus à nundinis.*

DECISIO XIX.

CVm tam ex instrumento adeptionis possessionis
Ioannis, quàm ex depnsitionis testium, primi super
9. artic. & secundi ad 10. interrogatorium, satis constet,
Ioanriem cepisse possessionem capellaniæ, de qua agitur,
priùs quàm Andreas per horam vel circiter, ideò resolutum fuit, Ioannem, & non Andream in possessione d. capellaniæ manutenendum esse, Clara est enim iuris con-
1 clusio, † possessionem anteriorem manutenibilem esse,
& præferri possessioni posteriori, quæ clandestina præsumitur. c. licèt caussam, & ibi Doct. de probat. Barto. in
leg si duo. in princip. sub num. 4. ff. vti possid. cum aliis
congestis per Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 725.
2 Et sufficit † anterioritas possessionis per horam, ad not.
per Doct. in leg. ff. solut. matr. & in c. pastoralis. & præcipuè Felyn. num. 5. & Dec. pariter. num. 5. de rescript. cum
aliis adductis per Tiraq. de vtroq. retract. pat. 1. §. 11. glo.
1. num. 12. & in terminis nostris Ferret. cons. 3. nu. 8. in fi.
3 & meliùs consi. 31. nu. 10. lib. 1. Imò † sufficit prioritas
etiam in puncto. vt per Bal. in l. de rebus, num. 2. C. de donat. ante nupt. Cassad. decis. 20. ante nu. 2. de præben. pulchrè Dec. in d. ca. pastoralis, nu. 1. ¶ Non obstant in contrarium adducta. ¶ Et in primis, quòd possessio Ioannis
non sit capta capitulariter de manu Canonicorum, iuxta
consuetudinem Ecclesiæ sancti Angeli, quę habet locum
etiam in capellaniis, vt constat tam ex dictis testium ad
septimum & octauum interrogatorium, quàm ex instrumentis pro parte Andreæ productis. Siquidem respondetur ex testibus consuetudinem istam minimè probari.
Nam tertius nihil probat, duo verò priores non conclu-
4 dunt, cùm non deponant, nec † de temporis diuturnitate, nec de actuum frequentia, prout de iure requiritur, vt
latè post alios Crauet. cons. 134. nu. 6. plenè Roch. Curt.
alios referens & de communi attestans, in cap. fin. sect. 8.
nu. 25. de consuet. secundùm Paris. impress. ¶ Nec etiam
5 dicunt, † possessionem aliter captam non valere, quod
etiam considerarunt Domini in casu simili in vna Camerinen. domorum, 23. Ianuar. præsentis anni coram Dom.
meo Blanchetto. ¶ Nec etiam probatur prædicta consuetudo ex instrumentis productis pro parte Andreæ,
quia ex pluribus instrumentis postea pro parte Ioannis
productis constat possessionem capellaniarum non capitulariter, sed simpliciter captam fuisse, & sic cùm ex instrumentis varia colligatur obseruatio, non potest in illis
6 vis fieri. † Consuetudo enim non inducitur in his, quæ
vario modo obseruata fuerunt, seu non inducitur ex actibus difformibus. vt per Crauet. post alios. consil. 96. nu. 5.
& cons. 313. num. 4. ¶ Secundù non obstat, quòd Andreas
sit manutenendus in possessione domus pertinentis ad
dictam capellaniam, cùm illam priùs quàm Ioan. ceperit,
Quoniam negatur huiusmodi prioritas. Ioannes enim simulatque adeptus fuit possessionem d. capellaniæ, censetur etiam acquisiuisse possessionem rerum omnium ad
illam spectantium, † cùm per adeptionem possessionis 7
beneficij quæratur etiam possessio rerum & bonorum
eiusdem beneficij, vt per Anch. in reg. beneficium, colum. vltim. ante num. 12. versic. & ideò ego dico, de reg.
iur. lib. 6. & latiùs in reg. sine possessione, colum. 15. nu.
10. in fin. & num. sequen. eod. tit. Aret. in l. possideri. in
princ. num. 8. & in leg. cum hæredes, num. 5, vers. si vero
intelligas. ff. de acquir. possess. Bertach. de Episcop. lib. 3.
part. 1. quæst. 56. Lambert. de iurepat. lib. 2. part. 3. quæst.
princ. 11. artic. 9. nu. 3. fol. 252. secundùm nouiss. impress.
Didac. varia. resolut. lib. 3. cap. 16. nu. 13. Ferret. cons. 14.
num. 4. & 5. libr. 1. & cons. 236. num. 10. lib. 2. adde Nat.
cons. 562. num. 13. lib. 2. Et ratio huius conclusionis est,
quia † possessio bonorum beneficij vacantis est penes 8
Ecclesiam tanquam personam fictam & repræsentatam,
vt per Innoc. quem ibi Docto. sequuntur, in c. cum super, de caus. poss. & propriet. qua ratione nituntur Anchar. Bertach. Lambert. & Didac. in prædictis locis Aym.
dict. consil. 562. num. 23. Afflict. decis. 361. num. 23. Paris.
consil. 24. sub. num. 5. lib. 1. Accedit etiam ratio absurdi
deducta per Anch: in d. reg. sine possessione, numer. 12.
quòd si ad acquisitionem possessionis singulorum bonorum & rerum beneficij esset necessaria corporalis apprehensio, siue vsus, esset difficilis huiusmodi possessionis acquisitio, sicut omnes fundi glebas circumambulare. l. 3. in princip. de acquir. poss. Et propterea secundùm
Anch. ibi oportet acquisitionem possessionis omnium
bonorum & rerum beneficij referri ad certum subiectum, cuius apprehensa possessione censeatur quæsita
possessio omnium rerum & bonorum beneficij: hoc autem subiectum debet esse Ecclesia, quæ prædictorum
bonorum dominium & possessionem habet. ¶ Præterea
præmissa confirmantur ex decis. Gulielm: de Cun. ff. de
offi. præs. August. circa quæstionem cuiusdam sacristæ:
† vnus enim erat in possessione ipsius sacristię, aliter pos- 9
sidebat reliquias & paramenta eiusdem sacristiæ, Concludit ibi Gulielm. per illum text. eum qui possidet partem principaliorem, id est, locum ipsum sacristiæ, esse
in possessione illius, non autem possidentem reliquias
& paramenta. Quam decis. sequuntur ibi Alberic. & Bal.
qui † postea generaliter notat, eum esse in possessione 10
beneficij, qui possidet Ecclesiam, non eum qui possidet
prædia, & bona Ecclesiæ. Sequuntur etiam Franc. in c.
commissa, nu. 3. versic: adde prædictis, de elect. lib. 6. Tiraquel. de retract. par. 1. §. 36. gloss. 3. num. 5. Nat. d. consil.
562. num. 13. vbi vide. ¶ Tertiò non obstat, quòd possessio dict. domus captæ per Andream sit plenior & efficacior possessinne Ioannis, cùm illa sit naturalis, & ciuilis, hæc verò ciuilis tantùm, & propterea illa sit huic
præferenda. Quandoquidem respondetur. ¶ In primis
negando Ioannis possessionem ciuilem tantùm esse:
nam capta possessione dignitatis vel beneficij, intelligitur ipso iure sine alia apprehensione transferri possessio
bonorum vel rerum ad dignitazem, vel beneficium pertinentium, cùm † mortuo prælato vel beneficiato vacet 11
possessio prælaturæ, & beneficij, non autem pnssessio bonorum, quæ ab Ecclesia possidentur, vt Bertach.
& Lambert. in supradictis locis bene deducunt, & in
propriis terminis hoc idem voluit Paris. consil. 24. nu.
6. 7. & 8. libr. 1. Nat. dict. consil. 562. num. 15. vbi alios
allegat. Vnde quando Ioann. adeptus est possessionem naturalem & ciuilem capellaniæ, intelligitur statim absque alia apprehensione acquisiuisse etiam possessionem ciuilem & naturalem bonorum dictæ capellaniæ. ¶ Præterea respondetur, Ioan. manutenendum esse
etiam

12 etiam si ciuilem tantùm habuerit, cùm † habenti ciuilem
competat interdictum vti possideris pro naturali, quam
non habet; habens enim cioilem dicitur turbari per re-
tentionem naturalis, vt per Ias. in l. clam possidere. §. qui
ad nundinas, nu. 62. ff. de acquit. poss. eum multis aliis cu-
mularis per Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 22. cum
seq. Et in terminis nostris voluit Anch. in d. reg. sine pos-
sessione, col. 16, nu. 12. post med. versic. ex his infero, di-
13 cens, canonicum post ademptam † possessrouem sui ca-
nonicatus, si reperiat aliquem occupārem bona spectan-
tia ad canonicatum, posse eum expellere, sicut posset pos-
sessor reuersus à nundinis, iuxta l. clam possidere. §. qui ad
nundinas, de acquir. poss. & talem occupantem spoliasse
canonicum possessione dictorum bonorum, quam intel-
ligitor quæsiuisse per adeptionem possessionis canonica-
tus. Et non est dubium contra huiusmodi clandestinum
occuparorem dati interdictum vti possidetis, vt per glos.
in l. 1. in verbo, nec clam. & ibi Bal. num. 8. C. vti possid.
¶ Reliqua pro parte Andreæ deducta, vel sunt extra pun-
ctum, vel responsionem non merentur.

CANTVCCII.

Dertusen. oncrum sacristiæ. Die Veneris. 6.
Aprilis, 1576.

SVMMARIA.

1 *Necessitas illa propriè dicitur, quæ necessariam habet ori-
ginem.*
2 *Refectio ædificij ruentis inter necessarias impensas enume-
ratur.*
3 *Reficere quid sit.*
4 *Constructio noui ædificij potest dici impensa necessaria.*

DECISIO XX.

NEcessitatem constractionis noui chori, de quo agi-
tur, dixerunt Domini etiam ad effectum, vt sacrista
dicatur satis probasse ex dictis testium pro parte eius-
dem sacristæ examinarorum, maximè ex secundo, super
secundo 14. & 15. artic. dicentes cathedras chori adeò
veteres & putridas fuisse, vt in puluerem conuerteren-
tur, & chorum ipsom in eius demolitione ob magnam
putredinem in puluerem resolutum, ac etiam ex quinto
super 14. dum dicit, dato quòd solum chorum mane-
ret firmum, & sic sentit cathedras chori, nō fuisse firmas,
sed tantùm trabes, in quibus consistebat solum chori.
¶ Stante igitur huiusmodi vetustate, corruptione, & pu-
tredine chori veteris, negari non potest quin necessaria
fuerit noui chori constructio, quæ licèt sumpserit occa-
sionem ab ædificarione nouæ Ecclesiæ diuersæ formæ à
veteri, tamen necessariam habuit originem ab ipsa cor-
1 ruptione, & purtedine chori veteris. Et † illa propriè ne-
cessitas dicitur, quæ necessariam haber originem. Bald.
cons. 20. lib. 2. Tiraq. de retract. part. 10. 1. glo. 14. num. 15.
& 16. latissimè Crauet. in responso pro gencto. nu. 93. 95.
386. post. prin. & in corollar. nu. 5. prope fin. cum aliis ad-
ductis per Menoch. de arbitr. iud. cas. 182. num. 52. ¶ Non
obstat si dicatur tunc fore locum huic necessitati, si cho-
2 rus vetos reficeretur: † refectio enim ædificij ruentis in-
ter necessarias impēsas enumeratur. l. 1. versi. si ędificium.
ff. de impens. in rebus dot. fact. At nos non sumos in ca-
3 so refectionis, cùm † reficere sit, quod corruptum est, in
pristinum statum restaurare. l. 1. §. reficere. ff. de riu. vel ad
pristinam formam reducere. l. 3. §. reficere. ff. de itin. actú-
que priua. Et in casu isto nulla fit in pristinum statum
restaurario, vel in pristinam formam reductio, cùm im-
mutetur status, & forma chori veteris propter mutatio-
nem status, & formæ Ecclesiæ, quæ nonc de nouo ædifi-
cator, & in nouam formam redigitur: & propterea su-
mus in casu constructionis noui chori, vt in dict. l. 3. §. re-
4 ficere. ¶ Quoniam respondetur, constructionem † nooi
ædificij posse dici impensam necessariam, ita Bart. in l. di-
uortio. §. fin. per illum text. nu. 2. in 3. oppos. ff. solut. ma-
trimo. & sequitur ibi Ruin. nu. 4. post gloss. in l. 1. §. inter
necessaria. io verbo factum sit. & ibi Dyn. & Ang. no. 2. ff.
de impens. in rebus dot. fact. Et quemadmodum constru-
ctio noui ædificij io casu. d. l. diuortio. §. fi. dicebatur im-
pensa necessaria ex eo, quòd sine illo nouo ædificio fun-
dus coli non poterat, vt declarar ibi Bart. ita etiam in ca-
su nostro constructio noui chori debet censeri impensa
necessaria, quia sine choro diuina in Ecclesia celebrari
nequeunt. Cæterum in hac noui chori consttuctione, ad
quam summam Sacrista reneatur, & quomodo illa sit
soluenda, aliàs erit particulariter videndum.

CANTVCCII.

Romanensis Capellaniæ. Die Lunæ, 14. Maij. 1476.

SVMMARIA.

1 *Dispositio c. fin. de elect. in 6. quo casu procedat.*
2 *Intrusus dicitur, qui propria auctoritate possessionem ingre-
ditur, & sine titulo, cum nu. 5.*
3 *Possessio vitiosa non debet manuteneri, licèt qui eam accepit,
bono iure sit munitus. & nu. 6.*
4 *Titulum canonicum habens potest absque alia inductione
in possessionem proprio auctoritate possessionem beneficij
vacantem apprehendere. & nu. 6.*
Fallit, nisi reperiatur beneficium ab alio possideri. nu. 7.
8 *Iuramenti præstatio in adeptione possessionis capellaniarum
non potest dici solita.*
9 *Statutum de soluenda certa pecunia in adeptione possessio-
nis beneficij intelligitur si petatur.*

DECISIO XXI.

DOmini steterunt in decisis, nempe Ioānem, & non
Aodream in possesione capellaniæ. de qua agitur,
manutenendum esse, non obstantibus nouiter deductis
pro parte eiusdem Andreæ. ¶ Et in primis non obstat,
quòd Locumtenens Illustriss. Vrbis Vicarij stante clausu-
la, verificato imprimis iure partonatus, posita in literis
sibi præsentatis, non seruauerit formam, ca. fin. de elect.
lib. 6. quæ procedit etiam in præseutationibus, cùm oon
positis edictis d. capellaniam Io. contulerit. Quia respon-
detur, † dispositionem d. c. fin. non procedere in casu no- 1
stro, cùm illa locum habeat in confirmatione electi, vel
præsentati, non in verificatione iurispatronatus, in qua
nos sumus. ¶ Secundò non obstar, quòd Ioannes non
fuit inductus in possessionem d. capellaniæ per executio-
nem, vel alium ab eo deputatum, iuxta formam litera-
rum, sed ipsemet propria auctoritate illam adeptus est, &
† propterea intrusus dicitur. vt per Rebuff. in terminis in 2
sua praxi beneficio. parte 1. de form. nou. prou. in verbo,
per se vel alium. fol. 1166. post Pan. & alios in c. cum iam
dudum, de præben. Felyn. in c. veniens, num. 2. de accu-
sat. Pet. de Perus. de vnio. quæst. 2. Vnde cùm dict. Ioan-
nes possessionem dictæ capellaniæ perpetam acceperit,
licèt bono iure munitus sit, † non debet in hac sua vitio- 3
sa possessione manuteneri, vt expresè firmat idem Re-
buff d. prax. benef. de miss. in poss. num. 37. ¶ Siquidem
respondetor, habentem canooicum titulum posse absque
alia inductione in possessionem propria † auctoritate 4
vacantem beneficij possessionem apprehendere, vt per
Doct. & præcipue Abb. oum. 3. circa medium, versic. ego
pro concordantia, in cap. transmissam. per illum rext. de
electio. cum aliis citaris per Didac. lib. 3. varia resolutio.
cap. 16. nu. 5. post medium, versic. quod si habens. Et hanc
esse communem fatentur Sylo. de benefic. part. 2. quæst.
15. sub num. 3. Rocch. Curt. de iurepatron. in verbo, ius.
quæst. 5. sub num. 9. Rip. lib. 2. respons. de rescript. cap. 31.
Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 11. articul. 6.
nu. 1. circa med. fol. 252. secundùm nouissimam impres-
sionem. Reboff. de pacif. possess. num. 234. & 251. & in sua
prax. benef. de miss. in poss. nu. 5. Didac. d. c. 16. nu. 7. tum
in princ. tum in fin. vers. tertius casus, & num. 8. versic. at
si qois, ostendit, possessionem beneficij apprehensam
propria

propria auctoritate ab habente canonicum titulo, nemi-
ne possidente, operari effectus iustę, & veræ possessionis.
¶ Nec quicquam faciunt tradita per Rebuff. in sua prax.
de form. nou. prouis. in verbo, per se, vel per alium. Quia
respondetur, illa procedere in capiente possessionem be-
neficij propria auctoritate, absque auctoritate superio-
ris, hoc est absque confirmatione, & sic sine titulo: talis
5 enim dicitur † intrusus, vt patet ex verbis. Inno. in ca. ni-
hil. est. nu. 4. de elect. quem Felyn. allegat. in d. c. venient.
sub nu. 2. de accus. & ita declarat Sarnen. de trien. poss. q.
47. nu. 2. Et ad tradit. per eundem Rebuf. in sua prax. de
miss. in poss. num. 37. respondetur, non habere locum in
6 eo, qui † canonicum habet titulum, & propria auctorita-
te cepit possessionem beneficij vacantem: sed procedere
in eo, qui perperam accepit possessionem beneficij ab
alio possess. talis enim licèt bono iure sit munitus, tamen
7 eius possessio est vitiosa, & non manutenibilis, cùm † ha-
bens canonicum titulum in beneficio, quod ab alio pos-
sidetur, non possit propria auctoritate possidentem ex-
pellere, nec possessionem apprehendere. ca. eum qui. de
præben. lib. 5. Rip. in c. sæpe. nu. 68. de restit. spol. Didac. d.
c. 16. sub num. 6. Et ita Rebuf. se ipsum declarat superiùs.
nu. 3. 4. & 5. Et eò magis præmissa procedunt in casu no-
stro, quòd inductio Ioannis in possessionem d. capella-
niæ in processu fulminato cõsideratur ad fauorem Ioan-
nis, vt constat ex illis verbis, quando à Dom. Ioanne fue-
rint requisiti, inducant eum in possessionem. ¶ Tertiò
non obstat, quòd Ioannes non præstitit iuramentum de
obseruandis statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ iuxta
formam literarum. Nam respondetur, literas loqui de
solito iuramento, & tamen in Ecclesia sancti Angeli
8 præstatio † iuramenti in adeptione possessionis capella-
niarum, non potest dici solita, cùm interdum reperia-
tur præstitum, interdum non, vt patet ex pluribus in-
strumentis productis pro parte Ioannis. Et propterea,
cùm simus in actu præstandi iuramentum non vniformi,
sed variabili, non censetur traditus pro forma, ita vt non
possit iuramentum etiam postea præstari, per ea quæ tra-
dit Brun. de form. fol. 40. col. 2. versic. 14. conclusio. ¶ Vl-
timò nun obstat, quòd Ioannes in adeptione possessionis
dictæ capellaniæ non soluerit prius tres floren. iuxta
9 form. statuti Ecclesiæ. Quia † omissis aliis responsioni-
bus, Dominis placuit illa responsio, vt statutum intelli-
gatur, si illi tres floren. petantur. ad tradit. per Castren. in
l. peto. §. fratre, nu. 3. per illum text. de legat. 2. Ias. in l. vni-
uersa. nu. 2. C. de precib. Imperat. offeren. Marsil. ad rub.
de fideioss. nu. 146. Mynsing. centuria 1. obseru. 6. Achil.
d. 10. de transmis.

CANTVCCII.

Caurien. siue nullius iurisdictionis. Die Veneris,
18. Maij. 1576.

SVMMARIA.

1 *Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ, quando fit reditus ad ius commune, siue præiudicium sit leue siue magnum, ex communi.*

Contrarium tamen vide & declara, vt nu. 2. & seq.

3 *Prælatus sine consensu capituli potest facere actum præiudicialem Ecclesiæ per quem reuertitur ad ius commune, ex magis communi.*

Contraria tamen est verior. nu. 4. 5. & 6. cum seq.

Fallit multis modis. vt nu. 12. & seq.

7 *Parochialia iura in quibus consistant.*

8 *Abbas sine consensu sui conuentus non potest renuntiare priuilegio exemptionis à iurisdictione Episcopi.*

9 *Factum prælati non præiudicat Ecclesiæ.*

Imò nec etiam sibi ipsi, quando eius præiudicium est inseparabile cum præiudicio Ecclesiæ. nu. 10.

11 *Fauor reditus ad ius commune non potest præualere fauori Ecclesiæ.*

12 *Præiudicium capituli operatur proprium eius interesse.*

12 *Incorporatio iuris quæsiti æquipollet iuri communi.*

15 *Reditus ad ius commune non est fauorabilis quando quis priuatur iure suo.*

16 *Lucrum quæsitum & radicatum seu incorporatum pro damno reputatur.*

17 *Ius commune quando est extinctum, res non reuertitur ad naturam suam.*

18 *Fauor reditus ad ius commune cessat in casu, in quo adest clausula decreti irritantis.*

DECISIO XXII.

CVm aliqui ex Dominis in vltima positione huius
caussæ facta sub 28. Martij. 1576. dubitauerint de
doctr. Abb. in cap. veniens, nu. 23. de præscriptio. in eo,
quòd vult requiri cõsensum capituli in tacita vel expressa
renuntiatione Prælati, per quam fiat reditus ad ius
commune, quo casu superiùs num. 22. dixerat, Prælatum
† posse præiudicare Ecclesiæ indistinctè, siue præiudi- 1
cium sit paruum, siue magnum, per text. in cap. 1. &
in cap. fin. de pact. lib. 6. Quæ quidem doctr. Abb. in eo
quod tradit, Prælatum posse in casu reditus ad ius com-
mune præiudicare Ecclesiæ, nulla habita distinctione in-
ter leue & graue præiudicium, est communiter recepta,
eam namque sequitur Felyn. in cap. cùm accessissent, nu.
6. vers. ad idem. & nu. 3. 5. de constitut. Ias. in leg. si con-
stante, nu. 174. & ibi Ruin. nu. 12. ff. solut. matrimon. Ma-
ria. Socin. in capit. qualiter & quando. nu. 68. versic. ta-
men. fallit, de accusatio. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne pete-
ret, nu. 11. ff. de pact. Ruin. consi. 2. nu. 8. lib. 1. Ferret. cons.
28. num. 14. libr. 1. Gozad. consil. 26. num. 55. Socin. iun.
consil. 11. num. 12. libr. 3. Crauet. consil. 135. sub num. 38.
Sarnens. ad reg. de non tollen. iure quæsito, quæst. 16.
Tiraquell. de iure primogen. quæstio. 24. num. 7. cum
multis aliis, qui facilè possent inueniri. licèt Dec. dubitet
in cap. capitulum, num. 8. & 9. de priuileg. Et motus ra-
tione, quia iura dicũt, prælatum non posse Ecclesiæ con-
ditionem deteriorem facere. cap. 1. de restitut. in integ.
¶ Vnde retenta hac doctr. Abb. pro vera & communi, fuit
solùm dubitatum de ea in eo, quòd posteà num. 23. sub-
dit, requiri consensum capituli. Et ideò præsupposito,
sine veri præiudicio, quòd simus in casu, in quo fit redi-
tus ad ius commune, proposui dubium die Veneris, 11.
Maij, 1576. an requiratur consensus capituli Militiæ in
casu & ad effectum, de quo agitur. In qua positione
Domini fuerunt varij, ita vt non potuerim resolutio-
nem capere. Et propterea die Veneris, 18. eiusdem
mensis & anni iterum proposita caussa super eisdem,
Domini cum præsupposito, quòd simus † in magno 2
præiudicio tenuerunt requiri in casu, de quo agitur, con-
sensum capituli Militiæ. Pro cuius resolutionis facilio-
ri, ac dilucidiori intellectu ac explicatione potest mate-
ria ista in quatuor difficultates diuidi. ¶ Prima erit, quæ-
nam sit communior opinio in illo artic. an requiratur
cõsensus capituli in actu præiudiciali Ecclesiæ, per quem
fit reditus ad ius commune. ¶ Secunda, an negatiua opi-
nio in se vera sit & iure probetur. ¶ Tertia, an affirma-
tiua sit de iure verior. ¶ Quarta & vltima retenta etiam
negatiua, an nihilominus illa cesset in casu nostro.
¶ Quoad primam difficultatem conclusum fuit, inspe-
ctis auctoritatibus, magis communem sententiam esse
negatiuam, nempe, † solemnitatem consensus capituli 3
necessariam in alienatione rerum Ecclesiæ non requiri
in actu, per quam res Ecclesiæ reuertitur ad naturam
suam. Ita namque voluit Felyn. in capit. cùm omnes, nu.
8. versic. tertio probatur. & ibi Ferret. num. 8. Mant. num.
40. versic. secundo, quia ad idem. de constitut. Brun. de
form. fol. 18. col. 4. ante med. versic. & facit etiam text.
Curt. iun. de feud. parte 2. quæstio. 5. num. 8. versic. tertio
magis in specie. & cons. 273. nu. 14. lib. 3. Ferret. consil. 38.
num. 15. versic. ad idem. libr. 1. Bero. consil. 7. nu. 27. lib.
3. Card. Alban. in l. si vnus §. pactus, ne peteret, num. 7.
vers.

vers.attende etiã.ff.de pact. Er hoc idem voluir Bertach. de Epis.lib.4.par.4.nu.21.dicens. Prælatum posse in præiudicium Ecclesiæ sine cõsensu capituli reuntiare præscriptioni, quando redditur ad ius commune. ¶ Quantùm ad secundam difficultatem Domini dixerunt, hanc communem opinionem veram non esse nec iure proba-
4 ri. Siquidem † omnes præallegati Doct. præter solum Bertach. qui nihil allegat, mouentur solùm auctoritate text.in cap.cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat.sine consen.cap. Quem text. Domini dixerunt nihil facere pro communi, imò potiùs contra eam retorqueri, quia ille text.procedit, quando agitur, non de alienatione rei Ecclesiç, sed de reuocatione dominorum à laico ad vsum Ecclesiasticum, vt patet ex illis verbis, cùm aliud sit alienare, quod ab Ecclesia possidetur, & aliud, qood detinetur à laico ad vsum Ecclesiasticum reuocare, quæ verba sunt ipsi posita ad vim rationis responsionis mox supra factæ, sub illis verbis, taliter respondemus, &c. Quod colligitur tum ex illa dictione, enim, dum dicitur, auctoritates enim præmissæ licèt diuersæ sint, non tamen aduersæ, cùm aliud sit alienare, &c. tum ex illa dictione,
5 cum, quæ † quando addiicitur verbo præsentis temporis, vt in illo text. ponitur caussatioè, & accipitur, pro, quia, Bart.in leg.1. sub nu.8.& in l.demonstratio, §. quod autem, sub nu.9.ff de condit.& demonstrat.& est text. in cap.cum quis.§.codicillis.de leg.3. in ca.2.in fin.de consuet, in clem.testibus, in fine, & ibi glo.Card.& alij, de testib.Igitur ratio decisionis illius text. cur solus consensus Episcopi, absque consensu capituli sufficiat, consistit in eo, quod non agitur de alienatione rei Ecclesiasticæ, sed de reuocatione ad vsum Ecclesiasticum rerum à laico detentarum, quo casu procedit auctoritas Diui Hieronymi, qua Monachi nitebantur. Ergo vult ibi text. quòd quando ageretur de alienatione rei Ecclesiæ, tuoc esset locus auctoritati Leonis, quam capitulum allegabat, & consequenter haberet locum dispositio cap. sine exceptione 12.q.2. Et sic esset necessarius consensus vtriusq; tam Episcopi quàm capituli. ¶ Quoad tertiam difficultatem, an contraria opin. quòd scilicet requiratur consen-
6 sus capituli, sit de iure verior, Domini † firmarunt, illam veriorem esse. Moti, ¶ In primis ex cap.fin.de pact. lib. 6, vbi priores vel guardiani cum consensu tamen sui conuentus possunt facere pacta cum rectorib.parochialium, super iuribus parochialibus, quæ pacta obseruanda sunt, etiam si desit consensus magistri, vel ministri, vel prioris generalis seu prouincialis, approbatio capituli generalis, aut prouincialis, ac etiam confirmatio Apostolica. Quòd autem ibi requirarur consensus conuentus, clare ostenditur ex illis verbis, de suorum conuentuum consilio & assensu. Et voluerunt ibi Gemin.in decimo notab. Franc. in vltimo notab. clarius Anchar. in sexto notab. dicens, in pactis præsidentis collegio requiri consilium & consensum collegiatorum. Et But. num.6. inquiens pacta prælatorum valere, dummodo de suorum conuentuum consilio & assensu inita fuerint. Quòd etiam ibi agatur de pactis, per quæ fit reditus ad ius commune, patet ex illis verbis, super iuribus parochialibus. Si enim pacta, de quibus ibi, sunt initia super iuribus parochialibus, ergo super iuribus spectantibus de iure communi ad pa-
7 rochum, cùm † iura parochialia consistant in cura animarum parochianorum, in exhibitione sacramentorum, in iure funerandi, in decimis, primitiis, & oblationibus, quæ omnia rectoribus parochialium de iure communi competunt. Docto. & præcipuè Abb. num. 2. ad rub. de paroch. Goffred. & Hostien. in eorum summa, titul. de paroch. vterque. num. 2. Vnde cùm fratres Prædicatores, vel minores, vel alij mendicantes recusarent seruare pacta inita super iuribus parochialibus, sequitur, illa fuisse ad fauorem Rectorum parochialium, & sic per ea factum fuisse reditum ad ius commune. ¶ Secundò, pro hac opin. est text. in cap. cum dilectus. de relig. domibus, 8
vbi † Abbas sine consensu sui conuentus non potuit renuntiare priuilegio exemptionis à iurisdictione Episcopi: & sic licet ibi simus in casu, in quo fit reditus ad ius commune, requiritur tamen consensus capituli, vt voluit ibi gloss. in verbo, repromisit. Innocent. sub eodem verbo. Card. quæstio. 4. Bart. num. 6. Et Abb. nu. 6. & 7. inquiens, quòd Docto. hoc sequuntur. E qoatenus text. fundat se in fraude, intelligitur respectu censuarum, quas Pont. mandat annullari. Nam illa verba, cùm fraus & dolus ei patrocinari non debeant, sunt redditiua rationis, cur Papa mandat iudicari illas sententias noo tenere: siquidem ibi principaliter agitur de reuocatione censuarum, incidenter verò præsupponitur nulla renuntiatio priuilegij exemptionis tanquam facta sine consensu capituli: & hoc sibi volunt verba illa, præter fratrum suorum assensu. Vnde si circomuentio & fraus nedum ad inualiditatem sententiarum, sed etiam renuntiationis priuilegij exemptionis esset referenda, vòque legistator aliter loquutus fuisset, nempe, iudicis illas sententias & repromissionem non tenere. Cùm igitur fraus referatur solùm ad sententias, & non ad repromissionem, sequitur sententias tantùm annullari ex fraude, repromissionem verò intelligi nullam ex defectu consensus capituli. ¶ Tertiò, pro eadem opin. est textus clarus in capit. venissent, de institut. vbi Archidiaconus cum iuramento renuntiauit concessioni institutionis personarum & custodiæ Ecclesiarum vacaotium factæ quibusdam Archidiaconis sui prædecessoribus; deciditur ibi, quòd si concessio non fuit personalis, sed realis renuntiatio ipsius concessionis, vel iuris, vel vtilitatis tribuit Archiepiscopo, cui fuerat reuntiatum, & tamen illa institutio personarum, & custodia Ecclesiarum vacantium de iure communi ad Archiepiscopum spectabat. Et sic ibi est casus, quòd concessionis renuntiatio etiam iurata, per quam fit reditus ad ius commune, nocet Prælato renuntianti ob suum iuramentum, non autem eius Ecclesiæ, cùm † factum Præ- 9
lati non præiudicet Ecclesiæ, vt per gloss. ibi, in versic. abiorasse. Card. num. 9. Butr. num. 35. Imo numer. 23. Abb. numer. 14. Imò nec etiam ipsi Prælato præiudicabit, quando † eius præiudicium est inseparabile cum præ- 10
iudicio Ecclesiæ, tunc enim iuramentum Prælati nedum Ecclesiæ, sed nec eoam sibi præiudicabit, cùm propter connexitatem præiudicij non possit iuramentum seruari sine intentu salutis æternæ, vt per Butr. ibi. num. 32. vesic. videte solutio gloss. est verissima. Imo num. 22. versic. & secundùm prædicta. Abba. numer. 16. versicul. vnde Dominus Anton. & num. 18. ¶ Quartò, accedit etiam textus in dict. cap. cum Apostolica, vt supra, inductus & ponderatus: sumus enim in alienatione rei Militiæ, cum renuntiatio priuilegij Leonis inducta per concordiam anni 1553. sit alienatio iurium competentium Militiæ vigore dicti priuilegij, vt per se patet. ¶ Postremò præmissa cõprobantur ex regu. id quod nostrum, reg. alteri per alterum, & aliis regulis, rationibus, & argumentis deductis hic per Do. Calandrum, quæ valde placuerunt Dominis, qui eò magis in hanc sententiam iuerunt, quòd alienatio rerum Ecclesiæ est omni iure prohibita, & non potest fieri, nisi ex iusta caussa, & cum debitis solemnitatibus; ideóque Dominis durum † vide 11
batur fauorem reditus ad ius commune posse præualere fauori Ecclesiæ. ¶ Circa vltimam difficultatem Domini ad communem opin. multas considerarunt limitationes. ¶ Et in primis placebat aliquib. ex Dominis limitatio tradita per Sebast. Sap. in addit. ad Abb. in d. ca. veniens, nu. 22. in fi. addi. vt † scilicet non procedat, quando 12
fit reditus ad ius commune quoad aliquos: sed locum habeat, quando reditur ad ius commune quoad omnes, per text. secundùm communem intellectum, in cap. cùm

omnes,

omnes, de constit. Et hoc idẽ voluit Paris. in d.c. veniens, nu. 16. circa med. vers. quoad vltimum. ¶ Secundò, nonnulli ex Dominis existimabant, posse communem limitari, vt non habeat locum, quando consensus capituli requiritur non solum pro solemnitate actus, sed etiam pro
13 proprio interesse ipsius capituli, quia † de eius particulari præiudicio agitur, vt accidit in casu nostro: tunc enim proprium interesse & præiudicium debet aliquid operari, & ad id dicebant facere rationes Bald. cons. 1. lib. 1. Et posse consensum alicuius requiri, seu interuenire æqualiter tam pro solemnitate actus, siue pro fauore publico, quàm etiam pro commodo & fauore priuato ipsius consentientis, voluit Ang. cons. 88. nu. 3. versi. secundo præmitto. Socin. cons. 23. nu. 19. in fine. vers. aliquando & tertio, lib. 4. Tiraq. de legib. connub. glos. 6. nu. 41. ¶ Tertiò, quidam ex Dominis declarabant communem non procedere, quando agitur de auferendo ius quæsitum & radicatum seu incorporatum. Moti tum ex decis. Put. 263.
14 lib. 2. vbi radicatio † seu incorporatio iuris quæsiti æquipollet iuri communi, tum ex dicto Neuiz. in sua sylua, l. 6. num. 26. dicẽtis post Roch. de Curt. in cap. cùm accesse-
15 rint, fol. 10. de constit. † materiam reditus ad ius commune non esse fauorabilem, quando quis priuatur iure suo. Accedit, quòd radicatio & incorporatio adeò efficax est,
16 vt conuertat lucrum in damnum: lucrum enim † quæsitum & radicatum & incorporatum pro damno reputatur, l. cũ te. & ibi Cyn. & Bald. C. de donat. ante nupt. Bal. Ang. Imol. Alexand. & Ias. in l. non ampliùs. §. primo, de l. 1. Alexan. cons. 89. nu. 13. cons. 169. nu. 14. lib. 2. & consil. 203. ad fin. lib. 6. Dec. in l. iuris ignorantia. nu. 8. C. qui admit. & cons. 260. in fin. Paris. cons. 19. num. 244. lib. 2. Calcan. cons. 7. num. 36. vers. quantum. Sarnen. de iure quæsit. non tollen. quæst. 1. fol. 29. vers. quia propriè damnũ, subdens, perdere lucrum non radicatum non esse damnum sentire, & ius non radicatum facile tolli. ¶ Ius autem priuilegij Leonis fuisse Militiæ non solùm quæsitum, sed etiam radicatum & incorporatum, constat ex insertione & descriptione ipsius priuilegij in libro actuum capitularium Militiæ, vt in terminis per Card. in cap. 2. nu. 4. q. 12. de feud. ¶ Quartò, videtur cessare in casu nostro, in quo ius commune non est elisum, sed extinctum, quo
17 casu † res non reuertitur ad naturam suam: quoniam §. pactus ne peteret. l. si vnus. ff. de pact. vnde hęc propositio colligitur, non loquitur in iure sublato, vel extincto, sed in iure eliso, vel diminuto. Ita illum text. post Martin. Sily. intelligit Iac. Butr. in authent. quas actiones, prope fi. versic. sed D. Martinus. Petr. de Bellapert. ibi. colum. 2. in fine, versic. sed ponamus, colum. sequent. Cyn. quæst. vlt. num. 8. Alberic. nu. 2. vers. in eadem gloss. Bald. num. 5. in fine. Castrens. nu. 9. vers. Doctores tamen dicunt. Ias. nu. 29. C. de sacrosãct. Eccl. Bart. in dicto §. pactus ne peteret, in fine. & ibi Bald. pariter, in fine. Fulgos. num. 22. vers. in glossa fi. & Iacob. de sancto Georg. ad fin. Et ratio diuersitatis secundùm Doct. & præcipuè Bald. in dicta authent. quas actiones, est, quia ius elisum durat in essentia, licèt cesset in effectu. Vnde cum in eo sint reliquiæ, facilè fit reditus ad ipsum. sed in iure extincto & sublato nullæ sunt reliquiæ, l. prima, in princ. C. de lat. liber. tollen. ideò impossibilis est reintegratio vel reuersio ad illud, dicto §. pactus ne peteret. vers. sed si pactum conuentum. Et ius commune dicitur tolli vel extingui per simplicem clausulam, non obstante, positam in priuilegio, vt voluit Petr. de Bellapert. in dicta authent. quas actiones, colũ. secunda, in fine. vt per generalem clausulam, *non obstante aliqua lege in contrarium disponente*, vt per Alberic. & Castrens. in dicta authen. quas actiones. Bal. & Iacob. de sancto Geor. in d. §. pactus ne peteret. Sed in priuilegio Leonis, adest clausula generalis, *non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque, vna cum clausulis, pro expressis*. Meritò, &c. ¶ Quintò, addebam ego communem limitari in casu nostro ob clausulam, *decreti irritantis*, positam in priuilegio Leonis. Fauor enim
reditus † ad ius cõmune cessat in casu, in quo adest clau- 18
sula *decreti irritantis*, vt per Brun. de for. fol. 58. colum. 4. in fine, versic. cæterum ad hanc limitationem, motus ex his, quæ post alios tradit Ias. in l. omnium, num. 10. iuncto num. 7. vers. limita tamen, C. de testamen. Nam nu. 10. firmat, statuentes non habentes facultatem statuendi posse statutum aliàs à superiore confirmatum reuocare, quando fit reditus ad ius commune, & sic facultas reuocandi tribuitur per reditum ad ius commune, & tamen superius numer. 7. versic. limita tamen, post alios concludit, stante clausula *decreti irritantis*, posita in confirmatione statutorum à Principe facta, nõ posse statuentes reuocare, etiam si aliàs haberent facultatem liberè statuendi. † Vnde stante falsitate communis opin. quæ nullo modo probatur in dicto ca. cum apostolica, & stante veritate contrariæ sententiæ & iuribus & rationibus præallegatis, & stantibus etiam præmissis limitationibus ad communem, Domini concluserunt, consensum capituli Militiæ fuisse necessarium ad præiudicandum sibi per concordiam anni 1553. etiam si per eam fiat reditus ad ius commune. ¶ Reseruarunt tamen particulariter videndum, an simus in magno, vel modico præiudicio.

CANTVCCII.

Caurien. siue nullius iurisdictionis. Lunæ 4. Iunij, 1576.

SVMMARIA.

1. *Genitiuum denotat dominium & proprietatem.*
2. *Seruitutem nemo patitur habere in re propria.*
3. *Priuilegiatus super non solutione decimarum intelligitur in propriis bonis, non in alienis.*
4. *Priuilegiũ Militiæ Cisterciensium est personale, non reale.*
5. *Coloni vel censuarij commendarum tenentur ad decimas.*
6. *Priuilegium exemptionis decimarum dicitur reale, quando eximit terras seu prædia.*
7. *Datum vel remissum præsumitur potiùs ex caussa, quæ minorem iactationem continet, quàm alia.*

DECISIO XXIII.

PRoposui caussam die Lunæ, 4. Iunij, 1576. super eo, quòd Domini in vltima positione reseruarũt, an scilicet stante priuilegio Leonis Decimi, & concordia anni 1553. constet de magno, vel paruo præiudicio Militiæ in casu, & ad effectum, de quo agitur. Et pro parte Militiæ fuit data scriptura continens simul & seriatim septem particulas, siue capita tam priuilegij, quam concordiæ. Ex quibus hincinde collatis, Militia prætendebat multiplex, & graue præiudicium colligi. Sed postea ipsamet Militia restrinxit se ad primum caput, in quo agitur de decimis, super quo Domini dixerunt, constare de magno præiudicio Militiæ, quia cùm Militia vigore priuilegij esset exempta à præstatione decimarum, cumque postea vigore concordiæ teneretur ad solutionem decimarum de agris, & patris cõmendarum Maiorga, Pietrabuona, Herrera, Salor, Spatagal, & Santo Antonio pro tertia parte, & sexta parte respectiuè citra, & vltra flumen Salor, vt continetur in concordia cap. duodecimi, non potest negari, quin Militia ex huiusmodi solutione tertiæ, & sextæ partis decimarum magnum patiatur præiudicium. ¶ Non obstant deducta pro parte Episcopi. ¶ Et in primis non obstat, quòd concordia cap. duodecimi, non loquitur de terris propriis ipsarum commendarum, sed de terris aliorum existentibus in locis, & territoriis commendarum. ¶ Quia patet responsio ex verbis subsequentibus eiusdem cap. duodecimi, dum dicitur, *ita tamen, quod in eo, quod attinet ad decimas Commendarum de Pietrabuona, & Maiorga, remaneant, existántque in eodem statu, in quo ad præsens existunt.* Vnde cum Pietrabuona, Maiorga vocen-

tur commendæ, & excipiantur ex septem locis superiùs enumeratis, sequitur, vt reliqui quinque loci sint commendæ, cùm exceptio sit de regula, & cùm ibi dicatur ad decimas commendarum, satis apparet, concordiam
1 loqui de decimis propriis cõmendarum propter † illum genitiuum, *commendarum*, qui de notat dominium, & proprietatẽ, ad not. in rub. ff. de nou. oper. nunt. ¶ Secundò, non obstat, quòd in concordia c. 13. ordinetur, quomodo debeant colligi & percipi dimidiæ in locis oppidis commendarum. Et sic præsupponitur, commendas habere in suis territoriis oppida & loca, & sic vidẽtur comprehendi decimæ prædiorum incolarum dictorum oppidorum & locorum. Nam respondetur, tum quia ex eo quòd commendæ habeant oppida & loca, non infertur, nec sequitur, vt comprehendantur decimæ prædiales oppidanorum. Tum quia in d. cap. 13. habetur relatio ad decimas superiùs expressas, dum dicitur, *item in quantum ad recuperandum dictas decimas*, ponderãdo dictioñem, *dictas*, quæ est relatiua præcedẽtium: sed superiùs, videlicet, in c. 12. solùm de decimis agrorum, & pratorum pertinentium ad commendas dictum fuit, vt mox duximus. Meritò &c. ¶ Tertiò non obstat, quòd ex oppidis & locis commendarum tam Commendatores, quam Episcopus & Capitulum pro eorum ratis percipiunt decimas, & sic quòd terræ, ex quibus decimæ percipiuntur, non sunt cõmendarum, quia si essent illarum, vtique Commendatores
2 non perciperent decimas ex terris propriis, cùm in † re propria nemo seruitutem habeat, l. in re communi. ff. de ser. vrb. præd. Et in terminis decimarum tradit Vital. in Clem. 1. nu. 83. de decim. Si quidem respondetur. ¶ In primis negando, Commendatores non percipere decimas ex terris propriis, cùm ipsi percipiãt, seu potiùs retineant duas ex tribus, & quinque ex sex partibus decimarum agrorum & pratorum commendarum respectiuè citra & vltra flumen Salor. Deinde respondetur, Commendatores non percipere seu retinere duas ex tribus, & quinque ex sex partibus respectiuè, *vt supra*, iure decimarum, cùm (*vt modo diximus*) decimæ tanquam seruitus non cadunt in re propria, sed dicuntur percipere seu retinere vigore concordię, & sic non dicuntur pertinere ad eos vt decimæ, sed dicuntur habilitati vigore concordiæ, vt ad illas
5 non teneantur. Nam † ad priuilegiatos super non solutione decimarum non dicuntur propriè & legitimè pertinere decimæ, sed dicuntur priuilegiati, vt ad eas non teneantur, cùm in re propria nemo seruitutem habeat. Ita in terminis declarat Vital. dicta Clement. 1. nu. 82. & 83. ¶ Quartò & vltimò non obstat, quòd Commendatores semper locant terras commendarum, & tradunt aliis ex-
4 colendas, & † priuilegium Cistercienſium Militiæ communicatum est personale, non reale, vt in terminis est decis. Put. 465. alias 519. incip. eadẽ die. in vna Burgen. decimarum, Orad. decis. 185. in caussa Burgen. decimarum, 12.
5 Decembris, 1567. Et sic † coloni vel censuarij Commendatorum tenentur ad decimas, gloss. in Clem. 1. in verbo, excolendas, in fin. de decim. & ibi Card. nu. 22. vers. quoad colonos. Abb. nu. 10. Anch. nu. 6. vers. si verò sunt coloni. Imol. num. 14. & Vital. num. 29. Soc. cons. 93. num. 3. vers. vnde dicit, lib. 3. Put. & Orad. vbi supra. Et concordia hoc casu non præiudicat priuilegio, cùm remissio decimarum contenta in concordia pro duabus & quinque partibus respectiuè, (vt supra) non sit personalis, sed realis, & sic transit ad colonos seu cẽsuarios, vt per Doct. in d. Clem. 1. ¶ Præterea respondetur, negando prædictam remissionem esse realem, cùm ex verbis concordiæ nõ possit colligi, an sit realis vel personalis: nam in cap. 12. dicitur, *Episcopus & Ecclesia Caurien. habeant & percipiant tertiam partem de omnibus*, &c. Item paulò post dicitur, *percipiant sextam partem de agris*, &c. & in cap. dicitur, *ad recuperandum partem sibi attinentem de decimis*, &c. item postea dicitur, *ad recuperandum & recipiendum dictas decimas*. Ex quibus verbis non potest colligi remissio realis respectu terrarum seu prediorũ, sed solùm respectu fructuum siue decimarum. Tunc autem esset remissio realis transitoria ad colonos seu censuales, quando respiceret ipsas
terras seu prædia: tunc enim † priuilegium exemptionis 6
decimarum dicitur reale, quando eximit terras seu prædia, vt dicunt glos. Card. Abb. Imol. Anch. Vital. & alij, in d. Clem. 1. Abb. in cap. ex parte, nu. 5. de decim. & cons. 9. in 2. dub. lib. 1. Rot. dec. 4. de priuileg. in antiq. Bisignet. decis. 1. decim. Rum. cons. 157. num. 9. lib. 3. Fed. de Sen. consil. 111. colũ. 4. vers. item quæritur. Rimin. iun. cons. 26. nu. 29. & 45. & cons. 68. nu. 33. Et de communi testatur Soc. consil. 268. ante num. 1. lib. 2. ¶ Præterea in dubio prædicta remissio non debet censeri realis, sed potiùs persona-
lis, tanquam minùs præiudicans Episcopo: quia † id, 7
quod datur siue remittitur, præsumitur datum vel remissum potiùs ex ea caussa, quæ minorem iactationem continet, quàm ex alia, vt post Burr. cons. 65. ad fi. volunt Aym. consil. 106. nu. 11. Vnde stantibus præmissis apparet, colonos seu censuales Commendatorum teneri ad solutionem decimarum etiam inspecta concordia, & hoc casu nullam esse differentiam inter concordiam & priuilegium. Ergo in casu, in quo Commendatores terras commendarum suis sumptibus colerent, & sic quando intrat priuilegium & concordia, vtique per concordiam fit magnum præiudicium priuilegio, cùm ex priuilegio Militia sit exempta in totum à solutione decimarum: ex concordia verò non in totum, sed solùm quoad duas ex tribus, & quoad quinque ex sex partibus respectiuè, *vt supra*.

CANTVCCII.

Terdonen. fructuum. Die Merc. 27. Iunij. 1576.

SVMMARIA.

1 *Nullitas impetrationis potest opponi etiam in caussa fructuum.*

2 *Dictio, nullatenus, importat nullitatem actus ipso iure.*
Item vim decreti irritantis, num. 4.
Nullitas vbi inducitur ipso iure, operatur etiam respectu fructuum.

5 *Decretum irritans afficit omnia, quæ sequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeat.*

6 *Fructus accessorij ad rem peti non possunt, si nec res principalis peti potest: secus si non sint accessorij.*

7 *Regula de subrogandis habet locum in gratia, si neutri, non solum obtenta simul cum gratia subrogationis, sed etiam principaliter & de per se.*

8 *Gratia, si neutri, solet per se principaliter intentari.*

9 *Sententia lata contra regulam de triennali, non est nulla, sed contra ius partis.*

DECISIO XXIV.

QVoad primam partem dubij Domini concluserunt,
in caussa fructuũ hæredes Iulij posse dare de † nul- 1
litate impetrationis Gregorij, eique obstare regulam de subrogandis. ¶ Moti primò, ponderando illam dictio-
nem, *nullatenus*, quæ † importat nullitatem actus ipso iu- 2
re, gloss. in authent. si qua mulier, in verbo, nullatenus, per illum textum, C. ad Velleia, quã sequuntur Card. in cap. super literis, numero 5. in fine. & ibi Barbat. num. 82. vers. sic. item etiam, de rescript. & alij quãplurimi congesti per Tiraquel. in l. si vnquam, in vers. reuertatur, num. 95. Cod. de reuocan. donat. quibus additur Grammat. cons. 3. num.
12. in cons. crim. Et † vbi nullitas inducitur ipso iure, ope- 3
ratur etiã respectu fructuum, gloss. in §. 1. in verbo, imminere, in fin. & ibi Iac. de Beluis. Bart. & Angel. in authent. de incest. nupt. Io. And. Anchar. Gemin. Franc. & alij in c. fęlicis. §. nullus, de pœn. lib. 6. cũ aliis citatis per Tiraquel. in d. verbo, reuertatur, num. 268. Vnde cùm in casu nostro gratia, si neutri, Gregorij sit nulla ipso iure, sequitur vt huiusmodi nullitas operetur etiam respectu fructuum.

¶ Secun

¶ Secundò, ponderando eandem dictionem, *nullatenus*,
4 quatenus † habet vim decreti irritantis, vt post Butr. tra-
dit Imol. in Clem. prima, num. 20. vers. ex hoc nota. & ibi
Card. in §. si quis autem, sub num. 6. & Vital. nu. 9. de se-
questr. poss. & fruct. Ias. alios allegans in l. scrimarios, nu. 9.
C. de testament. milit. Tiraquel. in d. verbo, reuertatur, nu.
95. prope fin. vers. ex quibus. Grammat. d. cons. 3. num. 13.
latè Felyn. in c. ex literis, n. 7. in 5. casu, de constitut. Et de-
5 cretum † irritans afficit omnia, quæ sequuntur ita, vt nec
effectum, nec iuris fomentũ habeant, cap. si eo tempore.
& ibi not. de elect. li. 6. Cassad. decis. 1. n. 7. de restitut. spo-
liat. Sarnen. in reg. de triennal. q. 49. nu. 3. Imò habet ocu-
los retro, operatur nullitatem ab initio, reddit sententiam
nullam, impedit executionem rei iudicatæ, vt per Cassad.
super regul. decisio 12. numero 4. 5. 6. & in fine. Sarnen. in
regul. de annal. quæst. 5. prope fin. Io. Paul. decis. 54. Achil.
decis. 385. ¶ Vnde stante in casu nostro decreto irritan-
te ob illam dictionem, *nullatenus*, non potest pro parte
Gregorij vis fieri in sententia pro eo lata, neque in re iu-
dicata, in quam illa transiuit. ¶ Tertiò, quia quando non
6 potest peti res principalis, tunc † nec etiam fructus peti
possunt, dummodo sint ad eam omnino accessorij, licet
secus, quando non essent omnino accessorij, sed possent
principaliter, sicut res ipsa, peti, vt per Abb. in c. aduersa-
rio. sub nu. 12. ante med. de except. ¶ Sed in casu isto, stan-
te regula, *de subrogandis*, beneficium peti non potest, me-
ritò nec etiam fructus, cùm sint ad illud omnino acces-
sorij. ¶ Quartò, quoniam sententia lata ad fauorem
Gregorij transiuit in iudicatum quoad beneficium, non
simpliciter, sed secundùm quid, hoc est, quoad benefi-
cium per se tantùm consideratum, non autem quatenus
ex eo infertur ad fructus: nam hoc respectu sententia,
nec etiam quoad beneficium dicitur transiuisse in iudi-
catum, idque tum ob rescriptum fel. rec. Pij Quinti, qui
sub illis verbis, *dummodo nulla alia præter dictam exce-
ptionem obstet*, intelligitur præseruasse hæredibus Episco-
pi omnes alias exceptiones præter narrata in memoriali,
tum propter decretum Rot. decernentis, Gregorium
debere quoad fructus & expensas litis consentire appel-
lationi per dictos hæredes à d. sententia interponendæ,
quemadmodum postea die sequenti consensit: alioquin
si dicti hæredes non possent dare de nullitate impetratio-
nis Gregorij & obiicere regulam de subrogan. vtique ni-
hil operaretur præseruatio Pij Quinti, decretum Rota-
le, & consensus Gregorij. Vnde respectu fructuum &
expensarum litis beneficium dicitur deductum in caus-
sam appellationis, & per consequens hoc respectu nulla
adest res iudicata etiam quoad beneficium. ¶ Quan-
tùm ad secundam partem Domini dixerunt, regulam *de
7 subroga.* habere locum in gratia, *si neutri*, non † solùm ob-
tenta simul cum gratia subrogationis, & sic accessoriè ad
illam, sed etiam principaliter & de per se impetrata. Et
moti sunt, ¶ Primò, quia verba reg. sunt generaliter &
indistinctè cõcepta, l. 1. §. generaliter, de leg. præstand. Se-
cundò, quia copula, &, posita in reg. inter subrogatio-
nem, & gratiam, *si neutri*, æquè principaliter copulat.
Tertiò, quia militat eadem ratio odij contra impetrantes
8 beneficia viuentium. Quartò, quia † gratia, *si neutri*, solet
per se principaliter impetrari, vt bene deducuntur infor-
mantes pro parte D. Francisci. ¶ Non obstant deducta
pro parte Gregorij, quia ex supradictis patet illis respon-
sio. Quantùm ad decis. Achil. primam, de re iudicat. re-
sponderunt, illam non applicari casui nostro, quia ideò ibi
9 Domini dixerunt, † sententiam latam contra reg. de tri-
ennali non esse nullam, sed contra ius partis, quia licet
esset datum de regula & esset probatus possessor, tamen
poterat esse, quòd iudex alia ratione motus fuerit, & non
esset locus reg. vt expressè ibi dicitur, quod cessat in ca-
su nostro, cùm iam resolutum fuerit esse locum reg. de su-
brogan.

CANTUCCII.

Dertusen. onerum sacristiæ. Die Mercurij,
20. Iunij. 1576.

SUMMARIA.

1 *Ecclesiæ fauore latissima fit interpretatio.*
2 *Ambiguitas oritur ex verbis generalibus.*
3 *Dispositio l. hæc adiectio. ff. de verb. signif. quomodo intelli-
gatur.*
4 *Suppleri illud dicitur, quod deest.*
5 *Dictio, plus, denotat quamcunque summam, vt saluetur
mens legis vel statuti.*

DECISIO XXV.

QVoad primam partem dubij, Domini dixerunt, Sa-
cristam teneri vigore constitutionum editarum de
annis 1181. & 1283. non solùm ad reparationem, sed
etiam ad noui operis constructionem. Et moti sunt Do-
mini, ¶ Primò, ex verbis primæ constitutionis ibi, *cum
tali conditione, quod Sacrista teneat in perpetuum bene con-
directam, & honorificè coopertam de tegulis*, &c. Si enim
Sacrista debet tenere Ecclesiam bene condirectam, ergo
debet eam tenere cum choro, alioquin Ecclesia sine cho-
ro non diceretur bene condirecta. Nec potest ex istis ver-
bis colligi, Sacristam teneri solùm ad reparationẽ, & non
ad noui operis constructionem: nam licèt verum sit, ex
huiusmodi verbis deprehendi, Sacristam non obligari ad
constructionem nouę Ecclesię, sed ad eius reparationem,
nihilominus cùm debeat tenere Ecclesiam benè condi-
rectam, negari non potest, quin teneatur facere omnia
opera, & sic etiam noua, quæ spectant ad statum Ecclesiæ
bene condirectæ. ¶ Secundò, ex illis verbis, honorificè
coopertam totam Ecclesiam de tegulis. Si enim Sacrista
adstringitur honorificam tenere partẽ exteriorem & su-
periorem Ecclesiæ, quæ minùs videtur, & in qua honori-
ficus status minùs requiritur, quantò magis debet hono-
rificum tenere chorum, qui est pars interior Ecclesię, quæ
omniũ oculis subiicitur, & quæ maiori indiget honorifi-
centia. ¶ Tertiò, ex verbis secundæ constitutionis ibi, ad
faciendum per eundẽ Sacristam opera, quæ circa Eccle-
siam necessariò fuerint facienda. Nam cùm illũ verbum,
opera, sit à cõstitutione indefinitè prolatum, debet intel-
ligi vniuersaliter de quibuscunque operibus, & sic etiam
nouis: & tantò magis, quòd fauore † Ecclesiæ latissima fit 1
interpretatio, vt inquit Bald. cons. 107. quòd ista donatio
ante fin. lib. 2. per text. in l. locus. in prin. ff. de vsufr. l. sunt
personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. & §. illud in Auth. con-
stit. quę de dignit. sequitur Tiraq. de priuil. pię caussæ. pri-
uil. 101. Et prædicta absq; dubio procedunt, stantibus de-
clarationibus subsequutis, quę licet in hoc dubio nõ præ-
supponantur, tamen Dominis visæ sunt iustissimæ, & si
adhuc factæ nõ fuissent, deberẽt ita fieri, nec dici possunt
additiones, siue suppletiones, quia sunt verè, & propriè
declarationes declarantes tam verba primæ constitutio-
nis ibi, benè condirectam Ecclesiam, quàm verba secun-
dæ cõstitutionis ibi, opera, quę circa Ecclesiam, &c. Quæ
verba, cùm sint generalia (plura sunt enim, quæ pertinent
ad tenendam Ecclesiam benè condirectam, & plura sunt
opera, quæ circa Ecclesiam fiunt) meritò dicuntur ambi-
gua, cùm † ex verbis generalibus ambiguitas oriatur, l. in 2
tradenda. in princ. ff. commun. prædior. Oldrad. cons. 81.
nu. 5. vers. sed ista generalis. cons. 133. nu. 3. Signorol. con-
sil. 209. num. 9. in fine Aym. cons. 70. nu. 20. & in respon-
so pro genero. num. 97. ¶ Nec obstant deducta pro parte
te Sacristiæ, quia vel ex supradictis tolluntur, vel respon-
sione non indigent. ¶ Ad illud verò, quod dicitur, ver-
ba secundæ constitutionis obligantis Sacristam ad com-
plementum, quatenus scuta 40. non sufficiant, debere
intelligi de modico pluri, iuxta † l. hæc adiectio. ff. de ver- 3
bor. signific. multipliciter respondetur. ¶ Primò, ex de-
clarationibus subsequutis volentibus, Sacristam teneri
in totum ad omnia, & singula opera, & etiam ad nouum

chorum, quæ non possunt fieri cum modico pluri vltra
summam scutotum 40. ¶ Secundò respondetur, nos
non esse in casu d.l.hęc adiectio.nõ enim in secunda con-
stitutione dicitur, quòd si 80. masmodinæ non sufficc-
rent, teneatur ad plus, sed dicitur, teneatur facere com-
plementum, quod quidem continet totam illã summam
siue modicam, siue magnam, quæ deest 80.masmodinis,
4 quæ non sufficiunt pro operibus faciendis, cùm † sup-
pleri dicatur, quod deest, ca.1.in princ.ibi, dicitur supple-
ri, quod deest, ff.de spons.l.quia actionũ.ibi, supplet Præ-
tor in eo, quod legi deest, ff.de præscri.verb.Et tradit Dec.
consil.423. num. 6. ¶ Tertio respondetur, quòd etiam si
essemus in terminis dict.l.hęc adiectio, nihilominus illud
plus, quod erit vltra 80. masmodinas, non debet referri
ad modicam summam, sed ad quamcunque, oe fieret
contra mentem secundæ constitutionis, quæ fuit, vt Sa-
crista teneretur in totum ad omnia, & singula opera cir-
ca Ecclesiam necessaria, vt postea fuit declaratum, quo
5 casu ne fiat contra mentem legis vel statuti, dictio, † plus,
non modicam, sed quamcunq; summam denotat, vt post
Iac.de Rau.voluit Alberic. de statut. libro primo, quæst.
72.n.2.sequitur Euerard.in loc.ab.absurd. post med. ver-
sic.hinc etiã singulariter dicit Rebuff.in dicta l. hæc adie-
ctio.fol. 80. in fin. vers. sexto vitiatur Menoch. de arbitr.
cas.145. num. 9. ¶ Quo vero ad secundam partem dubij,
videlicet, ad quam summam Sacrista teneatur, Domini
arbitrati sunt, illum teneri ad medietatem fructuum, &
redituum sacristiæ singulis annis vsque ad integram so-
lutionem æstimationis noui chori, ita tamen, vt capitu-
lum teneatur subire pro medietate onera, quibus sacri-
stia subiicitur, & sic, vt vna medietas onerum, & emolu-
mentorum sacristiæ spectet ad capitulum pro tempore
prædicto, altera medietas ad Sacristam.

CANTVCCII.

Rauennaten.domus. Die Lunæ, 2. Aprilis, 1576.

SVMMARIA.

1 *Pœna, vt euitentur, multa admittuntur, quæ aliàs non admitterentur.*
2 *Prælatus iurans non alienare res Ecclesiæ, si illas locauerit ad longum tempus, non incurrit pœnam periurij.*
3 *Alienationis appellatione venit etiam locatio ad longum tempus.*
4 *Dispositio l.fin.C. de iure emphyt. non habet locum in conductore ad longum tempus.ex veriori.*
5 *Oblatio sola sufficit ad euitandam pœnam caducitatis, sed ad, consequendam plenam liberationem à canone, requiritur etiam consignatio. & dispositio.*
6 *Mandatum enunciatum in aliquo instrumento sufficit ad effectum excusandi à pœna caducitatis, & probandum recipientem esse procuratorem. & nu.seq.*
7 *Subscriptio alicuius partitæ, in qua quis narrat se procuratorem, excusat à pœna caducitatis.*

DECISIO XXVI.

DOmini quoad primam partem dubij dixerunt, par-
titam, de qua quæritur, stante recognitione syndici
medio eius iuramento, ad effectum euitandi pœnam ca-
ducitatis, ad quam nunc agitur, legitimè recognitam fui-
isse, licèt ad alium effectum secus esset: multa enim ad
1 effectum † euitandi pœnas admittuntur, quæ aliàs non
2 admitterentur. Et hinc est, quòd † prælatus, qui iurauit
nõ alienare res Ecclesiæ, si illas locauerit ad longum tem-
pus, non incurrit pœnam periurij. Quia licet sub prohi-
3 bitione alienationis † rerum Ecclesiæ veniat etiam loca-
tio ad longum tempus, vt in Clem.1.& ibi Doct.de rebus
Eccl.non alienan. nihilominus huiusmodi prohibitio in-
telligitur ad effectum inualiditatis locationis, non ad ef-
fectum incursus pœnæ, vt post Calderin. in c.cum cõtin-
gat.de iureiuran.latè firmat Didac.lib.2, variar.resol.c.16.
num.2. Et hinc est, quòd die Lunæ, 20. Februarij, 1576.
coram D. meo Seraphino in vna Roman. casalium, Do-
mini tanquam veriorem, & benigniorem amplexi sunt
opinionem eorum, qui tenent, † dispositionem, l.final. 4
C.de iure emphyteu. loquentem in emphyteuta, non ha-
bere locum in conductore ad longum tempus, ad effe-
ctum excludendi pœnam priuationis. Hinc quoque fit,
quod ad effectum euitandi pœnam caducitatis sufficit
sola oblatio, licèt ad effectum consequendi † plenariam 5
liberationem à canone emphyteutico requiratur non
solùm oblatio, sed consignatio, & depositio, ita Cyn Iac.
de Aret. Alberic. Bald. Ang. & Salycet. in l.2.C.de iur. em-
phyt. Vbi Ias.sub num.182. inquit hanc esse communem,
& post eum idem fatetur Neguf.de pignor.part.5.memb.
3. num. 3. Et eandem sequitur sententiam dicens illam
communem Socin.cons.118.in fi.l.4. Accedit, quod licèt
magis communis opinio sit, iuramentum constituere in
mora absque interpellatione, vt latè per Gabriel. lib. 2.
de iureiur.conclus.2.in princip.id tamen non procedit ad
effectum incursus pœnæ, ad quem effectum non sufficit
iuramentum, sed requiritur interpellatio, vt per Gozad.
cons.28.nu. 10. quod secuta est Rota in vna Perusin. pœ-
næ coram Blanchetto prima Martij, 1477. ¶ Quantùm ad
secundam partem dubij, Domini pariter ad eundem effe-
ctum excusandi à pœna caducitatis firmarunt † constare 6
ex sufficienti mandato, & facultate Georgij ad recipien-
das solutiones canonum. Et ad id facit decis. Cuma. cons.
6.post princ.vers.item si in instrumento, quem sequitur
Curt.iun.in authent.si quis in aliquo 10 fin. & ibi Cagn.
nu.96.C.de eden. videlicet, quòd si in instrumento solu-
tionis recipiens solutionem narretur procurator credito-
ris, ista narratiua non sufficit fideiussori, vel alteri soluenti
pro debitore ad recuperandum solutum ab eodem debi-
tore, per text.in d.auth.si quis in aliquo. Facit tamen ma-
gnam præsumptionem, quòd soluens noluerit iactare
suum l.cum de indebito, ff.de probat. Ita in proposito nar-
ratiua Georgij, qui in subscriptione partitæ, de qua agi-
tur, narrauit siue nominauit se procuratorem Abbatiæ
Classen. magnam facit præsumptionem, quæ etiam si ad
consequendam liberationem à solutione canonis non
sufficeret, ad euitandum tamen pœnam caducitatis abs-
que dubio sufficere debet, per ea, quæ supra diximus, &
cessat omnis difficultas, stantibus verbis narratiuis Ab-
batiæ, Classen. dicentis, Georgium, dum erat † syndicus 7
d. Abbatiæ, nullas accepisse pensiones à Presbyteris Boni
Hiesu de anno 1569. per ea quæ tradit Cassad. decis.3.nu.
3.versic.si igitur, & nu.seq.de procurat.

CANTVCCII.

In ead.Rauen.domus.Die Lunæ, 27. Maij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Nota solutionis canonis referens se ad notas præcedentes, quæ non appareant, sufficit ad excusandam caducitatem.*
2 *Dictio prout, referens se ad factum de præterito, quòd constet, stat limitatiuè, aliàs stat caussatiue.*
3 *Relatum si aliter reperitur, quàm in referente, statur relato, & non referenti.*
4 *Interpretatio, & occasio qualibet etiam leuissima admittitur ad euitandum damnum, & præiudicium.*
5 *Clausula pacti de vlterius non petendo, posita in instrumento quietationis, in quo soluitur pars dotis, quomodo intelligatur.*
6 *Error etiam in facto proprio præsumitur ad euitandũ damnum, & præiudicium.*
7 *Verba, prout apparet, in dubio censentur potius stare demonstratiuè, quàm restrictiuè.*
8 *Interpretatio pro errore potius, quàm pro caducitate capienda est ad excusandum à pœna caducitatis.*

DECISIO XXVII.

IN libro Presbyterorum Boni Hiesu reperitur nota so-
lutionis canonis in hunc modum conscripta: Die 18.
Iulij, 1569. R.D. Vincẽtius soluit suas pensiones per totum
præsentem

præsentem annũ, 1569. prout apparet, vt supra. Et in præ-
cedentibus notis conscriptis in eodem libro non con-
stat de solutionibus canunum annorum, 1567. & 68.
¶ Dubitaui ego in vna Rauennatem. domus die Lunæ,
14. Maij, 1576. an d. nota, ex quo habet relationem ad no-
tas præcedentes, in quibus non apparet de resolutioni-
bus canonum annorum, 1567. & 68. dicatur sufficiens ad
euitandam caducitatem in casu, de quo agitur. Et quia
Domini fuerunt varij, non potui capere resolutionem:
sed iterum eodem dubio proposito die Lunæ, 27. eiusdem
1 mensis, Domini firmarunt, d. notam satis † sufficere ad
excusandam caducitatem, non obstantibus uddictis pro
parte Abbatiæ, quæ ad duo tantùm rediguntur. ¶ Alte-
terum est, quòd clausula, prout apparet, si refertur ad ali-
quod factum, quod est de præterito, tunc, si de eo con-
2 stet, dictio, † prout, stat limitatiuè, & restrictiuè: si verò
non constet, stat caussaliter, ita Bar. in extrauag. ad repri-
men. in verbo prout, sub nu. 2. sequitur Alex cons. 46. nu.
9. vers. fortificautur hæc verba. lib. 1. Dec. cons. 63. num. 6.
& in l. edita num. 84. in fi. & nu. seq C. de eden. Curt. iun.
consil. 92, nu. 10. Sed in casu isto verba illa, prout apparet,
vt supra, habent relationẽ ad effectum præteritum, nem-
pe ad solutiones canonum annorum præcedentium, &
de hoc factu constat in notis præcedentibus, meritò li-
mitatiuè, & restrictiuè accipi debent. ¶ Alterum verù
est, quod quando relatum reperitur, & in eu tes aliter sese
3 habeat, quam in referente, tunc † non attenditur refe-
rens tanquam erroneum, sed relatum ipsum, ita Alexan.
cons. 9. num. 12. prope fi. lib. 5. Dec. cons. 63. sub nu. 6. ver-
sic. & licèt referens. in l. edita nu. 86. circa fin. in anthent. si
quis in aliquo. nu. 40. in fin. C. de eden. in c. 2. sub nu. 9. de
rescript. & in c. quoniam Abb. in fi. de offic. de l. Curt. iun.
cons. 92. sub nu. 10. Cagnol. in d. auth. si quis in aliquo. nu.
90. ¶ Sed in inspectione notarum præcedentium, ad
quas habet relationem nota, de qua agitur, apparet. pen-
siones annorum 1567. & 1568. solutas non fuisse. Meritò
non ista tanquam per errorem facta, sed illæ debent at-
tendi. ¶ Sed tamen his minime obstantibus, contra-
rium, vt dixi, conclusum fuit, præsertim ad effectum eui-
tandi pœnam caducitatis. Pro qua conclusione. ¶ In
primis consideratur, quòd nota, de qua agitur, in eo quòd
habet relationem ad notas præcedentes, potest intelligi,
vt relatio fiat respectu solutionum canonis annorum
1565. & 1566. respectu verò solutionum canonis anno-
rum sequentium nulla fiat relatio, cùm de illis nulla facta
sit mentio, sed stet nota simpliciter absque relatione, &
sic nota non erit erronea, sed vera, & per consequens at-
tendenda: tunc enim esset erronea, quando in ea expres-
sè fieret mentio de solutionibus canonis annorum 1567.
& 68. vt puta si dictum fuerit, R. D. Vincentius soluit suas
pensiones per annum 1567. & totum præsentem 1569.
prout apparet, vt supra. Nam tunc cum per inspectionem
præcedentium notarium contrarium appareret, absque
dubio esset erronea, & non deberet attendi. Et hæc ex-
positio videtur probari, tum quia non est verisimile, par-
tes voluisse habere relationem ad notas præcedentes re-
spectu solutionum canonis annorum 1567. & 68. cùm de
4 iis nulla appareret nota conscripta: tum † quia ad eui-
tandum damnum & præiudicium quælibet interpreta-
tio, & occasio etiã leuissima admittitur, vt per Tiraq. post
alios in l. si vnquã. in verbo, donatione largitus. nu. 208.
C. de reuoc. donat. Tum etiã ex his, quæ scribit Abb. cons.
97. lib. 2. quem sequitur Felyn. in c. caussam quæ nu. 4. cir-
ca med. in a. limit. ver. ad idem est elegans. de rescrip. vide-
5 licet, quòd si in instrumento quietationis, † in quo solui
rut pars dotis, ponitur in fine clausula pacti de vlteriùs nõ
petendo, non intelligitur de non petendo residuo dotis,
sed de non petenda illa quantitate tunc soluta, cùm clau-
sula in fine posita debeat referri ad præcedentia, & non
ad extranea, de quibus non est facta mentio: ita in pro-
posito illa clausula, vt supra debet referri ad notas præce-
dentes respectu solutionum canonis annorum 1565. &
1566. & non respectu solutionum canonis annorum se-
quentium, quia cùm de iis nulla prorsus sit facta mentio,
pro extraneis haberi debent. ¶ Secundò potuit esse quòd
ille D. Vincentius per errorem passus fuerit addi parti-
culam illam, prout apparet, vt supra, putans in præceden-
tibus notis cõstare etiam de solutionibus canonis anno-
rum 1567. & 68. quia potuit esse, quòd non inspexerit no-
tas præcedentes, cum alias si inspexisset, verisimiliter non
permisisset huiusmodi particulam apponi, † & ad exclu- 6
dendum damnum, & præiudiciũ præsumitur error, etiam
in facto proprio, vt per eundem Tiraq. vbi supra sub nu.
206. ¶ Tertiò illa verba, prout apparet, vt supra, cum
simus † in dubio potius censentur stare demunstratiuè, 7
quàm restrictiuè, Barr. in l. centutio, num 39. & ibi Ias. nu.
51. Ripa n. 173. de vulg. & pup. Dec. in c. quoniam Abbas.
num. 14. vers. & in dubio. de offic. delega. cons. 324. nu. 4.
¶ Quattò in dubio ad excusandum à pœna caducitatis
potius capienda est interpretatio pru errore, quàm pro
caducitate, ad tradita per Tiraquel. de retract. cõuen. §. 4.
gloss. 6. nu. 29. & 30. optimè Bero. cons. 149. nu. 12. & seq.
lib. 1. Et ex prædictis patet responsio ad allegata pro par-
te Abbatiæ.

CANTVCCII.

In cad. Rauennat. domus. Die Ven. 22. Iunij. 1576.

SVMMARIA.

1 Mora sola emphyteuta non soluentis canonem non sufficit ad inducendam caducitatem, sed requiritur etiam declaratio domini directi. ex communi.

2 Dictio, omnimodo, significat ipso iure, & habet vim decreti irritans.

Declaratur tamen, vt nu. seq.

4 Declaratio domini, quòd si cum ipso iure sit locus caducitati, non requirit aliam iudici. sententiam, vel declarationem.

5 Ipso iure quæ inducuntur, ita intelliguntur, si is, ad cuius fauorem inducuntur, voluntatem suam declarauerit.

6 Inuestitura emphyteusis, licèt dicat, vt ipso iure vel facto emphyteuta non soluens cadat, tamen intelligitur domino volente, & declarante.

Et procedit etiam in emphyteusi Ecclesiastica. nu. 7.

8 Conditio, sub qua pœna caducitatis imponitur, non est casualis, nec mixta, sed potestatiua, pendens à sola voluntate domini.

9 Retrotractio non fit, nisi mediante æquitate.

10 Æquitas considerari non potest, quando agitur de incursu pœnæ.

11 Retrotractioni locus esse non potest, quando mora est purgata.

DECISIO XXVIII.

PRo resolutione dubij à me propositi in vna Rauen-
naten. domus, die Vener, Iunij, 1576. quod fuit an
Georgius procurator, & syndicus Abbatiæ Classen. Do-
minæ dictæ potuerit Presbyteris boni Iesu emphyteu-
tis remittere caducitatem domus emphyteuticæ, ob non
solutionem canonis per biennium ante declarationem
d. Abbatiæ? Domini duas considerarunt difficultates.
¶ Prima fuit, an caducitas inducatur à die moræ, vel po-
tius à die declarationis? ¶ Altera difficultas fuit, an de-
claratio retrotrahatur ad tempus moræ, nec ne? ¶ Quan-
tum ad primã difficultatẽ Domini concluserunt, emphy-
teutam ob non solutionem canonis intra tempus à lege
præfinitum, tunc † demùm in pœnam caducitatis inci- 1
dere, si Dominus directus declarauit voluntatem suam,
quatenus velit rem emphyteuticam haberi pro commis-
sa, & deuoluta: & sic ad inducendam caducitatem non
sufficit sola mora, sed requiritur etiam declaratio, Bart.
in l. 2. nu. 2. & ibi Bald. ante num. 2. Angel. num. 4. Fulgos.
nu. 3. & 4. Salyc. in 3. not. Ias. nu. 6. in seq. C. de iure emph.

Barr in l.in fi.ff.si ager vect.vel emphyt.pctat.idem Bar.in auth.qui rem nu.3.Bald.sub nu.6.Castr. nu. 4. circa med. Iac.de sancto Georg.n.14.Cagnol.nu.34.C.de sacr.sanct. Eccl.Imol.post Anch.in c.potuit.n.54.& ibi Bero.nu.144. extra locat.Cuman.cons.164.nu.4.vers.quinimo etiam si hic esset emphyteusis. Abb.cõs.67.n.2.circa med ver.moueor principaliter.li.2.Alex.cons.173.nu.7.lib. 2. & cons. 113.n.3.lib.4.Corn.cons.115.n.1.l.1.Dec.cons.130.nu. 5. vers.& ideò.& num.6.& 7.consil.185.num.9.versic.& est simile,& cons.206.nu.8.& Rimin.cons.389.nu.48. & 49. lib.2.Ruin.cons.143.nu.14.lib.1.Paris.cons.108.nu.33. li. 1.Tiraq.alios congerẽs in l.si vnquã.in verbo, reuertatur. n.10.de reuoc.donat.Soc.iun.cons.11.n.1.2.& 3.& 10.& 11.l.2.Curt.iun.cons.109.n.11.cons.110.n.23.& cõs.149. nu.3.vers.cum igitur.Crauet.cons.212.num.1.Nat. cons. 274.nu.3.lib.2.late Cassad.decis.2.n.1.vers. requiritur tamen.nu.3.in fi.& nu.4.vers.posset enim.& decis.3.n. 3. in fi.de locat.& conduct.Et hanc esse communẽ sententiam fatentur Ias.in d.l.2.nu.10.Dec.d.cons.206.num. 8. Paris. d.cons.108.nu.33.Curt.iun.in præcit.cons.vbi dixit etiam in hoc omnes conuenire. Et istam esse æquiorem, veriorem,& communiorem opin.testatur Cassad.d.deci.2. nu. 3.in fi.vbi in contrarium allegat solum Abb.in d.cap. potuit.num.14.vers. hanc. opin. Probatur autem hæc communis conclusio in d.l.3.ibi,volenti:item ibi,si Dominus
2 voluerit. ¶ Nec obstat ibi,dictio, omnimodo, quæ † licèt suapte natura sit præcisa, & significet,ipso iure,& habeat vim decreti irritantis, vt late per Tiraq.in d.verbo,reuer-
3 tatur.n.88.cum trib.seq.nihilominus id † procedit,quando dictio,omnimodo,stat per se,& absolutè:at secus,quãdo habet secum adiunctam conditionem,vt in d.l. 2. ibi, sed omnimodo eo si dominus voluerit repellando, ita vt secuta declaratione voluntatis Domini statim ipso iure
4 sit locus caducitati, nec † alia iudicis sententia, vel declaratio requiritur,vt per Clar.in §.emphyteusis.q.9. Vbi post Butr.& Cæpollam inquit hanc esse communem sentẽtiam.Quinimo etiam si dictio,omnimodo,in d.l. 2. absolutè staret absque illis verbis,si dominus voluerit,nihilominus requireretur declaratio voluntatis Domini, cùm
5 † generaliter, quæ ipso iure inducuntur,ita intelligantur, si is, ad cuius fauorem inducuntur,petierit, & sic voluntatem suã declarauerit,vt latissimè per Tiraq. in d.verbo, reuertatur.num.10. vsque ad 17. Idq; Domini in pluribus caussis tenuerunt. Et propterea etiam si in inuestitura
6 † dictum sit,ipso facto, vel ipso iure cadat,tamen intellitur domino volente, & declarante,vt per Bal.in l.fi. in fi. C.de reuoc.donat.Corn.cons.115.ante nu.primum, li. 1. Dec.cons.138. num. 6. ¶ Confirmantur præmissa tum ex ratione Cassad.decis.2.sub num. 4. quòd si caducitas absque declaratione voluntatis Domini induceretur, vtiq; posset in damnum Domini redundare, quia illi non expediret rem apud se habere, nec facilè reperiret, qui eundem canonem solueret, tum etiã ex alia ratione eiusdem Cassad.decis.3.num.3.in fin.Quod si aliter diceremus, sequeretur inconueniens, vt statim lapso termino,sine solutione data priuatione etiam inuito domino, quando postea acceptaret pensionem simpliciter, oporteret rem de nouo concedere, quod nunquam fit Domino cadu-
7 citatem nolente. ¶ Et præfata conclusio † procedit etiam in emphyteusi Ecclesiastica, vt post Iacobin. de sancto Georg.Cor.& Dec.expressè firmat Socin.iun.d.cons.11. nu.1.in fin. & nu. seq. lib. 2. ¶ Quoad secundam difficultatem Domini dixerunt, declarationem voluntatis Domini non retrotrahi ad diem moræ emphyteutæ,tum quia
8 conditio, † sub qua pœna caducitatis imponitur, non est casualis, nec mixta, sed potestatiua pendens à sola voluntate Domini, & propterea si purificetur,non trahitur retro,l.1.& ibi gl.Bart.Ang.& Sal.in l.qui balneum.in prin. l.potior.§.1.& l.pen.vbi Bar.& omnes.ff.qui pot. in pign. hab.Bar.Ang.Ale.Ias.& alij in l.si filius fam.ff. de ver.obl. Socin.cons.41.in prin.lib.4. Negus.de pign.par.5.memb. 2.sub nu.10.in 16.ampl.Tum etiã quia nulla subest æquitas,ob quam debeat fieri ista retrotractio, quæ † non fit, 9
nisi mediante æquitate, l. denique, ff.ex quib.cau. maior. Bar.in l.si is qui pro emptore,in secũda oppos.ff. de vsuc. Quòd autem nulla subsit æquitas, ostenditur: Nam aut dominus sciuit moram emphyteutæ,& tũc, cùm ei licuerit facere statim declarationem,si diu distulit, sibi est imputandum:aut ignorauit, & tunc, aut ignorantia fuit iniusta,& tũc idem dicendum est,quia pro sciente habetur, l.quod te,ff.si cert.pet.aut ignorantia fuit iusta, quia successit in locum alterius,& tunc idẽ dici debet,cùm † enim 10
agatur de incursu pœnæ,non potest æquitas considerari, iuxta l.sciendum,ff.ex quib.caus.maio. ¶ Et præmissa tantò magis in casu nostro procedunt, in quo purgata fuit mora ante declarationem Domini,quo † casu non potest 11
esse locus retrotractioni non solùm ob defectum æquitatis,sed etiam, quia obstat inhabilitas extremi, ad quod, stante moræ purgatione, per quam res desiit esse integra, & ideò declaratio Domini nihil operatur,arg.l.bonorum, & ibi Bart.Castr.& alij,ff.rem rat. haberi, & in terminis tradit Bero.in d.c.potuit,nu.145.

CANTVCCII.

Mediolanen.præpositurae.Die Ven.4.Maij,1576.

SVMMARIA.

1 Qualitas insignitatis alicuius Ecclesia potest probari ex communi opinione hominum loci, quæ etiam arbitrio iudicis ponitur.nu.5.

2 Nobilitas ex fama, siue communi hominum æstimatione probatur,eademq; iudicis arbitrio reponitur,nu.5.

3 Dignitas illa dicitur,quæ communiter reputatur in tali Ecclesia,vel loco.

4 Insignis locus ex communi hominum loci opinione dignoscitur:eademq; arbitrio iudicis ponitur,nu.seq.

6 Iudici arbitrarium est moderare dictionem illam secundùm subiectam materiam,quæ multipliciter exponitur.

7 Insignis,dictio,modo in bonam, modo in malam partem accipitur.

8 Dignitates Ecclesiarum collegiatarum insignium conferri debent tantùm magistris,vel doctoribus, aut licentiatis in theologia,vel iure canonico.

9 Interpretatio illa capienda est, per quam saluti animæ magis prospiciatur.

10 Extensio admittitur etiam in pœnalibus, & correctoriis, quando tractatur de salute animæ.

11 Insignis locus dicitur,qui est nobilis pcipuus,& magnæ famæ.

12 Testis deponens de eius iudicio non probat.

DECISIO XXIX.

CVm in vna Mediolanen.præsuppositura mihi extra Rotam commissa ageretur de iustificãda narratiua gratiæ Francisci Benedicti Vicecomercati, qui inter cætera narrauerat, Ecclesiam collegiatam sancti Gregorij in palatio Mediolanen.de cuius præpositura sibi in forma dignum prouideri obtinuerat, non esse insignem: cùmque pro parte cur Archiepiscopalis Mediolanen. prætenderetur contrarium, nempè d. Ecclesiam insignem esse, idcirco die Ven.4.Maij,1576.dubitaui,stante gratia d.Benedicti,Conc.Trid.sess.24.cap.12. dictis testium pro parte d.Benedicti examinatorum,fidibus pro d.curia Archiepiscopi factis,& instrumento,in quo d. Ecclesia inter Ecclesias matrices Mediolanen. reponitur, an d. Ecclesia sit insignis, nec ne, in casu, & ad effectum, de quo agitur? ¶ In quo dubio Domini concluserunt, narratiuam gratiæ d.Benedicti super non insignitate d.Ecclesiæ minimè verificatam esse, imò potius de insignitate constare. Et moti sunt ex pluribus. ¶ In primis considerarunt, qua-
litatem istam † insignitatis, vel non insignitatis alicuius 1
Ecclesiæ posse probari ex communi opin.hominum loci, cum multa in iure ex fama, siue communi hominum existimatione determinentur, vt patet exemplo nobilita-

tis.

2 tis, quæ † ex fama, siue communi hominum æstimatione
probatur, Bald. in l. prouidendo, nu. 1. per illum text. C. de
postulan. sequuntur Alex. Guid. Pap, Felin. Ias. & Deci. re-
lati per Tiraq. de nobil. c. 10. n. 8. Item exemplo dignitatis,
3 quia † illa dicitur, quæ cõmuniter reputatur in tali Eccle-
sia vel loco, vt per Inno. in c. de mulcta, sub nu. 6. de præb.
quem ibi sequuntur Host. col. 6. ante med. vers. intelligas
igitur. Io. And. col. 4. in prin. ver. intelligas ergo, Bur. n. 23.
ver. concludit. Imo. n. 39. ante med. vers. & ideò dicebat,
Abb. n. 22. vers. tertia conclusio, dicẽs, dignitatem debere
cẽseri secundum reputationẽ loci, licèt alias de iure com-
muni pro tali nõ haberetur. Et Abb. sequitur Sylu. de be-
nef. par. 1. q. 2. n. 36. ver. item secundum. Hoc idem voluit
Mill. in suo repert. in verb. dignitas est esse Archidiaconũ,
Card. in clem. 1. n. 3. propè fi. de præb. & latiùs cons. 62. in
prin. Gem. cons. 140. n. 1. Bal. cons. 387. post med. vers. item
illa est maior dignitas, lib. 1. Fel. ad rub. de maior. & obed.
n. 3. vers. dixit etiã, Staphil. de lit. grat. & iust. in 2. forma,
n. 9. Sani. de grat. expect. n. 46. vers. quæ autem dicatur di-
gnitas, Rot. decis. 9. propè fi. de præb. in nou. decis. 4. n. 2. &
3. de elect. in nou. Et ita resolutum fuit in vna Cortonen.
præposit. coram D. meo Cott. 14. Octob. 1575. Demũ hoc
4 idem paret exemplo † loci insignis, qui ex communi opi.
hominũ loci dignoscitur, d. l. Labeo, ff. de suppellect. leg.
c. ex literis, de sponsal. ita gl. in c. statutũ, in verb. copia. &
ibi Io. Monac. n. 15. Archid. col. 4. in med. in verb. locis in-
signib. Gugliel. de Mont. Laud. col. 3. Gemin. col. pen. post
med. ver. gl. super verb. copia. Prob. in add. ad Monach. n.
32. post med. de rescr. li. 6. Inn. in c. præsenti, nu. 3. eo. tit. de
rescri. li. 6. Spec. de citat. §. 1. n. 17. ver. sed quæ loca dican-
tur insignia. Lap. alleg. 123. n. 2. in fi. Card. in cle. 1. n. 28. de
foro compet. Sed ex fidibus pro curia Archiepiscopali fa-
ctis tam ab Illust. Card. Morono & Cribello, quàm etiam
à septẽ rectoribus siue presbyteris satis constat, Ecclesiam
de quã agitur, cõmuniter reputari insignem. Meritò, &c.
¶ Secundo loco Domini existimarunt, eandẽ qualitatem
insignitatis, vel non insignitatis alicuius Ecclesiæ, posse
arbitrio iudicis terminari, ad instar nobilitatis, vel igno-
5 bilitatis, quæ † arbitrio iudicis reponitur, Bald. in l. Grac-
chus, n. 1. C. de adult. Alex. in l. 3. in prin. in addi. ad Bart. ff.
de testib. Rip. in l. si constante, n. 30. ff. sol. matr. Tiraq. in l.
si vnquam, in verb. omnia, sub n. 31. C. de reuoc. don. & de
nobil. c. 10. nu. 10. Et ad instar loci, qui, an sit insignis, vel
ne, statur arbitrio iudicis, vt per glo. Monach. Arch. Gem.
Prob. Inno. Spec. Lap. & Card. in locis supra citatis, quib.
additur Alber. in suo dict. in verbo, insignis locus. Vital. in
cle. 1. n. 2. de for. compet. Tiraq. in d. l. si vnquam, in verb.
omnia, nu. 31. propè fin. Cæterum Domini arbitrati sunt,
Ecclesiam, de qua agitur, insignem esse ex plurib. qualita-
tibus, quæ in ea concurrunt, ex quibus, si non singulis, sal-
tem omnib. simul iũctis, iudicarunt hanc insignitatẽ col-
ligi. ¶ Prima qualitas est, quòd ista Ecclesia reponitur in-
ter matrices Ecclesias Mediolan. Secunda nobilitas, & ce-
leritas loci, vbi est sita, nempè, in Palatio Ducum Medio-
lanen. Tertia antiquitas. Quarta pręcedentia, quia in pro-
cessionibus præcedit Ecclesiam S. Mariæ de Scala, quàm
in cõfesso est apud partes esse insignem. Quinta structura
ædificiorum tam intus, quàm extra. Sexta numerus mi-
nistrorum in ea seruientium, videlicet, Præpositus, decem
Canonici, 12. Capellani, Curatus, Sacrista, & duo clerici.
Septima, multitudo & frequentia Christi fideliũ ad eam
pro diuinis audiendis cõfluentium. ¶ Tertiò inhærendo
eidẽ opinioni, vt scil. cognitio qualitatis insignitatis, vel
non insignitatis Ecclesię, de qua agitur, tota sit arbitraria,
ego erã in ea sententia, non recedendo tamen à prędictis,
quæ mihi satis placebant, vt arbitrium iudicis in casu, de
quo agitur, regulandum esset secundum subiectam mate-
riam Conc. Trid. sess. 24. c. 12. Et mouebar ea ratione, quia
quoties agitur de expositione alicuius dictionis, quæ di-
6 uersimodè, & multipliciter exponitur, tunc † iudex arbi-
trium suum ita moderare debet, vt dictionẽ illam expo-
nat secundùm id, quòd ratio subiectæ materiæ suadet. ita
ad not. per gl. in l. eas caussas, ff. de con. & demonst. tradit
Rom. cons. 376. no. 7. quem sequitur Marsil. consil. 42. nu.
7. & in l. quæstionis modum, nu. 56. ff. de quæst. Dec. in l. 1.
nu. 93. C. de seru. fug. Vnde cùm multiplex, & varia sit ac-
ceptatio huius dictionis, insignis, († modo enim in bo- 7
nam, modo in malam partem accipitur, vt per Tiraqu. de
nobil. c. 2. nu. 25. & 34.) & locus insignis plures, & diuersas
recipiat significationes, vt latè per Prob. ad Io. Monach.
in c. statutum, nu. 32. de rescrip. lib. 6. & per Vital. in clem.
grauis, nu. 56. & 57. de sent. excommun. Sequitur, vt quali-
tas insignitatis, vel non insignitatis Ecclesiæ intelligatur
secundùm subiectam materiam Conc. Trid. c. 12. sess. 24.
cum ad eius dispositionem euadendam Franciscus Bene-
dictus narrauerit in sua gratia, ecclesiã, de qua agitur, non
esse insignem, quia si fuisset insignis, sciebat se non posse
eius præpositurã obtinere, cùm ipse non sit neque magi-
ster, neque Doctor, neque Licentiatus in Theologia, vel
iure Canonico, & Conc. Triden. hortatur, vt † dignitates 8
Ecclesiarum collegiatarum insignium conferantur tan-
tùm Magistris, vel Doctoribus, aut Licẽtiatis in Theolo-
gia, vel iure Canonico. Vnde ibi qualitas insignitatis Ec-
clesiarũ collegiatarũ debet regulari, & intelligi secondùm
qualitatem Magisterij, vel Doctoratus, vel Licentiaturæ
in Theologia, aut in iure Canonico, quàm qualitatẽ de-
bent habere omnes dignitates in Ecclesiis cathedralibus,
vel collegiatis insignibus, quia ibi principaliter tractatur
de dignitatibus, & earum qualitatib. vt ex verbis expressè
colligitur. Hoc stante superiùs in d. c. 12. ista qualitas Ma-
gisterij, vel Doctoratus, vel Licentiaturæ in Theologia,
aut iure Canonico requiritur in duob. generibus digni-
tatum, videlicet, in dignitatibus curã animarum haben-
tibus, iuxta c. cũ in cunctis, de elect. & in dignitate Archi-
diaconatus, quia Archidiaconi oculi sũt Episcopi, & pro-
pterea Episcopum doctrina iuuare debent. Deinde cùm
ibi subiiciatur regula negatiua, vt in cæteris dignitatibus
curam animarum non habentibus, sufficiat qualitas cle-
ricatus cum idoneitate, ab ista regula negatiua excipiun-
tur omnes dignitates Ecclesiarum cathedralium, & colle-
giatarum insignium, in quib. dignitatib. non sufficit qua-
litas clericatus cum idoneitate, sed requiritur etiam non
de præcepto, sed de cõsilio qualitas Magisterij, vel docto-
ratus, vel Licentiaturæ in Theologia, seu iure Canonico:
idq; non ratione curæ animarum, neq; ratione Episcopi,
tunc enim Conc. non hortatur, sed præcipit, vt superiùs
fecit, sed ratione frequentiæ, seu multitudinis Christi fi-
delium ad Ecclesias cathedrales, seu collegiatas insignes
pro diuinis audiendis accedentium, pro quorum Christi
fidelium animarum salute Conc. Trid. hortatur, dignita-
tes illarum Ecclesiarũ debere esse Magistros, vel Docto-
res, aut Licẽtiatos in Theologia, vel iure canonico, vt eo-
rum doctrina possint magis prospicere saluti animarum.
Cum enim in d. Conc. Trid. qualitas insignitatis in Eccle-
siis collegiatis non per se, & absolutè ponatur, sed respe-
ctu dignitatũ, de quibus principaliter tractatur, cumque
dignitates in Ecclesiis ad conseruandam, augẽdamq; Ec-
clesiasticam disciplinam fuerint institutæ, vt in d. c. 12. in
prin. dicitur, sequitur, vt qualitas insignitatis considerata
in Ecclesiis collegiatis respectu dignitatum in eis existen-
tium, nõ intelligatur ratione antiquitatis, vel nobilitatis:
vel magnitudinis rerum gestarũ, vel apparatus, & pompæ
ædificiorũ, vel diuitiarum, vel alio respectu mundano, sed
solùm respectu Ecclesiasticæ disciplinæ, & sic respectu sa-
lutis animarum. Et in hunc sensum qualitas insignitatis
videtur accipi in clem. grauis, de sent. excom. vbi Ecclesia
loci insignis intelligitur ratione numero siratis populi, vt
post Zenzel. exponit Vital. ibi, nu. 56. & sequitur Prob. in
c. statutum, n. 32. ante med. de rescrip. lib. 6. ¶ Confirman-
tur præmissa, quia Conc. æquiparat Ecclesias collegiatas

insignes ipsis cathedralibus, ad quas frequens populus
semper accedit. Quartò ad præmissorum corroboratio-
nem accedit, quòd in dubio illa interpretatio capiēda est,
9 per † quam saluti animæ magis prospiciatur, ad not. per
glo. vl. in cap. vnico, de scrut. facit text. in ca. iuuenis, & ibi
But. num. 4. Abb. num. 1. & Præpos. num. 4. de sponsal. latè
Fel. c. auditis, nu. 32. vers. limita secundo, de præscri. cum
aliis adductis per Neuizan. in sua Sylu. lib. 6. nu. 46. versic.
item pro ea opinione. Et hinc est, quòd quando agitur de
vtilitate animæ, in dubio delictum potiùs præsumitur,
cum ista præsumptio tutior sit, vt per Alc. de præsumpt.
reg. 3. præsumpt. 1. num. 13. & 14. Aochar. cons. 179. in fin.
10 Mars. sing. 151. Et hinc † est etiam, quòd in pœnalibus,
correctoriis, & odiosis, quando tractatur de salute animę,
admittitur extensio Io. Andr. & Abb. in c. ex tenore, qui
filij sint legit. Ias. in Auth. quas actiones, nu. 25. C. de sacr.
sanct. Eccles. Crauet. de antiq. temp. par. 4. sect. videamus,
num. 10. Quintò, & vltimò, licèt aliqui ex Dominis dubi-
tauerint, an pro parte cur. Archiepiscopalis sit probata af-
firmatiua insignitatis Ecclesiæ, de qua agitur, quāuis ma-
ior pars habuerit illam pro probata, tamen cum agatur de
iustificanda narratiua gratiæ d. Francisci Benedicti, & sic
de probanda negatiua non insignitatis d. Ecclesiæ, iidem
Domini nullam habebāt difficultatem, huiusmodi nega-
tiuam concludenter non probari. Non obstant adducta
11 pro parte d. Francisci. Et in primis, quòd † locus insignis
dicitur, qui est nobilis, præcipuus & magnæ famæ, Arch.
in d. c. statutum, colum. 4. circa med. in verb. locis insigni-
bus. de rescript. lib. 6. Albetic. in suo dict. in verbo, insignis
locus, Card. in clem. 1. nu. 28. de foro compe. Siquidem re-
spondetur, Archiepis. loqui de loco insigni profano, non
autē de Ecclesia, quæ debet intelligi insignis in casu Con-
cil. Trid. ratione salutis animarum, vt supra deduximus.
Præterea Arch. Albetic. & Card. postquam dixerunt, lo-
cos insignes esse nobiles præcipuos, & magnæ famæ, sta-
tim subiiciunt recurrendum esse ad communem opi. pro-
uinciæ, ad cognoscēdum, quæ sint talia loca, & iam supr.
deductum fuit ex communi reputatione hominum loci,
Ecclesiam, de qua agitur, esse insignem. ¶ Minùs quoque
obstant testes examinati pro parte d. Francisci, tum quia
12 nullum verbum de communi reputatione: † sed solùm de
eorum iudicio deponunt, tum etiam, quia ratio, quam
ipsi allegant, non est bona, neque concludens, quia non
sequitur, Præpositus & Canonici talis Ecclesiæ nō vtun-
tur insigniis pontificalibus: ergo Ecclesia nō est insignis,
vt informantes curiæ Archiepiscopalis benè deducunt.

CANTVCCII.

Roman. Cur. de Sabell. die Mercur. 13. Iunij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Renuntiatio est stricti iuris, in qua nō veniunt, nisi expressa.*
2 *Nouatio non præsumitur, nisi expresse de ea appareat.*
3 *Nouatio non inducitur ex his, quæ ad maiorem cautelam sunt facta.*

DECISIO XXX.

DOmini cum pręsupposito, quòd secundum pactum
de scutis 30. menstruis non soluendis Do. Hostilio,
sed remanēdis in depositum penes emptores, donec Do-
minus Franciscus accesserit, sit appositum in instrumento
venditionis etiam ad fauorem D. Abbatis, tenuerunt non
præsumi, eundem D. Abbatem per secundam eius acces-
sionem renuntiasse fauori secundi pacti. Et moti sunt.
¶ Primò, quia D. Abbas in secunda accessione accessit
omnibus, & singulis contentis in instrumento venditio-
nis, & sic videtur etiam secundum pactum approbasse.
1 ¶ Secundò, quia renūtiatio est stricti iuris, nec † in ea ve-
niūt, nisi quæ sunt expressa. Calder. cons. 5. ad fin. de præb.
Dec. consi. 452. nu. 21. & consi. 460. nu. 6. Tiraq. alios con-
gerens in l. si vnquā, in præfat. nu. 128. C. de reuoc. donat.
¶ Tertiò cessat in casu isto secundi pacti renuntiatio, ex
quo nulla facta fuit primæ accessionis nouatio, tū † quia 1
non fuit expresse actum de nouatione, vt hodie requiri-
tur. iuxta l. fin. C. de nouat. & §. pręterea. Inst. quibus mod.
toll. oblig. Tum quia apertè constat de contraria mente
D. Abbatis nolentis nouare propter illa verba, inhæren-
do firmiter d. suæ promissioni, illámque approbando, &
confirmādo: quæ verba nouationem omnino excludunt.
Tum etiam, quia secunda accessio fuit facta ad maiorem
cautelam emptorum, quo † casu nouatio minimè indu- 3
citur. tex. est clarus, & ibi Castren. & Imol. not. in l. si Sty-
chum, §. idem Celsus, ff. de nouat. Non obstant deducta
pro parte D. Iulij. Ex illis enim quædam tangunt supradi-
ctum præsuppositum, de quo nunc non agitur, quædam
sunt extra punctum, & non applicantur casui nostro. Re-
liqua rectè tolluntur hic per D. Bisciam.

CANTVCCII.

Caurien. seu nullius iurisdictionis. Die Mercurij,
27. Iunij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Decimæ de iure communi spectant ad rectores Ecclesiarum, non autem ad Episcopum.*
2 *Renuntiatio, siue remissio debet expresse fieri non autem tacitè præsumitur.*
3 *Dictio taxatiua semper subintelligitur in minori summa dispositiuè prolata.*
4 *Episcopus an habeat de iure communi fundatam intentionem in tertia decimarum, ex dispositione Conc. Tolet. 4. cap. 32. relati in c. constitutum, 16. q. 1.*
5 *Episcopus habet quartam decimarum de iure communi, & super ea habet fundatam intentionem, ex communi.*
6 *Confirmatio intelligitur, dummodo actus confirmatus ante confirmationem valebat.*
7 *Damnum graue reputatur in quinquagesima parte.*
8 *Damnum non solùm attenditur in actu, sed etiā in potentia.*
9 *Falsitas nociua tantùm potentia dicitur etiam punibilis.*

DECISIO XXXI.

DOmini die Ven. 15. eiusdem mensis, me super expe-
ditione caussæ verbum faciente, mādarunt iterum
proponi dubium alias propositum, & resolutum die Lu-
næ, 4. eiusdem mensis, an scilicet constet de magno, vel
paruo præiudicio militiæ propter cōcordiam anni 1553.
respectu capitis decimarum. Et mouerunt difficultatem
contra Episcopum, quod ipse super decimis non habet
intentionem fundatam de iure communi. Decimæ enim
† non ad Episcopum, sed ad rectores, siue curatos Eccle- 1
siarum parochialium de iure communi spectant, & ipsi
super iure decimarum dicuntur habere intentionem fun-
datam de iure communi. tex. est in c. cum contingat, & in
c. cum in tua, & vtrobiq; scriben. tradunt, de decim. Dd. in
c. de quarta, & maximè Imol. in 1. not. de præscript. Doct.
& præcipuè Abb. in c. conquerente, num. 2. propè fin. vers.
duodecimo habes, & sub nu. 6. de offic. ord. & Doct. in c.
dudū, de decim. Rebuff. de decim. q. 7. n. 4. cum simil. Epi-
scopo verò non decimæ, sed quarta illarum de iure com-
muni debetur, & super eo de iure communi fundatam in-
tentionem habet, vt infra dicemus. ¶ Igitur eodem du-
bio iterum à me proposito die Mercur. 27. eiusdem men-
sis, Domini deducta per informantes in quatuor distin-
xerunt difficultates. ¶ Prima fuit circa illud præcipuum
fundamentum militiæ, quod Episcopus hodie habet su-
per decimis illud idem ius, quod olim ante concordiam,
vel de iure communi, vel speciali, vel ex consuetudine
habebat, quia per concordiam nihil de iure suo remittit,
cum in ea nullibi reperiatur verbum denotans remissio-
nem, nec ponatur aliqua taxatio. Et † tamen remissio, 2
siue renuntiatio non fit, nisi expresse, Calder. cons. 5. ad
finem

finem, de præben. Deci. conf. 452. numer. 71. & conf. 460. nu. 6. Tiraquell: in l. si vnquam, in præfat. numero 128. C. de reuoc. don. Domini in hac difficultate tenuerunt contra militiam. Hoc enim fundamentum eis non placuit,
3 ea ratione, quòd † in minori summa dispositiue prolata semper subintelligitur dictio taxatiua, ita Bald. per illum tex. in l. rogasti, §. si tibi, in secunda oppos. quem ibi sequitur Castren. Alexan. Ias. & Socin. omnes, num. 2. ff. si certum petat. Alexa. in l. furti, sub num. 2. ff. de in lit. iurand. Ruin. conf. 83. sub nu. 4. lib. 1. ¶ Secunda difficultas fuit, an Episcopus habeat de iure communi fundatam intentionem in tertia decimarum, ex disposit. Cōcil. Toletan. 4. ca. 32. relati in ca. constitutum, 16. quæst. 1. ¶ Et in hac difficultate Domini dixerunt, huiusmodi fundamentum
4 † Episcopi tutum non esse, & plures pati difficultates, & præcipue illam, quòd dispositio dicti Concil Toleta. potest procedere in primitiuo tempore, cùm pauperes essent Episcopi, iuxta intellectum glos. in princip. in ca. de his, 10. quæst. 1. Et cum glos. Gemin. & Præpos. ibi transire videntur, sed clariùs idē Gemin. & Præposit. hoc tenent in cap. decernimus, eadem 10. quæs. 1. vbi d. cap. constitutum, intelligūt secundùm antiqua tempora. Et hoc etiam firmat Petr. de Vbald. de can. port. cap. 1. vbi pariter intelligit dictum cap. constituta. in primitiuo tempore. Et latius istud deducit in cap. 2. in princip. vbi relatis iuribus probantibus, canonicam portionem Episcopalem esse vel tertiam, vel medietatem, vel quartam, demum concludit, omnes canones conuenire in dando canonicam portionem Episcupo, licèt in quota discordent, & de iure communi esse quartam per textum in dicto cap. conquerente, & in dicto capitulo, de quarta, quæ iura tanquam posteriora, inquit esse seruanda, l. diem proferre, §. si plures, de arbit. ¶ Et præmissa confirmantur ex com-
5 muni opinio. omnium ferè Doctorum volentium, † Episcopo de iure communi quartam decimarum deberi, & super ea de iure communi fundatam intentionem habere, ita Hostien. in d. cap. conquerente, col. penult. versic. & ita dixerunt quidam, & ibi Ioan. Andr. ad fi. Cardin. in 11. not. & in 4. opposit. Butr. nu. 44. Anchar. in 5. opposit nu. 8. & sub num. 27. Abb. nu. 2. propè fin. versic. duodecimo haber, & nu. 6. circa med. Hoc idem tenent Bald. Cardin. Butr. Imo. Abb. Anchar. & alij in 1. not. in d. cap. de quarta. Hostien. in d. ca. cùm contingat, colu. 1. circa medium, & ibi Ioan. Andr. colum. 1. ante medium, Cardin. in 1. opposit. Butr. num. 7. prope fin. Abb. ante nu. 8. idem Abb. in cap. 1. numero 3. de decimis. & in cap. quoniam, numero tertio, & ibi Butr. numero tertio, eodem titu. Doct. in ca. dudum, eodem tit. Archid. Gemin. & Præposit. in dict. ca. de his, decima quæst. prima, Bertach. de Episcopo, libro quarto, parte secunda, nu. 94. Rebuff. de decim. quæstio, septima, num. 11. Et hanc esse communem fatentur Gemin. & Præposit. in dicto cap. de his, ad fin. quicquid in contrarium senserit glos. in dicto cap. conquerente, in verbo, decimationum, in fin. & ibi Innocen. nu. 4. tenentes, quartam decimarum non de iure communi, sed de cōsuetudine ad Episcopum pertinere, qui tam ibi, quàm alijs in locis supra citatis fuit communiter reprobati.

¶ Et communis opinio probatur apertè in dicto ca. conquerente, vbi principaliter, & dispositiuè enumerantur singula iura Episcopalia, quæ de iure communi Episcopo competunt, & inter ea recensetur quarta decimarum. ¶ Tertia difficultas fuit, an Episcopus habeat intentionem fundatam in tertia decimarum ex donationib. Regum. ¶ Et in hac difficultate Domini dixerunt, quòd, si Reges habebant tertiam decimarum, de his, quæ à Mauris. & Saracenis recuperabāt, vt facilè fieri potuit vtique Episcopus haberet intentionem fundatam, cùm verba donationum circa tertia decimarum videantur clara: sin minus, res haberet maiorem difficultatem, quia licèt Lucius Tertius confirmauerit regias donationes in forma specifica, faciendo specialem mentionem, de illis ta-
men confirmatio † intelligitur in casu, in quo Regibus 6
licuerat donare, vtputa, quia Reges habebant tertiam partem decimarum ex rebus, & bonis à Saracenis recuperatis, tunc enim d. tertiam cum auctoritate superioris poterant donare. Ita in terminis tradit Innocent. in cap. dudum, in fin. de decim. quem ibi sequuntur Hostien. colum fina. versic. sed obiicies, Ioan. Andr. colum. vltima, in princ. vers. respondeo hoc simpliciter, Butr. n. 15. & Abb. nu. 11. licèt Card. in 12. opposit. contrarium sentiat, nempè, opin. Innocen. non viden procedere, nisi quatenus confirmatio facta fuerit in forma communi. ¶ Quarta, & vltima difficultas fuit, esto, quòd Episcupus habeat intentionem fundatam in tertia decimarum, an nihilominus Militia ex concordia magnum sentiat præiudicium. ¶ Et in hac difficultate Domini affirmatiuè responderunt considerando duo capita, vnum respiciens locum, vbi Episcopus colligit tertiam partem decimarum, aliud concernens locum, vbi Episcopus percipit sextam partem decimarum, & in vtroque capite considerarunt tres casus. ¶ Primus est, quando Militia tollit terras manibus, vel sumptibus proprijs. ¶ Secūdus, quandu tradit illas excolendas colonis partiarijs. ¶ Tertiò, quando colonis nummarijs, seu censualibus. ¶ Quoad primum caput Domini dixerunt, Militiam nullo modo damno affici in tertio casu, quando scilicet locat terras suas ad nummos. Et ratio est, quia priuilegium Leonis circa exemptionem decimarum est personale, & non egreditur persunas militum. In secundo casu, quando Militia dat terras colendas colonis partiarijs, sentit damnum in portione sibi tangente: & sic in sexta parte decimarum: aliàs enim sextam partem soluit colonus partiarius. In primo verò casu, quando Militia terras proprijs sumptibus excolit, tunc patitur magis damnum, nempè, in tota tertia parte decimarum, cùm hoc casu Militia inspecto priuilegio nihil iure decimarum soluere debeat. ¶ Circa secundum caput, videlicet luci vbi Episcopus sextam decimarum partem habet in tertio casu, quando Militia locat terras colonis nummarijs, siue censualib. Episcopus præsupposito, quòd habeat intentionem fundatam in tertia decimarum remittit aliam sextam partem decimarum, quia cum hoc casu priuilegium locum non habeat, deberet Episcopus totam, tertiam decimarum exigere: Sed ista remissio, siue damnum Episcopi compensatur cum damno, & præiudicio, quod infertur Militiæ in primo casu, quando terras proprijs sumptibus colit: tunc enim secundum priuilegium ad nullam portionem decimarum tenetur. In tertio verò casu, quando Militia locat terras colonis partiarijs, Episcopus, nec lucratur nec perdit quicquam, quia cùm non debeat decimare, nisi portionem tangentē colono partiario, nū potest, nisi sextam partem decimarum exigere, & sic remanet sine vlla recompensa damnum illatum Militię circa primum caput in sexta, & tertia parte, vt supra. Quod quidem damnum non potest negari, quin
magnum sit, quia † & in quinquagesima parte graue da- 7
mnū reputatur, vt per Abb. in c. Apostolicę, nu. 6. de dona. ¶ Nec dicitur hodiè Militiam ex concordia nullum pati damnum, cùm semper tradat terras excolendas colonis censualib. & sic non est locus priuilegio. ¶ Quia respondetur, quod etiam si id verum esset, de quo tamen in actis non constat, nihilominus Militia sentit ex cōcordia damnum in potētia: posset enim terras suas, vel proprijs sumptibus colere, vel illas colonis partiarijs colēdas tradere, quo casu, vel in tertia, vel in sexta parte decimarum respectiuè, vt supra, damnū pateretur, & de iure non solùm
attenditur damnum † in actu, sed etiam in potentia, tex. 8
clarus in l. 5. §. Prętor ait, *H* 2. ibi nec spectamus, vt noceat, sed omnino si nocere possit, ff. de his, quę deicer. vel effud.
Et hinc est, quòd † falsitas nociua non actu, sed potentia 9
dicitur punibilis: sufficit enim, vt nocere possit, vt per Bal. in l.

in l. si falsos, in vltimis verbis, C. de fals. per l. 3. in prin. ff. quod quisque iur. Latiùs hoc firmat. Soc. cons. 60. ad fin. lib. 4. cum aliis adductis per Gabrielem, lib. 7. conclus. 5. nu. 18. Et fuit tentum in vna Oxomen. Archipresbyt. coram R. D. Roster. de 24. Februarij præsentis anni.

CANTVCCII.

Tirasonen. canonicatus de Tutela. Die Veneris, 5. Octobris, 1576.

SVMMARIA.

1 *Mandati vtilitas magis attendenda est, quàm illius forma.*
2 *Mandatum ex coniecturis, & verisimilitudinibus præsumitur.*
3 *Pronuntiandum est in dubio pro non desertione, si res non esset omnino clara.*

DECISIO XXXII.

DOmini steterunt in decisis, & vltra deducta in decisione moti sunt etiam tum ex doctrina Bal. ad rub.
1 extra, de procurat. num. 1. volentis, potiùs † attendendam esse vtilitatem mandati, quàm formam illius, per l. si hominem, ff. mand. tum vel maximè ex actibus subsecutis tam in partibus, quam in curia magnam inter se consonantiam, & correspondentiam habentibus. Nam actui protestationis factæ per procuratorem Michaëlis de Falces in partibus in iudicio ordinarij de adeundo iudicem superiorem, ex quo caussa infra biennium non fuerat expedita, multùm consonant. Et correspondent actus gesti in curia, videlicet commissio caussæ in Rota pro parte Michaëlis de Falces, & citatio. & inhibitio vigore illius ad partes per Michaëlem Miranda, de cuius mandato nunc agitur, obtenta: quandoquidem protestatio in partibus facta fuit 16. Augusti, 1571. caussa verò fuit in Rota commissa 14. Septembris eiusdem anni, & citatio cum inhibitione ad partes fuit obtenta 28. eiusdem mensis Septembris, & in commissione idem, quod in protestatione continetur, quòd scilicet ordinarius infra biennium caussam non expediuerat, ex qua serie facti ita successiua, & continuata Domini dixerunt euidentem elici coniecturam, & verisimilitudinem, quòd Michaël de Falces pro executione dictæ protestationis statim Michaëli de Mirãda ordinauerit, vt curaret committi caussam in Rota, attẽto, quòd ordinarius illam intra biennium non ex-
2 pediuerat. Et † mandatum ex coniecturis, & verisimilitudinibus præsumitur, vt post Bald. in l. 1. num. 2. in fine, C. de rebus alien. trad. Deci. consil. 36. num. 9. Gozad. consil. 11. num. 13. ¶ Et secundùm aliquos ex Dominis præmissa confirmantur ex ratificatione eiusdem Michaëlis de Falces, quæ licèt non possit operari effectum ratificandi stãtibus prius in actis oppositione de nullitate gestorum ex defectu mandati, & protestatione, quòd illa ratificari non possent, nihilominus, cùm etiam ex actu nullo voluntas eliciatur, ideò videtur saltem operari effectum demonstrationis voluntatis retro ipsius ratificantis, quòd scilicet in præteritum habuerit Michaëlem de Miranda pro suo procuratore, quemadmodum fuit dictum in illa Caurien. iurisdictionis coram me. ¶ Et tantò magis Domini fuerunt pro sufficientia mandati, quod in casu isto
3 agitur ad effectum excludendi desertionem, adeò, † quòd si res non esset omnino clara, in dubio pro non desertione pronuntiandum esset. ¶ Non obstant adducta pro parte Petri del Motal. ¶ Quia placuerunt Dominis responsiones datæ per informantes Michaëlis de Falces, præsertim ad effectum euitandi desertionem, vltra, quod illa non intrant stante coniectura mandati sumpta, ex serie facti subordinata, vt supra.

CANTVCCII.

Melphien. spoliorum. Die Veneris, 11. Octobris, 1586.

SVMMARIA.

1 *Executor sententiæ potest admittere, & cognoscere exceptiones respicientes executionem.*
2 *Executio facta vltra formam mandati, limitati ad certam rem, nulla dicitur: secus si sit generale, cum numero sequen.*
4 *Forma mandati constituta ad certum finem, potest per æquipollens adimpleri.*
5 *Requisitum pro forma sufficit adimpleri, vt habeatur finis, ob quem forma est inducta.*
6 *Datio in solutum facta pro maiori summa, quàm debeatur, & decretum interpositum ex caussa, partim vera, & partim falsa, in totum vitiatur, ex commun.*
Limita, quando sunt plura capitula separata, num. 7.
Etiam si datio in solutum, vel decretum fiat pro vna summa resultante ex pluribus capitulis separatis, numero 8.
9 *Sententia lata super pluribus capitulis separatis potest pro parte valere, & pro parte non.*
10 *Sententia lata super vno capitulo valet, licèt petitio plura capitula separata contineret.*
11 *Sententia lata super vna caussa debiti valet, licèt petitio contineat vnam summam ex diuersis caussis.*
12 *Sententia lata ex duplici caussa, quarum altera sit vera, altera falsa, sustinetur ex vera.*
13 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur.*
Fallit in indiuiduis, num. 17.
14 *Argumentum de personis ad res validum est.*
15 *Datio in solutum facta mihi petenti pro me, & fratre meo, cum quo mihi creditum est commune, si postea frater meus, cuius mandatum non habeo, non ratificet, dicitur valere pro parte mea.*
16 *Decretum iudicis dicitur esse indiuiduum.*
18 *Sententia siue decretum non dicitur indiuiduum, quando continet plura capitula separata.*

DECISIO XXXIII.

COnclusum fuit, posse pro summa aliàs per Rotam taxata, & in literis executorialibus cõtenta ad vlteriorem executionem procedi, non obstantibus deductis pro parte Illustrissimi moderni Ducis Adriæ. ¶ Ad quorum primum, quòd S. Consilium Regium merus fuerit executor, & nullam habuerit iurisdictionem, sed nudum tantùm ministerium, respondetur, quòd imò fuit executor mixtus habens iurisdictionem in concernentibus non merita caussæ, sed executionem ipsam. Clara est enim iuris conclusio, vt † executor sententiæ, quale fuit consilium Regium, possit admittere, & cognoscere exceptiones respicientes non merita caussæ, sed executionem, vtputa circa res, in quibus sententia est exequenda, iuxta text. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, & ibi omnes, ff. de re iudica. Salic. in l. & si non cognitio, colum. pen. vers. aut quæritur, C. si contra ius vel vtil. publ. pulchrè Abb. in c. pastoralis, §. quia verò, nu. 3. vers. de secundo, & ibi Felin. num. 16. de offic. deleg. Ægid. decis. 196. cum simul. ¶ Ad secundum, quòd executio hactenus facta sit nulla ex
† omissione formæ commissionis Rotalis, mandãtis per- 2
sonam, & bona Illustrissimi Ducis capi, & sub fide custodia teneri. & tamen executores ad subhastationem deuenerunt, & sic formam mandati excedentes nulliter processerunt, cap. Pisanis, de restitut. spoliat. potest responderi: tum, quòd executor excedendo fines mandati non facit executionem nullam, † quoties mandatum non est 3
limitatum ad certam rem, vt post Ioan. Andr. & Abb. in ca. quoad consultationem, de re iud. tradit Brun. de form. fol. 56. colum. 4. ver ic. quarto prædicta conclusio. Quod accidit in casu isto, in quo mandatum est generale de capien. bonis Illustrissimi Ducis, & sub fida custodia tenendis, & sic non est restrictum ad certa bona. ¶ Tum
† etiã, quòd in casu nostro forma est constituta ad certum 4
finem, videlicet satisfaciendi D. Francisco Pitti creditori Illustrissimi Ducis, ideò potuit per æquipollẽs adimpleri, & per

& per consequens ad subhastationem Castri Iuliæ nouæ
deueniri, ad trad. per Bald. in l. si duo, §. si quis curauerit,
ante nu. 2. ff. de iureiuran. Alexan. Ias. & alij in l. 1. ff. de li-
ber. & posthum. Doct. post Bart. in l. Gallus, §. & quid si
tantum, ff. eod. Brun. de form. fol. 75. col. 1. & 2. vers. præ-
dicta reg. Cagnol. in l. si quis maior, o. 218. C. de transact.
5 ¶ Et vbi aliquid pro forma requiritur, sufficit † illud ita
adimpleri, vt habeatur finis, ob quem forma est inducta,
ita Galliaul. per illum text. in l. 1. § si quis simpliciter, 104.
not. in 2. illat. n. 13. in fine, ff. de verborum obligati. quem
in propriis terminis executionis refert, & sequitur Neuiz.
consil. 77. sub nu. 14. ¶ Et tantò magis, quia in hoc casu
certus finis satisfaciendi dict. Francisco est ordinatus ad
aliud, quàm ad formandum & solemnizandum, scilicet
ad vtilitatem, commodum, & interesse eiusdem Fràcisci,
& sic intrant tradita per Brun. d. tractat. fol. 37. colum. 2.
versicu. ego igitur, & fol. 44. colum. 3. versic. 19. ¶ Ad ter-
tium. quod videtur magis vrgere, videlicet, quòd execu-
tio in totum corruerit, ex quo fuit facta pro maiori sum-
ma, quàm in literis executorialibus cõtineretur: respon-
6 deruṙ, quòd † licet communis sit Doct. conclus. vt datio
in solutum facta pro maiori quantitate, quàm debeatur,
& decretum interpositum ex caussa partim vera, partim
falsa in totum vitientur, Bart. in l. si non sortem, §. si cen-
tum, numero 6. per illum text. [illegible] de condictio. indebit.
quem ibi sequuntur Fulgos. Castren. Alexand. Socin. Ias.
& alij, Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, numero 3.
versic. secundus, & ibi Aretin. Socin. Deci. & cæteri, ff. si
certum, peta. Rom. Castren. Iason. & Alciat. in l. 1. §. sed si
mihi, ff. de verborum obligatio. Afflict. decisio. 218. num.
3. & 4. & decisio. 358. num. 7. Bertrand. consil. 269. num. 9.
10. & 11. libro tertio, in prima parte, Ruin. cons. 136. nu-
mero quinto, libro primo, & consi. 160. num. 27. lib. 2. Ti-
raquell. multos alios citat de vtroque retract. parte pri-
ma, § 23. glo. prima, numer. 23. quibus potest add. Marsil.
in l. fina. numer. 44. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Curt.
iun. consil. 118. num. 10. & consil. 170. num. 3. Capic. de-
cisio. 51. post princip. Paris. cons. 110. nu. 21. cum sequen.
lib. 1. & consil. 81. numer. 24. libro secundo, Rebuff. super
concord. rubr. d. conclus. Lateranen. Concil. in verbo, de-
cretis, versic. tertio extende. Roland. consil. 99. num. 31.
lib. 1. & consil. 7. num. 86. cum duobus sequen. libr. 3. Ni-
7 hilominus hæc conclusio non procedit, † quando sunt
plura capitula separata: tunc enim pro capitulis in qui-
bus debitum verum esset, decretum & datio in solutum
sustinentur, ita Aretin. in d. l. certi condictio, §. quoniam,
n. 22. versi. aut sunt diuers. capitula, argumento eius, quod
in simili ponit Bart. in l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Tre-
bellia. & in l. vbi fideiussur, ff. de solut. & argumento l.
scire debemus, ff. de verborum obligatio. Et hanc Aretin.
limitationem refert, & sequitur Socin. in d. §. quoniam,
nu. 32. cum quo ibi simpliciter transit Purpurat. n. 9. vers.
restringitur. Et hoc idem voluit Cro. consil. 107. num. 19.
dicens doctr. Docto. in dict. l. si non sortem, §. si centum,
procedere, quãdo vna est summa: at secus quando diuer-
sæ sunt summæ, quarum vna esset debita, altera indebita,
tunc enim non vitiatur in totum, sed sustinetur respectu
summæ debitæ, arg. l. 1. §. quod si duæ, ff. quot. legat. & per
dictum Bal. in l. ordo, circa fin. C. de execut. rei iud. Idque
8 procedit † etiam, si decretum, siue datio in solutum fiat
pro vna summa, resultante tamen ex pluribus capitulis
separatis, quia tunc tot videntur summæ, quot sunt capi-
tula, vt per Aretin. d. §. quoniam, nu. 22. Et pro hac limita-
9 tione faciunt multa. ¶ In primis, quòd † sententia lata
super pluribus capitulis separatis potest pro parte valere,
& pro parte non, l. quædam mulier, ff. famil. erciscun. l. fi.
ff. de iurepatrona. Barto. Bald in l. 1. C. si aduers. rem ind.
Bal. in d. l. quædam mulier. & in l. in hoc iudicio, numero
1. ff. famil. erciscund. & in l. 2. nu. 6. C. de re iudic. ¶ Secun-
dò, quod si petitio contineat plura capitula separata, va-
ler † sententia lata super vno, licèt in reliquis iudex non 10
dicatur, nec condemnare, nec absoluere, quia tot sunt pe-
titiones & sententiæ, quot sunt capitula, argumento l. &
etiam, §. 1. ff. de minorita. Ioan. Andr. in d. c. cum inter,
colum. 3. versic. per prædicta patet, & ibi Butr. nu. 26. cir-
ca med. sol. petitio datur super plurib. Imol. nume. 2. versi.
si autem petitio. Abb. num. 23. versic. aut non fuit actum,
& Felin. num. 6. versi. fallit primo. ¶ Tertiò magis in spe-
cie, quòd si petantur decem, non tamen ex vna & eadem
caussa, sed ex diuersis, puta quinque ex vna caussa, alia
quinque ex alia, tunc † sententia super vna tenet. Ita Ioan. 11
Andr. in d. cap. cum inter, colum. 3. in fine, versic. sed alij
distinguunt, quẽ sequitur Abb. nu. 24. vers. item per hanc
rationem, & Felin. num. 8. ¶ Quartò, quòd sententia lata
† ex duplici caussa, vna vera, altera falsa, sustinetur ex 12
vera, vt post Innocent. Butr. Imol. & Abb. tradit Alexand.
in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 50. & 51. & Rip. ibi nu.
35. allegans etiam Bald. & Socin. & ibidem Crot. num. 70.
ff. de verborum obligatio. Alciat. in l. 1. §. sed si mihi, num.
25. in fine, & numer. sequen. ff. eodem, subdens rationem,
quòd hoc casu † vtile per inutile non vitiatur, quia su- 13
mus in separabilibus, cũ vna caussa sit separabilis ab alia.
¶ Quintò arguendo de personis ad res, iuxta l. qui furere.
& ibi Alberic. & Bald. ff. de stat. homin. cum † aliis citatis 14
per Euerar. in loco à person. ad res, quemadmodum † da- 15
tio in solutum facta mihi petenti pro me, & fratre meo,
cum quo mihi creditum est commune, si postea frater
meus, cuius mandatum non habeo, non ratificet, dicitur
valere pro parte mea, quia duæ sunt personæ, & earum
respectu duæ sunt petitiones, vt per Bald. in l. ordo, nu. 10.
versicu. quæro de duobus, C. de execut. rei iudic. sequitur
Alexand in l. iustè possidet, num. 22. ff. de acquiren. posses-
sio. Deci. in l. cùm ampliùs, in vltimis verbis, de reg. iur.
Socin. in d. §. quoniam, nu. 31. Rebuff. vbi supra, in 3. am-
pliat. in fin. Crot. d. consil. 107. nu. 19. Ita in proposito di-
cendum est, quando summæ sunt diuersæ, & capitula se-
parata. ¶ Postremò, quòd hæc limitatio vera sit, colligi-
tur ex ipsamet ratione, ad prædictam communem con-
clusionem assignata per Baldum & alios in d. §. quoniam,
Roman. consil. 450. numero quarto, & consilio 454. num.
duodecimo, in fin. Bertrand. d. cons. 269. num. 10. Curtius
iun. d. cons. 160. nu. 3. Rebuff. vbi supra, Afflict. d. decisio.
218. num. 4 Paris. d. consil. 100. nu. 31. Roland. d. consil. 7.
nu. 88. † quia scilicet decretum iudicis est indiuiduum, l. 1. 16
§. hæc verba, ff. ne vis fiat ei, l. in hoc iudicio, ff. famil. erci-
scund. cum cõcord. Et † in indiuiduis vtile per inutile vi- 17
tiatur, l. 1. §. item quæritur, & §. Trebatius, ff. de aqua quo-
tid. & æstiu. Barto. in l. Græcè, §. illud, ff. de fideiusso. Doct.
& præcipuè Iaso. num. 4. versic. in ista, in §. sed si mihi, l. 1.
de verborum obligatio. Scribent. in d. §. quoniã, & in re-
gula, vtile, de reg. iur. in 6. ¶ At † sententia, siue decretum 18
non dicitur indiuiduum, quando continet plura capitula
separata, quia indiuiduitas procedit solùm in vno capi-
tulo, vel etiam in pluribus, sed connexis, non autem in se-
paratis, in quibus vtile per inutile non vitiatur, Dd. in d.
§. sed mihi, & maximè Ias. sub num. 4. Scribent. in d. cap.
cum inter, Bald. in l. 2. sub num. 6. C. de re iudica. & in di-
cta l. in hoc iudicio, num. 1. ff. famil. erciscund. ¶ Et pro-
pterea Roman. in præallegatis consiliis, & Rebuff. citato
loco, dum reddunt rationem, dicunt, quia sentẽtia vnius
capituli est indiuidua. ¶ Vnde cùm in caso nostro sint tria
capitula separata, vnum ducatorum 7100. ratione fru-
ctuum, secundum ducatorum 220. ratione expensarum,
terõum ducatorum 4642. ratione interesse liquidati à
Consilio Regio, sequitur, vt decretum executiuum eius-
dem Consilij Regij sustineatur pro primis duobus capi-
tulis contentis in literis executorialibus.

Reliqua quæ dicuntur pro parte Illustrissimi Docis,
vtque ex præmissis tollantur, particulari haud indigent
responsione.

CANTVCCIL

Romanen. siue Aretin. domus. Die Veneris, 8. Iunij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum minoribus non datur, nisi probata læsione.*

2 *Restitutio minori in integrum non datur, nisi quando enormissimè esset ei damnum illatum.*

3 *Appellatio prohibetur in Saluiano interdicto.*

4 *Suspensio petitorij potest fieri etiam in iudicio adipiscendæ.*

5 *Iudex vtróque iudicio tam petitorio, quàm possessorio ab actore cumulato, potest super possessorio tantum pronuntiare, ex communi.*

Et procedit etiam de iure Canonico, ex communi, nu. 6.

Imò etiam stante commissione de procedendo simul super petitorio, & possessorio, num. 7.

8 *Actor intentans vtrunque remedium, & hypothecariam, & Saluianum, si tantum probauerit debitorem tempore possessionis rem possedisse, obtinebit in Saluiano, & sic iudex super possessorio tantum poterit pronuntiare.*

9 *Appellari non potest à sententia manifestè lata in possessorio, quando vtrúmque tam petitorium, quàm possessorium fuerit in articulis siue petitione intentatum.*

Quod procedit etiam, vbi petitorium, & possessorium legitimè cumulantur, licèt vtrúmque debeat simul terminari, num. 10.

Fallit in possessorio mixto prouenìente ex beneficio statuti, num. 21.

11 *Exceptio execussionis habet locum in hypothecaria, & non in Saluiano.*

12 *Sententia in verbis dispositiuis debet attendi, non autem in narratiuis.*

13 *Sententia simpliciter lata super possessorio non habeo in se se mixturam caussa nullitatis, nisi de ea fiat mentio.*

14 *Saluiano agi non potest, nisi prius caussa debiti principalis plenissimè, & tribus sententiis terminata fuerit.*

15 *Saluiano agens probare tenetur se esse creditorem, & reum conuentum debitorem.*

16 *Saluianum est remedium adipiscendæ possessionis, in quo principaliter de possessione agitur.*

17 *Actor in interdictis quorum legatorum, & quorum bonorum non potest obtinere, nisi probet se hæredem.*

18 *Probatio etiam leuis, & præsumpta dicitur sufficiens ad probandum id, quod incidenter in iudicio deducitur.*

19 *Matrimonium incidēter in iudiciū deductum ad effectum legitimitatis ex coniecturis probari sufficit.*

20 *Dominium incidenter in iudicium deductum potest sola possessione probari.*

21 *Appellatio datur à sententia lata in possessorio statutario, quando quis vigore statuti vti hæres petit possessionem.*

22 *Hæres scriptus prætendens possessionem defuncti vigore statuti in se translatam, & continuatam, debet de veritate docere se esse verum hæredem.*

23 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non debet in Saluiano admitti.*

24 *Saluianum vtile competit, etiam aduersus tertium possessorem, ex communi.*

25 *Remissio debiti principalis, & remissio pignoris longè differunt.*

26 *Debitum principale per remissionem ope exceptionis tollitur.*

27 *Saluianum competit pro adipiscenda possessione rerum obligatarum, siue de pignoribus.*

28 *Saluiano agens debet dicere rem sibi obligatam.*

29 *Pignus censetur in consequentiam remissum per pactum de non petendo debitum principale.*

DECISIO XXXIIII.

COnclusum fuit à sententia R.D. Maceraten. non licuisse appellare, & consequenter restitutionē in in-
tegrum hæredibus Ægidij minoribus aduersùs decretum
R.D. Dandini dandam non esse. ¶ Si enim læsio, quam
ipsi prætendunt ex eo, quòd propter decretum senten-
tia, vbi erat appellabilis, effecta fuit inappellabilis, cessat
stante inappellabilitate sententiæ: ergo cessat etiam in
integrum restitutio, quæ † minoribus non datur, nisi 1
probata læsione, quæ est vnum de extremis necessariis
ad obtinendam restitutionem in integrum, Bero. consil.
121. nu. 12. lib. 3. Paleot. decis. 304. Et maximè in possessio-
rio, in quo † minori restitutio in integrum non concedi- 2
tur, nisi quando enormissimum esset ei damnum illatum.
Achil. decis. 292. aliàs supr. de resti. in integr. ¶ Quòd au-
tem à sententia non daretur appellatio, inde patet, quòd
lata fuit in mero possessorio, hoc est, in vtili Saluiano in-
terdicto, vt colligitur ex verbis dispositiuis ibi, *in possessio-
nem immitten.* item ibi, *in eadem possessione manutenen.* item
ibi, *donec & quousque, &c.* ¶ In † quo quidem Saluiano (vt 3
notissimum est) prohibetur appellatio. ¶ Non obstant in
contrarium adducta pro parte hæredum Ægidij. ¶ Et in
primis non obstat, quòd Ascanius, & fratres de Morico-
nibus intentauerint hypothecariam, & sic petitorium, vt
patet in eorum artic[illegible] 3. 4. & 24. & cum hypothecaria
cumulauerint etiam Saluianum, vt colligitur ex eodem
24. articul. ¶ Quia stante suspensione petitorij, quæ † po- 4
test fieri etiam in iudicio adipiscendæ, cap. pastoralis, vbi
Imol. num. 6. de restitutio. spoliato. Gozadin. cons. 200.
nu. 22. Caputaq. decisio. 70. lib. 2. nulla est dubitatio, quin
potuerit in solo possessorio pronuntiari. ¶ Præterea etiam
circumscripta suspensione petitorij licuit iudici super solo
possessorio pronuntiare. Communis est enim Doct. con-
clusio, vt † iudex vtroque iudicio, tam petitorio, quàm 5
possessorio ab actore cumolato possit super vno dunta-
xat, & sic super possessorio tantùm pronuntiare. Barto.
in l. naturaliter, §. nihil commune, in 4. quæst. nu. 36. quem
ibi omnes tam antiquiores, quàm recentiores vno ore
sequuntur, ff. de acquiren d. possessio. Innocen. in cap. sub-
orta, & ibi But. numero 4. & 11. Imol. numero. 2. Abb.
numero 7. & Felyn. in princip. de iudi. Alexand. consilio
117. numero 3. lib. 2. Ægid decisio 506. Gapic. decisio 86.
numero 6. Curtius iunior asserens à doctrina Bartol. ne-
minem discrepare, consilio 223. numero 17. libro 3. ¶ Et
licèt Bartolus vbi supra, restrinxerit hanc conclusionem
solùm ad ius Ciuile, negandu illam procedere de iure Ca-
nonico, contrarium tamen, vt † imò indistinctè illa vtro- 6
que iure inspecto locum habeat, voluerunt Dd. in d. §.
nihil commune. Imol. sub. numero 10. versic. item adde,
circa penultimam quæstionem, Roman. num. 25. Aretin.
num. 26. circa med. versicu. quia tamen, Ias. num. 180. Rip.
num. 191. Bolognin. num. 108. versi. cuius dictis, Mamet.
num. 190. Rube. Alexand. num. 114. Bereng. in 3. ea. num.
90. Seisel. num. 71. Ruin. num. 33. Paris. nu. 116. in fin. Soc.
iun. num. 380. cum sequen. Et est communis, vt testantur
Seisel. Bereng. & Pans. & probatur, tum ex regula vulg.
quòd in dubio non est inducenda differentia inter ius
Canonicum, & Ciuile, tum ex cap. 2. de causs. posses. &
propriet. latè illud inducendo, vt per Socin. iun. vbi sopra.
¶ Imò prædicta conclusio † procedit etiam stante com- 7
missione de procedendo simul super petitorio, & posses-
sorio, vt per Ægid. d. decisi. 506. sequitur Staphil. de signa.
lit. iust. §. secundum. nu. 5. & §. citatio, in fine. ¶ Et in ter-
minis nostris, quòd actor † intentans vtrunque reme- 8
dium, & hypothecariam, & Saluianum, si tantùm pro-
bauerit, debitorem tempore possessionis rem possedis-
se, obtinebit in Saluiano, & sic iudex super possessorio
tantùm poterit pronuntiare, tradit Castrens. in l. rem
alienam, numer. 10. ff. de pign. actio. quem refert & sequi-
tur Negusant. de pignor. part. 8. membr. 3. num. 26. ¶ Et
quod

9 quòd à sententia manifestè lata in possessorio non possit
appellari, quando vtrumque tam petitorium, quàm pos-
sessorium fuerit in articulis, siue petitione intentatum,
voluit Corne.cons.10.num.3.post med,vers.cùm itaque,
lib. 4. reddens rationem, quia non appellatur ab articu-
lis:siue petitione,sed à sententia,subdens, quòd etiam vbi
petitorium, & possessorium legitimè cumulantur, licèt
10 † vtrumque debeat simul terminari,cap.cùm dilectus, &
capit.cùm Ecclesia Sutrina,in fine, de caussa poss. & pro-
prieta. si tamen vnum terminetur, non vitiatur, vt per
Ant. & Cald. in d. cap. cùm dilectus. ¶ Et sententiam la-
tam super vno valere, tenet Alex.post.alios dicens, hanc
esse magis communem,in d.§.nihil commune, num. 98.
¶ Et in casu nostro non potuisse à sententia Maceraten.
appellari, deducitur: Nam aut quærimus, an Moriconi
agentes potuerint appellare.quasi in eorum præiudicium
fuit petitorium omissum, & tunc sumus extra casum no-
strum, quia ipsi actores non appellarunt, nec aliquid di-
xerunt. Vnde omissio appellationis ab eis facta, non de-
bet afferre præiudicium sententiæ latæ in possessorio pro
ipsis, aut illius executionem impedire. ¶ Aut verò quæ-
rimus,nunquid Ægidius, vel hæredes ipsius rei conuenti
potuerint appellare ex eo, quòd non fuit admissa eorum
exceptio renuntiationis Claudiæ matris dictorum agen-
tium, & tunc dicendum est non potuisse, quia prædicta
exceptio renuntiationis altiorem requirebat indaginem,
& propterea non debuerat in Saluiano admitti, vt infra
etiam dicemus. Et ita argumentatur Curt. d. consil. 223.
num.18. 19. & sequen. ¶ Secundò non obstat, quòd pro
parte Moriconorum in 19. articul. fuerit deducta inopia
Hieronymi ad euitandam exceptionem excussionis, quæ
11 † habet locum in hypothecaria,& nō in Saluiano.Socin.
cons.80.colum.2.ver.vel etiā,& tertio,lib.3.Crauet. con-
sil.201.num 45.Roland.cons.14.nu.18. lib. 1. ¶ Nam pa-
tet responsio ex iam dictis, vltra quòd est omnino cla-
rum in iure, quòd in Saluiano non possit opponi exce-
ptio excussionis, cùm partem affirmatiuam tenuerint
Bertrand.cons.213.nu.7.lib.2.in 2.part. & Bellon. consil.
34. num. 8. & 9. ¶ Tertiò non obstat,quòd pro parte eo-
rundem Moriconorum, in 17. artic. fuerit articulata nul-
litas renuntiationis Claudiæ eorum matris ad excluden-
dam renuntiationis exceptionem, quæ non admittitur
in Saluiano. ¶ Quia eadem inseruit responsio, quòd &
si ex huiusmodi articulis apparet de intentione agentium
volentium cumulare possessorium, & deducere concer-
nentia petitorij,nihilominus potuit iudex super solo pos-
sessorio pronuntiare. ¶ Quartò non obstat, multiplex
ponderatio verborum sententiæ. ¶ Quia omissis aliis
verbis, & loquendo solùm de illa clausula, *donec, & quo-
vsque, &c.* ex qua exemplo prætenditur canonizari cre-
ditum ex caussa dotis, & eius hypothecam super domo,
de qua agitur, respondetur negando huiusmodi canoni-
zationem, quia verba sententiæ, in quibus exprimitur
creditum,& hypotheca,non stant dispositiuè, & propte-
12 rea nihil obstant. ¶ Sententia enim † non in verbis enun-
tiatiuis,siue narratiuis,sed in dispositiuis debet attendi,vt
decisum fuit in vna Anagnin. spolij coram Caputaq. 4.
Maij, 1558. ¶ Et non omne verbum iudicis in sententia
prolatum vim sententiç obtinet.Corne.in l.ex stipulatio-
ne,nu.5. C. de sentent. ¶ Tunc autem prædicta verba sta-
rent dispositiuè, quando iudex declarasset creditum ex
caussa dotis verum esse, & pro eo super dicta domo hy-
pothecariam competere, vt in terminis Corne.cons.90.
post princip.vers.& per consequens declaratur,lib primo.
¶ Quintò non obstat, quòd sententia sit lata in possesso-
rio habente mixturam, & complicationem caussæ nulli-
13 tatis renuntiationis Claudiæ. ¶ Quippe † respondetur,
sententiam fuisse simpliciter latam super possessorio, &
in ea de nullitate renuntiationis nullum verbum. Et sic
mittat decisio Put. 7. de Ægid. & decisio diuers. 149. in
vna Tudertin.spolij.17. Iunij,1556. ¶ Vltimò, non obstat
opinio Reueren.Dom.Sarnient.de reddit.Eccles. parte 3.
cap.2. num. 23. versic. tamen vt ego existimo. Vbi firmat
non posse agi Saluiano, † nisi, priùs caussa debiti princi- 14
palis non summariè, sed plenissimè,non vnica,sed tribus
sententiis terminata fuerit, quod repetit num. 25. versic.
nunc autem. Vbi concludit, non posse deueniri ad exe-
cutionem in Saluiano, nisi priùs de debito sufficienter
constet,& non dici sufficienter constare, nisi per rem iu-
dicatam. Et propterea nu.26.prope finem, versic. negari
tamen non potest,& nu. 27. vult, in Saluiano locum esse
appellationi, non ratione Saluiani, quod est possessio-
rium, sed ratione quæstionis incidentis debiti,cui fit præ-
iudicium in proprietate: & ideò nisi reus debitum fatea-
tur, vt super eo extet res iudicata, posse in Saluiano sem-
per appellari. Et mouetur ex cons.Bald.331. lib. 1. ¶ Non
obstat inquam, hæc Sarmien. opinio, in qua exemplo
magnum sit fundamentum. ¶ Quia respondetur illam
non videri de iure veram, nec probari ex traditis per Bal.
dict. consilio 331. & demùm non applicari casui nostro.
¶ Quoad primum, quòd non videatur de iure vera in
eo, quod requirit in Saluiano plenam debiti probatio-
nem, deducitur. ¶ Nam † licèt agens Saluiano debeat 15
probare se esse creditorem, & reum conuentum debito-
rem,cùm creditum, & debitum sit substantia, & necessa-
rium antecedens Saluiani, vt expresse firmat, plura affe-
rens exempla,Menoch.de adipiscen.poss.remed.tertio, n.
163.cum multis sequen.Sarmien.vbi supra,nu.23. in fin.
& num.24.& 25.Roland.cons.14.num.13.lib.1.nihilomi-
nus negari non potest, quin † in Saluiano principaliter 16
agatur de possessione, cùm Saluianum sit remedium adi-
piscendæ possessionis,§.interdictum quoque. Institut. de
interdict.l.2.§.sunt autem,ff.eodem. Imò est merum pos-
sessorium, & in eo de sola possessione contenditur, & est
momentaneæ possessionis.Bart.in l.1.in fine, ff. de Salui.
interdict.Glo.Barto.Salyc.& alij in l.1.C.eodem, Aretin.
in §.item Seruiana,nu.18.vers.sed interdictum. Ias. num.
95.Gomes.num.36.Bellon.nu.41.in fi.Zas.fol. 79.in fine,
versic.sed Saluianum,& fol. sequen. in princip. & ad fin.
versic.in Saluiano,Institu.de actio.Ioan. de Plat. in §. se-
quens diuisio,num.42.versic. ex quo infertur. Institut. de
interdict.Cæpol.cautel.81.prope fi.Negus.de pignoribus,
part.octaua,memb.primo,nu.2.versic.in interdicto. Rip.
ad rubric.ff.de pignor.sub num.19.Syluan.cons.36. nu. 1.
& 2. Natta cons.532.num. 2. lib. 3. Menoch. d. remed. 3.
nu. 6. Rolandus dicens hanc esse communem, consi. 14.
num.11. lib. 1. ¶ Vnde si Saluianum est merum, & mo-
mentaneum possessorium, & solius possessionis contro-
uersiam continens, sequitur necessariò, vt in eo deduca-
tur principaliter possessio, incidenter verò, & per mo-
dum caussæ ad effectum iustificandi possessionem, dedu-
catur creditum & debitum: quomadmodum in simili vi-
demus in interdictis quorum legatorum, & quorum bo-
norum, in † quibus actos licèt non possit obtinere, nisi 17
probet se hæredem,l.prima,ff.& C.quorum legatorū, &
quorum bonorum,tamen in illis principaliter caussa pos-
sessionis, incidenter verò qualitas hæredis deducitur, vt
per Bero.in suis quæstionib.famil.quæst.91.nu.8,& latiùs
cons.111.num.6.7.& 8.lib. 3. Menoch. d. remed. 3. num.
174. Quo stante sequitur,vt in Saluiano cognitio & pro-
batio crediti,& debiti non requiratur exacta & plena, sed
leuis & summaria sufficiat. Clara est enim iuris conclu-
sio, vt ad † probandum id, quod in iudicio incidenter & 18
secundario,& per modum caussæ deducitur, quæuis pro-
batio etiam leuis & prçsumpta dicatur sufficiens,vt patet
exemplo matrimonij,quod † si in iudicio deducitur, non 19
principaliter, sed incidenter & per modum caussæ ad ef-
fectum legitimitatis, & successionis, qualibet probatio-
ne etiā præsumpta & coniecturali probari potest. ita Ge-
min.cons.27.nu.8. cum sequen. per text. in cap. caussam,

qui fil. sint leg. sequitur Paris. latè id comprobans cons. 57.
num. 41. cum multis sequen. lib. 4. Et fuit tentum in vna
Parmen. status coram Ant. Aug. 20. Martij, 1556. & in alia
colonien. status, coram bon. memo. Oradin. 11. Februarij,
1558. & 31. Ianuarij, 1560. Item exemplo dominij, quòd
20 † quando deducitur in iudicio non principaliter, sed in-
cidenter, non requirit directam & concludentem pro-
bationem, sed potest sola possessione probari. gloss. Bart.
Bald. Angel. Castr. & alij, in l. quidam in suo. ff. de condit.
& instit. Corn. cons. 219. num. 6. lib. 4. Alexan. consil. 103.
num. 10. lib. 7. Paris. cons. 57. nu. 44. lib. 4. Boer. decis. 42.
num. 8. & alibi passim per Doct. Et est communis conclu-
sio, teste Socin. iun. in §. nihil. commune, nu. 31. ¶ Et ex
præmissis tollitur etiam aliud, quod Sarmient. vbi supra
subdit, nempe, caussam debiti non vnica, sed tribus sen-
tentiis terminandam esse: hoc enim si verum foret, vti-
que exacta & plena exigeretur debiti cognitio & proba-
tio, & non sufficeret leuis & summaria, prout sufficit:
quia (vt mox supra deductum est,) negari non potest,
quin in Saluiano, quod est remedium possessorium, sum-
marium, & momentaneum, & in quo de sola possessione
controuertitur, deducatur principaliter possessio, inci-
denter verò creditum, & quæ incidenter in iudicio de-
ducuntur, quacunque etiam leui & præsumpta probatio-
ne sunt contenta, vt supra dictum fuit. ¶ Accedit etiam,
quòd in Saluiano crediti cognitio & probatio, si res sen-
tentias, siue rem iudicatam exposceret, eluderentur iura
omnia prohibentia appellationem in caussis possessoriis,
cùm reus conuentus Saluiano facile posset negare acto-
rem esse creditorem, & sic grauare illum onere proban-
di creditum, tanquam fundamentum intentionis suæ, &
lata sententia appellare, vt rectè deducit Menoch. d. re-
med. 3. num. 188. versic. hac in re. Et hæc quoad primum
de non varietate opin. Sarmien. ¶ Quo vero ad secun-
dum, quod nec etiam probetur ex traditis per Bald. dict.
consil. 331. patet, quia Baldus loquitur in terminis longè
21 diuersis, nempe, † in possessorio mixto prouenienre ex
beneficio statuti disponentis, possessionem defuncti ipso
iure transire, & continuari in hæredem, quo casu non
mirum si datur appellatio, quia hoc possessorium statu-
tarium non competit, nisi verò hæredi: cùm enim statu-
tum istud sit correctorium iuris communis, debet intel-
ligi propriè & strictè de eo, qui verè probat se hæredem,
& sic possessorium est mixtum cum iure dominij, quia
hæres & dominus idem sunt, & hæc quæstio hæreditatis
non est incidens, sed originalis & principalis, vt hæc
omnia colliguntur ex ipsismet verbis Bald. cons. 330. no.
4. versic. tertio quæritur, & vers. in contrarium videtur,
& nu. 5. versic. & sic est mixtum, & d. consil. 331. num. 1.
Vbi retinet idem thema, de quo in d. consil. 330. quod est
immediatè præcedens. Et hoc idem voluit idem Baldus
cons. 141, num. 3. lib. 1. dicens, hæredem scriptum si præ-
tendat, possessionem defuncti vigore statuti † in se trans-
22 latam & continuatam esse, debere de veritate docere, se
esse verum hæredem, & omnem exceptionem, quæ peri-
meret petitionem hæreditatis, perimere etiam benefi-
cium statuti, & de omni iure hereditatio vero, ac etiam de
apicibus iuris disputandum esse. Et prædicta consil. Bal.
ita intelligunt, & sequuntur Tiraquell. *le mort sais. le vif.*
par. 6. declaratione sexta, nu. 1. Corset, de potesta. & excel.
reg. quæst. 25. col. 2. in princ. Nicol. de concord. glos. con-
cord. 1. num. 25. & num. 70. Menoch. de adipisc. remed. 4.
nu. 859. cum tribus sequen. Alciat. cons. 7. num. 18. versic.
in secunda quæstio. lib. 6. tom. 2. Bero. cons. 111. nu. 15. l. 3.
Vbi etiam vlterius deducit ex mente Bal. agentem vigo-
re prædicti statuti debere principaliter constare se esse
hæredem, nec super alio faciendam esse probationem,
nisi super hoc, an sit hæres, & super possessione nihil esse
probandum, quia si constabit, actorem esse hæredem, ex
hoc dicetur ipso iure possessor ex dispositione statuti.

Vnde clarè apparet, terminos Saluiani, in quibus nos
sumus, esse longè diuersos à terminis beneficij dicti
statuti, quia Saluianum (vt supra diximus) est me-
rum & momentaneum possessorium, & in caussa pos-
sessionis est principalis, & originalis, quæstio verò crediti
est incidens, ideò non mirum si appellatio denegatur.
¶ Accedit etiam, quod Bald. d. cons. 331. expresse loqui-
tur, quãdo quis in sententia fuit declaratus hæres & pos-
sessor, vt patet ax illis verbis, quod si declaratur hæres &
possessor, potest appellari. ¶ Quoad tertium. quòd scilicet
Sarmien. opinio non applicetur casui nostro, inde osten-
ditur, quòd pro parte hæredum Ægidij negatur credi-
tum, de quo agitur, non ex eo, quòd illud non probetur,
cùm de eo satis constet ex publico instrumento hypo-
thecæ, sed ex eo, quòd est extinctum per renuntiatio-
nem Claudiæ, ad quam creditum spectabat. Et sic in ef-
fectu pro parte hæredum Ægidij aduersus creditum ex
publico documento probatum, opponitur renuntiatio-
nis exceptio, quæ † cùm altiorem requirat indaginem, 23
non debet in Saluiano admitti. Rip. ad Rubr. ff. de pignor.
nu. 19. prope fi. per l. fi. C. quor. bonor. & l. 2. & ibi Docto.
C. de edict. diui Adrian. tollen. Bell. in d. §. item Seruiana,
num. 46. ad finem, vers. licet enim. Natta cons. 532. num.
4. lib. 3. Menoch. d. remed. 3. num 180. versic. & in hoc iu-
dicio. Sarmien. vbi supra, nu. 23. versic. ex quo etiam fiet
asserens ita cõmuniter solere seruari. ¶ Nec obstat. quòd
rursus replicatur pro parte dictorum hæredum Ægidij
de tex. in l. 1. C. de precat. & Saluiana interd. vbi deficiente
renuntiatione potest agi aduersùs tertios possessores vtili
Saluiano, stante communi opinione, quòd † vtile Sal- 24
uianum competat etiam aduersùs tertium possessorem.
¶ Et quòd text. in dicta leg. prima, quatenus denegat Sal-
uianum, debeat intelligi de directo, non de vtili, de qua
communi opin. & intellectu, d. l. prima, latè per Menoch.
post alios dicto remed. 3. numero 55. versiculo dubium
est, cum sequen. & numer. 59. vers. cæterum. Ergo ex dicta
l. prima, à cõtrario sensu, & ibi gloss. prima arguit, colligi-
tur, data renuntiatione, non posse agi vtili Saluiano.
¶ Si quidem respondetur, text. in dicta l. prima, non lo-
qui de remissione debiti principalis, sed de remissione
pignoris, inter † quas remissiones longua est differen- 25
tia: nam pignus per remissionem ipso iure tollitur, l. ma-
ior, C. de pigno. Doct. cõmuniter in l. si tibi, §. de pignore,
ff. de pact. Negusan. de pignoribus, parte sexta, membro 3.
numero 33. ¶ At secus † in debito principali, quod per 26
remissionem, non ipso iure, sed ope exceptionis tolli-
tur, l. si vnus, §. pactus, & ibi omnes, ff. de pact. ¶ Quo cir-
ca stante remissione pignoris, non mirum, si non est lo-
cus vtili Saluiano, quia cùm pignus ipso iure sit extin-
ctum, non potest creditor agere vtili Saluiano pro adi-
piscenda possessione rei hypothecatæ. Sublata enim hy-
potheca tollitur Saluianum, † quod licèt sit interdictum 27
adipiscendæ possessionis, est tamen de pignoribus, vt lo-
quit text. in l. 2. §. Saluianum, ff. de interdict. hoc est, de
possessione rerum obligatarum, vt exponit ibi gloss. in
verbo, pignoribus. Et probatur etiam in l. 1. & 2. ff. de salu.
interdict. Et propterea secundùm Corn. consil. 190. post
princip. vers. retentio autem, lib. 1. quem sequitur Negus.
d. parte 8. memb. 1. num. 6. Saluianum præsopponit quasi
pignus, vel quasi hypothecam, quia fundatur in posses-
sione, quam habet pignorans vel hypothecans. Idque ex-
presse firmat Castren. in l. rem alienam, numero 11. ff. de
pignor. action. inquiens, † agentem Saluiano dicere rem 28
sibi obligatam, & si aliud diceret, se ipsum excluderet,
cùm non detur Saluianum, nisi pro re obligata. Et hoc
idem voluit Rip. ad Rubr. de pignor sub numer. 19. Cæte-
rum secus accidit in remissione debiti pricipalis, quia
ea non obstante remanet debitum principale, & pro-
pterea potest agi vtili Saluiano, licèt actor per remissio-
nis exceptionem, sine pacti de non petendo, possit po-
stea

ſtea repelli, vel in ipſomet poſſeſſorio, ſi exceptio poterit
incontinenti probari, vel in petitorio, ſi altiorem requi-
rat indaginem ¶ Nec quicquam eſſet ſi diceretur, nos eſ-
29 ſe etiam in remiſſione pignoris, cùm † per pactum de non
petendo debitum principale, cenſeatur etiam in conſe-
quentiam pignus ipſum remiſſum, l. ſoluitur, §. 1. ff. quib.
mod. pign. vel hypoth. ſolu. ¶ Quoniam huiuſmodi re-
miſſio pignoris tacitè & in conſequentiam remiſſionis
debiti principalis inducta, non tollit pignus ipſo iure, ſed
ope exceptionis, vt declarant Alex. Iaſ. Iac. de S. Georg.
Curt. iun. & alij in d. §. de pignore, & Neguſ. d. part. 6.
membr. 3. num. 56.

CANTVCCII.

Pampilen. beneficij de Allo. Die Lunæ 29.
Octobr. 1576.

SVMMARIA.

1 *Executor mixtus aſſumit partes iudicis.*
2 *Executor testes recipiens, non recipit vt executor, ſed vt examinator.*
3 *Probationes factæ in iudicio ſummario dicuntur plenariæ, & fidem faciunt, ac ſi in iudicio plenario factæ fuiſſent.*
4 *Executor poteſt recipere probationes plenarias, etiam ſi non ſint neceſſariæ, dummodo non ſint pertinentes.*
5 *Probatio plenaria tanquam impertinens non releuat, quando eſt facta ſuper eo, ad quod probans non tenetur.*
6 *Petitorio ſuſpenſo dicta teſtium tangentia petitorium ſunt nulla.*
7 *Teſtes examinati ſuper poſſeſſorio non faciunt fidem in petitorio, quando iudex non habet iuriſdictionem, niſi ſuper poſſeſſorio.*

DECISIO XXXV.

DOmini dixerunt, teſtes, de quibus agitur, examina-
tos coram A. C. pro executione literarum Apoſto-
licarum prouiſionis Gundiſalui ſufficere nunc in nego-
tio plenario, in quo agitur, ad canonizationem cuiuſdam
prouiſionis contra Petrum poſſeſſorem, & conſequenter
eorum depoſitionibus in caſu, de quo agitur ſtandum eſ-
ſe. Moti autem ſunt. ¶ Primò, quia A. C. non fuit merus
1 executor, ſed mixtus, † aſſumẽs partes iudicis, ad trad. per
Doct. & præcipue Abb. & Felin. in c. fin. de præſump. Abb.
in cap. paſtoralis, §. quia verò, num. 3. & Barb. nu. 15. ff. de
offi. deleg. ¶ Secundò ex dicto Bald. in l. fin. nu. 2. C. de te-
ſtib. vbi firmat, teſtes receptos ab executore literarum A-
2 poſtolicarum, qui † non recipit vt iudex, ſed vt ſimplex
examinator, iuxta clem. 1. de offic. deleg. facere fidem co-
ram iudice. Et hoc dictum Bald. ſequitur ibi Salic. col. vlt.
ad fi. verſ. quæro quid ſi in compromiſſo, dicens ampliùs,
depoſitionibus iſtorum teſtium ab executore literarum
Apoſtolicarum receptorum ſtari in quocunque iudicio.
¶ Nec intrat reſponſio exemplo data, quòd dictum Bald.
procedit, quando non mutatur iudicium. Quia ſi Bald.
loquitur de executore literarum, qui non vt iudex, ſed vt
ſimplex examinator proceſſit: Ergo ſequitur neceſſariò
mutatio iudicis: quia primum iudicium corã executore
literarum Apoſtolicarum oportet eſſe merè executiuum,
cùm non vt iudex, ſed vt ſimplex examinator procedat.
Secundum verò, cùm ſit coram iudice, debet eſſe plena-
rium, & tollitur etiam hæc reſponſio ex illis verbis Salic.
in quocunque iudicio. ¶ Tertiò, quia ſi probationes fa-
ctæ in iudicio ſummario non ſint ſummariæ, ſed plena-
riæ, non ſolùm quoad ſubſtantiam probationis, ſed etiam
3 † quoad modum procedendi, vt accidit in caſu noſtro,
tunc operantur ac fidem faciunt, perinde, ac ſi in plena-
rio iudicio factæ fuiſſent. Ita poſt Iac. Butrig. in l. ab ho-
ſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. maior. tradit
Butr. in ca. cùm dilectus, §. verum, num. 35. prope fin. verſ.
plus dicit, de ordin. cognit. in c. fraternitatis, num. 17. verſ.
ſaluo niſi teſtes, & in c. cauſſam quæ, *il primo*, num. 6. verſ.
hæc vera, quando probationes, & ibi Aretin. nu. 29. verſ.
Ant. hic referendo, & latiùs Felyn. numero 6. de teſtib. &
Imo. in c. cum ex literis, ſub numero 21. col. 8. verſic. ſed
forte dictum ſuum, de reſtit. in integ. Alexan. in l. 2. nu. 29.
verſ. ſed in hoc vlt. & ibi Rim. col. pen. verſ. hoc vltimum
limita. & Ioan. de Vicomercat. nu. 58. verſ. ſecundo fallit,
C. de eden. plenè idem Alex. in l. ſæpe, nu. 81. ff. de re iudic.
Et hoc idem voluit Rayner. in l. quo tempore, C. de milit.
teſtam. relatus ab Alex. vbi ſupra. Et iſtud idem tenet Al-
beric. in d. §. ſed quod ſimpliciter, num. 18. Et cum hoc di-
cto Iac. Butrig. ſcribentes communiter tranſire inquit,
Vicomerc. in d. l. 2. num. 58. verſ. ſecundo fallit, quicquid
contrarium ſenſerint Petr. Cyn. & Bald. in l. quo tempo-
re, & Bald. Florian. & Angel. in l. penult. ff. de his, qui ſunt
ſui vel alien. iur. Bald. in d. l. 2. in fine. ¶ Nec eſt bona re-
ſponſio, quæ exemplo datur, quòd prædictæ concluſio
poſſet procedere, data primo iudici iuriſdictione reci-
piendi probationes plenarias, quod non accidit in caſu
noſtro, in quo A. C. non habet talem iuriſdictionem, &
propterea probationes ab eo receptæ ſunt nullæ, per de-
ciſ. Rot. fin. de teſtib. in nou. ¶ Quia reſpondetur † negan- 4
do A. C. non habere talem iuriſdictionem, quia cùm
ipſe habeat iuriſdictionẽ exequendi literas Apoſtolicas,
poteſt abſque dubio ad effectum executionis literarum
Apoſtolicarum recipere probationes plenarias, etiam ſi
non ſint neceſſariæ, dummodo ſint pertinentes. ¶ Vn-
de cùm probationes, de quibus agitur, fuerint factæ ſu-
per eo, quod erat pertinens, & ad quod Gundiſaluus te-
nebatur, nempe, ſuper vacatione beneficij, ſuper clerica-
tu, & ſuper valore expreſſo, ſequitur eas valere, & ſi pin-
guiores ſint, quam oporteat, hoc potiùs prodeſſe debet,
arg. l. diligẽter, in fin. ff. mand. Tunc. autẽ probatio † ple- 5
naria tanquam impertinens non releuaret, quando eſſet
facta ſuper eo, ad quod probans non teneretur. vt poſt
Butrig. d. l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter. declarant
Imol. in d. c. cum ex literis, colum. 8. verſ. nam ex quo non
tenebatur, & Felyn. in c. cauſſam quæ, nu. 6. verſ. non ob-
ſtat huic reſtrictioni. Alex. in d. l. ſæpe, num. 81. in fine, &
Alberic. in d. §. ſed quod ſimpliciter, nu. 18. verſ. primum
credo verius. ¶ Nec quicquam facit deciſ. fin. de teſtib. in
nou. Quia ideo ibi dicta teſtiũ tangentia petitorium ſunt
nulla, quia † erat ſuſpẽſum petitorium, & ſic ſuſpenſa iu- 6
riſdictio, vt in fin. deciſ. expreſsè dicitur. Et eodem modo
reſpondetur ad Mill. in repert. in verbo, teſtes producti in
poſſeſſorio. ¶ Quo vero ad deciſ. Than. 89. aliàs 87. & ad
deciſ. Pur. 173. lib. 1. reſpondetur, quòd ideò ibi † teſtes 7
examinati ſuper poſſeſſorio non faciunt fidem in petito-
rio, quia iudex, coram quo fuit factum examen, non ha-
bebat iuriſdictionem, cùm eſſet ei commiſſa cauſſa ſuper
poſſeſſorio tantùm.

CANTVCCII.

Cautien. ſiue Nullius iuriſdictionis. Die Lunæ.
5. Nouemb. 1576.

SVMMARIA.

1 *Priuilegio confirmatorio ſtandum eſt abſque productione & verificatione priuilegij confirmati, quando in priuilegio confirmatorio ſubſtantia priuilegij confirmati plenè narratur. ex communi.*
Ampliatur ſiue ſubſtantia priuilegij narretur à Principe ſiue à parte. & quare, num 3. & 4.
2 *Verba, plenius continentur, inſpiciunt potiùs tenorem verborum, quam ſubſtantiam.*
5 *Confirmatio facta cum clauſula, ex certa ſcientia, probat priuilegium confirmatum.*
6 *Confirmatio facta cum clauſula, ex certa ſcientia, non purgat vitium ſubreptionis notarium. & numero 13. & 14.*
7 *Priuilegia, quando de nouo conceduntur, non requiritur verificatio priuilegiorum narratorum.*
8 *Clauſula, & pro potiori cautela, operatur in vim nouæ conceſſionis.*

9 *Priuilegium habens certam dispositionem si faciat mentionem per dictiones relatiuas de aliis priuilegiis, non est opus, vt illa appareant.*

10 *Feudum concessum sub his verbis, quia sicut genitor noster tibi feudum concessit, ita & nos concedimus, valet, nec talis concessio vitiatur, etiam si caussa illa vera non esset, nec etiam vasallus tenetur primam ostendere concessionem.*

11 *Relatio facta in aliquo priuilegio, seu literis Pontificis continens, quid certum & determinatum, stat caussaliter, non conditionaliter: & ideò non vitiatur dispositio, tali relatione vera non existente.*

12 *Relatio priuilegiorum narratorum in aliqua concessione verificanda non est, quando constat de mente Principis, quòd non nititur priuilegiis narratis.*

13 *Verba, attento, quod in omnibus eorum priuilegiis, apposita in supplicatione reformatoria, stant caussaliter, non autem conditionaliter.*

DECISIO XXXVI.

QVoad primam partem dubij Domini negatiuè re-
solnerunt, nempè, Militiam non teneri verificare
priuilegia narrata in literis Innocentij Octaui. Moti ex
pluribus. ¶ In primis, quia communis est Docto. conclu-
1 sio, standum esse † priuilegio confirmatorio absque pro-
ductione & verificatione priuilegij confirmati, quoties-
cunque in priuilegio confirmatorio substantia priuilegij
confirmati plenè narratur, Præpos. in ca. si Romanorum,
nu. 17. versic. & idem dicerem, distinct. 19. Abb. ex mente
Innocent. & aliorum, in cap. inter dilectos, nu. 9. post med.
versic. & credo, & ibi Felin. num. 7. de fide instrumen. Al-
beric. in l. 1. num. 2. versic. & sumitur argumentum, & ibi
Castren. nu. 4. C. de Episc. & cler. Boer. decis. 247. num. 3.
versic. fallit in priuilegio, Grammat. consil. ciu. 122. nu. 2.
versic. quod maximè procedit, Paris. cons. 33. num. 9. lib. 1.
latè Ruin. cons. 31. nu. 7. & cons. 231. num. 5. in fin. & nu. 6.
lib. 1. fusè Bellon. cons. 56. nu. 7. Et ita aliàs tenuit Rota in
vna Portuanen. canonicatus, & præben. 8. Nouembris,
1557. coram bo. mem. Oradin. vbi decisum fuit, nō requi-
ri exhibitionem bullæ Leonis narratæ in bulla Pauli, sed
sufficere narrationem substantiæ eiusdem bullæ Leonis.
¶ Sed in casu nostro, in literis Innocentij substantia pri-
uilegiorum narratorum, & confirmatorum plenè inseri-
tur, vt ex illarum inspectione liquido apparet. Meritò, &c.
¶ Nec obstat, quòd in literis Apostolicis confectis super
priuilegiis narratis in literis Innocentij pleniùs contine-
batur, vt Cistercienses in supplicatione fatentur. ¶ Quia
2 verba † illa pleniùs continetur, respiciunt potiùs tenorem
verborum, quàm substantiam, vt in eadem Portuanen.
conclusum fuit. ¶ Minùs quoque obstat, quòd prædicta
conclusio procedit, quando narratio substantiæ priuile-
3 gij confirmati fit à Principe: at † secus, quando fit à parte,
vt in casu nostro. ¶ Nam respondetur hanc restrictionem
de iure non subsistere, quia ratio, cur requiratur relatio
4 substantiæ priuilegij confirmati, est, vt † Princeps præsu-
matur informatus, vt per Bellon. d. consil. 35. nu. 7. versic.
hoc non puto verum. At hæc ratio militat in relatione
partis, Meritò, &c. ¶ Secundò, quia non est opus exhibi-
tione priuilegij confirmati, stante in priuilegio confir-
5 matorio, clausula, † ex certa scientia prout adest in literis
Innocentij: confirmatio enim ex certa scientia probat
priuilegium confirmatum, Præpos. d. cap. si Romanorum,
num. 17. versi. item priuilegium, Ruin. d. consi. 31. nu. 5. &
d. consil. 231. num. 5. practic. Papien. de form. opin. contra
instrum. in verbo, alterius confirmatorium, ante nu. 2. Al-
beric. in auth. si quis in aliquo, ante nu. 7. Purpur. nu. 50.
Claud. de Seisel. num. 34. C. de eden. Ant. Gabriel. lib. 6. de
claus. conclus. 1. nu. 35. latissimè Gram. cons. ciuil. 122. nu.
2. in fin. & nu. 3. 4. & 5. cum seq. Bellon. d. cons. 35. nu. 9. &
10. ¶ Nec obstat respons. Rip. lib. 2. c. 6. num. 10. volentis,
6 † confirmationem cum clausula, ex certa scientia, non
purgare vitium subreptionis. ¶ Siquidem respondetur,
tunc id verum esse, quando de vitio subreptionis noto-
riè constat, vt infra in vltimo fundamento dicemus.

¶ Tertiò, in literis Innocentij priuilegia narrata non
solùm confirmantur, sed de nouo conceduntur, quo casu
† non requiritur verificatio priuilegiorum narratorum. 7
ad trad. per Felin. in d. cap. inter dilectos, num. 6. pract. Pa-
pien. in citato loco. Aud. de Iser. tit. de vasal. decrepit. ætat.
ca. 1. nu. 3. Capic. in inuestit. feud. in verbo, confirmamus,
& de nouo concedimus, fol. 98. col. 2. rectè Butr. in d. cap.
inter dilectos, num. 15. circa medium, versic. sed si ex pri-
mo instrumento, inquiens, non esse quærendū, quæ sont
concessa, & quæ confirmata, quando Princeps dicit, ta-
lia concedimus & confirmamos, quia in quibus non va-
let, vt confirmatio, valet vt concessio, cùm hæc videatur
fuisse Principis intentio, vt in omnem euentum volue-
rit valere. pulcrè Ruin. d. consil. 31. num. 6. versic. vbi so-
la. Et in terminis nostris, nempe illa verba, & nihilomi-
nus pro potiori cautela, nouam continere concessionem,
eamque nullam habere relationem ad ea, quæ præcesse-
runt, & exploratam, & magis exuberantem voluntatem
Papæ ostendere, tradit Deci. cons. 341. num. 7. & Ruinus
cons. 35. nu. 31. vers. & vbi dicta inuestitura, lib. 1. dicens,
† clausulam, & pro potiori cautela, operari in vim nouæ 8
concessionis. ¶ Quartò, quando Princeps concedit pri-
uilegium, certam & determinatam dispositionem conti-
nens, & in eo aliud refert priuilegium, & dictionibus vti-
tur relatiuis, tunc non conditionaliter, sed caussatiuè lo-
quitur, tum quia natura priuilegiorum est disponere ali-
quid de nouo, sicut est natura contractuum, tum quia
falsa caussa, seu falsa demōstratio non vitiat priuilegium,
quando eius dispositio in se certa, licèt de illa caussa vel
demonstratione non constet. Et ideò si † in priuilegio 9
habente certam dispositionem fiat mentio per dictiones
relatiuas de aliis priuilegiis, nō est opus, vt illa appareant.
Ita in terminis tradit Aretin. cons. 76. num. 5. versic. qui-
bus præmissis, per cap. Abbate, de verbor. sign. & per alia
ibi per eum adducta, & latè prosequitur Felyn. in cap. 2.
tiu. 10. de rescript. Curt. iun. cons. 97. num. 4. vers. & idem
in proposito tradit, & latiùs Gramma. decis. 59. num. 21.
cum quatuor sequen. Et ideò secundùm Felyn, numer. 10.
vers. & ideò, quem sequitur Grammat. d. decis. 59. num.
24. in fine, non est opus probare priuilegium relatum,
quia verba narratiua probant, nisi contrarium probetur.
Ex præmissa confirmantur ex traditis per Oldrad. consil.
121. num. 12. & 13. vbi vult, Principe concedente alicui
feudū † sub illis verbis, quia sicut genitor noster tibi feu- 10
dum concessit, ita & nos cōcedimus, vasallū pro validita-
te secundæ concessionis non teneri ostendere primam,
& caussam illam, si vera non esset, non vitiare concessio-
nem, nisi caussa esset talis, vt ea existente falsa, aliàs Prin-
ceps non fuisset concessurus, & hoc dicenti incūbit onus
probandi. Et oldrad. refert & sequitur Ioan. Andr. ad Spe-
cula. titu. de feud. §. 1. numero tertio, Felyn. in d. cap. 2.
numer. vndecimo, de rescript. Curtius iun. dicto cons. 97.
numero quarto, versic. idem tenuit. Grammat. d. decis. 59.
num. 27. Ita in proposito dicendum est, quòd cùm literæ
Innocentij certum & determinatum quid contineant,
licèt † referant iam dudum per plures Roman. Pont. illud 11
idem concessum fuisse. Et licèt etiam supplicatio sit con-
cepta verbis relatiuis ibi, prout in literis Apostolicis desu-
per confectis pleniùs continetur, tamen huiusmodi rela-
tio debet stare caussaliter, non conditionaliter. Et si caus-
sa vera non esset, n n debet vitiare priuilegium Inno-
centij. Et si pro parte Episcopi in casu nostro prætenda-
tur, Innocentium non fuisse aliter concessurum, nisi caus-
sa priuilegiorum narratorum vera existente, vtique Epi-
scopo hoc dicenti probandi onus incumbit.

Quintò, ex literis Innocentij clarè apparet eum non
innixum fuisse priuilegiis narratis, sed ea ratione, quia
Cister

Cistercienses bonis eorum operibus continuè vberes fru-
ctus in militanti Ecclesia afferebant. Et quando constat
12 de mente Principis, quatenus † non nititur priuilegiis
relatis, sed alia caussa, tunc priuilegia narrata nō esse ve-
rificanda, firmat expresse Cardin. cons. 118. num. 4. vers.
contrarium, But. in d. c. inter dilectos, num. 15. circa med.
vers. sed si ex primo, Pract. Papien. vbi supra, Boss. in prac.
crim. tit. de princ. & priuil. eius, num. 358. vers. si autem in
primo originali, Paris. cons. 33. nu. 11. libr. 1. ¶ Vltimò ac-
13 cedit, quòd confirmatio † ex certa scientia tunc nō tollit
vitium subreptionis, quando de eo notoriè constat, vel
per confessionem partis, vel ex tenore bullæ, vel alio mo-
do, vt post Innoc. in cap. 2. in vltimis verbis, de confirm.
vtil. vel inutil. tradit Abb. in ca. 1. nu. 8. versic. aut confir-
matio, eod. tit. sequitur Dec. in d. cap. 2. num. 7. propè fin.
versic. & intelligitur, Bero. d. cap. 1. num. 32. vers. præfata
tamē, licèt ipse sentiat sufficere, certum esse de subreptio-
ne. ¶ Vnde pro parte Episcopi non potest prætendi, lite-
ras Innocentij continentes confirmationē ex certa scien-
14 tia † priuilegiorum narratorum, esse subreptitias ob de-
fectum, vel non ob existētiam eorundem priuilegiorum,
quia de hac subreptione nec notoriè, nec aliàs modo ali-
quo constat. ¶ Et ex istis omnib. saltem simul iunctis tol-
luntur deducta pro parte Episcopi, quæ non procedunt
in casu, in quo tot & tanta simul concurrunt, vt in casu
nostro, videlicet relatio substantiæ priuilegij confirmati,
clausula ex certa scientia, noua concessio, certa & deter-
minata dispositio priuilegij confirmatorij, & clara mens
Principis. Ex quorum omnium concursu omnis cessare
videtur difficultas. ¶ Quantùm ad secundam partem du-
bij, Domini pariter negatiuè resoluerunt, videlicet, Mili-
tiam non aliter teneri † verificare narrata in supplicatio-
15 ne reformatoria, propterea quod verba illa, attento, quòd
in omnibus eorum priuilegiis, &c. stant caussaliter & non
conditionaliter, ad tradit. per Doct. & præcipuè Felin. in
ca. 2. nu. 6. cum sequen. cap. Abbate, & ibi Doct. de verb.
signif. Roman. cons. 336. nu. 5. Boss. vbi supra, nu. 351. cum
sequen. Curtius iun. dicto consi. 97. nu. 3. & 4. Ferret. post
alios cons. 86. num. 6. latè Grammat. decis. 59. nu. 21. cum
multis sequen. Bellon. d. consil. 36. nu. 11. cum simil.

CANTVCCII.

Perusin. Syluarum. Die Lunæ, 7. Maij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Contractus innominatus simplicis custodiæ est regulandus secundùm regulas locationis custodiæ, & quare. nu. 14.*
2 *Dictio, ad, denotat caussam finalem & substantialem contractus.*
3 *Verba, ita quod, limitant dispositionem.*
4 *Dictio, pro, significat caussam finalem, & nu. 16.*
5 *Verba geminata arguunt magis enixam contrahentium voluntatem.*
Tantò magis quadruplicata repetitio, num. 6.
7 *Pactum & prohibitiuum incisionis & venditionis lignorum & fructuum sine domini licentia, arguit simplicem custodiam.*
8 *Sylua in dubio non præsumitur data, vt reducatur ad culturam, sed tantùm custodiæ caussa, & num. 31.*
9 *Verisimilitudo caussæ facit præsumere contractum ex ea fuisse celebratum.*
10 *Dictio, respectu, est declaratiua, seu restrictiua.*
11 *Possessio aliquando pro quasi possessione accipitur.*
12 *Interpretatio clarior redditur ex declaratione subsecuta.*
13 *Locatio pro sui essentia pecuniam requirit, alias esset contractus innominatus, si in fructibus consisteret solutio.*
14 *Locatio quando præsumatur, non autem contractus innominatus.*
15 *Locationes ad plures effectus & fines fiunt.*
17 *Locatio quando fit ad custodiendum, non res, sed factum ipsum custodientis locari dicitur.*
13 *Locari factum dicitur, cùm datur tabula ad pingēdum certa mercede constituta.*
19 *Locatio regulariter fit rei, non facti.*
20 *Locatio quid sit.*
21 *Copulæ, & natura est ampliare dispositionem præcedentem.*
22 *Mens contrahentium attendenda est, & caussa finalis, & effectus ipsius contractus, non autem natura vniùs dictionis.*
23 *Custodia generaliter & de natura locationis venit.*
24 *Locatio syluæ intelligitur non tantùm custodiæ caussa, sed tantùm ad vsum.*
25 *Verba, loco & conduco, promiscuè vsurpantur.*
26 *Locator diuersis respectibus potest dici conductor, & è contra conductor locator.*
27 *Obseruantia declaratiua contraria instrumento locationis non est attendenda, & num. 36.*
28 *Forma rei locatæ non est immutanda à conductore, inuito locatore, etiam si fieret eius melior conditio.*
29 *Emphyteuta non potest inuito domino syluam extirpare, & & vineam plantare, licet fieret melior domini conditio.*
30 *Reductio syluarum ad culturam potest fieri scientibus & patientibus dominis, & eò magis consentientibus.*
31 *Sylua an sit concessa, vt reducatur ad culturam vel ne, est probandum.*
32 *Obseruantia subsecuta post contractum locationis syluæ demonstrat concessionem factam ad vsum syluæ cæduæ, non autem ad culturam redigendum.*
33 *Coniectura aliqua, quando concurrit vltra statum præsentem, vel præsumptio inferens retro, tunc semper de statu præsenti præsumitur in præteritum.*
38 *Reductio syluæ ad culturam facta post multum tempus post instrumentum locationis, non debet haberi in consideratione.*
35 *Consuetudo proxima, & non remota est attendenda.*

DECISIO XXXVII.

IN vna Perusin. syluarum coram R. P. Do. Robusterio,
Domini pro maiori parte tenuerunt, contractum, de
quo ibi, contentum in primo instrumento celebrato de
anno 1142. esse cōtractum † innominatū simplicis custo- 1
diæ, regulādum tamen secundùm regulas locationis cu-
stodiæ. ¶ Quod autem sit contractus simplicis custodiæ,
moti sunt ex pluribus verbis dicti primi instrumenti.
¶ Primò ibi, & custodiam, & guardiam ipsarū syluarum
locamus & cōcedimus. ¶ Secundò ibi, ad custodiendum,
nutriendum, alleuandum, & manutenendum, ponderan-
do † dictionem, ad, quæ denotat caussam finalem, & sub- 2
stantialem contractus, Bald. in l. ex annali, nu. 3. C. de act.
empt. Socin. iun. cons. 48. num. 2. libr. 3. ¶ Tertiò ibi, ita
quòd homines & communitas dicti Castri teneantur di-
ctas syluas bene custodire, nutrire, alleuare, & manutene-
re, consideràdo illa verba, ita quod, quæ † limitant totam 3
concessionē ad illum effectum custodiēdi, Ruin. cons. 18.
nu. 3. lib. 1. Dec. consil. 445. nu. 8. versic. & secundùm teno-
rem. ¶ Quartò ibi, pro eo, quòd promittis dictas syluas
bene custodire, manutenere, nutrire, & alleuare, ponde-
rando † dictionem, pro, quæ significat caussam finalem, l. 4
penul. §. fi. ff. de alim. & cibar. legat. Aymon. cons. 192. sub
n. 21. ¶ Quintò ibi, & ego d. syndicus, &c. promitto vobis,
&c. ipsas syluas bene custodire, nutrire, alleuare, & manu-
tenere. ¶ Vnde cùm cōtrahentes toties vsi fuerint verbo,
custodiendi, nutriendi, alleuandi, & manutenendi, delibe-
ratior & † efficacior eorum arguitur voluntas in cele- 5
brando contractum custodiæ, ad l. Balista, ff. ad Trebell.
Crauet. consil. 20. nu. 2. in fine. ¶ Et si geminatio multos
operatur effectus, de quibus per Crauet cons. 201. nu. 42.

6 multò † magis operabitur quadruplicata repetitio, quæ
est in casu nostro. ¶ Sextò, placebat aliquibus ex Domi-
nis, pactum prohibitiuum incisionis & véditionis ligno-
rum, & fructuum ipsarum syluarum sine licentia & con-
sensu Episcopi, quæ † prohibitio arguit simplicem custo-
diam, cum simplex custos non habeat potestaté inciden-
di arbores, vt in terminis tradit Arnulf. Ruz. in tract. iur.
reg. priuileg. 56. nu. 4. vers. vnde datur, quem refert & se-
quitur Rebuff. in l. sylua cædua, fol. 241. in 4. vtil. ff. de ver.
signif. Et ad id est bonus text. in l. in lege locationis, ff. lo-
ca. ibi, syluam nec cædito, iunctis illis verbis, ita syluam
custodire, & maximè stante expositione gl. vlt. in fi. quam
sequitur Salic. quòd scilicet illi conductores syluæ gere-
bant officium, quod non poterat esse nisi custodiæ. ¶ Se-
ptimò considerabant etiam nonnulli ex Dominis, quòd
si contrahentes nó solùm custodiam syluarum, sed ipsas-
met syluas, siue terras ipsarum in contractum deduxis-
sent, vtique verisimiliter fecissent mentionem de earum
8 reductione ad culturam: † quicquid enim in syluis fit, cir-
cumscripta reductione ad culturam, dicitur ad custodiam
pertinere. Vnde verba contractus non solùm fuissent
concepta ad custodiendum, nutriendum, alleuandum, &
manutenendum, sed etiã redigendum ad culturam, cum
tuitio & custodia fundi sit quid diuersum à cultura ipsius,
tex. est in l. cùm quæreretur, §. fin. ibi, tuendi, custodiendi-
que fundi magis, quàm colẽdi caussa paratum, ff. eo. loca.
¶ Octauò mouebat Dominos verisimilitudo caussæ, cur
9 † contractus, de quo agitur, celebratus fuerit. Dicebant
enim valdè verisimile fuisse, syluas ante dictum contra-
ctum fuisse dilapidatas & damnificatas à cóuicinis & ho-
minibus Corciani, cùm sint propè mœnia ipsius Castri:
& propterea Episcopum voluisse cum dictis hominibus
talem contractum facere, per quem syluæ benè custodi-
rentur, & conseruarentur. ¶ Nonò, præmissa plurimum
confirmãtur ex secundo instrumento, vbi homines Cor-
ciani fatentur à tempore primi instrumenti, & citra, se
fuisse continuè in possessione dictarum terrarum respe-
ctu d. iuris custodiendi, & gubernandi. Et sic ponderan-
10 do illam dictionem, respectu, quæ est † declaratiua, seu
restrictiua, satis patet, homines Corciani per primum in-
strumentum solùm acquisiuisse quasi possessionem iuris
custodiendi, & gubernandi dictas syluas. ¶ Nec obstat,
quod ibi dicatur, in possessione dictarum terrarum, quia
11 † possessio ibi accipitur pro quasi possessione, cùm dica-
tur, in possessione, vel quasi. ¶ Minùs obstat, si diceretur,
possessionem respectu terrarũ, & quasi possessionem iu-
ris custodiẽdi: quia stante huiusmodi intelligentia, verba
aliter fuissent cõcepta, nempè, in possessionem dictarum
terrarum, &, quasi possessionem d. iuris custodiẽdi. Vnde
cum dictum fuerit, in possessione, vel quasi, dictarum ter-
rarũ respectu d. iuris custodiendi, sequitur, homines Cor-
ciani voluisse intelligere se fuisse nó in possessione dicta-
rum terrarum, sed in quasi possessione. ¶ Verùm quia,
quasi possessio non cadit in rebus corporalibus, sed in in-
corporalibus, idcirco statim se declararunt, dicentes, re-
spectu d. iuris custodiendi. ¶ Minùs quoque obstat, quòd
huiusmodi confessio habeat relationem ad formam pri-
mi instrumenti, vbi locantur syluæ & earũ custodia. Quia
ex mox dicendis patet resolutio. ¶ Vltimò, accedunt ad
comprobationem præmissorum verba æstimi ciuitatis
Perusiæ, vbi dicitur, homines & Communitatem Castri
Corciani habere medietatem fructuũ syluarum Episco-
patus Perusini pro custodia, & guardia, quam faciunt de
12 ipsis syluis. Nam ex ista declaratione subsecuta † clarior
redditur interpretatio d. primi instrumenti, vt scilicet, in-
telligatur contractus simplicis custodiæ, ad tradita per
Crau. cons. 101. nu. 5. & latiùs in respons. pro gener. num.
317. ¶ Cæterùm ideò Domini dixerunt, contractum, de
quo agitur, non esse locationé, sed contractum in nomi-
13 natum, quia † pro parte Episcopi propter custodiam syl-

uarum non soluitur merces in pecunia, sed in medietate
fructuum, & in tertia parte bonorum, & sic non potest
esse locatio, quæ pro sui essentia pecuniam requirit, l. 1. §.
si qui seruum, ff. depos. Ideò † verò dixerunt esse contra- 14
ctum regulandum, secundùm regulas locationis, quia
contrahentes in contractu vsi fuerunt verbo, locamus, &
verbo, locatio. Et ideò verisimile est, eos voluisse celebra
re contractum similem locationi, maximè, quia pro parte
Episcopi locatur custodia, hoc est, factũ custodiendi, pro
parte Cõmunitatis locantur operæ in custodiendo, iuxt.
l. qui operas, ff. loca. ¶ Ideò etiam dixerunt regulandum
secundùm regulas locationis custodiæ, quia intellexerunt
de locatione facta principaliter ad custodiendum, cùm
† multi & varij sint fines & effectus, propter quos loca- 15
tiones fiunt. Interdum enim fit locatio ad fouendum, l. si
merces, §. qui fundum, ff. loca. l. nemo, C. eo. interdum ad
pascendum, l. si quis fundum, §. Celsus. ff. eo. interdum ad
sarciendum, vel poliendum, d. §. Celsus, interdũ ad trans-
portandum, & vehendum, l. videamus, §. qui vinum, l. sed
addes, §. pen. l. si merces, §. qui columnam, ff. eo. interdũ ad
docendum, l. sed & si, §. si quis seruum, ff. eo. interdum ad
colendum, l. qui fundum, ff. eo. interdum ad faciendum, l.
item, in princ. l. qui insulam, §. qui ædem, l. si cui, l. ea lege,
§. locaui, l. mortuus, & in l. fin. ff. eod. & interdum ad custo-
diendum, l. 1. §. si quis seruum, ff. depos. l. qui mercedem, ff.
loca. ibi, pro custodia, ponderando illam dictionem, pro,
quæ denotat caussam finalem. Et in terminis syluarum est 16
text. in d. l. in lege locationis, ibi, ita custodire, ff. eodem.
¶ Et in summa Domini concluserunt, in istum contra-
ctum non fuisse deductas syluas & terras, sed nudum &
simplex factum custodiendi, nutriendi, & alleuandi, ac
manutenendi syluas, quia † quando fit locatio ad custo- 17
diendum, tunc non res, de cuius custodia agitur, sed fa-
ctum ipsum custodiendi locari dicitur; sicuti etiam loca-
tur factum pascendi, sarciendi, poliendi, transportandi,
& vehendi, docendi, non autem res, quę pascitur, sarcitur,
politur, transportatur, vehitur, & docetur, vt ex iuribus
præallegatis colligitur. Idque claré probatur, in l. natura-
lis, §. at cum do. ff. de præscript. verb. vbi dicitur, † locari 18
factum, cùm datur tabula, vt pingatur certa mercede con-
stituta. Tum verò res, & non factum locari dicitur, quan-
do conductor re ipsa vtitur & fruitur. Si enim (exempli
gratia) loco tibi vestimenta mea ad vtendum & fruen-
dum, tunc vestimenta ipsa dicuntur locari; si verò loco
ad sarciendum & poliendum, tunc non locantur vesti-
menta, sed factum poliendi & sarciendi. Bene verum est,
quòd † regulariter locatio fit rei, non facti, quia vt pluri- 19
mum res locantur ad vtendum & fruendum, & locator
tenetur præstare patientiam vsus & fruitionis rei locatæ,
vt per tot. tit. ff. C. & Instit. de loca. Et ex definitione loca-
tionis, quæ † nil aliud est, quàm personæ vel rei ad vsum 20
facta concessio, certa mercede in pecunia numerata con-
stituta. Ita in eorum summis, in tit. de loca. & conduc. de-
finiunt Azo. Placent. Goffred. & Hostien. omnes, num. 1.
Barbat. ad Rub. extra, de locat. n. 2. Alberi. in suo repert. in
verbo, locatio, Ant. Gomes. de cõtract. ti. de locat. in prin.
¶ Non obstant modo deducta pro parte Communitatis.
¶ Et in primis non obstat, quòd in primo instrumento
locantur etiam syluæ, dum dicitur, syluas & custodiam
ipsarum locamus, natura † enim ipsius copulæ, & est am- 21
pliare dispositionem præcedentem, l. ea tamen, ff. de l. 3.
¶ Quia respondetur, tum quod illa copula, & potest stare
expositiuè pro, id est, Corn. cons. 244. num. 14. lib. 1. Soc.
iun. cons. 181. nu. 32. lib. 2. Tum, † quòd non debet attendi 22
natura vnius dictionis, sed mens contrahentium, caussa
finalis, & effectus ipsius contractus, quæ omnia (vt supra
diximus) sonant in custodiam. ¶ Secundò non obstat,
quòd de natura locationis venit custodia, l. in iudicio, vbi
gloss. C. locati. Bald. consil. 22. lib. 3. ¶ Siquidem respon-
detur, custodiam † in casu nostro non posse intelligi de 23
ea, quæ

ea, quæ generaliter cuilibet locationi inest, tum quia aliàs
superflua foret illa toties repetita mentio verbi, custo-
diēdi, cùm satis fuisset dicere simpliciter, locamus syluas,
absque illis verbis, ad custodiendum, &c. quod tamen di-
cendū non est, Bal. ad rub. C. de contrahen. empt. quæst. 9.
Dec. consf. 414. nu. 6. cum simil. Tum etiam, quia in iure
reperitur particularis locatio ad custodiendum, vt supra
deductum est. ¶ Tertiò non obstat; quòd si contractus,
de quo in primo instrumento, esset contractus custodiæ
4 tantùm, non etiam syluarum, † vtique nō fuisset dictum
Episcopum syluas & custodiam ipsarum locasse, sed po-
tiùs Communitatē locasse operas, siue Episcopum con-
duxisse illas ad custodiendum syluas. ¶ Nam respon-
detur, quòd etiam si Episcopus non locauerit, sed con-
duxerit operas Communitatis in custodiendis syluis, ta-
5 men in iure verbum, † loco & conduco, promiscuè vsur-
pantur, & interdum vnum pro altero ponitur, Azo. in
sum. tit. de loc. nu. 1. in fin. Bart. in l. 2. num. 2. & ibi Salyc.
post prin. vers. nō obstat hęc lex. C. loca. Alberic. in suo re-
pert. in verbo, locatio aliquādo, & tex. in l. 2. & ibi Angel.
in fi. Et optimè Bud. ibid. alia iura allegans, ff. ad l. Rhod.
de iact. Et probatur etiam secundùm præfatos, in l. vete-
res, ff. de actio empt. iuncta l. 1. ff. locat. ¶ Præterea respon-
detur, etiam Episcopum locasse, videlicet custodiam syl-
16 uarum, siue factum custodiendi syluas, & sic † vterq; con-
trahens tam Episcopus quàm Communitas dicitur di-
uersis respectibus locasse & condoxisse. Episcopus enim
respectu operis siue facti custodiendi dicitur locator, ho-
mines conductores: respectu verò operarum homines
dicuntur locatores Episcopus conductor. Et quòd quis
respectu operis faciendi sit locator, respectu operarum
conductor, rectè deducit Azo. in sua sum. tit. de loc. sub n.
2. vers. si verò, & Hostien. in sua sum. eo. tit. sub num. 4. Et
vltra iura superiùs allegata probatur expresè in l. item. §.
1. ff. locat. vbi artifex qui respectu insulæ ædificandę, & sic
respectu operis dicitur conductor, mox statim respectu
operæ suæ appellatur locator. ¶ Quartò, non obstat ob-
seruantia subsecuta de reductione syluarum ad culturam
& ad vineas. ¶ Quia in primis respondetur, non posse
27 vim fieri in huiusmodi obseruantia † tāquam interpreta-
tiua & declaratiua primi instrumenti, cùm sit illi de dire-
cto contraria: in eo enim expresè apparet, syluas fuisse
concessas ad vsum syluæ cæduæ, cùm conuentum fuerit,
incisionem & venditionem lignorum debere fieri de
quinquennio in quinquennium, vel ad aliud tempus, de
quo fuerit concordatum. ¶ Secundò respondetur, non
28 licuisse Communitati inuito Episcopo immutare † for-
mam syluarum, redigendo illas ad culturam, & plantan-
do ibi vineas, etiam si conditio Episcopi melior fieret.
29 Quod probatur ex eo, quòd in simili dicitur de † emphy-
teuta, qui non potest inuito Domino syluam extirpare,
& ibi vineam plantare, licèt melior fieret domini condi-
tio. Ita per text. in l. vsufructuarius nonum. ff. de vsufruct.
tradit Ias. in l. 1. nu. 99. post Nicol. de Mattar. Bal. & alios
ibi per eum allegatos. C. de iure emphyt. & sequitur Re-
buff. in d. l. sylua cædua, fol. 241. in to. vtilit. ff. de verb. sign.
30 Nec dicatur, huiusmodi reductionem † syluarum ad cul-
turam, & ad vineam fuisse factam scientibus & patienti-
bus & consequenter volentibus Episcopis, tunc pro tem-
pore existentibus, quia Episcopi potuerunt consentire
huic reductioni, putantes, syluas, hoc est, terras fuisse
Communitati Cortiani locatas. Vnde opus esset proba-
re, Episcopos scientes & patientes fieri huiusmodi re-
ductionem habuisse notitiam tenoris primi instrumen-
ti, & per consequens sciuisse syluas fuisse concessas non
31 vt terras, sed † ad vsum syluæ cęduæ, & ad illas custodien-
dum. Et ad id optimè faciūt tradita per Crauet. post alius
consil. 171. nu. 14. & cons. 197. nu. 12. 13. & 14. ¶ Tertiò re-
spondetur, quòd imò obseruantia proximè & immedia-
32 te subsecuta † post primum contractum, & post per 119.
annos & vltra continuata clarè demonstrat, syluas fuisse
concessas ad vsum syluæ cæduæ, & non ad effectum redi-
gendi ad culturam: quia à die primi instrumenti vsque
ad diem adnotationis factæ in æstimo Perusino fluxe-
runt anni 119. quibus syluæ nondum fuerant ad cultu-
ram redactæ, quod ex eo datur intelligi, quia in dicta an-
notatione fit semper mentio de syluis, montibus, & so-
dis, non autē de terris vineatis vel laboratiuis, & sic de re-
dactis ad culturam. Et de illo statu præsenti, qui erat tunc
temporis, debebat præsumi in præteritum, ob coniectu-
ram siue præsumptionem prouenientem ex primo con-
tractu celebrato solùm ad custodiendum syluas, non au-
tem ad redigendum illas ad culturam. Quādo enim † vl- 33
tra statum præsentem concurrit aliqua coniectura vel
præsumptio inferens retro, tunc semper de statu præsenti
præsumitur in præteritum, vt per Salycet. in l. ex persona,
prope fin. Cod. de probat. Alexand. consil. 16. num. 3. lib. 5.
Socin. cons. 89. nu. 19. lib. 1. Alciat. de præsumpt. regul. 2.
præsumpt. 26. num. 5. ¶ Vnde illa † reductio ad culturam 34
tamdiu, post primum instrumentum facta, tanquam re-
mota, & mediata non debet haberi in consideratione,
ad trad. per Tiraquell. cum aliis per eū citatis, de cess. caus.
limitat. 20. num. 5. præsertim, quia potuit fieri tempore
alicuius Episcopi non habentis notitiam tenoris primi
instrumenti. Et † in terminis, quod consuetudo proxi- 35
ma & non remota sit attendenda, tradit Bald. in proœm.
ff. sub num. 7. per l. item Mela. §. sed si alimenta. ff. de alim.
leg. ¶ Præterea in omnem euentum negari non potest,
quin hæc † obseruantia allegata pro parte Communita- 36
cis sit omnino turbida, ita vt non possit in ea fieri funda-
mentum.

CANTVCCII.

Valentin. professionis. Die Lunæ, 17. Decembris, 1576.

SVMMARIA.

1 *Probatio dubia contra probantem interpretanda est.*
2 *Interpretatio in concordandis testibus contrariis est facienda secundùm mentem & intentionem testium, & secundùm illud, quod verisimiliter cogitarunt, ac senserunt, ex communi.*

DECISIO XXXVIII.

PRobationes Isabellæ incompatibiles & irreducibiles
ad concordiam cum probationibus fisci dixerōt Do-
mini die Lunæ, 17. Decembris, 1576. dubio à me super
hoc particulariter proposito, cuius effectus fuit, vt ex
probationibus Isabellæ colligeretur talis protestatio siue
quid æquipollens, & sufficeret ad rescissionem professio-
nis, de qua agitur. ¶ Et perpendendo singulas conclusio-
nes Isabellæ 1. 2. 3. 4. & 5. nihil continent, quod inferat ad
protestationem, 6. 7. 8. & 9. non loquuntur de tempore
ante professionem, sed simpliciter dum mansit in mona-
sterio, quod potest intelligi post professionem, & recla-
mationem, & sic nihil faciunt † dubia enim probatio 1
contra ipsum interpretanda est, c. in præsentia. de probat.
10. 11. 12. & 15. aduersantur conclusioni fisci 29. quicquid
exemplo dicatur, 13. 14 & 37. non possunt conciliari cum
28. conclusione fisci, quæ licèt contineat negatiuam, cùm
tamen illa sit coarctata ad locum monasterij, facilis fuit
eius probatio, 15. non facit ad rem, 16. habet contra se li-
teras Isabellæ ad Aldanam scriptas, matrimonium cum
ipso contractum inscio patre, reclamationem, & fugam
à monasterio, 17. præterquam, quòd est probata per te-
stes fide diminutos, & repugnat conclusionib. fisci 3. 30.
31. & 32. 18. & 19. parum aut nihil faciunt, 20. contradi-
cit conclusioni fisci 35. 32. & 33. in effectu sunt contra-
riæ conclusionibus fisci 32. 34. & 35. 24, nihil ad prote-
stationem, 26. contrariatur conclusionibus fisci 2. 32.
34. & 35. De 27. idem quod de 26. vltra quod non expli-
cat tempus, quo Isabella contenta in cōclusione cupe, pit

dicere, & dubia probatio contra ipsam est interpretanda.
29.30.31.& 32.pugnant de directo fere cũ omnibus con-
clusionibus fisci vltimo loco datis, 30. nihil facit, vltra
quòd cõfunditur ex cõclusione sexta fisci, 35.conuincitur
ex quinta, 7.8.9.10.19.20. & 44.conclusionibus fisci, 36.
contrariatur conclusioni fisci 33. præsertim ibi, quòd vi-
debatur id dicere animo deliberato, 38. & 39. necessariò
non concludunt nec quicquã ad protestatioem. ¶ Dicta
testium, de quibus in summario, numero 6.nihil ad pro-
positum, & quantùm ad Sanches dæponentem, Isabel-
lam in monasterio palam & coram omnibus monialibus
conquestam fuisse de patre suo, quòd illam deceperit,
conuincitur ex dictis tot Monialium contrarium expres-
sè dicentium, de quibus in conclusionibus fisci de nouo
datis. Valesa vltra, quòd deponit de fama per verbum,
est, contrariatur 6. conclus. fisci. Torrent est sola in eo,
quod deponit, & potuit etiam esse, quòd Isabella ab ini-
tio irasceretur, & postea melius cogitando ita declaraue-
rit. ¶ Et in vniuersum Domini dixerunt, conciliatio-
nem, de qua agitur, impossibilem esse ob repugnantiam
mentis & intentionis testium. ¶ Modus enim conciliandi
per informantes Isabellæ deductus, vt scilicet testes eius-
dem Isabellæ intelligantur de eius intentione vera, testes
verò fisci de ficta, expresse repugnat menti & intentioni
testium fisci, ex quarum dictis multis in locis clarè osten-
ditur, illas cogitasse ac sensisse de vera intẽtione Isabellæ,
nõ autem ficta. ¶ Vnde intrat communis Doctorum con-
1 clusio, quæ habet, vt in † concordandis testibus contra-
riis fiat interpretatio secundùm mentem & intentionem
testium, & secũdum illud, quòd verisimiliter cogitarunt,
ac senserunt, Bald. in c. cum tu, num. 2. versic. hoc verum,
de testib. Anchar. consil. 296. per tot. & præcipuè numero
2. vers. tamen, & nu. 3. in fine, Roman. cons. 30 t. num. 15.
vers. nullus autem prudens iudicabit, Soc. iun. in l. 1. num.
82. ff. de noui oper. nontia. Dec. in l. 2. §. creditum, num. 6.
versic. & ista concordia, & ibi Purpur. sub num. 56. & fu-
siùs, & clarius ibidem Bolognet. n. 15. post medium, vers.
sed & si esset absurda interpretatio, & nu. 18. versic. dum-
modo ad illud, & nu. 20. vers. ad hãc tamen, & nu. 25. post
medium, versic. cum hoc tamen, quod sit verisimile, ff. si
cert. petat.

CANTVCCII.

. Perusin. syluarum. Die Mercur. 23. Ian. 1577.

SVMMARIA.

1 *Dictio, custodia, quid importet.*
2 *Locatio rei ex vsu & fruitione illius inducitur.*
3 *Sylua non potest esse locata respectu rei & custodia simul. Item si locata si cum eius terra, licebit conductori eam extirpare, & ad culturam redigere, vineam plantando.*
4 *Syluarum multiplex vsus est.*
5 *Sylua non videtur respectu terræ locata, si prohibita sit lignorum quorundam incisio: vel si conuentum, vt syluæ fructus de quinquennio in quinquennium colligeretur, & num. 6.*
7 *Copula, & posita inter duo substantiua non potest stare expositiue pro, id est, nisi subiecta materia aliter intelligi non possit, cum nu. seq.*
9 *Verba ob subiectam materiam impropriantur, supplentur, & alterantur, etiam si sint prægnantia, & etiam si simus in materia strictè interpretanda.*
10 *Dictio etiam, ratione subiecta materia exponitur quandóque pro, id est.*
11 *Verba clara instrumenti excludentia reductionem syluarum ad culturam, attendenda sunt.*
12 *Consuetudo proxima, non autem remota, attendenda est.*

DECISIO XXXIX.

IN Perusin. syluarum, coram Robuster. Domini stete-
runt in decisis ex deductis in resolutione facta die Lu-
1 næ, 7. Maij, anni præteriti. Et † præcipuè ex verbu, custo-
diæ, & custodiendi, multoties reperito tam in primo in-
strumẽto celebrato de anno 1242. ibi, custodiam & guar-
diam ipsarum syluarum, ibi, ad cõstituendũ, nutriendum,
alleuandum, &c. ibi teneãtur ipsas syluas bene custodire,
nutrire, &c. ibi, promittis dictas syluas bene custodire,
manutenere, &c. itemque ibi, promitto vobis, &c. ipsas
syluas bene custodire, nutrire, &c. quàm in secundo in-
strumento celebrato de anno 1472. ibi, in custodiã & gu-
bernium, item ibi, respectu dicti iuris custodiendi, & gu-
bernandi, quàm etiã in æstimo Perusin. ibi, pro custodia
& gardia. Ex qua quidem multiplicata expressione & re-
petitione verbi custodiæ, & custodiendi, colligitur clara
& multum deliberata & eoixa partium voluntas in dedu-
cendo in primum contractum factũ duntaxat custodien-
di syluas. Si enim voluissent & ipsas syluas deducere, & sic
facere locationem rei, vtique dixissent, ad vtendum fru-
endum, vel aliis verbis vsum & fruitionem denotanti-
bus, vsi fuissent, cùm locatio † rei ex vsu & fruitione illius 2
inducatur, l. ex cõducto, in prin. l. si merces. §. qui fundum.
ff. de locat. l. nemo. C. eod. Accedit etiã, quòd si in primo
contractu fuisset facta locatio, † & syluarum, & facti cu- 3
stodiendi simul, maxima induceretur repugnantia: si
enim syluæ cum earum terris fuissent locatæ, vtique po-
tuissent conductores syluas extirpare, redigere ad cul-
turam, vineas plantare, vel vsum syluæ cæduæ, ad quem
fuerunt locatæ, in vsum syluæ pascuæ, vel syluæ granda-
riæ, vel alium vsum conuertere, cùm † syluarum multi- 4
plex sit vsus, vt late per Rebuf. in l. sylua cædua. in princ. ff.
de verbor. signif. Hæc enim omnia potuissent conducto-
res facere stante locatione syluarum, quia vsus, & fruitio
illarum ad eos spectasset. Et tamen ex primo instrumen-
to clarè apparet, † conductoribus nullo modo licuisse 5
prædicta facere, tum ex conuentione vendendi ligna, vel
fructus syluarum de quinquennio in quinquennium,
vel alio tempore, de quo partes cõcordes fuissent, ex qua
conuentione euidenter constat, syluas fuisse locatas, &
concessas ad vsum syluæ cæduæ. Tum ex prohibitione
incisionis iliceti, tum † etiam ex promissione syndici no- 6
mine communitatis, & hominum castri Corciani, pro-
mittentis non incidere in syluis, nec rancare sine licentia
Episcopi, nec etiam in dictis syluis pasturare cum capris
à valle Maiana versus castrum, syluam Plebis. ¶ Non
obstat, quòd illa copula, &, posita in primo instrumento,
dum dicitur, syluas & earum custodiam locamus, non po-
test stare expositiuè pro, id est, cùm † sit posita inter duo 7
substantiua diuersa, Doct. in l. 1. ff. de iust. & iur. in c. 2. de
rescript. ¶ Quia non potest accipi, nisi expositiue pro,
id est, ex subiecta materia cõtractus in primo instrumen- 8
to celebrati, quæ (vt apertè colligitur ex verbis sequen-
tibus principaliter prolatis, & multoties repetitis) fuit
simplex & mera custodia syluarum. Et ob subiectam ma-
teriam verba † impropriantur, supplentur, alterantur, 9
etiam si sint prægnantia, & etiam si simus in materia stri-
ctè interpretanda, vt latè per Tiraquel. in l. si vnquam, in
verbo reuertatur. nu. 37. & 38. C. de reuoc. donat. Euerar.
in loco a subiecta materia, & facit quod scribit Gozad.
cons. 73. nu. 13. versic. non obstat. & nu. 14. & 15. vbi † di- 10
ctionem etiam positam in quodam priuilegio exponit
pro, id est, ratione subiectæ materiæ præcedentis petitio-
nis, a qua priuilegium debet regulari, ex trad. per Aretin.
& Ias. in l. 1. in fin. C. vnde legit. ¶ Non obstat, quòd prin-
cipalis intentio Episcopi in primo contractu fuit perce-
ptio fructuum. Quia imò fuit custodia: cùm enim syl-
uæ damnificarentur ob earum existentiam prope mœ-
nia Castri, & propterea indigerent custodia, idcirco in-
tentio Episcopi in locando syluas fuit custodia, finis ve-
rò custodire, & sic finis vltimus fuit vtilitas maioris per-
ceptionis lignorum, & fructuum ipsarum syluarum.
¶ Non obstat, quòd in primo contractu multa reperiun-
tur pacta, quæ non conueniunt simplici custodiæ. Quia
non

non repugnant fubftãtiæ ipfius, & cum ea funt compati-
11 bilia. ¶ Non obftat obfetuantia fubfecuta, tum † quia
verba primi inftrumenti non funt dubia, fed clara, exclu-
dentia redoctionem fyluarum ad culturam, & ad vineas,
ftante locatione fyluarum ad vfum fyluæ cæduæ, ob ven-
ditionem lignorum, de quinquenoio in quinquennium,
& ftante prohibitione incifionis, & rancationis in ipfia
fyluis, & proptetea non intrat confuetudo fine obferuan-
tia interpretatiua primi inftrumenti, vt exprefsè declarat
12 Aret. conf. 115. n. 2. Tum † etiam, quia debet attendi con-
fuetudo proxima, & nõ remota, vt per Bald. in procem. ff.
fub nu. 7. per l. Mela. §. fed fi alimenta. ff. de alimen. & ciba.
lega. & l. fi mater. C. ne de ftat. defunct. ¶ Et non eft du-
bium, obferuantiam proximam primo inftrumẽto fump-
tam ex æftimo Perufino facere pro Epifcopo, vt demon-
ftratur in refolutione aliàs facta, ex qua etiam tolluntur
alia exemplo deducta.

CANTVCCII.

Caurien. iurifdictionis. Die 23. Ianuarij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Sententia habet relationem ad priuilegium, eft tantùm illius canonizatiua, qua regulatur & reftringitur fecundùm relatum.*

2 *Sententia referens non plus tribuit quàm in relato continetur.*

3 *Dictio, iuxta, adiecta difpofitioni certa, & prolata in materia cuius natura fit difponere, non ftat relatiuè, & reftrictiuè, fed cauffatiuè.*

Declara, vt num. feq.

5 *Dictio prout, & aliæ fimiles fi referantur ad aliquod factum, quod fit de præterito, fi de eo conftat, ftat limitatiuè, aliàs ftat cauffaliter.*

6 *Difpofitio referens quantumuis certa declaratur, & reftringitur fecundùm difpofitionem relatam, quando illa reperitur.*

7 *Relatum quando aliter fe habet quàm in referente, non attenditur referens, fed relatum ipfum.*

8 *Priuilegium circa exemptionem decimarum non dicitur limitatum ad perfonas, quando etiam incolæ comprehenduntur.*

9 *Sententia debet effe clara, & tollere controuerfias, & ambiguitates.*

10 *Sententia intelligitur fecundùm ius commune, & ab eo interpretationem recipit.*

11 *Referens quantumuis certum & determinatum etiam in fententia regulatur, & limitatur fecundùm relatum de quo conftet.*

DECISIO XL.

CVm ego vellem confulere Dominos fuper expedi-
tione cauffæ Caurien. iurifdictionis, & fuper modo,
& forma pronũtiandi, & particulariter, an poffet ferri fen-
tentia merè confirmatoria alterius fententiæ Rotalis, ad-
monui ambas partes, vt per viam memoralium, loco ta-
men cauffæ, Dominos plenè informarent. Vnde die 23.
Ianuarij, 1567. memorialibus vtrinque datis, illífque loco
cauffæ per me pofitis, Domini pro maiori parte dixerunt
cauffam expediendam effe, & fententiam Rotalem poffe
fimpliciter confirmari. ¶ Et huius refolutionis potiffima
1 ratio fuit, quia † dicta fententia eft tantùm canonizato-
ria priuilegij Leonis Decimi, cùm ad illud relationem ha-
beat, vt apparet ex illis verbis, iuxta formam & tenorem
dictarum literarum Apoftolicarũ Leonis Decimi. & rur-
fus ibi, iuxta dicta literas Apoftolicas. Et quicquid con-
tinetur in dicta fententia, regulatur, reftringitur & limi-
2 tatur fecundùm priuilegium Leonis Decimi, & † non
plus tribuit dicta fententia, quàm fit in dicto priuilegio,
& illa dictio, iuxta, ftat relatiuè, non autem cauffaliter.
3 ¶ Nec obftat, quòd † dictio, iuxta, adiecta difpofitioni
certæ, & prolata in materia, cuius natura fit difponere,
qualis eft fententia, non ftat relatiuè & reftrictiuè, fed
caufatiuè, vt per Felyn. poft Bart. & alios in c. 2. nu. 10. de
refcript. ¶ Quia id intelligitur, quando † non conftat de 4
relato: at fecus quando illud reperitur, vt per Bar. in ex-
trauagan. ad reprim. in verbo, prout, fub nu. 2. dicentem,
dictionem, prout, & alias fimiles fi referantur ad aliquod
factum, quòd fit de præterito, vt in cafu noftro, tunc fi
de † eo conftat, ftare limitatiuè, & reftrictiuè: fi verò non 5
conftat, ftare cauffaliter. Et Bart. fequitur Alexand. confil.
46. num. 9. lib. 1. Dec. confil. 63. num. 6. & in l. edita, nu. 84.
in fine, & num. fequent. C. de eden. Curt. iun. confil. 92. n.
10. Ruin. conf. 25. n. 11. libr. 1. Socin. iun. poft alios confil.
122. num. 33. libr. 3. ¶ Et quòd difpofitio referens quan-
tumuis certa, declaretur & † reftringatur fecundùm dif- 6
pofitionem relatam, quoties illa reperitur, voluit Dec.
dicto conf. 63. num. 6. verf. fecus videtur quando illa dif-
pofitio. & in authent. fi quis in aliquo. nu. 40. verf. fecun-
do reftringitur. & ibi Purpur. nom. 42. C. de eden. idẽ Dec.
in dicta l. edita, nu. 86. verf. fecus fi reperitur. & ibi Rimi-
nald. num. 12. verfic. declarando tamen. & latè Bolognet.
nom. 143. verfi. fecundo intelligitur, Felin. in ca. quoniam
Abbas, nu. 12. verfic. fecundo limita. & ibi Dec. in fine, de
offic. deleg. Curt. in dicto conf. 92. num. 10. verf. quinimo,
& fortius Celf. Hug. decif. 120. num. 21. prope fin. Socin.
iun. conf. 181. num. 64. lib. 2. Grammar. decifio. 59. nu. 24.
verfic. tertius cafus quando id ad quod fit relatio. ¶ Nec
etiam obftat, quòd priuilegiũ Leonis Decimi circa exem-
ptionem decimarum fit limitatum ad perfonas Militiæ,
& quòd dicta fententia Rotalis generaliter condemnet
Epifcopum ad reftitutionem decimarum perceptarum,
quæ condemnatio non poteft intelligi, nifi de decimis,
ab incolis perceptis, ex quo in actis primæ inftantiæ ex
parte Militiæ articulatum fuit, Epifcopum de terra Mili-
tiæ nullas decimas percepiffe, & fic dicta fententia in hoc
videtur erronea. Quando † enim in relato res aliter fe ha- 7
bet quàm in referente, tunc non attenditur referens tan-
quam erroneum, fed relatum ipfum, Alex. conf. 9. nu. 13.
propè fin. lib. 5. Dec. d. confil. 63. num. 6. verfic. & licet re-
ferens, Curt. iun. dicto confil. 92. fub nu. 10. Cagnol. in di-
cta authent. fi quis in aliquo, num. 90. ¶ Vnde fi dicta fen-
tentia eft erronea, & per confequens non attendenda,
vtique abfurda videtur eius confirmatio. ¶ Quoniam re-
fpondetur negando, in dicta fententia aliquem ineffe er-
rorem: non enim adhuc clarè conftat, dictum priuile-
gium Leonis. quoad exemptionem decimarum effe li-
mitatum ad perfonas Militiæ, cùm die Lunæ, 26. Nouem-
bris, anni præteriti, plures ex Dominis dixerint, Leonem
in fuo priuilegio conceffiffe & communicaffe exemptio-
nem decimarum & iurifdictionis, & reliqua omnia in eo
contenta perfonis Militiæ, illarúmque vafallis, fubditis,
feruientibus, monafteriis, domibus, locis & Ecclefiis non
particulariter & diftributiuè referendo fingula fingulis,
fed fimul & coniunctim, dummodò perfonæ, res, & lo-
ca, quibus dictum priuilegium conceffum fuit, effent ca-
paces & capacia, & congrua in eis caderet proportio.

¶ Vnde cùm fubditi Militiæ fint capaces exemptionis
decimarum, confequens † fit, dictum priuilegium circa 8
exemptionem decimarum non effe limitatum ad perfo-
nas Militiæ, fed poffe etiam incolas comprehendere. Et
licèt hæc refolutio fuerit poftea die Veneris, 11. Ianu. præ-
fentis anni, per Dominos in dubium reuocata, nec quic-
quam fuper ea firmatum, cùm Domini fuerint varij, ta-
men fat eft, hanc reftrictionem priuilegij Leonis ad per-
fonas Militiæ refpectu exemptionis decimarum, non effe
claram & expeditam. ¶ Præterea etiam fi priuilegium
Leonis Decimi circa exemptionem decimarum effet li-
mitatum ad perfonas Militiæ, nihilominus prædicta
condemnatio Epifcopi ad reftitutionem decimarum
perceptarum poffet verificari decimis perceptis vigo-
re concordiæ anni 1553. de agris & pratis non nullarum
commendarum pro tertia & fexta parte refpectiuè citra
& vltra

& vltra flumen Salot, vt in dicta concurdia, cap. 12. & re-
solutione sub die 4. Iunij, anni præteriti, quatenus tamen
dictarum commendarum Commendatores suis sumpti-
bus dictos agros & prata coluissēt, & de illis decimas sol-
uissent. ¶ Minùs quoque obstat, quòd in sententia fe-
renda adhibenda sit declaratio, quòd prima sentētia Ro-
talis non præiudicet Episcopo & capitulo circa effectus
9 in ea specificatos, cùm † sententia debeat esse clara, & tol-
lere controuersias & ambiguitates, quæ super eius inter-
pretatione possent oriri, ad trad. per Abb. in c. sicut, nu. 13.
de re iudic. ¶ Si quidem respondetur, dictam sententiam
10 Rotalem nō indigere hac declaratione: cum † enim sen-
tentia intelligatur secundùm ius commune, & ab eo in-
terpretationē recipiat, l. Herennius. ff. de euict. l. miles. §.
decem. ff. de re iudic. Bart. in l. si fundus. §. in vindicatione.
ff. de pignor. Veronen. cons. 57. nu. 5. Alexand. cons. 36. in
1. dub. lib. 5. Crauet. cons. 74. num. 9. & cons. 188. num. 8.
cúmque clara sit intelligantia & interpretatio iuris com-
11 munis, vt quando cōstat de relato, tunc † referens quan-
tumuis certum & determinatum etiam in sententiis re-
guletur & limitetur secundùm relatum, sequitur, nullam
remanere difficultatem & ambiguitatem super interpre-
tatione dictæ sententiæ Rotalis. ¶ Demùm Domini
intellixerunt dictam sententiam esse simplicem canoni-
zatoriam priuilegij Leonis Decimi, non autem declara-
toriam eorum, quæ in illo continentur, & comprehen-
duntur, de qua declaratione postea inter partes erit par-
ticulariter agendum.

CANTVCCII.

Bononien. Iuris macinan. Die Lunæ, 28. Ia-
nuarij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Possessio vel quasi, contra prohibitionem statuti dicitur im-
proba, & non manutenibilis.*

2 *Mandatum de manutenendo an sit dandum stante quasi
possessione contra prohibitionem statuti prohibentis pisto-
ribus, ne frumenta molenda deferant ad molendina ex-
tra ciuitatem existentia. Quod sic.*

3 *Mandatum de manutenendo contra superiorem dari non
debet, sed potest dari contra alios.*

4 *Mandatum de manutenendo sine turbatione non datur.*

5 *Turbatio satis constare dicitur per contradictionem iudicia-
lem.*

6 *Turbare dicitur eo ipso, quòd quis se opponit absque alia
probatione turbationis.*

7 *Turbatio dicitur fieri per quamcunque molestiam & impe-
dimentum.*

8 *Turbatio vel spolium considerari non potest, vbi actus à lege
permittitur.*

*Limita, nisi legis validitas sit in controuersiam deducta,
num. 9.*

10 *Possessionis sua commodo quis priuari non debet.*

11 *Possessionis vsu vel quasi, etiam si sit contra ius, nemo est
priuandus, lite pendente super validitate priuilegij.*

12 *Lite pendente super validitate vel inualiditate statuti, seu
decreti, non potest in eo fundamentum fieri.*

*Idq́; eò magis, quando statutum siue decretum de iure non
est validum, num. 13.*

*Imò etiam si publicam ciuitatis vtilitatem respiciat, nume-
ro 14.*

13 *Statutum prohibens pistoribus, ne frumenta molenda defe-
rant ad molendina extra ciuitatem existentia, de iure
non valet, ex communi.*

14 *Appellari potest à statuto de iure non valide.*

DECISIO XLI.

IN caussa Bononien. iuris macinandi inter Dominos
de sancto Petro & Capita, siue creditores molituraruṁ
& crescimoniarum aliàs dedi dubium, *an mādatum de ma-
nutenendo sit concedendum Dominis de sancto Petro in casu &
ad effectum, de quo agitur.* Illudq́ue pluries proposui, nem-
pe die Mercurij, quarta Iulij, anni præteriti, & die Lunæ,
9. eiusdem mensis, & in prima quoque congregatione: sed
quia ab initio non omnes Domini viderant, & postea in-
ter se fuerunt varij, non potui capere resolutionem. ¶ Vn-
de die Lunæ, 12. Nouembris, eiusdem anni, eodem dubio
iterum proposito, Domini post longam illius disputatio-
nem & discussionem, ad duo se restrinxerunt. ¶ Alterum
fuit, *an quasi possessio molendi quibuscunque, & sic etiam pisto-
ribus ad molendinum, de quo agitur accedentibus, transiuerit in
Dominos de sancto Petro sine alia apprehensione, hoc est, sine
alio accessu ipsorum pistorum, ad molendum in dicto molendi-
no.* ¶ Alterum verò de quo priùs agendum Domini dixe-
runt, fuit, *an sit dandum mandatum de manutenendo eisdem
Dominis de sancto Petro stante prohibitione statuti à Regimi-
ne Ciuitatis Bononiæ conditi, & à sede Apostolica confirmati,
prohibentis pistoribus accessum ad molendum in molendinis
extra ciuitatem existentibus, quasi † ista quasi possessio sit im-* 1
proba, & per consequens non manutenibilis, ad trad. per Me-
noch. de retin. possess. remed. tertio, num. 156. cum sequ.
¶ Quapropter die Veneris, prima Februarij, 1577. dubita-
ui, stantibus statuto, seu decreto Regiminis ciuitatis Bo-
noniæ, Prohibente † pistoribus, ne frumenta molenda de- 2
ferant ad molendina extra ciuitatem existentia, & con-
firmatione eiusdem statuti siue decreti per literas tam le-
gati eiusdem ciuitatis, quàm Leonis X. & Clementis
VII. & proclamate Vicelegati dictæ ciuitatis, & commis-
sione dependente mihi præsentata, & suspensione peti-
torij, & nonnullis aliis præsuppositis, *an stantibus prædi-
ctis statuto siue decreto, confirmatione vt proclamate, sit dan-
dum mandatum de manutenendo Dominis de sancto Petro in
casu, & ad effectum, de quo agitur.* ¶ Quod quidem du-
bium cum præsupposito, quod Domini de sancto Petro
sint in quasi possessione, de qua agitur, fuit per Dominos
affirmatiuè resolutum, non obstantibus exemplo dedu-
ctis pro parte Capitum molituraruṁ, in quorum respon-
sione & remotione consistit ius & fundamentum ipsius
resolutionis. Vnde in primis non obstat, quòd contra su-
periorem mandatum † de manutenendo dari non debet, 3
ad trad. per Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti, sub nu-
mer. 3. versicul. nam interdictum, ff. vti possid. ¶ Quia in
casu isto non petitur mandatum de manutenendo con-
tra superiorem, sed contra capita molituraruṁ & cresci-
moniarum. ¶ Secundò non obstant multa quæ dicun-
tur de decreto irritante. Quia negatur in literis Apostoli-
cis confirmatoriis statuti, seu decreti existere decretum
irritans, vt ex earum inspectiune apparet. ¶ Tertiò non
obstat, quòd capita siue creditores molituraruṁ & cre-
scimoniarum non turbant Dominos de sancto Petro, &
sine † turbatione non est locus mandato de manutenēdo. 4
¶ Quia imò si creditores turbant, cùm assistant huic
caussæ, & litem sustineant, & se opponant impediendo,
ne detur Dominis de sancto Petro mandatum de manu-
tenendo. Nam † per contradictionem iudicialem dici- 5
tur sufficienter constare de turbatione, vt per Alexand.
consil. 54. num. 12. & consil. 88. num. 31. lib. 5. & turbare is
etiam dicitur, qui quomodocunque controuersiam fa-
cit, siue agendo, siue excipiendo, siue in iudicio, siue ex-
tra, siue de iure, siue de facto, siue ante litem contestatam,
siue post, vt per eundem Alexand. cons. 52. num. 2. versic.
& constat. lib. 2. imò absque alia probatione † turbationis 6
eo ipso, quòd quis se opponit, dicitur turbare, vt inquit
Ioan. Fab. in l. vnica, colum. 4. versic. sed quæritur quali-
ter, C. vti possid. Masuer. in sua pract. titul. de possess. num.
9. versic. item & prædictum. Rebuff. ad constitut. reg. gall.
tom. 3. titul. de mater. possess. artic. 1. gloss. 2. num. 29. Me-
noch. d. remed. 3. num. 498. ¶ Et † turbationem fieri per 7
quamcunque molestiam, & impedimentum post Bart.
Pract. Papien. & Guid. Pap. voluerunt Rebuff. d. glo. 2. nu.
36. &

36.& Menoch.dict. remed.3.nu.503. ¶ Quartò non ob-
8 stat, quòd vbi † actus à lege permittitur, non potest tur-
bario, vel spolium cōsiderari, ad trad. per Socin. iun.cons.
48.num.6.libro secundo,& cons.68.num.31.lib. 3.& per
Torr.inter consil.Butr.consil.vlt.num. 10. ¶ Quia id non
9 procedit, quando † legis validitas est in controuersiam
inducta,& super ea lis pendet: tunc enim huiusmodi iu-
10 dicio pendente non debet quis commodo † suæ posses-
sionis priuari, per ea quæ tradit Abb.in cap.1.num.4.vt li-
11 te pendent.dicens per illum text.lite † pendente super va-
liditate priuilegij, non esse aliquem priuandum vsu pos-
sessionis, vel quasi, etiam si sit cōtrarius. Hoc idem voluit
Ioan.de Anan.in cap.cùm venisset,nu.1. de instit. & Abb.
vbi supra, sequitur Dec.in cap.cùm teneamur, nu.4. vers.
sic etiam de appel.cons.97.ante num.2.& cons.103.num.
1.versic.& facit text. Add.ad Matthesil. no.28.nu.3.Ant.
Gabriel.lib.4.de acquirend.possess.conclus.6.nu.2. ¶ Vn-
12 de cùm in casu nostro † per specialem commissionem lis
pendeat super validitate, vel inualiditate dicti statuti, vel
decreti, non potest in eo vis fieri, & consequenter non
debēt Domini de sancto Petro commodo suæ quasi pos-
sessionis priuari, sed in illa manuteneri, vt in caussa huic
consimili firmauit Rota tempore Put. vt patet eius decis.
49. incip.in caussa Bononien. iuris macinan. versic. non
obstat, quòd illud dictum, libr.2.cum qua decisio. placuit
13 Dominis pertrāsite,& † eò magis, quòd dictum statutum
siue decretum de iure nō videtur validum, vt per Docto-
res citatos per informātes Dominorum de sancto Petro.
Et vltra illos latè, & rectè comprobat Didac.in reg. pos-
sessor. in 2.part.§.4.num. 7. & 9. dicens, hanc esse com-
munem & indistinctè intelligendam, etiam si huiusmodi
14 statutum publicam ciuitatis vtilitatē respiciat, † firmans
etiam ab eo appellari posse. ¶ Sed in casu nostro commis-
sio caussæ facta cum consensu, & permissione Principis,
omnem tollit difficultatem. ¶ Ad alia autem deducta pro
parte Capitum moliturarum benè respondetur per infor-
mantes Dominorum de sancto Petro, vltra quòd respi-
ciunt petitorium,& quod est suspensum.

CANTVCCII.

Terdonen. fructuum. Die Lunæ, 28. Ia-
nuarij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Ratio & mens regulæ de subrogan. fuit obuiare fraudib. & votum captandæ mortis auferre.*
2 *Iura omnia clamant contra impetrantes beneficia viuentium morti, vel ob senium, vel ob infirmitatem, vel aliam similem caussam proximorum.*
3 *Fraudes sublatæ per regulam de subrogan. in quibus consistunt.*
4 *Sollicitator caussarum impetrans beneficium eius, cuius erat sollicitator, dicitur committere fraudem.*
Etiam si non fuerit subrogatus in ius colligantis defuncti, num.6.
5 *Dispositiua verba reg. de subroga. annullant plures gratias, & in specie gratiam, si neutri.*
7 *Regula de subrogan. respicit etiam effectum æquipollentem subrogationi, & etiam effectum & conatum.*
8 *Regula de subrogando, est fauorabilis & latè interpretanda.*
9 *Dispositio facta ad obuiandum fraudibus, dicitur fauorabilis, & latam recipit interpretationem.*
10 *Dispositionem reddens fauorabilem & extendendam, habet secum iuris communis concursum.*
11 *Regula de interpretando certo modo procedit tantùm cōtra molestantes, cum num.13.*
12 *Colligantia introducta requiritur ad effectum obtinendi subrogationem, cum num.14.*
Colligantes executio citationis inducit.
15 *Fraus in impetrando beneficium viuentis subditi periculo mortis, vel ab alium similem casum, requiritur in secunda parte regula de subrogan. vt illi locus sit.*
16 *Fraus non minus committitur absque colligantia, quam cum illa, quoad effectum regulæ de subrogan.*
17 *Colligantia non est necessaria ad effectum reg. de subrogan. sed animus & intentio litigandi sufficiat.*
18 *Regula de subrogan. procedit in impetrationibus beneficiorum per priuationem ex quibusuis nominibus & excessibus.*
19 *Dispositio Clem. 2. vt lit. pend. limitatur non habere locum quoad actorem, in cuius odium ex suo decreto citationis absque eius executione dicitur vera lis introducta ex communi, cum num. seq.*
20 *Lis vera introducta dicitur in odium actoris ex solo decreto citationis absque eius executione.*
21 *Certus de citationis decreto certiorari ampliùs non debet.*
22 *Lis pendere dicitur in præiudicium actoris per solum decretum citationis in terminis reg. de subrogan.*
23 *Possessor beneficij reus conuentus licèt citatus non fuerit, tamen in odium actoris impetrantis, qui decretum citationis obtinuerat, poterit petere se subrogari in ius ipsius actoris postea decedentis, & sic vti beneficio reg. de subrogan.*
24 *Indulta in odium, commodum & fauorem non debent operari.*
25 *Colligantia considerata inter actorem & reum cōuentum, eadem met consideratur cum ipsius rei successore.*
26 *Regula de subrogan. intendit punire non colligantiam, sed impetrationem beneficij viuentis, & nu.28.*
27 *Verba, taliter impetrantis, posita eum regula de subrogan. quibus referantur.*
29 *Regula de subrogan. loquitur potiùs de iure & proprietate, quàm de possessione viuentis.*
30 *Regula de subrogan. comprehendit etiam casum mixtum.*
31 *Casus mixtus comprehenditur etiam sub simplici in fauorabilibus.*
32 *Regulam habens pro se non potest vti eius exceptione.*
33 *Regula de subrogan. habet decretum irritans.*
34 *Ius metiendum est ex persona actoris, non rei.*
35 *Caussa qualibet etiam bestialis excusat à pœna.*
Fallit in his, quæ sunt contra bonos mores, & omni iure prohibita.
36 *Dolus præsumptus non purgatur ex fatua credulitate, vel alia iniusta caussa.*
Limita, vt num. seq.
37 *Credulitas iusta, quæ oritur ex publica voce & fama, excusat à pœna.*

DECISIO XLII.

Conclusum fuit, reg. de subrogan. in secunda parte,
obstare Gregorio, & per consequens non esse rece-
dēdum à resolutionibus in hac caussa factis, & toties fir-
matis. ¶ Aduersantur enim Gregorio in primis ratio &
mens regulæ, deinde verba illius tā in proœmio quàm in
parte dispositiua, demum natura & qualitas eiusdē regu-
læ, quæ est fauorabilis & extendenda. ¶ Quoad primum,
quod ratio & mens regulæ sit contra Gregorium, patet,
quia ratio mēs regulæ fuit † obuiare fraudibus, & votum 1
captandæ mortis auferre, & sic regula emanauit in odium
impetrantium beneficia viuētium morti, vel ob senium,
vel ob infirmitatem, vel ob aliam similem caussam proxi-
morum, vt per Rebuff. in regula de subrogan. gl.7.num.1.
contra † quos quidem impetrantes omnia iura clamant, 2
cùm per tales impetrationes inducatur votum captandæ
mortis, & ambitio impetrantium, contra ea.2. de concess.
præb.c.1.& 2.eod.tit.lib.6.& fi.C.de pact.l.stipulatio hoc
modo, ff.de verb.obl.cū similib. Sarnen. ad regulā, de im-
petr.benefi.viuent.q.1.vers.pro contraria tamen parte la-
tissimè Rebuf.tit.de reprob.benefi.viuent.impetr.per tot.
¶ Et † fraudes, ad quas tollendas emanauit regul. consi- 3
stunt

ſtunt in eo, quòd impetrantes beneficia viuentium, ſcien-
tes ſe nullum ſoper iis ius habere, ſperant poſſeſſorem be-
neficij propter ſenium, vel infirmitatem, vel ob aliam ſi-
milem cauſſam veriſimiliter proximè moriturum, & pro-
pterea introducunt litem ſuper beneficio illius viuentis,
vt gaudeant beneficio regulæ de ſubrogan. Ita in termi-
nis huius reg. tradunt Staphil. de ſignat. lit. iuſt. §. his ita
generaliter cognitis, nu. 10. prope finē, verſ. iſta ergo clau-
ſula, fol. 404. ſecundùm paru. impreſſ. & Sarnen. in cõpen.
vtr. ſignat. fol. 164. lit. 6. verſ. prædicta ergo clauſula. ¶ Et
præmiſſa ſecundùm ipſos probantur in ca. fin. de renunt.
lib. 6. vbi agitur de malitia & fraude conſimili ei, de qua
loqoitur ſecunda pars regul. de ſubrogan. Fraus autem
Gregorij in caſu noſtro ex eo colligitur, quòd cùm ipſe
4 eſſet † ſollicitator cauſſarum Iulij fratris Raynerij, & ve-
riſimiliter ſciret eidem Raynerio, vel ob ſenectutem, vel
ob carcerationem vitæ periculum imminere, & citò il-
lum moriturum, impetrauit certo modo beneficium, de
quo agitur, quod tempore impetrationis erat ipſius Ray-
nerij viuentis. Idque ex eo patet, quòd poſtea Grego-
rius habita notitia obitus Raynerij impetrauit gratiam,
ſi neutri, occaſione litis, quam habebat cum Iulio, & pro
modo vacandi dedit obitum Raynerij, & ſic Gregorius
fraudulenter impetrauit certo modo beneficium, de quo
agitur, vel vt tanquam collitigans ſubrogaretur in ius
Raynerij defuncti, & ad hũc effectum commiſit cauſſam
contra ipſum, & poſt factum exameo de noo tuto acceſ-
ſu obtinuit decretum citationis: vel vt impetraret gra-
tiam, ſi neutri, occaſione litis, quam mouit contra Iulium
prætendentem beneficium iſtud ad ſe pertinere. ¶ Vnde
ex his ſatis conſtat, contra Gregorium militare rationem
obuiandi fraudibos, & rationem odij contra impetrantes
beneficia viuentium. ¶ Quoad ſecundum, quòd verba
5 reg. huic caſui conueniant, de † diſpoſitiuis nulla eſt dif-
ficultas. cùm illa ſint clara, & multum ampla, & annul-
lent plures gratias, & in ſpecie gratiam, ſi neutri, de qua
agitur: de proœmialibus pariter non eſt dubitandum.
¶ Gregorius enim impetrauit beneficium Raynerij vi-
uentis, cui vel propter ſenium, vel ob carcerationem vi-
tæ periculum imminebat. Item Gregorius fuit Raynerio
collitigans, vt ex infra dicendis apparebit. Et licèt Gre-
6 gorius † non fuerit ſubrogatus in ius Raynerij defuncti,
id tamen nihil refert, cùm illa verba, *vt illis decedentibus
tanquam collitigantes in illorum iuribus faciliùs ſubrogentur*,
non requirunt effectum ſubrogationis, quaſi eo non ſe-
cuto ceſſet regula, ſed ſignificant animum & intentio-
nem impetrantis beneficium viuentis ab ioitio. ¶ Regu-
la enim non tam effectum ſubrogationis, quàm affe-
ctum & conatum reſpicit, vltra quod dici poteſt in caſu
7 iſto † mediante gratia, ſi neutri, ſecutum fuiſſe effectum
conſimilem & æquipollentem ſubrogationi. ¶ Quoad
8 tertium, quòd regula ſit fauorabilis, & latè † interpre-
tanda, tradit in terminis Dec. conſil. 398. in fine, quem
ſequitur Sarnen. de impetr. benefic. viuent. quæſt. 2. in fi-
ne. ¶ Id qood veriſſimum eſt, tum quia regula edita fuit
9 ad obuiandum fraudibus, cuiuſmodi quidem † diſpoſitio
dicitur fauorabilis, & latam recipit interpretationem, l.
1. §. pecuniam. ff. de calum. cap. quanto, de priuileg. ¶ Id-
que procedit etiam in materia odioſa, quando agitur de
tollendis fraudibus, ca. ſi ciuitas. de ſenten. excommunic.
lib. 6. gloſſ. fi. in cap. quamquam, de vſuris, li. 6. latè Cra-
uet. plures cumulans ſuper quæſtione de indemnit. mu-
10 lier. poſt tract. de antiq. tempor. nu. 8. & 9: Tum quia † ha-
bet ſecum iuris communis concurſum, qui diſpoſitio-
nem reddit fauorabilem, & extendendam, vt in terminis
per Sarnen. d. regula de impetrat. benefic. viuent. in præ-
fat. & quæſt. 6. Tum etiam, quia fauorem animæ concer-
nit, vt per Sarnen. in d. quæſt. 6. ¶ Non obſtat exemplo
deducta pro parte Gregorij ad hanc regulã euadendam.
11 ¶ Et in primis non obſtat, quòd reg. ſolùm † procedit
contra moleſtantes, Achil. ſuper regul. deciſ. 28. aliàs 30.
Et † quod requiritur collitigantia introducta inter Gre- 12
gorium & Raynerium, Sarnen. in dicta reg. quæſt. 12. Et
executio citationis inducit collitigantiam, ideo Sarnen.
d. reg. quæſt. 3. verſic. tamen contrarium. ¶ Quia † quoad 13
deciſ. Achil. ſuper regul. reſpoodetur illam oon loqui in
reg. de ſubrog. in qua nos verſamur, ſed in reg. de impetr.
certo modo, quæ ſimul requirit impetrationẽ certo mo-
do beneficij viuent. & illius moleſtationem, quæ regula
fuit edita poſt impetrationem Gregorij certo modo.
¶ Quantùm ad Sarnen. dicitur, illum loqui in terminis
primæ part. regulę, de ſubrogan. & † ſic ad effectum obti- 14
nendi ſubrogationem, quæ regulariter non datur, niſi lite
hinc inde introducta, & ſic niſi citatione executa: at ſe-
cus eſt in ſecunda part. regulæ, de ſubrogan. cuius termi-
ni ſunt longè diuerſi. ¶ Non enim, vt illi locus ſit, requi-
ritur collitigantia, ſed ſolùm fraus † in impetrando bene- 15
ficium viuentis ſubditi periculo mortis, vel ob ſeniom,
vel ob ioſirmitatem, vel ob alium ſimilem caſum, cùm re-
gula emanauerit ad obuiandum huiuſmodi fraudi, quæ
† non minùs cõmittitur abſque collitigantia, quàm cum 16
illa, & ſic illa verba, *vt illis decedentibus tanquam collitigan-
tes &c.* recipiunt potiùs animum, & intentionem lingao-
di, quàm effectum collitigantię. quaſi impetrantes bene-
ficia viuentium, & eorum impetratio faciliorem, & fir-
miorem ſortiatur effectum, ſoleant contra poſſeſſores
beneficiorum litem introducere, vt illis poſtea deceden-
tibus in eorum ius ſubrogentur. ¶ Et iſte † intellectos, 17
quòd non ſit neceſſaria collitigantia, ſuadetur, tum quia
in regula annullantur gratiæ nouæ prouiſionis, & penn-
de valere, quæ ſine lite conceduntur: tum quia reg. pro-
cedit etiam in impetrationibus beneficiorum † per pri- 18
uationem ex qoibuſuis criminibus & exceſſibus, quo ca-
ſu nulla eſt lis ſuper beneficio, ſed ſolùm cõtra perſonam
accuſatam, vt in terminis huius regulę declarat Rebuff. in
d. reg. gloſ. vlt. n. 2. & 5. poſt Arch. col. 1. in verbo, litigant.
Gem. col. 1. verſ. aut lis nõ pendet. & Franc. ſub. n. 3. in c. ſi.
vt lit. pendent. lib. 6. ¶ Præterea reſpondetur, † tradita per 19
Sarneo. in d. q. 3. & 12. procedere ſecundùm reg. Clem. ſe-
cundæ, vt lit pend. quæ communiter limitatur non habe-
re locum quoad actorem in cuius odium ex ſolo decreto
citationis abſque eius executione dicitur vera † lis intro- 20
ducta, Rot. dec. 6. vt lite pẽdent. in nou. dec. 17. circa med.
de dol. & contum. in nou. deciſ. 4. vt lit. penden. in antiq.
Ægid. dec. 380. & deciſ. 545. Caſſad. dec. 6. in princ. & n. 14.
& 16. ſuper reg. Roman. conſ. 330. nu. 2. verſ. *illud* autem.
Felyn. in c. ſuper literis nu. 13. de reſcript. Afflict. dec. 220.
nu. 13. Pariſ. conſ. 45. num. 31. & ſeq. lib. 4. Sarnen. in reg.
de triennal. q. 56. circa med. ver. & fundamentum iſtarum
deciſionum. Put. deciſ. 354. ad fin. lib. 3. Et huius limitatio-
nis ratio eſt, quia † certus de citationis decreto certiorari 21
ampliùs non debet, reg. eum qui certus. de reg. iur. lib. 6. c.
ab excommunicato. de reſcript. Rot. in dictis dec. Rom. d.
conſ. 330. num. 2. & 3. Felyn. de ſuper literis. num. 13. ¶ Et
in propriis terminis reg. de ſubrogan. vt † per ſolũ decre- 22
tum citationis in præiudicium actoris dicatur lis pende-
re, & ſic vera lis, voluerunt Staphil. de ſign. liter. iuſt. §. his
ita generaliter cognitis. n. 13. Sarnen. in compẽd. vtriu. ſi-
gnatu. fol. 164. in litera F. ¶ Nec valet replicatio exem-
plo facta, quòd Staphil. & Sarnen. loquuntur † reſpectu 23
poſſeſſoris beneficij rei conuenti, qui licet citatus non fu-
erit, tamen in odium actoris impetrantis, qui decretum
citationis obtinuerat, poterit petere ſe ſubrogari in ius
ipſius actoris poſtea decedentis, & ſic vti benefic. reg. de
ſubrogan. ¶ Nam hæc replicatio facilè tollitur, arguen-
do à fortiori: ſi enim Gregorius ex eo, quòd citationis
decretum obtinuit, adeò collitigans iudicatur, vt in eius
odium Raynerius non citatus potuiſſet ex reg. de ſubro-
gan. petere ſubrogationem in ius ipſius Gregorij, ſi priùs
deceſſiſſet, quo caſu odium ei nihil oocet, cũ iam obierit:
quantò

quantò magis debet haberi pro collitigante in odium
ipsius, quando commodum, & emolumentum consequi-
tur, & sic quando odium prodest, vt in casu nostro, cùm
ratio habendi Gregorium pro collitigăte in odium ipsius
multò magis vigeat in hoc secundo casu, quàm in primo,
24 ne † inducta in odium, commodum & fauorem operen-
tur. ¶Et nisi in casu isto locus sit regulæ, facilè ei fraus
fieret, imò aperta esset via ad illam euadendam, nempe
impetrando certo modo beneficium viuĕtis, & mouen-
do litem contra alium, & postea occasione illius litis im-
petrando gratiam, si neutri, & capiendo per clausulas ge-
nerales vacationem per obitum eius, cuius viuentis be-
neficium certo modo impetratum fuit. ¶ Vnde in pro-
posito Gregorius sentit commodum ex sua impetratio-
ne certo modo, quia illius occasione traxit Iulium in iu-
dicium, & occasione huius litis obtinuit gratiam, si neu-
tri, & per clausulas generales capit vacationē per obitum
Raynerij, cuius ius impugnauerat impetrando certo mo-
do, & hoc omnino regula tollere voluit. Et collitigantia,
25 quæ † fuit inter Gregorium & Iulium in effectu quoad
reg. est similis, & æquipollet collitigantiæ, quæ fuisset in-
ter Gregorium, & Raynerium, si fuisset citatus, quia sicut
illa produxit gratiam, si neutri, quæ à regula annullatur,
ita & ista produxisset subrogationē in ius Raynerij, quæ
pariter à regula infringitur. ¶Secundò non obstat, pon-
deratio illorum verborum, taliter impetranti non suffra-
getur subrogatio gratiæ, si neutri, si nulli, nouæ prouisio-
26 nis, & † perinde valere, quasi regula loquatur de impe-
trantibus huiusmodi gratias ex beneficio litis, & vti col-
litigantibus, cum dicto, taliter restringat ad modum ex-
pressum, cap. de tempor. ord. Sed Gregor. non impetrauit
gratiam, si neutri, tanquam collitigans Raynerij. Meritò
27 &c. ¶Nam respondetur, illa † verba, taliter impetranti,
non debere referri ad impetrationem gratiæ subrogatio-
nis, si neutri, si nulli, nouę prouisionis, vel perinde valere,
cùm in regula de impetratione talium gratiarum nulla
mentio, sed referĕda esse ad primam impetrationem fiat
beneficij viuentis, de qua impetratione regula superiùs
expresse loquitur ibi, qui viuĕtium beneficia impetrant,
item ibi, quod illo viuente impetrauit, & talis relatio ad
impetrationem beneficij viuentis intelligitur non respe-
28 ctu qualitatis beneficij viuĕtis, cùm regula intendat † pu-
nire non collitigantiam, sed impetrationem beneficij vi-
uentis tanquam improbam, & odiosam. ¶Tertiò non
obstat, quòd regula intelligatur de eo, qui aliàs esset preci-
29 ficus possessor. ¶ Quoniam † respondetur, regulam, vt
eius verba innuunt, loqui potiùs de iure, & proprietate,
quàm de possessione viuentis. ¶Quartò non obstat, quòd
30 sumus in casu mixto, ex quo † non solùm Gregorius, sed
etiam Iulius ante ipsum hoc idem beneficium certo mo-
do impetrauit, & propterea non videtur casus regulæ, &
sic intrant tradita decis. 31. super reg. ¶ Quippe respon-
detur, nos non esse in regula odiosa, & stricte intelligen-
da, in quibus terminis loquitur Cassad. sed in regula fa-
uorabili, & latè interpretanda, per ea quæ supra diximus,
31 quo casu sub † casu simplici cōprehenditur mixtus, Doct.
in l. 2. in princip. ff. de verb. oblib. ¶ Quintò non obstat,
quòd hæredes Iulij non possunt dare de regula, ex quo
Iulius hoc idem beneficium certo modo prius impetra-
32 uerat, & sic † cùm ipse inciderit in regulam, non poterat
vti exceptione regulæ, ad trad. per Soc. iun. cons. 3. num.
29. lib. 3. ¶ Siquidem respondetur, gratiam, si neutri,
Gregorij fuisse nullam ipso iure ob decretum irritans,
33 quod † habet regula, vt fuit resolutum in hac eadē caussa
die Mercur. 27. Iunij, anni præteriti, & propterea potuis-
set Iulius obiicere de non interesse Gregorij, & dare de
regula, ne fieret vitiosus ingressus, & vitiosa fructuum
occupatio, Roman. cons. 347. nu. 4. cum seq. & maximè,
34 quia † ius metimur ex persona actoris, & non rei. l. qui
accusare, cum vulg. C. de eden. & præsertim etiam, quia
Iulius non dedisset de regula ad effectum canonizationis
suæ gratiæ, sed ad effectum simplicis absolutionis, vt per
Roman. d. cons. 347. num. 5. ¶Vltimò non obstat, quòd
præcedens Iulij impetratio certo modo excusauerit Gre-
gorium à pœna regulæ, cùm † quælibet caussa etiam be- 35
stialis excuset à pœna. ¶Nam respondetur, id non pro-
cedere in iis, quæ sunt contra bonos mores, & omni iure
prohibita, qualis est impetratio beneficij viuentis, tunc
enim diligens requiritur inuestigatio, nec fatua creduli-
tas, nec alia iniusta caussa præstat excusationem, sed † do- 36
lus præsumitur, vt per Angel. Imol. & Cuman. in l. ex con-
sensu. §. si. ff. de appel. Ang. in l. plagij, *la seconda*. C. de pla-
giar. Alexand. cons. 103. sub nu. 13. & 14. lib. 1. Veronen.
cons. crim. 24. nu. 9. Curt. sen. cons. 55. nu. 12. ¶Et in ter-
minis nostris tradit Sarnen. in regul. de impetr. benefic.
viu. quęst. 3. post med. vers. non obst. Dec. cons. 398. & Re-
buf. de reprob. benef. viu. impetr. num. 52. volens iustam
credulitatem excusare à pœna, † vt puta si erat publica 37
vox & fama, mortuum esse illum, cuius viuentis benefi-
cium impetratum fuit.

CANTVCCII.

Ciuitatis Castelli pensionis. Lunæ, 11. Febr. 1577.

SVMMARIA.

1 *Commissio Papæ non præsumitur tollere clausulam, sine re-
tardatione solutionis pensionis, iam concessam.*

2 *Clausula semel concessa semper durat, & est communis om-
nibus instantiis, etiam si in illis commissionibus non sit
apposita.*

DECISIO XLI[illegible]

CConclusum fuit, me non posse procedere in caussa
reductionis reseruationis quatuor prædiorum sine
clausula, sine retardatione solutionis pensionis 70. scu-
torum, non obstantibus exemplo deductis pro parte Ab-
batis, quæ ad duo rediguntur. ¶Vnum est, quòd vis clau-
sulæ, sine retardatione solutionis pensionis, fuit sublata
per commissionem signatā manu S. D. N. ¶Alterum ve-
rò est, quòd in commissione mihi vltimo loco pro parte
Abbatis præsentata, in qua committitur caussa reductio-
nis quatuor prædiorum, adest solùm clausula, sine retar-
datione perceptionis fructuum. ¶Neutrum ex istis fun-
damentis Dominis placuit, quia non potest fieri reductio
reseruationis quatuor prædiorum, quin etiam tangatur
pensio 70. scutorū, ex quo necessariò videndū erit, quanta
sint onera, & sicut reseruatio quatuor prædiorum nō est
separata à pensione 70. scutorum, nec potest agi de redu-
ctione vnius, quin tangatur altera. ¶Hoc stante non ob-
stat illa prima cōmissio signata † manu Sanctissimi, quia 1
illa nō tollit clausulam, sine retardatione solutionis pen-
sionis, iam concessam, licèt de ea non faciat mentionem.
Clausula enim semel concessa semper durat, & † est com- 2
munis omnibus instantiis, etiam si in illis commissioni-
bus non sit apposita, vt per Cassad. decis. 8. de rescript. Et
fuit resolutum coram R. P. D. Blanchetto in vna Noua-
rien. decimarum 15. Nouem. 1575. Et idem dixerunt Do-
mini de secunda commissione habente solùm clausulam,
sine retardatione præceptionis fructuum, quia in com-
missione nō fuit facta mentio de pensione 70. scutorum,
& ideò non tollit vim clausulæ, sine retardatione solu-
tionis pensionis iam concessæ. ¶ Et maximè, quia satis
liquet de mente signaturæ, quę caussam reductionis pen-
sionis 70. scutorum A. C. commisit cum clausula, sine re-
tardatione solutionis pensionis.

CANTVCCII.

Perusin. fractæ veteris. Veneris. 1. Martij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Variatio licita est in prosecutione caussæ, quando ius suum
omne deductum est, nec actor se restrinxit ad vnum.
Idque tantò magis in caussis summariis, nu. 2.*

3 *Solemnitas iuris ciuilis est remissa in iudiciis summariis, &
ius naturale attenditur.*

4 *Agens ex vna caussa, & aliam probans regulariter succumbere debet.*

Fallit in iudiciis summariis, in quibus sola facti veritate inspecta cognoscitur. nu. 5.

DECISIO XLIV.

ARticulos vltimo loco datos ad effectum dandi remissoriam in casu, de quo agitur, ob euidentem eorum relatiuam, admittendos esse, fuit apud Dominos indubitatum. ¶Qui etiam dixerũt, huiusmodi amissionem faciendam esse etiam absque renuntiatione iudicij intentati per Illustrissimum D. Ascanium super prædio, & bonis castri Ripæ, ac etiam absque datione absolutoriæ Dominis de Bõtempis super eodem iudicio cum expensarum condemnatione. ¶Et huius resolutionis ratio fuit, quia cum Illustrissimus D. Ascanius in sua commissione signata per Gubernatorem Perusin. non solùm intentauerit iudicium super spolio, sed super nullitate permutationis, super recisione ipsius ex capite enormis, & enormissimæ læsionis, & super supplemento iusti pretij, & sic non se restrinxerit ad iudicium spolij, & petitorium
1 non sit suspensum, absque dubio † licita est modo variatio hæredi Illustr. D. Ascanij in prosecutione caussæ, per doctr. Bald. in l. per hãc, nu. 12. prope fi. vers. quæro ergo si egit. C. de temp. appel. quam sequitur Rot. in illa Roman. donationis 50000. corã d. meo Aldobrand. 23. & 30. Iulij,
2 1574. ¶Et † tantò magis, quòd caussa fuit summariè commissa, quo casu censetur Illustrissimus Do. Ascanius omne ius sibi competens omni meliori, & sibi vtiliori modo deduxisse, vt debeat eius hæres obtinere in eo,
3 quòd probabit. c. Abbate sanè. de re iud. lib. 6. Cùm † in huiusmodi iudiciis summariis remissa sit solemnitas iuris ciuilis, & ius naturale, siue gentium attendatur, Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, sine figura. Afflict. dec. 205. nu. 4. Neuiz. an cons. 6. n. 8. ¶Et hinc est, † quòd licèt agẽs
4 ex vna caussa, & aliam probans regulariter succumbere debeat, fallit tamen in iudiciis, quæ summariè, & sola facti veritate inspecta cognoscuntur, quale est iudicium, de quo agitur, vt per Marsil. sing. 272. Tiraq. post alios de retract. conuent. in fin. nu. 101. vers. scias tamen. & pleniùs habetur in resolutione facta in illa Roman. donationis. ¶Et ex præmissis tolluntur exemplo deducta, quæ non procedunt in terminis, in quibus nos versamur.

CANTVCCII.

Cæsaraugustan. Capellaniæ. Die 22. Martij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Conditiones in breui appositæ sufficit si coram executore verificatæ fuerint.*

2 *Indultum si sit concessum ad petitionem partis, non potest de eo dari, nisi verificatis in eo narratis.*

3 *Breue per relationem ad literas prouisionis continens derogationem indulti, satis dicitur tribuere iurisdictionem.*

DECISIO XLV.

REsolutum pro validitate sententiæ A. C. quia cùm ipse fuerit specialis executor † breuis, & vigore illius
1 processerit, sufficit coram eo verificatas fuisse conditiones in breui appositas, nempe, Io. Monterde decessisse in possessione, & de mense Octobris. ¶Non obstat decretum irritans, & clausula, sublata, posita in indulto Pij IV. Tum † quia non potest dari de indulto, nisi verificatis in
2 eo narratis, cùm sit concessum non motu proprio, sed ad petitionem partis. Tum etiam, quia in literis prouisionis Ioan. Garziæ adest sufficiens derogatio indulti, vt bene deducunt informantes Garziæ, & iam resolutum fuit, quæ derogatio inest etiam in breui A. C. ex quo expressam habet relationem ad litteras prædictas. ¶Non obst. quòd in eis non A. C. sed alij executores specialiter deputati fuerunt. Quia non propterea tollitur, quin Papa potuerit deputare etiam A. C. vigore breuis. ¶Nec etiam obstat, quòd A. C. se restrinxerit in sua sententia ad specialem facultatem sibi vigore breuis competẽtem. Quia
cùm † breue per relationem ad literas prouisionis Garziæ 3
contineret derogationem indulti, satis tribuebat iurisdictionem A. C. ita vt eius sententia lata vigore breuis non possit ex defectu iurisdictionis dici nulla. ¶Alia deducta pro parte Michaëlis non indigent responsione tanquam concernentia petitorium.

CANTVCCII.

Pampilonen. beneficij de Allo. Ven. 8. Mart. 1577.

SVMMARIA.

1 *Obitus probari potest per testes de fama deponentes ad effectum vacationis.*

Fallit ad effectum reseruationis. nu. 3.

2 *Rota contentatur probatione obitus per publicam vocem, & famam, ad effectum vacationis, secus si reseruationis, cum num. seq.*

4 *Reseruatio mensis apostolici tollit de iurisdictione ordinarij*

5 *Confessio Nucij de Valore beneficij aliquid adminiculatur.*

DECISIO XLVI.

QVoad primam partem de vacatione Domini dixerunt, quòd si agitur ad effectum vacationis, gratia Gundisalui est sufficienter iustificata ex primo. 2. & 4. testibus iuxta quintum interrogatorium, obitum Sanctij de publica voce, & fama probantibus. ¶Ad effectum
enim † vacationis probatur obitus per testes, de fama de- 1
ponentes, cùm de modico agatur præiudicio, quia si is, per cuius obitum beneficium dicitur vacare, adhuc viuit, poterit, cùm primum venerit, beneficium recuperare, vt
per Mohed. decis. 77. tractabatur in caussa Maioricen. Et 2
† Rotam cõtentari probatione obitus per publicam vocem, & famam testatur Put. decis. 266. in vna Vergellen. in fin. lib. 3. ¶Si verò agatur ad effectũ reseruationis, quia
beneficium, † de quo agitur, tanquam vacans in mense 3
Apostolico sit reseruatum, tunc Domini dixerunt, gratiam Gundisalui non esse sufficienter iustificatam. ¶Nam ad istum effectum non sufficit semiplena probatio per publicam vocem, & famam, sed requiritur plena, & con-
cludens, tum † quia agitur de præiudicio ordinarij, vel al- 4
terius prætendentis, collationem beneficij ad se spectare, tum quia tempus obitus, hoc est mensis Apostolicus, est fundamentum intentionis impetrantis, vt per Put. d. dec. 266. & fuit tentum superioribus diebus in vna Elnon. Sacristiæ coram R. D. Lancellotto. ¶Quantùm ad secundam partem de valore Domini habuerunt illum pro sufficienter probato ex septimo, & octauo testibus, & etiam sexius non displicebat, cùm videatur idem sentire vtendo verbis idem ferè significantibus. ¶Et maximè con-
currente † confessione Nutij, quæ etiam si non esset in 5
forma probante, aliquid tamen adminiculatur, cùm in hac materia sufficiat probatio minùs plena, Ægid. decis. 275. ¶Circa tertiam partem de habilitantibus, nihil dictum. ¶Quia pro parte Petri non informabatur.

CANTVCCII.

Amerin. domus. Veneris, 15. Martij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Saluiano interdicto agere possunt hæredes hæredis.*

Amplia etiam si hæres adeundo cesserit iura sibi competentia in illa hæreditate patri suo. num. 2.

3 *Cessio iuris sibi in hæreditate competentis non valet sine aditione præambula.*

4 *Hæreditas adita non dicitur ampliùs hæreditas, sed patrimonium.*

5 *Hæredis appellatione non solùm primi, sed etiam vlteriores hæredes in infinitum comprehenduntur.*

Quod procedit etiam in conditionibus, & in his, quæ sunt stricti iuris, num. 6.

Imò etiam propriè, & verè veniunt nu. 7.

Sed contra Dueñ. 11. folio 28. num. 12.

8 *Libellus sustinetur, in quo quis dixerit se hæredem Titij, & non fuerit immediatè, sed mediante persona alterius.*

9 *Imò etiam si hæres hæredis non propriè, sed largè, & impropriè diceretur hæres defuncti nu. 9.*

10 *Hæredis verbum debet impropriari ad sustinendum intentionem libellantis.*

11 *Hæres hæredis, an rectè dicat in libello se hæredem defuncti. Quod sic, cum nu. seq.*

12 *Intellectus ad l. amitæ. C. commu. de success. quo casu procedat.*

13 *Superueniens ius ex caussa de præterito conualidat iudicium secus si ex caussa de futuro, & nu. 17.*

14 *Filius admittitur ad reuocandam alienationem aduentitiorum à patre factam.*

15 *Præscriptio filiofamilias non currit in aduentitiis.*

16 *Filius existens in potestate patris non potest reuocare alienationem aduentitiorum à patre factam.*

17 *Ius superueniens ex caussa de futuro lite pendente non conualidat iudicium.*

18 *Fallit de iure canonico. num. 18.*

19 *Item fallit in exercitio actionis superuenientis. nu. 19.*

20 *Proprietas actionis in aduentitiis acquiritur filio, exercitium verò spectat ad patrem, si habet vsumfructum. & quare num. seq.*

21 *Pater in aduentitiis filij ratione vsusfructus est legitimus administrator.*

22 *Vsusfructus bonorum maternorum spectat ad patrem.*

DECISIO XLVII.

DVbitaui die Veneris, 15. Martij. 1577. In caussa Amerin. domus, *an in casu, de quo agitur, Ascanius & fratres de Moricombus vigore instrumenti dotis & hypothecæ Hortensiæ eorum auiæ maternæ potuerint tanquam hæredes d. Hortensiæ, mediante persona Claudiæ eorum matris, viuente Hieronymo patre Claudiæ, agere vtili Saluiano interdicto, ita vt à sententia lata contra d. Hieronymum, & Æggeum non licuerit appellare.* ¶ Fuit conclusum affirmatiue ad fauorem eorundem Ascanij, & fratrum quoad vtrumque

1 caput, eos scilicet potuisse agere † vtili Saluiano interdicto, tam veluti hæredes Hortensiæ, quàm etiam viuente Hieronymo, ita vt à sententia Maceraten. non licuerit appellare. ¶ Circa primum caput penes Dominos nulla fuit dubitatio, quin Ascanius, & fratres po-

2 tuerint agere † tanquam hæredes Hortensiæ eorum auiæ maternæ mediante persona Claudiæ eorum matris, licet enim Claudia adierit hæreditatem Hortensiæ eius genitricis, cedendo Hieronymo eius patri iura sibi in hæreditate

3 materna competentia, cùm † aliàs cessio non valuisset sine aditione præambula l. si ann. C. de iure delib. l. illud. ff. de acquirenda hæreditat. not. in l. egerit. eodem tit. Corn. cons. 52. num. 9. versic. item constat, & nu. seq. lib. 2, Castrens. in l. pactum, quod dotale. nu. 8. vers. sed etiam non. C. de collat. Soc. alios allegans cons. 147. nu. 7. vers. secundus effectus. & nu. 8. lib. 1. Craner. consil. 200. num. 1.

4 & † propterea ex hac aditione Claudiæ erat confusum patrimonium, nec dicebatur amplius hæreditas Hortensiæ, sed Claudiæ, l. sed si plures. §. Titio impuberi. cũ concor. ff. de vulg. & pup. nihilominus ex hoc non tollitur, quin Ascanius, & fratres dicantur, & sint hæredes Hor-

5 tensiæ, & tanquam tales potuerint agere, cùm † hæres hæredis, sit etiam hæres defuncti, & appellatione hæredis non solùm primi, sed etiam vlteriores in infinitum comprehendãtur hæredes, l. fi. C. de hæred. instit. l. si quis filiũ. §. fi. ff. de acquir. hæred. l. hæredis appellatio. l. sciendum. & l. hæredis appellatione. ff. de reg. iur. l. qui per suc-

6 cessionem. ff. de reg. iur. cum similibus. ¶ Idque † procedit etiam in conditionibus, & in his, quæ sunt stricti iuris, Aretin. in l. paterfamilias. ad fin. & ibi Ias. nu. 4. ff. de vulg. & pup. Dec. in d. l. qui per successionẽ, nu. 1. & ibi Cagnol. nu. 4. Tiraq. latè de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. nu. 20. & le mort saisit. part. 2. declaratione nu. 10. & 11. ¶ Imò † etiam

7 propriè, & vers. vt per Bald. in d. l. fin. q. 21. nu. 41. Castr. cons. 45. in fin. lib. 2. Corn. in l. amitæ. prope fin. C. commun. de success. Tiraq. d. gl. 6. nu. 21. & d. declarat. 5. nu. 12. Alciat. in d. l. hæredis appellatio. in princ. & ibi latius Rebuf. in fin. pag. 449. in verbo continetur. Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. in 1. lect. nu. 11. in fi. & in 2. lect. nu. 149. ff. de leg. 1. & latiùs idem Ias. iuribus & rationibus hãc sententia cõprobans, & ad contraria respõdens in d. l. si quis

8 filiũ. §. fi. nu. 6. vsq; ad 14. Et † in terminis nostris, vt quando quis in libello dixerit se hæredem Titij, & nõ sint immediatè eius hæres, sed mediante persona alterius, sustineatur libellus, voluerunt Dyn. Bart. & alij, & præcipuè Ias. nu. 3. & 4. in d. l. si quis filium. §. fin. Cyn. Bart. & alij in l. fin. & maximè Alex. nu. 3. vbi de commun. C. de hæred. instit. Corn. in d. l. amitæ. C. commun. de success. Tiraq. d. glo. 6. nu. 21. in fi. Ias. alios citãs in dict. l. paterfamilias. nu. 5.

9 ¶ Imò etiam † si hæres hæredis non propriè, sed largè, & impropriè diceretur hæres defuncti, vt voluit Aret. in l. fin. §. fin. in vltimo not. ff. de vulg. & pupil. Dec. in d. l. qui per successionem. nu. 3. & ibi Cagnol. nu. 10. in fin. & seq. Gomez. in §. pœnales. nu. 12. vers. & licet hæres. Instit. de

10 actio. nihilominus † ad sustinendam intentionem libellantis verbum, hæredis, debet impropriari, vt per Ias. in d. l. si quis filium. §. fin. nu. 4. ad text. per Bart. & alios in l. sed & si possessori. §. item si in numero. per illũ text. ff. de iure iur. ¶ Et quãuis cõtra præmissa, † nempe hæredem hære-

11 dis non rectè dicere in libello, se hæredem defuncti teneant Cuman. in d. l. paterfamilias. in fin. & Bolognin. in d. l. fin. nu. 2. post med. vers. tamen est contra. C. de hæred. inst. per textum l. amitæ. tamen respondetur secundum Corn. ibi, & Alex. in d. l. fin. nu. 4. in fin. & in d. l. paterfamilias. num. 5. vers. sed Raphael. & ibi Ias. nu. 4. vers. sed in contrarium. d. l. amitæ. procedere, † quando filij fuerunt hæ-

12 redes amitæ, & nepos qui petebat, dicebatur immediatè hæredem amitæ, & sic petebat iure proprio, vt patet ex illis verbis, suo nomine non rectè petis. ¶ Quantum ad secundum caput, *an Ascanius, & fratres potuerint agere viuente Hieronymo patre Claudiæ*, Domini omisso fundamento vergentiæ Hieronymi ad inopiam, quod sibi non placuit, tenuerunt, illos potuisse agere, tum ex eo, quod propter obitum Hieronymi ante sententiam Maceraten. & sic litè pendente superuenit † etiam caussa de præte-

13 rito, quæ superueniens d. iudicium conualidauit, & profuit eis ad obtinendam [illegible] l. si rem. §. fin. & ibi glo. Odofr. Alberic. Bal. [illegible] Castr. Salyc. Aretin. & alij. ff. de pign. actio. Corn. [illegible] [illegible] pyc. dec. 16. nu. 9. vers. sed de hoc Ruin. cons. 12. nu. 8. lib. 4. cũ aliis cumulatis per Ant. [illegible] lib. 2. [illegible] conclus. 2. in princ. ¶ Tum † etiam ex eo, quia filius admit-

14 titur ad reuocandam alienationem aduentitiorum à patre factam, Balan lib. 6. in [illegible] est remedium & ibi [illegible] la est. C. de iure deliberan. Ias. [illegible] Col. 3. vers. confirmatur per illud. lib. 5. Fabian. in auth. [illegible] in fi. C. de inof. testam. Pass. in c. 1. nu. 34. de præscr. latissime Pinel. iuribus & rationib. opinionem istã confirmãs in l. 1. par. 3. nu. 44. in auth. nisi tricennale. nu. 44. & 45. C. de bon. mater. pulchre Didac. var. resol. lib. 1. c. 8. §. 6. vers. est, & alia, ibi ex hoc tamen. ¶ Verùm aliqui ex Dominis existimabant, hoc etiam [illegible] re sine difficultate; quia † lex filiofamilias in aduentitiis

15 denegauit agendi, & ideo non currit et præscriptio, d. auth. nisi tricẽnale. C. de bon. mater. & in l. 1. §. fi. C. de annal. excep. quæ iura ita intelligunt Bart. Ias. & alij relati per eundẽ Pinel. in d. auth. nisi tricennale. sub nu. 42. & sub num. 44. quia Doct. communiter videntur sentire, fi-

16 lium, † dum in patris potestate existit, non posse reuocare alienationem aduentitiorum à patre factã. Et in specie

tradit Bart.in l.si cõstante.nu.63.& ibi Crot.in 1.lect.nu.
118.cum seq.ff.solut.matrim. Bellon.consil.24.num.5. &
cap.1.de pact.nu. 214. ¶Attamen Domini fuerunt con-
cordes circa fundamentum superuenientiæ iuris ex cauſ-
ſa de præterito. ¶Nec quicquam esset, si diceretur, nos
esse potiùs in superuenientia iuris, lite pendente ex cauſ-
17 ſa de futuro, quæ † superuenientia non conualidat iudi-
cium,l.nõ potest. & ibi Bart.Bald. Angel.Castr.& & alij.
ff.de iudic.cũ aliis adductis per Anton. Gabriel. lib.2. de
iudic.conclus.3.in princ.Idq; in casu nostro ex eo videtur
colligi, quod post litem contestatam superuenerit Asca-
nio, & fratribus per obitum Hieronymi exercitiũ actio-
nis competentis Claudiæ eorum matri. ¶Quia vltra,
18 quòd † de iure canonico nõ habet locum prædicta con-
clusio,vt per eundẽ Gabriel.post alios d.conclus.3.nu.20.
limitatur etiam non procedere, quando tempore litis
19 contestatæ † non deficiebat actio, sed exercitium tan-
tùm: tunc enim potest exercitium superuenire litè pen-
dente,& conualidare iudicium, & prodesse, vt sequatur
sententia,vt per Bald.in l.per diuersas. q.13.nu.17.ad fin.
C.mand.per l.si rem. ff.de pignor.actio.sequitur Imol. in
l.si Titius.nu.2.prope fin. vers.item secundùm Bald. præ-
fata vera.& ibi Claud.de Seisel.n.11.circa med.vers.præ-
dicta omnia ff.de verb. oblig. addentes id meliùs probari
in l.si autẽ.§.1.ff.de rei vind.hoc idẽ voluit Ang.in l.item
videndum.§.si quis cum petatur.num.1.ff.de peti.hæred.
Castr.in l.non potest.nu.8.ff.de iud.Gabriel.d. conclus.3.
nu.11. ¶Et non est dubium in casu nostro proprietatem
actionis cõpetiisse Claudiæ in bonis maternis,licèt exer-
20 citium spectauerit ad Hieronymum,cùm † hodie in ad-
uentitiis proprietas actionis acquiratur filio, exercitium
verò pertinet ad patrem si habet vsumfructum.¶Et ratio
21 est,†quia pater,ratione vsusfructus est legitimus admini-
strator,ita Bart.in l.si longiùs.§.si filius.nu.3.& ibi Angel.
nu.5.in fin.Castren.nu.2.prope finem.versic. hodie verò.
& ibi Iacob.de sancto Georg. nu. 7. post. med. eod. vers.
hodie verò.ff. de iud.idem Castr.in d.authen. nisi tricen-
nale.in princ.Corn. in l.fin.§. in computatione sub nu.6.
C.de iur.delib. Bellon.cons.24.num.5. ¶Et probatur se-
cundùm eos in l.1. C.de bon.mater.& in l.fi.§.vbi autem
in vnum.C.de bon.quæ liber.& in l.1.in fin.Cod.de ann.
poss. ¶Vnde cùm ab initio ante litẽ contestatam compe-
tierit Claudiæ actio in bonis maternis, quæ transiuit in
Ascanium, & fratres eius filios, & hæredes, & postea li-
te pendente, eis per obitum Hieronymi superuenerit
exercitium actionis, quod ab eius vita erat impeditum,
22 ex quo vsusfructus † dictorum bonorũ maternorum ad
eum in eius vita spectabat,l.1.C.de bon.mater. sequitur,
ex tali superuenientia iudicium conualidatum fuisse, &
sententiam in eo rectè latam esse.¶Non obstant,deducta
pro parte hæredum Ægidij: ex iis enim multa sunt extra
punctum, quale est etiam illud, quod dicitur de renun-
tiatione Claudiæ,& propterea respõsione non indigent.
¶Quæ verò punctum attingunt,ex præmissis tolluntur.

CANTVCCII.

Portuen.restitutionis in integrum.Lunæ,4.Febr.1577.

SVMMARIA.

1 *Arbitrarium est iudicis cognoscere, an quis sit pauper, vel ne,ex commun.*

Intellige tamen,vt nu. seq.

3 *Pauper is dicitur, cuius facultates pro solutione eius debiti non sufficiunt.*

4 *Paupertas ad aliquid considerata, semper ad illud est metienda.*

5 *Pauper an aliquis sit, inspicitur fructus,& non valor bonorum.*

6 *Bart.in l.si quis bonis,ff.de cessio.bon.loquens de paupertate,quomodo intelligatur.& nu.seq.*

7 *Dispositio l.qui bonis.ff.de cessio.bon.quo casu loquatur.*

8 *Debitor, qui bonis cessit,in quæsitis post cessionem non tenetur,nisi in quantum facere potest: secus in ante quæsitis, & num seq.*

9 *Debitor omnia bona quæsita ante cessionem debet dare creditoribus etiam si nudus remaneret.*

10 *Maritus habens possessionem, vel palatium magni valoris, sed modici redditus,cogitur vendere, & satisfacere mulieri de dote, & residuum pretij in rem maioris redditus conuertere.*

11 *Alimenta de annuo redditu præstari debent,non de valore bonorum, quorum proprietas pro eis præstandis non debet vendi.*

Intellige tamen,& limita,vt nu.seq.

DECISIO XLVIII.

COnclusum fuit negatiuè non cõstare de tali pauper-
tate Illustr.D.Hieronymi,vt fructus,& expensæ de-
beant in fine litis reseruari. Quamuis enim communior,
& verior sit opinio, vt diiudicatio qualitatis paupertatis,
an † quis sit pauper, vel ne, arbitrio iudicis relinquatur, 1
Bar.in l.si constante.nu.14.quem cæteri sequuntur. ff.so-
lu.mat.glos.& Doct.omnes in auth.prǽterea.C.vnde.vir.
& vx.Didac.alios citans,& de communi attestans, lib.2.
var.resol.c.6.nu.8.Menoch.multò plures cumulãs,& ma-
gis commun.asserens,de arbitr.cas.67. nu.7.hoc idẽ asse-
uerat Alb.cons.69.nu.4.Nihilominus id intelligitur,†vbi 2
agitur de paupertate simpliciter, & absolutè: at secus,
quãdo respectu alicuius certi,& determinati effectus,vt
puta respectu alicuius debiti soluendi, prout in casu no-
stro: tunc enim † is dicitur pauper, cuius facultates pro 3
solutione illius debiti nõ sufficiunt,ita Bal.in d.auth.pre-
terea.n.4 motus ex §.sed neque,in auth.de fideiussor.& l.
nam is.ff.de dol.mal.& Bald.sequitur ibi Salyc.q.4.& Fa-
bian.de Pep.nu.74.subdens,quòd quotiescunq; quæritur
de paupertate respectiuè ad aliquid, semper † metimur 4
paupertatem respectiuè ad illud,Ias.in d.l.si cõstante.nu.
145.vers.sicut etiam.& Abb.d.cons.69.nu.6. ¶Vnde cùm
in casu nostro non agatur de paupertate D. Hieronymi
simpliciter, & absolutè, ita vt habenda sit ratio nobilita-
tis,& conditionis ipsius, & per cõsequens habeat locum
arbitrium iudicis, sed specialiter respectu certi & deter-
minati effectus, hoc est, respectu solutionis mille scuto-
rum ratione fructuum, & expensarum debitorum, cùm-
que idẽ D.Hieronymus absque dubito tot habeat in bo-
nis,& debitum istud soluere possit,cõsequens fit,eum ad
hunc specialem, & certum effectum pauperem minimè
censendum esse. ¶Non obstat, quòd D.Hieronymus non
teneatur vendere, vel dare in solutum partem aliquam
tenutæ Carlottæ. ¶Quia ad † dignoscendum,an aliquis 5
sit pauper,inspicitur fructus, & non valor bonorũ, Bart.
in l.qui bonis.per illũ tex.ff.de cess.bonor.sequitur Ias. in
d.l.si constante.nu.149.in fi.Natt.cons.590.nu.14.in. fin.
lib. 3. ¶Nam respondetur, Bart. non loqui respectu
dignoscendi † qualitatem paupertatis, sed respectu exi- 6
gendi aliquem debitorem in quantum facere potest,quo
casu(inquit)inspiciendum esse quantùm ex eius patrimo-
nij fructibus redigi potest, non quantùm ex venditione
rerum redigeretur. Et † text. in d.l.qui bonis, in quo do- 7
ctrina Bart. fundatur, non faciat ad propositum, quia lo-
quitur de bonis quæsitis post cessionem, in quibus iura
magis fauent ei, qui cessit bonis, vt non teneatur, nisi in
quantum facere potest: at † secus in bonis quæsitis ante 8
cessionem, in quibus iura fauent creditoribus, vt patet
tot.tit.de cess.bonor. Ita illum text. intelligit Imol. in l.si
maritus in id.nu.2. in fi.vers.nec obst. quẽ sequitur ibi A-
lex.nu.4.vers. Imola verò dicit se putare.ff.solu. matrim.
idẽ Alex.in l.si maritũ.col.vlt.prope fi.vers.ad l.qui bonis
ff.eod.tit.vbi etiam subdit, debitorem bona quæsita ante
cessionem debere †omnia dare creditoribus,etiam si nu- 9
dus remaneret,arg.l.penul.& ibi not ff.de ces bonor. se-
quitur etiam Campeg.de dot.part.3.quæst.239.sub nu.2.
¶Et

¶Et facit pro hac opinione, quod dicunt Doct. de mari-
10 to habente possessionem, vel turrim, vel palatium † magni valoris, sed modici redditus, quod cogitur vendere, & ex pretio satisfacere mulieri, restituendo ei integram dotem, & consulere sibi conuertendo residuum pretij in rem maioris redditus, ita Ang. in d. l. si maritus in id. nu. 1. vers. & si vir haberet. & ibi Imol. nu. 2. vers. 2. adde. per text. in l. qui potest. ff. de reg. iur. & latiùs ibi Alex. in d. l. maritum. col. vlt. prope fin. vers. sed quid si maritus. hoc idē post Nicol. de Martar. voluit Bal. in l. 2. nu. 2. C. quod cum eo & in l. quod nomine ad fi. ff. de cond. indeb. & in l. fi. nu. 6. C. qui bon. ceder. poss. Campeg. d. q. 139. num. 2. ¶Nec obstat simile de alimentis, in quibus consideratur
11 redditus annuus, non valor bonorum, quorum † proprietas non debet vendi pro alimentis præstandis, l. Imperator. in fi. & ibi Doct. ff. ad Treb. Bart. in l. peuul. in princ. ff. de adimen. leg. Ang. in l. 1. in fin. C. de leg. Bald. cons. 30. lib. 2. Ang. in l. qui bonis. ff. de cessio. bon. & in l. Nesennius. §. fi. & ibi Imol. ff. de re iudicat. Alex. cons. 200. nu. 7. lib. 1. Dec. in l. diuus Pius. ad fi. ff. de reg. iur. Crauet. cons. 199. num. 11. Roland. consil. 22. num. 21. lib. 1. cum simil.
12 ¶Quia respondetur, id † procedere in alimentis debitis titulo lucratiuo: at secus in debitis ex caussa onerosa, cùm lucri & damni diuersa sit ratio, l. fin. C. de codicil. Et secundo casu procedit regula l. qui potest. ff. de reg. iur. & ita ad obiectum respondendo declarat Alexan. in d. l. maritum. ad fin. & in d. l. si maritus. num. 4. prope fin. vers. sed ad ista. & Campeg. d. q. 239. in fi. ¶Ad alia quæ allegantur pro parte D. Hieronymi, non est opus respondere, cùm ex præmissis sufficiens pateat illis responsio.

CANTVCCII.

Roman. palatij. Die Veneris, 8. Martij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio expressa testatoris debet attendi.*

2 *Prohibitio expressa, & absoluta non dicitur, in qua in aliquo casu necessitatis alienatio permittitur.*

3 *Præscribi posse quæ absolutè prohibentur alienari differt, ab eo, quod non possint præscribi, quæ non absolute, sed cum certa solemnitate prohibentur alienari.*

4 *Dispositio l. fin. §. fi. de leg. 2. quod non habeat locum stante expressa prohibitione testatoris, an sit communiter recepta. Quod sic. nu. seq. & nu. 7. & 8.*

Quæ est de iure vera, & tenenda. num. 9.

Imò eam receptionem aliqui tenent, & in iudicando, & consulendo ab ea non esse recedendum. nu. 6.

10 *Prohibitio expressa testatoris alienandi reddit alienationem ipso iure nullam ab initio, impedit translationem dominij, & repellit alienantem tanquam indignum à reuocatione rei alienatæ: in tacita hæc omnia cessant, cum nu. seq. ex communi. & nu. 12.*

13 *Expressa magis operantur, quàm tacita, & nu. 16.*

Limita in aliquibus casibus. nu. 14.

15 *Tacitum & expressum se habent tanquam excedentia, & excessa.*

16 *Expressum magis operatur, quàm tacitum ad effectum annullandi actum. ex communi.*

17 *Prohibitio alienationis tam legis, quàm hominis operatur vt alienatio omnino censeatur prohibita etiam in casibus à iure aliàs permissis.*

18 *Caussa duplex prohibitiua vincit vnam tantùm permissiuā.*

19 *Ignorantia, qua nititur dispositio l. fin. §. final. de leg. 2. est vnica, & simplex caussa permissiua alienandi bona subiecta restitutioni.*

20 *Ratio iustæ ignorantiæ, in qua fundatur dispositio l. fi. §. fin. de leg. 2. non est tantæ efficaciæ, vt possit operari effectum translationis dominij, quam expressa prohibitio ab initio impediuit.*

21 *Actus à principio validus faciliùs conseruatur, quàm de nouo conualidetur actus ab initio nullus.*

22 *Ignorantia operatur conseruationem actus ab initio validi, non autem conualidationem actus à principio inualidi.*

23 *Dispositio l. fin. § fi. de leg. 2. non habet locum in fideicommisso puro. ex veriori, & communiori.*

25 *Mulier si iurat non alienare fundum dotalem duplex concurrit prohibitio, legis scilicet & hominis.*

25 *Alienatio etiam iurata facta contra duplicem prohibitionem, scilicet legis, & hominis, non valet. ex communi.*

Limita in ignorante iuramentum de non alienando. nume. 26.

Declara tamen, vt nu. seq. & 28.

27 *Emens rem dotalem facit contractum à iure prohibitum.*

28 *Mulier si dolosè taceat iuramentum de non alienando caussa decipiendi emptorem, valet alienatio: secus si ex simplicitate. & nu. seq.*

29 *Simplicitas in muliere præsumitur, nisi contrarium probetur.*

30 *Permissio duplex tollit duplicem prohibitionem.*

31 *Alienari possunt bona fideicommisso subiecta ex caussa dotis etiam interueniente expressa prohibitione alienationis.*

32 *Testator in quacunque eius generalis prohibitione alienationis non præsumitur cogitasse de caussa dotis specialiter à lege in hoc priuilegiata.*

Imò nec specialiter, nec in indiuiduo potest prohibere alienationem ex caussa dotis. nu. 33.

34 *Fideicommisso conditionali subiecta non sunt à lege alienari prohibita.*

35 *Prohibitio legis cessat in fideicommisso conditionali.*

Declara, vt nu. 38. & 39.

36 *Alienatio fideicommissi conditionalis non prohibetur à lege, nec etiam tacitè, sed solùm datur consilium, ne fiat alienatio.*

37 *Prohibitio testatoris expressa facit cessare tacitam legis prouenientem ex præsumpta mente testatoris.*

Declara, vt nu. 44. & seq.

39 *Alienatio fideicommissi conditionalis facta pendente conditione in præiudicium fideicommissarij, vt irreuocabiliter valeat, prohibita est à lege.*

Imò simpliciter pendente conditione facta alienatio prohibetur à lege. nu. 40.

41 *Alienatio fideicommissi conditionalis est contra tacitam legis prohibitionem.*

42 *Consilium legis de non alienando innuit tacitam eius voluntatem.*

43 *Prohibitio legis de non alienando in dubio intelligenda est de expressa.*

44 *Tacitum illud cessare dicitur, quod sub expresso continetur, non aliàs. & nu. seq.*

45 *Prohibitio tacita alienationis fideicommissi conditionalis subintelligitur à lege, etiam deficiente expressa prohibitione testatoris.*

46 *Expressum non facit cessare tacitum, quando in tacito eadem est ratio, quæ in expresso.*

47 *Prouisio hominis non facit cessare legis prouisionem quando prouisio hominis idem per omnia continet, quod legis prouisio.*

48 *Pretium in vniuersalibus succedit loco rei venditæ, etiam stante expressa prohibitione testatoris.*

49 *Ratio expressa legis est attendenda, & ab ea non discedendum.*

50 *Alienans ignoranter rem subiectam fideicommisso conditionali, excusatur à pœna priuationis. & num. 52. 53. & 54.*

51 *Heres si alienat fideicommissum conditionale pendente conditione, alius statim vocatur, & fideicommissum efficitur purum.*

52 *Hæres scienter alienans fideicommissum, incidit statim in pœnam priuationis; secus si ignoranter. nu. 54.*

53 *Fideicommisso locus fit ob non paritionem siue contrauentionem hæredis.*

54 *Alienatio facta ab hærede ignorante fideicommissum est nulla, licet excusetur à pœna priuationis.*

55 *Alienatio, de qua in l. fin. §. fin. de leg. 2. quod habeat locum etiam in fideicommisso vniuersali puro, etiam ab initio est nulla.*

56 *Dispositio l. fi. §. fin. de leg. 2. non procedit in fideicommisso vniuersali puro, ex magis communi.*

Item an procedat in legato, siue fideicommisso particulari, est quæstio valde difficilis, ita vt modo affirmatiuam, modo negatiuam. Doct. teneant nu. 57. & seq.

Item non habet locum, quando expressa testatoris prohibitio interuenit.

Item an procedat in fideicommisso relicto, vt permaneat in familia num. 61.

DECISIO XLIX.

IN caussa Roman. palatij die Ven. 8. Martij, 1577. proposito à me dubio, *an dispositio l. final. §. fin. ff. de legat. 2. habeat locum in casu, & ad effectum, de quo agitur stante testamento Gasparis senioris?* Et præsupposita (sine veri præiudicio) ignorantia tam Quirini venditoris, quàm Vortij emptoris, Domini materiam in quatuor distinxerunt difficultates. ¶Prima fuit, *an simus in expressa prohibitione.* ¶Secunda, *an dispositio d. §. fin. habeat locum, quando res, quæ subiacent restitutioni sub conditione, sint expressè à testatore alienari prohibitæ.* ¶Tertia, *an cesset in fideicommisso particulari.* ¶Quarta, *an in fideicommisso particulari habente caussam perpetuam nempe, vt remaneat in familia.*
¶Quoad primam difficultatem Domini absque dubio
firmarunt, nos esse in expressa testatoris † prohibitio-
1 ne, vt patet ex verbis testamenti ibi, item prohibuit di-
ctis Dominis, Quirino & Horatio, & eorum descenden-
tibus alienationem domus &c. ¶Nec obstat, quòd exẽplo
dicitur testatorẽ in casu necessariæ alienationis non pro-
hibuisse illã simpliciter, sed sine certa solemnitate, nem-
2 pe, † vt priùs deberent requiri illi de familia, si vellent
emere, quo casu nõ dicitur expressa, & absoluta prohibi-
tio, Abb. in c. cùm nõ liceat. nu. 7. vers. licet possit respon-
ri de præscr. Soc. cons. 266. nu. 24. vers. ampliùs etiã scien-
dum est. lib. 2. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 135. vers.
tenendo tamen, cum alijs congestis per Gabriel. lib. 5. tit.
de præscr. concl. 13. nu. 19. Nam domini dixerunt hanc
3 doctr. Abb. ad rem nostrã nihil facere, quia licèt † aliud sit
posse præscribi, quæ absolute prohibentur alienari, &
aliud non posse præscribi, quę non absolutè, sed cum cer-
ta solemnitate prohibentur alienari, tamen Domini non
viderunt quid inde ad casum nostrũ inferatur. ¶Quan-
tùm ad secundam difficultatem duplex in ea adhibita fuit
4 inspectio. Vna, *an † opinio Castr. & aliorum tenentium, dispositionem d. §. fin. non habere locum stante expressa prohibitione testatoris, sit communiter recepta?* Altera fuit inspectio, *an d. opinio sit de iure vera, & tenenda?* ¶Circa primam inspe-
ctionem Domini sine difficultate firmarunt, Castr. opi-
5 nionem nedum communem † sed receptissimam esse.
Ita námque voluerunt Castr. in d. §. fi. in fin. & clarius in
cons. decisiuo 16. alias 247. nu. 5. ante med. vers. sed & alia
responsio. lib. 1. Barb. cons. 14. ad fi. lib. 3. Corn. cons. 294.
nu. 5. lib. 3. Capr. cons. 83. nu. 7. in fi. & nu. 8. Soc. cons. 49.
nu. 13. & 14. lib. 1. cons. 75. nu. 17. eo. lib. & cons. 123. nu. 4.
lib. 3. Dec. cons. 38. nu. 4. prope fi. vers. quamuis etiã Ruin.
cons. 111. in fin. cons. 123. num. 12. vers. vel quando bona.
cons. 147. nu. 14. & cons. 150. nu. 8. vers. 4. hoc etiam lib. 2.
& cons. 161. nu. 73. vers. ex quibus infert. lib. 4. Grat. cons.
91. nu. 14. & 15. lib. 1. Curt. iun. cons. 88. nu. 6. Rimin. iun.
cons. 23. nu. 324, cum seq. latissime Roland. cons. 81. nu.
17. cum seq. vsque ad fin. consilij, lib. 2. Ioan. Dilect. de art.
testan. tit. 8. caut. 9. num. 2. Tiraquel. de ll. connub. glos. 7.
nu. 57. Dec. Pedemont. 73. in fin. pleoè. Alex. in l. quidam
testamento. §. fi. nu. 2. post med. & nu. 3. ff. ad Trebel. idem
Alexand. in l. Marcellus. §. res quæ. num. 5. & ibi Claud.
nu. 4. versic. item circa quartam. ff. eod. tit. ad Trebell. Ias.
in d. §. diui. in secunda lectura. num. 100. vers. confirmo.
& ibi Ripa. num. 11. & num. 45. in fine Claud. num. 12.
Ambros. de Opizon. num. 22. circa med. versic. hoc idem
vlt. & num. 23. & Bolognet. nom. 80. & 81. Et † hancesse 6
se receptiorem opinionem inquit Alciat. in d. l. fin. §. fin.
nu. 7. & ab ea in consulendo, & iudicando minime rece-
dendum fatetur. Soc. d. §. res quæ nu. 10. in fi. Et quamuis
contrarium in stricta disputatione senserit idem Soci. d.
nu. 10. & contrariam sententiam expresse firmauerit Al-
ciat. in d. §. fin. nu. 6. vers. sed quid si testator. & in d. §. di-
ui. nu. 23. vers. quo fit, & latiùs ibi Ruin. nu. 55. ante med.
vers. nec obst. idem Ruin. in d. §. res quæ. nu. 5. vers. idem
dum quarto. & consil. 89. num. 38. consil. 109. num. 22. &
latissimè cons. 118. per tot. lib. 2. nihilominus negari † nõ 7
potest, quin prior opinio sit magis communiter recepta,
imò dici potest eam, præsertim in casu nostro, contradi-
ctore carere. Soc. enim in d. §. res quæ. sentit, posse à com-
muni solùm in via disputatiua recedi, non † autem in via
consultiua, & decisiua, in qua ipse semper communem
amplexus est. vt patet in præallegatis eius consiliis. Ruin.
fuit sibimet contrarius, ideóque in eius auctoritate non
debet vis fieri. Alciat. verò in d. §. fi. nu. 6. & 7. distinguit
inter prohibitionem simplicem, & habentem caussam
perpetuam, puta vt bona in familia conseruentur, vt in
casu nostro accidit, & primo casu impugnat cõmunem,
in secundo illam sequitur. ¶Quantùm ad secundam
inspectionem Domini dixerunt † communem opinio- 9
nem de iure veram, & tenendam esse. ¶Primò, quia ex-
pressa testatoris prohibitio alienandi est fortior, & ma-
gis operatur, quàm tacita: † expressa enim reddit aliena- 10
tionem ipso iure nullam ab initio, impedit translatio-
nem dominij, & repellit, alienantem tanquam indignum
à reuocatione rei alienatæ. In tacita † hæc omnia cessant, 11
vt per glos. communiter approbatam in l. cùm pater. §. li-
bertis. in glos. 2. & ibi Doct. & maxime Castr. num. 4. ff. de
leg. 2. idẽ Cast. in l. peto. §. fratre. nu. 2. circa med. ff. eo. tit.
Bar. in d. §. diui. nu. 6. vers. certè, & ibi Castr. nu. 7. vers. in-
terdum. Claud. nu. 12. Ias. in 1. lect. nu. 66. & in 2. nu. 100.
Rip. num. 47. Crot. nu. 32. Ferdinan. Loaz. num. 114. Ro-
der. Suar. alleg. 3. nu. 7. Gomez. in ll. Tauri. in l. 40. nu. 88.
Ruin consil. 23. num. 13. lib. 5. Tiraquel. alios citans de ll.
connub. glos. 7. nu. 57. ¶Et hanc esse † communem fateu-
tur Gomez. dict. no. 88. Loaz. d. §. diui. numero 114. Ias. 12
prima lectur. nu. 66. & omnes eam sequi asserit ibi Socin.
iun. num. 91. quicquid ipse in contrarium sentiat. ¶Et
comprobatur hæc conclusio ex quamplurimis exemplis
aperte ostendentibus † expressa fortiora esse, & magis 13
operari, quàm tacita, cumulatis per Tireq. d. glos. 7. num.
49. vsque ad 81. Curt. iun. in l. cum quid. nu. 15. & ibi Ias.
in 2. lect. nu. 9. vsque ad 16. ff. si cert. per. Et Euerard. in lo-
co ab expresso ad tacitum, circa med. vers. ne tamen deci-
piaris. Et licèt plures sint etiam casus, † in quibus taciti, 14
& expressi eadẽ sit virtus, vt per Doct. & præcipuè Ias. in
d. l. cum quid, & latiùs Euerardũ vbi supr. in princ. vsque
ad med. Et † propterea tacitũ, & expressum se inuicẽ ha- 15
beant tanquam excedentia, & excessa, vt inquit idem E-
uerard. vbi sup. post med. nihilominus Doct. in hac ma-
teria certas tradunt doctrinas, & conclusiones, inter quas
adest illa, quæ est communiter recepta, quod ad effectum
† annullandi actum est efficacius, & magis operatur ex- 16
pressum quàm tacitum, l. nõnunquam. ff. de cond. & dem.
l. expressa. ff. de reg. iur. Doct. in l. ex diuerso. §. si in iudi-
cio, & præcipuè Imol. col. 1. ver. itẽ non ob quod taciti &
expressi. & Rom. n. 7. ff. sol. matr. Dec. in d. l. expressa. n. 2.
3. & 4. & ibi Cag. nu. 1. & 2. Alex. in d. l. cũ quid nu. 9. in fi.
Rimin. nu. 11. ver. & in quantũ. Curt. iun. nu. 15. ver. septi-
mus

mus casus.& Ias. int. lect.nu.6.in 3.limitat.& in 2.lectu-
nu.17.Alex.cons.59.num.15.lib.3. Et non est dubium, in
casu nostro expressam testatoris prohibitionem conside-
rari ad effectum annullãdi alienationem.Merito,&c.Se-
cũdò pro cõmuniori opinione adducitur ratio illa,quòd
17 vbi concurrit duplex prohibitio † alienationis tam legis,
quàm hominis, tunc alienatio est omnino prohibita etiã
in casibus aliàs à iure permissis , iuxta §. sanctissimas , in
Auth.de alien.& emphy. qui idem concursus in iure no-
stro multum,& in multis casibus operatur,vt per Rolan.
d.cons.81.nu.18.19.20.& 21. Et huius conclusionis ra-
18 tio est , quòd † duplex caussa prohibitiua vincit vnam
tantùm permissiuam , cùm duo vincula vincant vnum.
auth.itaque,C.commun. de succes. pulchrè Rui. d.cons.
19 118.nu.5.Vnde cùm ignorãtia,qua † nititur dispositio,d.
l.fi.§.fi.sit vnica & simplex caussa permissiua alienãdi bo-
na subiecta restitutioni,ideò non mirum si vincitur à du-
plici caussa prohibitiua legis,& hominis ideóque ad tol-
lendam hanc duplicem prohibitionẽ, oporteret eam du-
plicẽ permissionem interuenire, vt per Rui.d. cons.118.
nu.4.ad.fin.¶Præterea,& tertiò cõfirmatur cõmun.opin.
20 qui ratio iustæ ignorantiæ , in † qua fundatur dispositio,
d.§.fi. non est tantæ efficaciæ , vt possit operari effectum
translationis dominij , quam expressa prohibitio ab ini-
tio impediuit, & cõualidare alienationem, quæ ab initio
propter expressam prohibitionem fuit nulla,cùm faciliùs
21 †conseruetur actus ab initio validus,quàm de nouo con-
ualidetur actus à principio nullus , l.patre furioso. ff. de
his,qui sunt sui vel alie.iur.cum aliis adductis per Tiraq.
de const.poss.par.3. limit.7.nu.7. ¶Et sic ignorantia ope-
22 ratur † conseruationem actus ab initio validi,non autem
conualidationem actus à principio inualidi, vt per Alex.
d.§.res quæ,nu.5.vers.& puto.Corn.d.cons.294.nu.7. in
fi.& nu.8.lib.3.Rip.d.§.diui, nu. 11.vers. nisi dicas.Ruin.
d.cons.109.nu.25.vers.nec etiã obstat,lib.2.Et inde tolli-
tur fundamẽtum Soc.&Alc.tenẽtium contra cõmunem,
& fundantium se in generalitate rationis iustæ ignoran-
tiæ,de qua in d.§.fi.Nec obstat respõsio tradita per Ruin.
d.cons.118.nu.14.post med. vers.&propter hoc etiam re-
manet , dum dicit , dispositionem d.§.fin. habere locum
23 etiam † in fideicommisso puto, & sic quãdo alienatio ab
initio est nulla,quia negatiua, vt iinò non procedat in fi-
deicommisso puro, est verior & communior, vt ex infra
dicendis apparebit. ¶Non obstat modo,quæ cõtra com-
munem late, & subtiliter ducit Ruin.d. cons.118. omnia
enim suas , & quidem congruas recipiunt responsiones,
ex quibus etiam communis magis confirmatur. ¶In pri-
mis non obstat , quòd si mulier iurat non alienare fun-
24 dum dotalẽ,duplex concurrit † prohibitio, legis scilicet,
l.1.§.& cùm lex, C.de re vxo. actio.& hominis expressa,
videlicet mulieris promittentis iuramento non alienare,
& propterea alienatio etiam iurata facta contra hanc du-
plicem prohibitionem non valet, secundùm glos. Anch.
Host.Io.And.& alios in c.licèt mulieres,de iureiur.lib. 6.
cum aliis adductis per Didac.in c.quãuis. par.2.§.2.nu.2.
& per Rimin.in prin.Inst.quib.alien.licet vel nõ,nu.228,
25 cum duob.seq. † qui multos referunt attestantes,opinio-
nem gl.cõmuniter receptam. Et nihilominus inter alias
declarationes, quas Doct. huic cõclusioni afferunt,adest
& illa,vt glos.opinio tunc vera sit, si emens sciuerit iura-
26 mentum † mulieris de non alienando, & sic præcedẽtem
hominis prohibitionẽ.secus si ignorauerit , vt post Fabr.
Imol.& Alex.adductos per Ruin.d.cons.118.nu.4.voluit
etiam Bal.Ias. Rip. Curt. & Campeg.relati per Rimin. d.
princ.num.231.& seq.& per Didac.d.§.2.nu.4. post med.
vers.satis etiam controuertitur, vbi hanc opinionem re-
ceptiorem esse inquit.¶Siquidẽ hęc obiectio potest mul-
tipliciter tolli. ¶Primò hanc limitationem de ignorantia
27 emptoris tutam non esse : cùm † enim emptor emendo
rem dotalem faciat contractum à iure prohibitum , sibi
imputet,cur cautiùs nõ processerit perquirendo diligen-
ter, an secundùm iuramentum esset tale , vt sine peccato
seruari potuerit.& an aliquid præcesserit,vt Imol.sibi cõ-
trarius bene deducit in c.cùm contingat.nu.85.vers.item
adde ibi, & imputandum videtur,& ibi Alc. nu. 48.hanc
secundam opinionẽ veriorem asserens, de iureiuran. Di-
dac.vbi supra, d.vers. satis etiam controuertitur , ibi, sed
apud me,latiùs Rimi.d.princ.nu.233.& 234. Rol.d.cons.
81.sub nu.23. ¶Secundò, præfatam limitationem proce-
dere in casu, in quo mulier dolosè sit versata , quia † ta- 28
cuerit iuramentum præambulum de non alienãdo, caus-
sa decipiẽdi emptorem,quo casu alienatio valet,quia de-
ceptis,& non decipientib.iura subueniunt.l.3. C.ad Vel-
leian. ¶At secus si mulier ex simplicitate id fecit, prioris
iuramenti fortè oblita , prout in dubio præsumitur , nisi
contrarium probetur.†Imo.in d.c.cùm contingat,nu.85. 29
vers.si autem ignorauerit.& ibi Alc.nu.48.in fi. Didac. d.
vers.satis etiã controuertitur in fi.Rim.d.prin.nu. 235. &
Rolan.d.cons.81. nu. 23. ¶Tertiò respondetur cessare in
casu isto rationem,quam Ruin.d.cons.118.nu.4.vers.& si
quæratur , ad probandum prædictam limitationem assi-
gnat:Inquit enim ipse , alienationẽ fundi dotalis factam
a muliere, quæ priùs iurauerit non alienare , ideò valere,
non obstante duplici prohibitione legis,& hominis,quia
† duplex cõcurrit permissio, tollens duplicẽ illam prohi- 30
bitionem. Vna permissio prouenit ex iuramẽto,cum quo
permittitur alienatio fundi dotalis,d.c.cùm cõtingat.Al-
tera permissio emanat ab emptoris & vẽditoris ignoran-
tia,quæ rem aliàs inalienabilem, facit alienabilem, d.l.fi.
§.fi.Sed hęc ratio duplicis caussæ permissiuæ cessat in ca-
su nostro,in quo solum adest caussa permissiua descẽdens
ex capite ignorantiæ, & concurrit vtraque caussa prohi-
bitiua,tã legis,quàm hominis.Merito,&c.¶Secundò non
obstat ratio,quam Ruin.efficacem,& concludentem ap-
pellat,fundata in doctr.Bart. communiter recepta,in d.§.
diui,volẽtis,†ex caussa dotis posse alienari bona subiecta 31
fideicommisso etiam interueniente expressa prohibitio-
ne alienationis.¶Quia hoc fundamentum tollitur ex eo,
quòd in quacũque generali prohibitione alienationis fa-
cta à testatore † non præsumitur eum cogitasse de caussa 32
dotis specialiter à lege in hoc priuilegiata quàm in specie
verisimiliter non prohibuisset , vt latè deducit Rolan. d.
cons.81.nu.26.27.28.29.& 30.& Ias.in Auth.res quæ.nu.
25.prope fi.vers.tamen pro opinione, C. comm.de leg.&
Ianus in d.§.diui.in 1.lect.nu.62.cũ duob.seq. ¶Quinimò
Doct.hoc casu dubitant†de potestate testatoris,an possit 33
in indiuiduo alienationẽ ex caussa dotis prohibere,& ne-
gatiuã post Cast.tenet Ias.in d.auth.res quæ , colum. vlt.
in 13.limitatione, licèt cũ affirmatiua vna cum Alex. per-
transeat Curt.iun.in d.auth.res quæ,nu.36.¶ Tertiò non
obstat tria,quæ obiicit Ruin.d.consil.118.num.6. aduer-
sus fundamentum d. regula , §.sanctissimas. ¶Quorum
† alterum est, quòd subiecta fideicommisso conditionali 34
nõ sunt è lege alienari prohibita , cùm alienatio penden-
te conditione valida sit, licèt ea potestate existente vsque
ab initio irritetur,& pro non facta habeatur.l.si.§ sin au-
tem.C.com de leg.Et † in fideicõmisso conditionali ces- 35
sare legis prohibitionẽ.in d.l.fin.§.sed quia, nu.4.vers.in-
telligo tamen. Et hoc idem voluit Soc.iun.in dict.§. di-
ui num.91.versic.nec obstat, dicens , alienationem fidei-
commissi conditionalis non prohiberi à lege , neque
expresse,neque tacitè,sed † solùm dari consilium, ne fiat 36
alienatio. ¶ Alterum , quod Ruinus obiicit , est , quòd
regula, §.sanctissimas, procedit , quando vtraque prohi-
bitio tam legis, quàm hominis est expressa : at secus,
quando prohibitio legis est tacita,vt in casu isto. ¶Ter-
tium obiectum Ruini est , quòd expressa † prohibitio 37
testatoris facit cessare tacitam legis prouenientem ex
præsumpta mente testatoris,qui præsumitur voluisse bo-
na interim non alienari , vt ad alios vocatos purificata

conditione valeãt peruenite,l.cùm ex filio.§.1.ff.de vulg.
& pupill. ¶Siquidem ad primum obiectum respondetur
secundùm Roland.d.cons.81.num.24.vers.quoniam, &
38 nu.25. Doct. considerantes † in hac materia prohibitio-
nem legis loqui de alienatione irreuocabili. Et ad id
Rolan.ponderat Ruin.cons.161.num.23. vers.ex quibus;
lib. 4.sed hoc expresse tenet Ang. in d.l.fi. §. sin autẽ sub
39 conditione dicens, † alienationem fideicommissi condi-
tionalis factam pendente conditione in præiudiciom fi-
deicommissarij, vt incommotabilitet valeat, prohibitam
esse à lege.Ita intelligens d.auth. res quæ. ¶Præterea res-
40 põdetur alienationem †fideicõmissi conditionalis etiam
pendente conditione prohibitam esse à lege, vt expresse,
inquit Castren.in d.§.diui,nu.7.vers.interdum,& in l.pe-
to,§.fratre.nu.2,ante med.vers.nec ob. ff. de leg.2.& cla-
rius in d.§.liberis,nu.4. vbi hanc legalem prohibitionem
tacitam appellat etiam Castr. referunt & sequuntur Rip.
d.§.diui,nu.47.Claud.nu.11.in fi.& n.12.Fernand.Loaz.
nu. 114.Crot.nu.32.Corn. d.cons.294.nu. 8. vers. multo
autem,lib.3.Ruin.cons.23.nu.13.lib.5.Roder.Suar.alleg.
3.sub nu.7.hoc idem voluit Gomes.in ll.Tauri.l.40.num.
88.prope fin.vers.si verò res.Idem Loaz. d.§.diui, nu.56.
colligens tacitam legis prohibitionem ex d.l.fi.§. sin. au-
tem ibi, meliùs quidem facit, & latissimè hoc deducunt
Moder.Hispan.de succes.progress.§.28.nu.11.vers.modo
quæro quæ sit ratio, & vers.dum Paulus dicit, vbi firmãt,
41 quòd† licèt alienatio fideicõmissi cõditionalis facta pen-
dente conditione, non sit contra expressam legis prohi-
bitionem,sed contra expressum legis consilium, quia lex
in d.§.sin autem,ibi,meliùs quidem faciet,dat expressum
consilium non alienandi, vt per Castr.ibi in prin.nihilo-
minus subest tacita legis prohibitio: nam eo ipso, quòd
lex consuluit grauato † non alienare, tacitè vult, vt non
42 alienet, & sic tacitè prohibet. Et ità secundùm istos Mo-
dern.saluatur Castren.à contrarietate. Nam id quod di-
cit in d.§.sed quia, quòd in fideicommisso, conditionali
43 cessat legis prohibitio, debet intelligi † de expressa pro-
hibitione:id autem,quod dicit in d.§.diui,in d.§.fratre,&
in d.§.libertis, intelligendum sit de tacita prohibitione.
¶ Ad secundùm obiectum patet responsio ex mox supra
deductis,cùm prędicti Doct.arguant.de regula.§.sanctis-
simas, etiam in tacita legis prohibitione. ¶Ad tertium
obiectũ de reg.l.cùm ex filio,§.filio impuberi,& ibi Bart.
Bal.Castr.Rom.Aret.Alex. Ias.& alij ff.de vulg. & pupil.
respondetur multifariam. ¶Primò, regu.d.§.filio,proce-
44 deret † in tacito,quòd sub expresso duntaxat continetur,
& quòd cessante expresso,non intelligitur, veluti in vul-
gari tacita, quæ comprehenditur sub expressa pupillari,
& è contra:nam vbi expresse non fit,tacitè non intelligi-
tur:at secus in tacito, quod per se intelligitur, etiam non
45 existente expresso,vt in casu nostro, in quo † tacita pro-
hibitio alienationis fideicommissi conditionalis subin-
telligitur à lege etiam deficiente expressa prohibitione
testatoris,ita declarat Crauet. in l.cum filio,par.2.nu.27.
ff.de leg.1. ¶Secundò respondetur, expressum non face-
46 re cessare tacitum,quãdo † in tacito eadem est ratio,quæ
in expresso,vt per eundem Crauet.vbi supra, nu.28. post
Signorol.cons.173.num.13.circa med.vers.prætereà sine
præiudicio. At in casu nostru in tacita prohibitione legis
eadem est ratio, quæ in expressa prohibitione testatoris.
47 Merito,&c ¶Tertiò,pro responsione dicitur,quòd † pro-
uisio hominis non facit cessare prouisionem legis,quãdo
prouisio hominis idem per omnia continet, quod legis
prouisio.ita Rom. cons.121.ante nu.2.vers.nec huic sen-
tentiæ,allegãs text.in l.qui mutuã,in prin.ff.mand.sequi-
tur Claud.in l.si cum dotem.sub nu.1.dicens, hanc limi-
tationem esse de mẽte Petri,Alber.Christoph,de Castel-
lion.& Cum.ibi,ff.solut.matr. ¶Sed in proposito expres-
sa testatoris prohibitio,& tacita legis idẽ per omnia con-
tinent. Meritò,&c. ¶Quartò non obstat, quòd ratio d.l.

fin.§.fin.sit, quia in vniuersalibus pretiũ rei venditæ suc-
cedit loco ipsius rei, † quæ ratio procedit etiam stãte ex- 48
pressa prohibitione testatoris. ¶Quia respondetur, ratio-
nem.d.§.fin.fuisse iustam ignorantiam, vt ibi expresse di-
citur,& † ab hac ratione,cùm in lege expressa sit,non est, 49
discedendum,l. fi.ff. de diuort. Tiraq.cess.caus.part.1.sub
nu.164. & caussa.in l.incerta,finalis præsumitur, vt post
Bald. Oldrad.& Albet. tradit idem Tiraq. eod. tracta. li-
mit.2.nu.29.& 30. ¶Quintò non obstat ratio iniquitatis
& absurditatis, considerata sub.nu.12. quòd si non vale-
ret: † alienatio fideicommissi conditionalis ignoranter 50
facta ab hærede expresse alienare prohibito, sequeretur,
quod contra omnem æquitatem incurreret pœnam pri-
uationis, à qua iusta ignorantia debet illum excusare,
cùm cesset dolus. ¶ Quod autem hoc inconueniens se-
quatur, deducit Ruin.post Castren. ex eo, quod quando
hæres † alienat fideicommissum conditionale, pendente 51
conditione, alius statim vocatur, & fideicommissum de
conditionali efficitur purum. Cæterùm hæc ratio Ruin.
non concludit,quia si hæres † scienter alienauit,tunc ob 52
eius scientiam, & per consequens dolum, incidit in pœ-
nam priuationis, & tunc res alienata deuoluitur *aliis* vo-
catis. Et in his terminis debent Intelligi tradita per Cast.
in d.§.diui.sub num.7. cùm † fideicommissi locus fiat ob 53
non paritionem, siue contrauentionem hæredis,d.l.peto,
§.fratre,ff.de leg.2. quæ non cadunt in ignorantem,cùm
requirant cõsensum,ad no.in l.si per errorem,ff.de iurisd.
omn.iud,Si verò hæres ignoranter † alienauerit, tunc li- 54
cet excusetur à pœna priuationis, cùm cesset dolus, tamẽ
alienatio est nulla, quam nullitatem operatur expressa
testatoris prohibitio: stant enim ista simul, vt hæres non
incurrat pœnam priuationis, & alienatio non valeat, vt
per Dida.lib.2.var.resol.c.19.n.2.post med.ver.hic tamẽ.
¶Sextò & vltimò,non obstant tradita per eundem Ruin.
nu.4. quod dispositio d.§.fin.habet locum etiam in fidei-
commisso vniuersali puro,cuius †alienatio etiam ab ini- 55
tio est nulla.d.l.fi.§.sed quia, vt expresse voluit Castr. ibi
n.3.in fi.quem sequitur,& aliis rationib.comprobat Soc.
in d.l.Marcel.§.res quæ,num.9. ¶Nam respondetur,con-
trariã opinionem, vt imò d.§.fi.nõ procedat in fideicom-
misso † vniuersali puto, magis communem esse,quã post 56
Bal.tenuit Corn.d.§.sed quia,col.pen.ante fin.vers. *quod*
procedit in relicto.Imol.in l.quidã ita,§.fi.sub *n.6.ver.&*
fortè etiã,ff.ad Treb.Alex.in d.§..res quæ, nu.4.*vers.2.li-*
mitauit,& ibi Claud.nu.4.& Ruin. nu.5. *bonam afferens*
rationem,Alc.in d.l.fi.n.5.prope fi.vbi de *commun.* ¶Cir-
ca tertiam difficultatem, an scilicet dispositio, d.§.fi.pro-
cedat in legato, siue fideicommisso particulari. ¶ Hæc
† quæstio in rationibus & fundamentis hinc inde dedu- 57
ctis est multum controuersa, & Doc.in ea diuersimodè
loquuntur. ¶ Nam Bald.relatus per Corn. d. §.sed quia,
col.pen.prope.fin.vers.idẽ tamen est, Soc.in d.§.res quæ,
nu.8.tenent affirmatiuam, & loquũtur simpliciter.Imol.
in d.l.fin.§.fi.vers.item attende,& in d.l. quidam ita, §. fi.
sub nu.6. vers.secus vero. † Corn.in d.§.sed quia, versic. 59
idem tamen est,& d.cons.294.nu.5.in fin.lib.3, Ias.in d.§.
sed quia nu.4.tenent negatiuam,& pariter simpliciter lo-
quuntur.Castr.in d.§.sed quia nu.4.vers.intelligo tamen,
& in d.§.fi.circa med. Soc.d.§.res quæ,num.9.circa med.
vers.vno casu fortè procederet. Ruin.cons.66.nu.8.lib.2.
Ale.in d.§.fin.nu.6.distinguunt inter fideicõmissum par-
ticulare purum, & conditionale, vt † in puro procedat 60
negatiua,& conditionali affirmatiua. Sed Claud.d.§.res
quæ nu.3.& latè Grat.cons.66.nu.16. vsque ad num.24.
& signanter nu.21.vers.& si dicatur,& num.22. & 23.te-
nent negatiuam indistinctè tam in fideicommissò parti-
culari puro,quàm in conditionali. ¶Vnde Domini stan-
te resolutione superiùs firmata, vt dispositio d.§.fin. non
habeat locum, quando expressa testatoris prohibitio in-
teruenit, indicarunt superfluam dispositionem, & reso-
lutionem

tutionem huius secundæ limitationis, quòd d. §. fin. non habeat locum in fideicommisso particulari, & maximè stante varietate opinionum Doct. ac etiam difficultate articuli. ¶ Postremò, quantùm attinet ad quartam difficultatem, an d. §. fin. cesset in fideicommisso relicto, vt
61 permaneat † in familia, quamuis Bolognet. in d. §. diui, n. 81. & Alciat. in d. §. fi. nu. 7. teneant hoc casu non esse locum d. §. fin. tamen Domini circa veritatem huius opinionis noluerunt quicquam firmare.

CANTVCCII.

Bononien. iuris macinandi. Ven. 19. April. 1577.

SVMMARIA.

1 *Statutum litè pendente super eius validitate, vel inualiditate, donec reuocetur, vel eius nullitas declaretur, nullas habet vires ad effectum impediendi mandatum de manutenendo, stante quasi possessione.*

2 *Appellari non potest à statuto, vel constitutione Principis non recognoscentis superiorem, etiam lata in praeiudicium particularis persona, cum num. 3.*

Contrarium tamen de directo, vide infrà nu. 6. & seq.

4 *Appellatio non datur à sententia lata per Principem etiam inter priuatos.*

5 *Executio siue effectus statuti suspendi non debet, donec caussa cognoscatur.*

7 *Appellari potest à statuto prohibente, ne deferatur triticum molendum in molendinis extra ciuitatem existentibus, tanquam edito in praeiudicium particularium personarum. & num. 20.*

Quod procedit etiam in constitutione Principis nu. 8. Etiam si sit Princeps supremus. nu. 11.

Limita, nisi tale statutum sit factum ex aliqua iusta, & rationabili caussa. nu. 21. & 22.

9 *Princeps faciens constitutionem in praeiudicium tertij praesumitur circumuentus, & malè informatus.*

10 *Appellari potest à mala informatione Principis, etiam supremi. cum num. seq.*

12 *Statutum tendens in praeiudicium tertij praesumitur editum ex mala informatione: & ideò eius executio suspendi potest,*

13 *Contradictio statuto in tempore sufficit, licèt appellatio non fuerit interposita.*

14 *Statutum factum in praeiudicium certa persona illi non nocet si contradicat.*

15 *Statutum editum in praeiudicium particularis persone, quod ab eo possit appellari, intelligitur de particulari persona exemplificatiuè, non taxatiuè. cum nu. seq. & num. 18. & 19.*

17 *Statutum respiciens praeiudicium alicuius tantùm, dicitur potiùs praeceptum quoddam, quàm lex, à quo appellari potest.*

21 *Statutum factum ex aliqua iusta & rationabili caussa valet etiam in praeiudicium priuata persone.*

22 *Statutum cogens homines ire ad molendum in molendinis ciuitatis, valet tanquam factum ob publicam vtilitatem, si redditus inde proueniens inseruit publicis necessitatibus.*

Imò factum dicitur ob publicam vtilitatem. nu. 23.

Contrarium tamen est magis commune. nu. 25. & 27.

24 *Ratio vera attendi debet in statuto, non autem colorata.*

25 *Publica vtilitatis, & euitanda fraudis ratio non habet locum in statuto cogente homines ire ad molendum in molendinis ciuitatis, siue prohibente, ne eant ad molendum extrà ciuitatem ex magis communi, & nu. sequen.*

26 *Ratio, ne in ciuitate, & districtu caristia generetur, ob quam fuerit facta prohibitio, ne homines irent ad molendum extra ciuitatem, non est generalis.*

28 *Possessione, vel quasi nemo est priuandus propter statutum litè pendente si per eius validitate vel executione.*

29 *Mandatum de manutenendo non denegatur de stylo Rotæ spoliatori illud petenti.*

30 *Statutum si disponat, quod contra instrumentum publicum non possit opponi, nisi exceptio falsitatis, quietationis, & solutionis, poterit tamen opponi exceptio, quod illud non est instrumentum publicum.*

DECISIO L.

Dubitaui in caussa Bononien. iuris macinandi, die Ven. 19. Aprilis, 1577. *an stantibus commissionibus in actis praesentatis, suspensione petitori Leonis Decimi, & resolutione iam facta, d. statutum litè huiusmodi pendente, vires habeat, donec reuocetur, vel eius nullitas declaretur in casu, & ad effectum, de quo agitur.* ¶ Quod quidem dubium resolutum fuit ad fauorem Dominorum de sancto Pe-
tro. ¶ Nempe, lite † ista pendente, statutum prædictum, 1
donec reuocetur, vel eius nullitas declaretur, ad effectum impediendi mandatum de manutenendo, nullas habere vires: & propterea standum esse in decisis, non obstantibus nouiter deductis per Aduocatos Dominorum creditorum Molituratum, quòd scilicèt à statuto
† Principis non possit appellari, vt sentit Bart. in l. omnes 2
populi. nu. 53. vers. præterea speciale est. ff. de iustit. & iur. Bal. in proœm. ff. nu. 11. & expressè id firmat Beto. ad rubr.
extra, de constit. nu. 36. dicens, à constitutione † siue lege 3
Principis vel alterius superiorem non recognoscentis, etiam lata in præiudicium particularis personæ, non posse appellari, tum quia deficit substantia appellatio-
nis, hoc est, superior, ad quem, tum † quia sententia lata 4
per Principem etiam inter priuatos, non datur appellatio, vt latiùs ibi per eum. ¶ Et licèt Domini de sancto Petro per recursum habitum ad Principem obtinuerint committi caussam nullitatis, & iniquitatis dicti statuti, tamen interim donec caussa cognoscitur, effectus siue
† executio dicti statuti non debet suspendi, ad instar sen- 5
tentiæ, cuius executio per supplicationem non impeditur. authen. quæ supplicatio, & ibi Doct. omnes, C. de precib. Imper. offeren. Abb. in cap. suscitata, nu. 10. versic. satis enim est, de restitut. in integrum. Afflict. decis. 356. nu. 2. & dec. 341, vers. non obstat. Ruin. cons. 34. num. 5. & 11. lib. 2. & latiùs consil. 59. num. 10. lib. 5. Neuizan, consil. 70. num. 1. Docto. in cap. ex literis, de restitut. in integ. Rolan. cons. 43. num. 4. lib. 2. ¶ Siquidem pro responsione ad fauorem dominorum de sancto Petro dictum fuit à
statuto seu constitutione condita † in præiudicium cer- 6
tæ personæ appellari posse, l. 1. §. solent, ff. quando appel. sit, l. 1. & l. qui grauatos, C. de censib. lib. 11. l. si priuatus, ff. qui & à quibus, l. si constat, ff. de appel. per quæ iura ita tradit Bart. in d. l. omnes populi, nu. 53. vers. aut statutum, & in l. fin. nu. 3. vers. sed si fieret, ff. de appell. recip. Angel. & Alexand. in l. 2. ff. quod quisque iur. Caccialup. in d. l. omnes populi, nu. 170. Ias. in l. 1. nu. 3. & ibi Claud. nu. 8. ff. de legib. tradunt omnes scribent. in cap. cùm omnes. de constit. Dec. in cap. consuluit, *il tertio*, nu. 2. de appel. Alex. consil. 190. num. 14. lib. 2. Iason. consi. 161. in fin. lib. 2. Bertrand. cons. 1. in 7. dub. num. 25. vers. tamen, lib. 3. parte 1. Rip. lib. 1. respons. cap. 9. num. 8. & cap. 22. num. 4. ¶ Et
in propriis terminis à statuto † prohibente, ne deferatur triticum molendum in molendinis extra ciuitatem 7
existentibus, tanquam edito in præiudicium particularium personarum, licitè appellari posse tradit Rip. lib. 1. respons. cap. 11. nu. 1. & in l. quominus, nu. 131. ff. de flumin. Crauet. de antiquit. temp. pat. 4. sect. vltim. num. 22. Didac. in reg. possess. par. 2. §. 4. nu. 7. vers. ego verò priorem sententiam. Rolan. cons. 22. num. 16. 17. & 18. lib. 2.
¶ Et prædicta conclusio † habet locum etiam in consti- 8
tutione Principis, vt expressè firmat Dec. in d. cap. cùm omnes, in 2. lect. in 4. not. subdens rationẽ, quòd Princeps
faciens constitutionẽ in præiudicium tertij, † præsumitur 9
circum

circumuentus, & male informatus, cùm eius intentio non
sit tertio praeiudicare, l.2. §. si quid a Principe, Ne quid
10 in loc.pub.c.super eo.de offi.de leg. ¶Et ita mala informatione † Principis appellari potest.l.1.§.quæsitum, ff. de ap-
pell.l.1.in princ.ff.quando appel.sit, Rom.cons.441. nu.2.
Socin.cons.195.lib.2.Marsi.in l.vnic.nu.139.post med.ver.
ité non appellatur, C.eod.Rip.in cap.1.nu.14.de rescrip.
Dec.in cap.intimasti, colum.vlt.vers.tertius actus, de ap-
pel.Grammat.alios citans, dec.35.nu.3. ¶Vnde statutum,
de quo agitur, etiam si esset Leonis Decimi, Principis su-
11 premi, cùm † tamen sit factum in damnũ, & præiudicium
singularium personarum molendina extra ciuitatem ha-
bentium, sequitur, vt appellationé admittat ratione præ-
12 sumptionis malæ informationis Principis, & † per con-
sequens effectus, & executio dicti statuti suspendatur, vt
per Bart.in d.l.omnes populi, nu.54. cũ alijs supr.relatis.
¶Et licèt pro parte Dominorum de S.Petro ab huius-
modi statuto nunquam fuerit appellatum, tamen † satis
13 est, eos in tempore contradixisse. ¶& statuto enim condi-
to in præiudicium certæ personæ non requiritur appel-
latio, sed sufficit cõtradictio, ita post Vincen.tradit Ioan.
Andr.in d c.cum omnes, colum.2. prope fin.vers, nec est
necesse, & ibi Imol.nu.19.Abb.num.2.in 5.not.Felyn.sub
nu.1.Decis.sub nu.5.& laté Mant.num.22.hoc idem post
Dyn. voluit Bart. in l.fin.nu.3. circa med.ff.de appell. re-
14 cip.dicens, statutum † factum in præiudicium certæ per-
sonæ nõ nocere illi si contradicat, & sequitur Caccialup.
in d.l.omnes populi, nu.170.vers.veruntamen. Barbat. d.
c.cùm omnes, num.34.in fin. ¶Et aduersus præmissa non
videntur obstare duo, quæ vnus ex Dominis considera-
bat, quorum alterum erat, quòd supradicta conclusio,
15 † quòd à statuto edito in præiudicium particularis per-
sonæ potest appellari, intelligitur de particulari persona
in vno indiuiduo, secundùm Felyn.in d.cap.cùm omnes,
num.5.vers.& dum dixi. Et in vna persona tantùm loqui-
tur Abb.in cap.consuluit, el 3.nu.4.vers. si verò statutum.
& ibi Decis.num.5. vers.sed quando, de appella. ¶Quia
pro responsione potest dici, illos loqui de vno indiuiduo,
16 siue † de vna persona tantùm, non taxatiué, sed exempli-
ficatiué, tum quia æqualiter in pluribus certis personis,
siue in vna tantùm militat vtraque ratio reddita per Abb.
in d.cap.consuluit, sub num.4.quòd scilicet statutum de-
bet esse generale, l.1.& 2.ff.de legi. cap. erit autem lex, 4.
17 distinct. Et quòd statutum † respiciens præiudicium ali-
cuius, tantùm dicitur potiùs præceptum quoddam, quam
lex, a quo præcepto potest appellari, iuxta capit.peruenit,
18 & ibi Doct.de appell. ¶Tum † etiam, qui plures Doct.fir-
mantes supradictam conclusionem, loquuntur in nume-
ro plurali, vt Ias.in l.1 num.6.in fin.& ibi Claud. num.3.
ff.de legib.Bero.in d.cap.cùm omnes, num. 23.ibi contra
vnum, vel plures, Roland.cons.99.num.11.lib.2. ¶Tum
19 † & tertiò, quia pleri que Doct.exemplificant prædictam
conclusionem in vno quarterio ciuitatis, vt per Angel.
in d.l.1.nu.2.in fine, & ibi Ias.num.2. & Claud. num.3.ff.
de legib.Bertrand.consil.1.num.25.lib.3.parte 1.Roland,
d.cons.99.nu.12. ¶Et in propriis terminis nostris, vt li-
20 cita sit appellatio a statuto † cogente homines accedere
ad molendina ciuitatis, tanquam facto in præiudicium
particularis personæ, hoc est dominorum molendino-
rum, extra ciuitatem existentium, voluerunt Rip. Cra-
uet.& Roland. in locis supra citatis. ¶Alterum verò,
quòd ab eodem Domino obiiciebatur, erat, quòd prædi-
cta conclusio, quæ habet, posse appellari a statuto conti-
nente præiudicium priuatæ personæ, † limitatur non ha-
21 bere locum, quádo statutum esset factum ex aliqua iusta
& rationabili caussa, vt per Bald. in l.1.in princ. vers. sed
quid, & ibi Fulgos. sub nu 1.vers.item si. Ias.num.8. vers.
limita tamen. Et Claud.num.4. 10. & 11.ff.de legib. But.
in d.cap.cum omnes, sub num.21.& ibi Imol.sub. nu.20.
& laté Felyn.alios citans, nu.2. Ang. cons.63. sub num.3.

Curt.iun.cons.129.nu.1.Bero.ad Rubric.extra.de const.
num.38.Dec.in d.c.consuluit, nu.5.vers.secundo conclusio
prædicta, Ferdinand.Loaz.in l.filiusfamilias, §.diui, num.
246.ff.de leg.6.& Rolan.cons.99. num.40.41.& 42.lib.2.
¶Et in casu nostro videtur subesse iusta, & rationabilis
caussa, cùm statutũ, de quo agitur, vt in eo legitur, condi- 22
tum sit pro vtilitate cameræ ciuitatis Bononiæ, & sic pro
vtilitate publica, & vt obuietur fraudibus. ¶Vnde intrat
decis.Bal.cons.410.lib.5.dicentis, † statutum cogens ho- 22
mines ire ad molendinum in molendinis ciuitatis, valere
tanquam factum ob publicam vtilitatem, si redditus in-
de prouenientes inseruiunt publicis necessitatibus: quam de-
cis.sequitur Iacob.de sancto Georg.in tractat.feudorum,
in verbo, & cum molédinis, nu.3.in fin. Crauet.de antiq.
temp.part.4.sect.vltim.num.3.& 4.& Rolan.d.consil.99.
nu.43. Et hoc idem voluit Bald.dicens, statutum huius-
modi fieri † ob publicam vtilitatem, & ad tollendas frau- 23
des, inter consil.Anch.cons.11.nu.2.vers. sed optima ra-
tio, & nu.3.& 5.vers.in casu autem meo. Et cum Bald.in
eadem caussa consulentes eandem, rationem obuiandi
fraudibus considerarunt Petr.de Anch., Gasp.de Calder.
& Laur.de Pinu.inter consil.Ioan.de Calder.tit.de cõstit.
cons.21.ante nu.2.vers.sed optima ratio, & Bald.cons.11.
sequitur Ias.cons.236.colum.3.post princ. vers.similiter.
Curt.iun.cons. 147.nu.19. Dec.cons.269.nu.9.cons.171.
nu.13.post med.vers.confirmatur hoc, & cons.263.nu.4.
in fin.& laté Crauet.d.sect.vlt.nu 8.vers.sed contrarium,
vsque ad nu.22. ¶Cæterùm hoc secundum obiectum po-
test euitari considerando rationes expressas in statuto, de
quo agitur, fuisse † potiùs coloratas, quàm veras, vt con- 24
cludendo contra Bal. & alios supra relatos in eadem met
caussa bene deducunt Gaspar de Calderin. sibi contrarius
consil.12.nu.4.& Colleg.Bonon.cons.13.post med.vers.
nec obstant, inter cons.Anch.quæ duo consil.referunt, &
sequuntur Alex.cons.214.ad fin.lib.2. Soc.cons.272.sub
nu.8.lib.2. Rip.lib.1.respons.c.11.nu.4.Felyn.in c.Eccle-
sia sanctæ Mariæ, sub nu.104. de constit. & alij infra alle-
gandi. Et † non videtur dubitandum, quin hæc posterior
opinio sit magis cõmunis, quia vltra Gasp.& Colleg.Bo- 25
non. pro hac opinione in eadem caussa consuluit Anch.
sibi contrarius cons.155.qui Anch.eandem sequitur sen-
tentiam in rep.c.1.q.11.vers.ego quæro in quæst.extr. de
constit. Et cum hac opinione pertranseunt Abb.in d.cap.
Ecclesiæ S.Mariæ in rep.nu.31.& ibi Felyn.nu.104.Alex.
d.cons.111. nu. 10.lib.2. Caccialup. in d.l.omnes populi.
nu.94.vers.fuit etiam de facto. Socin.d.cons.272.num.8.
vers.& ita in terminis lib.2.Ias.in l.ciuitas,nu.rouer. pro
isto vltimo.ff.si cer.per.& in l.quominus, nu.155. & seq.
vbi de magis cõmuni, ff.de flumin.Rip.d.c.11.nu.4.Boër.
dec.125.sub nu.4. vbi etiam de cõmuni.Ias.cons.61. col.
vlt.vers.circa aliá dubitationem. Claud.in l.1.nu.8.prope
fin. ff.de legib.Roland.cons.22.nu.19.lib.2.Didac.in reg.
possessor.part.2.§.4.num.8 ¶Præterea Bal.consil. 11.&
alij cum eo consulentes loquuntur in statuto longè di-
uerso à nostro, vt rectè considerat Didac.d.§.4.nu.9.circa
med.vers.hinc deniq; infero. Imò in statuto Bal. assigna-
batur † ratio, ne in ciuitate, & districtu carestia genere- 26
tur, vt inquit Anchar.d.consil.155.num.10. ¶Quantùm
verò ad opin. Bald.d.consil. 410. lib. 5.illam expressè re-
probat Boër. d.decis. 125. no.5.post med.vers.vnde con-
cludo, & Didac.d.§.4.nu.7. vers. ego verò priorẽ senten-
tiam. ¶Vnde ex præmissis satis apparet, rationem pu-
blicæ vtilitatis, & euitandi fraudes, esse satis conti ouer-
sam, & non posse in ea solidam vim fieri, licèt hæc dispu-
tatio sit reseruanda in petitorio. Et in terminis nostris
† non intrare limitationem prædictam, quod propter 27
vtilitatem publicam possit fieri statutum in præiudicium
certarum personarum, clare ostendit Crauet. d. sect. vlt.
nu.25. ¶Et vltra præmissa placuit Dominis ad fauorem
Dominorum de S.Petro potestas illos manutenendi da-
tam

28 ta in commissione. Et † vnus ex Dominis addebat etiam,
quòd interim donec disputatur, *an statutum, de quo agitur,*
sit exequendum, vel ne, non debent domini de S. Petro sua
possessione priuari, vt videmus in simili in iudicio spolij,
29 spoliatori † petenti mandatum de manutenendo de sty-
lo Rotæ illud non denegari, vt per Paleot. decis. 87. incip.
Spoletan. parochialis. Et tantò magis, quòd adhuc est in
controuersia, an dictum statutum sit lex, & idcirco, do-
nec de hoc non constat, non est exequendum, nec isti de
S. Petro sua possessione priuādi. Et facit in simili, id quòd
30 dicitur, quòd stante † statuto disponente, contra instru-
mentum publicum non posse opponi, nisi exceptionem
falsitatis, quietationis, & solutionis, potest tamen oppo-
ni exceptio, quòd illud non est instrumentum publicum,
vt per Bart. in l. 1. §. & patiū. nu. 3. ff. quod vi aut clam.

CANTVCCII.

Romanen. curiæ de Sabellis. Vener. 10. Maij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Pactum in instrumento venditionis appositum, vt certa pecunia non sit soluenda venditori, sed remanere debeat in depositum penes emptorem quousque secundus fideiussor accederet, an censeatur appositum in fauorem emptoris tantùm, an etiam in fauorem primi fideiussoris, qui accedente secundò est liberatus.*

Quod in fauorem vtriusque num. 4. & 7.

Imò magis concernit fauorem fideiussoris, quàm emptoris, num. 8.

2 *Fauor alicuius consideratur principaliter, non secundario.*

3 *Dispositio illa dicitur fauorabilis, quando principalis intentio disponentis est fauor.*

5 *Actus vnus & idem si geritur à pluribus personis respectu diuersorum finium, dicitur à qualibet persona actus ille principaliter fieri respectu finis per eum intellecti.*

4 *Emptor principaliter intendit habere rem, venditor autem pretium.*

9 *Exceptio solutionis, seu compensationis competens principali, competit etiam fideiussori.*

10 *Caussa ad eum dicitur principaliter pertinere, cuius magis interest.*

DECISIO LI.

INter alia pacta contenta in instrumento venditionis
curiæ de Sabellis, aderat & illud, *quòd si infra tempus*
quatuor mensium D. Franciscus Vrsinus non accesserit, scuta
30. menstrua non sint soluenda D. Hostilio, sed remanere de-
beant in suspenso in depositum penes emptores vsque ad diem,
quo facta fuerit accessio d. D. Francisci. Quod quidem pa
ctum Do. Iulius Monaldensis filius & donatarius D. Ni-
colai Monaldēsis, vnius ex emptoribus dictæ curiæ, præ-
tendebat fuisse appositum solùm ad fauorem emptorum,
non autem Domini Abbatis: & propterea hodie non li-
cere eidem Domino Abbati excipere, quòd cum dicta
scuta 30. menstrua non fuerint deposita penes emptores,
ipse non teneatur vigore suæ accessionis. Et sic D. Iulius
prætendebat, mandatum contra d. D. Abbatem ab A.C.
relaxatum exequendum esse, sed D. Abbas in præmissis
omnibus prætendebat contrarium. ¶ Ideò die Veneris,
10. Maij 1576. proposui dubium, *stante instrumento vendi-*
tionis curiæ de Sabellis, instrumento adeptionis possessionis d.
curiæ, decis. coram me facta die 13. Iunij. 1576. mandato relaxa-
to contra Dominum Abbatem ab A.C. & commissione cum
clausula, si quid exequendum, in primis & ante omnia exequa-
1 *tur: An pactum, † quòd scuta 30. menstrua deberent remanere*
in suspenso penes emptores in depositum, quousque Illustr. D.
Franciscus Vrsinus accederet, fuerit appositum etiam ad fauo-
rem R. D. Abbatis ita, quòd modò D. Abbas possit excipere
de dictis pecuniis, & mandatum contra eum relaxatum, ab Au-
ditore Cameræ non sit exequendum? ¶ Quod quidem du-
bium affirmatiuè pro D. Abbate resolutum fuit: licèt
enim id dicatur ordinari † fauore alicuius, quod fit eius 2
fauore principaliter, non secundario, vt inquit Bald. in l.
1. num. 5. C. de lega. per l. rogasti. ibi, & maximè, ff. si cert.
petat. & Bald. refert & sequitur Com. in d. l. num. 1. vers.
& scias. ¶ Et † facit illud, quòd dispositio tunc dicitur fa- 3
uorabilis, quando principalis intentio disponentis est
fauor. Bart. in l. qui exceptionem, num. 2. Castren. nu. 3.
& 4. Ias. num. 1. ff. de condit. indeb. cum aliis copiosè alle-
gatis coram R. D. meo Aldobrandino in illa Phaten. pen-
sionis, & in illa Lucan. Decanatus. ¶ Nihilominus pa-
ctum, † de quo agitur, non minùs principaliter respicit 4
fauorem D. Abbatis, quàm fauorem emptorum, ex trad.
per Bart. in l. ambitiosa, num. 19. circa medium, versic.
item ex hoc sequitur. ff. de decret. ab ordin. facien. & in l.
vnica, num. 5. ante medium, versic. dicunt duo principa-
les, C. de nou. cod. facien. videlicèt, quòd si vnus † & idem 5
actus geritur à pluribus personis respectu diuersorum fi-
nium, dicitur à qualibet persona actus ille principaliter
fieri respectu finis per eum intellecti: exempli gratia
emptor & venditor faciunt vnum & eundem contra-
ctum emptionis & venditionis, & diuersos habent fines:
Nam † emptor principaliter intendit habere rem, vendi- 6
tor principaliter intendit habere pretium. l. 1. ff. de con-
trahen. empt. & l. 1. ff. de rer. permut. & sic ad vtrúmque
finem rei & pretij contemplatio coæqualis habetur, se-
cundum Bald. vbi suprà. ¶ Ita in proposito dicendū est, il-
lum [illegible] deponendi † scuta 30. menstrua penes empto- 7
res [illegible] vtilitatem, & commodum plurium persona-
rum, nempe emptorum, & Abbatis, respectu tamen di-
uersorum finium. Nam quoad emptores depositum fit,
vt sit eis magis cautum per retentionem in depositum
il[illegible] scutorum 30. menstruorum. ¶ Quo vero ad Ab-
batem depositum fit principaliter, vt D. Hostilius vendi-
tor tanquam indigens illis scutis 30. menstruis penes
emptores depositis, citiùs daret in fideiussorē Dominum
Franciscum Vrsinum, ex cuius accessione extinguebatur
accessio Dom. Abbatis. Imò aliqui † ex Dominis dixe- 8
runt pactum, de quo agitur, si rectè res consideretur, ma-
gis concernere fauorem Do. Abbatis, quàm emptorum,
quia emptoribus erat iam satis cautum per accessionem
Dom. Abbatis: & ideò non erat eis necessaria cautio per
retentionem scutorum 30. menstruorum in deposito,
sed ex deposito prædicto Dom. Abbas magnum sentie-
bat commodum, & valdè sibi prospiciebat. ¶ Nam aut
Dom. Hostilius volebat recipere pecunias depositas, &
tunc tenebatur dare D. Franciscum in fideiussorem, ex
cuius fideiussione liberatio Abbatis oriebatur. Aut Do.
Hostilius volebat pecunias in depositum retinere, & tūc
Do. Abbatis † competebat exceptio solutionis, seu com-
pensationis competens D. Hostilio suo principali, vt per 9
Doct. in c. cum inter, & præcipuè Paris. num. 48. & 49. de
except. idem Paris. cons. 121. nu. 5. cum plurib. seq. & nu.
10. testatur de communi, lib. 1. Vndè cùm magis interes-
set D. Abbatis, quàm emptorum scuta 30. menstrua pe-
nes ipsius emptores deponi, sequitur, depositum ad eum
principaliter pertinere, cùm caussa † ad eum dicatur prin- 10
cipaliter pertinere, cuius magis interest. Bald. per illum
text. in l. principaliter, *la* 2. de liber. cau.

CANTVCCII.

Recanaten. parochialis. Lunæ, 20. Maij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia parochialis vt dicatur, quatuor concurrere debent. & num. 20.*

2 *Potestas ligandi, & soluendi non cadit nisi in sacerdotem.*

3 *Potestas fori contentiosi reddit beneficium curatum.*

4 *Beneficium curatum propriè dicitur illud, quod habet potestatem fori pœnitentialis.*

5 *Cura animarum propriè & impropriè consideratur.*

7 *Cura impropriè dicitur potestas fori contentiosi quæ ver-*
satur

fatur circa exercitium iurisdictionis spiritualis cum numer.seq.

8 *Curam fori contentiosi possunt habere Archidiaconi & alij inferiores Prælati.*

9 *Cura propriè dicitur potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali, cuius nemo est capax, nisi sacerdos.*

10 *Sacerdos is tantùm habere dicitur curam animarum, qui necessitate astringitur Ecclesiastica administrare sacramenta.*

11 *Cura fori pœnitentialis requirit sacerdotium: aliàs saltem non promotus infra annum priuatur beneficio:secus autem in cura fori contentiosi.cum num.seq.*

13 *Archidiaconus habet curam animarum in foro contentioso.*

14 *Parochia quid sit, & quare sic dicatur.*

15 *Rector Ecclesiæ parochialis dicitur populum regere.*

16 *Curatus vt dicatur, debet exercere curam nomine suo, & non nomine alieno.*

Item, quòd tanquam rector suo nomine singulariter, & non cum alijs ad regimen parochialis Ecclesiæ admittatur, num.17.

18 *Curati plures non possunt esse in vna Ecclesia, licèt faciant ea, quæ ad curam animarum spectant, sed vnus tantùm debet esse curatus.cum num.seq.*

19 *Sacerdos vnus, sponsus, & rector, qui curam habeat, debet esse in vna Ecclesia.*

20 *Ecclesia an dicatur parochialis vel ne, ex quibus actibus probetur.cum num.21.22.& 23.*

23 *Benedictio domorum die Iouis sancti ex consuetudine, non nisi ad parochum pertinet.*

24 *Presbyter parochialis potest in suum adiutorium alium presbyterum, vel religiosum ad tempus etiam, sine licentia superioris assumere, dummodo sibi constat de sufficientia assumpti.cum num.seq.*

26 *Ecclesia vt dicatur parochialis, sufficit eam habere curam fori pœnitentialis, & distinctionem limitum, licèt quoad personam, eam obtinentis non constet, an sit, vel se gesserit vti curatus vel ne.*

27 *Sepultura vel actus sepeliendi non arguit Ecclesiam curatam.& num.32.*

28 *Cura non intelligitur ex actu baptisandi.*

29 *Baptismus potest exerceri etiam à laico seruata debita forma cum intentione baptizandi.*

30 *Laicus & mulier sunt incapaces curæ tam fori pœnitentialis, quàm iudicalis.*

31 *Ecclesia parochialis non constituitur ex enumeratis à Rom. consil. 356. qui loquitur contra omnes Doct.imò loquitur in iuribus parochialibus.cum num.36.*

33 *Decimarum & oblationum perceptio non efficit Ecclesiam curatam.& num.seq.*

35 *Ecclesia parochialis, & ea, in quibus ius parochiale consistit, longè differunt.*

36 *Rom.consil.356.loquitur in iuribus parochialibus, non autem in Ecclesia parochiali.*

37 *Ecclesia omnis parochialis dicitur curata, sed non omne beneficium curatum dicitur parochiale.*

38 *Ecclesia parochialis ex eo, quòd est parochialis, dicitur curata.*

39 *Conc.Trid.faciens mentionem de Ecclesijs parochialib. eas nominat sine expressione qualitatis curæ.*

40 *Ecclesia vt censeatur parochialis, requiritur auctoritas superioris constituentis eam parochialem.*

41 *Auctoritas superioris constituentis Ecclesiam parochialem interuenisse.*

DECISIO LII.

CONclusum fuit, Ecclesiam sancti Michaëlis, de qua agitur, non esse beneficiũ simplex, sed parochialem curatam, quia in ea concurrunt illa omnia, quæ ad constituendam Ecclesiam parochialem, concurrere debent,
1 quæ † quidem quatuor sunt, de quibus per Staphil. de
lit.grat.tit.de qualit.& stat.benef.§.circa secũdam.nu
7.8.9.& 10.fol.127. cum seq. & sequitur Sarn. in reg. de
idoneitate.q.11.fol.126.in liter. C.D, E, & F. asserens ita
Rotam tenuisse coram eo in vna Virdunen. parochialis,
de mense Octob.1539. ¶Primum autem requisitũ est po-
testas fori pœnitentialis, hoc est, † potestas ligandi & sol- 2
uendi, quæ nõ cadit nisi in sacerdotem, c.in nouo, 21.di-
stinct.c.omnis, de pœnit.& remiss. ¶Et licèt etiam † po- 3
testas fori contentiosi seu iudicialis beneficiũ reddat cu-
ratum, vt per Innoc.in c.dudũ, *il secondo*, nu.11. vers. nam
modus agendi, & ibi Abb.nu.7.in fin.de elect. latè Capra
reg.90.nu.12. Dec.in c.ad aures, nu.6.de rescript. cum si-
mil. nihilominus strictè † & propriè beneficiũ curatum 4
dicitur illud, quòd habet potestatem fori pœnitentialis.
¶Cura enim animarum dupliciter consideratur, largè † & 5
strictè, siue propriè, vel improptiè, secundùm Inno. in c.
cum satis, nu.2. & ibi Butr. nu.8.& Abb.nu.2. vers. circa
primũ, de offic. Archid. Card.cons.48.nu.1.& Sarn.d.fol.
126.in litera E, vers. & ideò.& hoc idẽ latiùs voluit Abb.
in d.c.dudum, *il* 2. nu.6.in 9.not.de elect. & in c. de mul-
cta, nu.24.vers.quoad primũ, de præben.Ferret.cons.255.
nu.11.& Capra.d.reg.90.nu.12. ¶Largè siue impropriè
† cura dicitur potestas fori contentiosi siue iudicialis, quæ 6
versatur circa exercitiũ iurisdictionis † spiritualis, prout 7
est suspẽdere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia
huiusmodi, quæ ad correctionem morum spectant, c.du-
dum Ecclesia, de elect. Et hanc † curam possunt habere 8
Archidiaconi, & alij inferiores Prælati, c.1.de offic. Ar-
chid. Doct.in c.cum contingat, de foro compet. ¶Strictè
† verò siue propriè cura dicitur potestas ligãdi & soluen- 9
di in foro pœnitentiali, cuius nemo est capax, nisi sit sa-
cerdos, d.cap.in nouo, 21. dist.& d.c. omnis. de pœnit.&
remiss. ¶Non tamen omnis sacerdos hanc curam habere
dicitur, sed is tantùm, qui † necessitate astringitur Eccle- 10
siastica administrare sacramenta, & fideles, quibus admi-
nistrat, ad eum accedere coguntur, vt per glos.in clemen.
dudum, in verbo, impediant, de sepult. quàm vltra Paul.
& Zenzelli. sequitur ibi Imol.nu.32.Abb.in d. c. dudum,
il secondo.nu.7.in 9.not.& in d.cap.de mulcta, nu.24.vers.
sed de.Decis.in d.cap.ad aures, nu.5.vers.& curatum. Fer-
ret.d.cons.255.nu.11. Rebuff.de nominat. quæst.16.nu.
10.Staphil.vbi supra.fol.128.num.8. Sarnen.d.*quæst.10*.
fol.126.in litera. C. Et tantò magis in casu *nostro debet*
intelligi cura fori pœnitẽtialis, quia † agitur ad *effectum* 11
priuationis beneficij ob non promotionem ad *sacerdo*-
tium infra annum, iuxta cap.licet canon.*de electio*.lib.6.
quo casu necessariò requiritur cura fori pœnitentialis,
nec sufficit cura iudicialis siue contentiosi, quia † talis cu- 12
ra non requirit sacerdotium, vt not. Card. d. clemen. 1.
quæst.1.20.& ibi Vital.quæst.12.num.61. de offic. vicar.
Mil.in repert.in verbo, curatum beneficium obtinens, ad
fin. Et probatur secundùm eos, exemplo Archidiaconi,
qui habet † curam animarum in foro contentioso, cap.1. 13
de offic. Archid. & tamen in Archidiacono non requiri-
tur sacerdotium, sed sufficit Diaconatus, cap.cum in cun-
ctis, §. inferiora, de electio. ¶ Secundùm requisitum est
certa parochia, hoc est, † locus certis finibus constitu- 14
tus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit: dici-
tur enim parochia quasi partitio curæ, cap. Ecclesias, 14.
quæstio. 1. ¶ Nam rector † talis Ecclesiæ dicitur popu- 15
lum regere, cap.1.de capell. monach. vt de his per Rom.
consilio 356.num.1.& 2.Doct.omnes, in Rub.de paroch.
Archid.& Ioan.Andr.in c.licet canon, in princip. in ver-
bo, parochia, & ibi Gemin.q.2.& Butr. sub. nu.3.de elect.
lib.6.Staphil.de liter.grat.tit.de var.mod.vacar.§.quartus
principalis, nu.3.late Rebuff.super concor.tit.de collatio.
§. statuimus, *il* 2.in verbo, parochialis. ¶ Tertium requisi-
tum est, vt obtinẽs Ecclesiam parochialem, ad hoc, vt di-
catur † curatus, exerceat curã nomine suo & non alieno. 16
vt in cap.exstirpandæ, §.qui verò, & ibi Doct. de præben.
Archid.

Archid.in clem.1.nu.4.verf. in non annexis, de offic. vicar.Mil.in repert.in verbo, Ecclesia parochialis quæ dicatur, Staph.d.fol.128.nu.9.Sarn.fol.126.in litera C.verfic.requiritur etiam,Rebuf.in fua prax.benefic.ti.de non promot.intra annum,nu.36. ¶ Quartum & vltimum re-
17 quisitum est, vt parochialem † habens dicatur curatus, quod tanquam rector fuo nomine fingulariter, & non cum aliis ad regimen parochialis Ecclesiæaffumatur, ita vt fi illi duo vel plures præficiantur,qui confessiones,audiant,baptizent,& alia ad curam fpectantia faciant, non
18 tamen † dicuntur curati, quia quemadmodū vna fponfa non poteft duos vel plures fponfos habere,c.1.de fponfa
19 duor. fic nec † Ecclesia duos vel plures curatos,cap. cum non ignores,de præben.& in vna Ecclesia vnus debet esse facerdos,fponfus, & rector, qui curam habeat ,cap. in apibus,7.q.1.& melius,c.ficut vna. 21.q.2.ibi , fed vnum tantummodo habeat facerdotē,qui eam caste & fyncere regat,vt latè per Oldr.a.conf.67.Staphil. d.fol.128.nu.10. verf.requiritur,& num.feq.Sarn.d.fol.126. in litera,D. Fel.in c.in ratione,in 10.corol.prope fin.verf.fcias etiam, de rescript.late Rebuff.in d. tit.de non promot. intra annum,nu.63.cum aliis feq. ¶ Quod autem in Ecclesia , de qua agitur,hæc quatuor requifita fimul concurrant , deducitur. ¶ Nam quoad primum, de poteftate fori pœni-
20 tentialis,illud † patet ex confessionum auditione tempore Paschatis,quam probant teftes Horatij, quartus,iuxta quintum,& vltimus,iuxta quintum & octauum. ¶ Item
21 ex † administratione facramenti Eucharistiæ eodē † tempore Paschali,quam probant teftes curiæ Episcopalis,videlicet, primus fuper fecundo & fuper quarto , & iuxta feptimum, tertius fuper primo & fuper quarto , & iuxta quartum,quintus fuper fecundo & fuper quarto , fextus fuper primo & fecundo , & teftes Horatij quartus iuxta quintum , & vltimus iuxta quintum & octauum. Item,
22 ex † administratione facramēti extremæ vnctionis,quam probant teftes dictæ curiæ , quintus iuxta tertium,in fin. fextus fuper primo & quarto. Item, ex benedictione domorum cum aqua benedicta die Iouis fancti , de qua deponunt teftes dictæ curiæ, videlicet, primus fuper fecundo,& iuxta feptimum,tertius fuper fecundo, iuxta feptimum,quintus fuper fecundo,fextus fuper primo,&iuxta
23 feptimum , quæ † quidem benedictio ex confuetudine non,nifi ad parochum, pertinet. ¶ De fecundo requifito distinctionis limitum conftat per teftes dictæ curiæ , videlicet, fecundum, tertium, quartum , quintum , & fextum , omnes fuper tertio. ¶ Quoad tertium requifitum exercitij curæ nomine proprio non alieno , illud per teftes fuos probatur, excepto tempore Paschatis , quo fratres Dominicani , & alij presbyteri a rectorib. in eorum auxilium affumpti audiebant cōfessiones, & administrabant facramentum Eucharistiæ : quod quidem nihil ob-
24 ftat,cùm † de iure presbyter parochialis poffit in fuum adiutorium alium presbyterum , vel religiofum ad tempus etiam fine licentia fuperioris affumere , vtpote tempore quadragefimæ pro audiendis cōfessionibus , vel pro
25 administranda Eucharistia die Paschatis, † vel pro miffis celebrandis, dū tamen fibi conftet de fufficientia affumpti, vt poft Land.tradit Card.in clem.1. in princip. quæftio.21.de priuileg. Dominic.in cap. perfectis, ad fin. 25. distinctio.Ioan,Andr.in cap. cum ex eo.num. 3. de elect. lib.6.idem Card.in clem.1.quæft.15.& ibi Imo, num.8. in fin.& num.9.Anchar.num.4. verf. fed hic quæritur, & Vital.num, 62. cum fequ.de offic.vicar.Abb.in capit. extirpandæ,§.qui verò,nu.2.verf. hoc intellige, de præben. ¶ Quoad quartum , & vltimum requifitum nulla eft inter partes controuerfia,quin rectores fuo nomine fingulariter , & non cum aliis ad regimen parochialis , de qua agitur , affumpti fuerint. ¶ Accedit, quod etiam fi hæc duo posteriora requifita in cafu noftro deficerent,tamen,
26 † ex quo refpiciunt perfonam obtinentis Ecclesiam , an fit curatus, vel ne, idcirco Ecclesia non definetet effe parochialis curata, cùm fatis fit eam habere , & curam fori pœnitentialis , & distinctionem limitum. ¶ Præterea præmiffa fecundùm Dominos confirmantur ex prouifione Episcopi Riccabellæ, ex vifitatione Episcopi Melchionis,ex præfentatione facta ab Horatio,& eius fratre, & ex confeffione eiufdem Horatij, quæ non fuit fublata per reuocationem , ex quo de errore non conftat , imò potius de contrario. ¶ Non obftant exemplo deducta.
¶ Et in primis , quòd in Ecclesia, de qua agitur , non adfunt fepulturæ , nec ibi mortui fepeliuntur. ¶ Quia † fe- 27
pultura fine actus fepeliendi non arguit Ecclesiam curatam, cum fine cura poffit Ecclesia habere cœmiterium ex confuetudine, vel ex conceffione Episcopi,Federic.de Sen.confi.135.num.2.Staphil.d.folio 127.num.4.Sarnen. dict.fol.126.in litera E.Gambar.de offic.& poteft, leg. de later.fol.148,num.18.Hoftien. in cap.quia nonnulli, colum.penult.verficul.quid fi aliquis, & ibi Ioan. Andr. pariter,colum.penult.eod. verf.quid fi aliquis, Butr.numer. 10.Card,quæft.11.de cleric.non refident. ¶ Secundò non obftat, quod in Ecclesia fancti Michaëlis , de qua agitur, deficiat fons baptifmalis , quia † ex actu baptizandi non 28
colligitur cura,cùm baptifma poffit exerceri autem à laico,cap.ad limina. 30. quæft. 1. & valet omni cafu , dum- 29
modo fiat forma debita , cùm in tentione baptizandi , & fic actus baptizandi non fpectat ad curam , neque pœnitentialem, neque iudicialem, cuius quidem laicus , ficut † & mulier eft incapax, ca. omnes , & ca. noua quædam, 30
de pœnit.& remiff.c.dilecta,de maior.& obedien.c. bene quidem.96.distinct.ita poft Paul. concludit Card. in cle. 1.de baptifm.qu.4.num.5.& Imo.num.6.Anch. in 2.not. circo med.& Vital.nu.66.& 67.Hoftien.Ioan. Andr. Butt. & Card.in d.cap.quia nonnulli, in locis fupr.citatis , Feder. de Sen.conf.80. num.3. & conf. 135.in fin.Mil.in repert.in verbo, curatum non dicitur, Dec.in d.ca.ad aures, ante num.7.de rescript. Staph.d.fol.127.nu.5. Sarn.d.fol. 126.in litera E,verfic. nec etiam , Gambar. vbi fupra,numer. 19. ¶ Tertio non obftat,conf.Rom.356.num.1.2.3. & 4.quem fequitur Rebuff.de nominat.quæft.16.numer. 10.quia † quatenus Rom. fub numer. 4. dicit, Ecclesiam 31
parochialem curatam colligi ex probatione plurium, nempè, vt parochiani diebus feftiuis miffam in Ecclesia parochiali audiant , vt facramenta Ecclesiastica ibi percipiant , ac etiam ibi fepeliantur , vt foluantur decimæ perfonales, & fiant oblationes , vt facramentum Baptifmatis miniftretur , vtique Roma. loquitur contra communes Docto.traditiones : quia † quoad fepulturam , & 32
baptifma,curæ ex illis non infertur , vt fupra dictum eft.
¶ Quo verò ad decimas & oblationes , illarum † perce- 33
ptio non efficit Ecclesiam curatam, vt per Hoftien. Ioan. Andr.Card.& But.in d.c.quia nonnulli, in locis fupra citatis. Et licet Hoftien. quem cæteri fequuntur , moueat quæftionem de rectore nullos habente parochianos,quia † omnes mortui funt, tamen in fine quæftionis conclu- 34
dit generaliter propter perceptionem decimarum , oblationum, primitiarum, & aliarum rerum , de quibus ibi, non dici Ecclesiam habere curam. Et fic patet, Roman, dict.confi.356.numet.4.non benè refpondere ad not. per Hoftien.in dict.cap.quia nonnulli. ¶ Præterea enumerata per Roman,quibus probatis , inquit colligi Ecclesiam parochialem,atque curatam,non funt ea, quæ neceffariò requiruntur pro conftituenda Ecclesia parochiali curata , fed funt ea , in quibus ius parochiale confiftit inter † quæ duo longa eft differentia: nam actus baptizandi, 35
& fepeliendi,item perceptio decimarum,oblationum, & primitiarum, vt fupra dictum eft,non denotant curam,& tamen funt iura parochialia. Quod autem † enumerata 36
per Roman. fint iura parochialia, ex eo oftenditur, quod Roman. allegat Ioan. Andr. in rubr. de paroch. vbi poft Innoc.& Hoftien.inquit Ius parochiale confiftere in qui-

ius parochiale consistere in quibusdam ibi enumeratis,
quæ sunt illa eadem, quæ recenset Roma.dict.consi.356.
num.3.& idem voluerunt Card.Butr.Abb.& alij in d.tub.
de paroch.Hostiens.& Goffred. in eorum sum. tit. de pa-
roch.post.prin.& sum.Ang.& sum. Tabien.in verbo, pa-
rochia. ¶ Quartò non obstat,quòd deducta pro parte Iu.
Baptistæ demonstrant, Ecclesiam, de qua agitur, esse pa-
37 rochialem,non autem parochialem curatam.¶ Quia †re-
spondetur,omnem parochialem Ecclesiam dici curatam,
licèt non omne beneficium curatum dicatur Ecclesia pa-
rochialis,vt per Ioan.Andr.& alios in c.super eo, de præ-
ben.in 6.Rebuff.super concord.tit.de collat.§.statuimus,
il secondo,in verbo, parochiales, & in form.mand. apost.
38 in verbo, parochialis Ecclesia, fol. 164. Et † Ecclesia pa-
rochialis eo ipso, quod est parochialis, dicitur curata,
vt tradit Vital.in clem.1.num.1.de offic. vicar. Et proba-
tur, quia parochialis dicitur parochia, quæ nil aliud est,
quàm partitio curæ,vt supra dictum est,ergo qualitas pa-
39 rochialis necessariò implicat curam. Et hinc est, † quòd
in iure canonico,& in Concil.Trident. passim fit mentio
simpliciter de Ecclesiis parochialibus, absque expressio-
ne qualitatis curæ. ¶ Quintò & vltimo non obstat,quod
40 ad hoc,vt Ecclesia censeatur parochialis,requiritur † au-
ctoritas superioris constituentis eam parochialem, cap.
nullus omnino.16.quæst.7.c.sicut.de excess. prælat.Ioan.
And.Imol.Butr.& alij in c.quia nonnulli,de cler.nõ resid.
Alexan.consi.74.nu.2.lib.4.Rebuff.super concordant, ti-
tulo de collatio,§.statuimus,*il 2.*in verbo,parochialis Ec-
41 clesia, circa medium. ¶ Quia † auctoritas superioris in
casu isto ex cursu temporis præsumitur interuenisse, vt
latè per Gabriel.post alios,lib.1.de præsump.concl. 1.n.9.

CANTVCCII.

Pampilonen.beneficij de Allo.Veneris,24.
Maij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Obitus ad effectum reseruationis prouenientis ex vacatione beneficij in mense Apostolico, est plenè & concludenter probandus.*
Fallit,nisi obitus contingat in mari,nu.2.
3 *Mors in mari contingens est difficilis probationis,quæ etiam per eos,qui non interfuerunt,probari potest,cum num.4.*
5 *Mors in specie contingens in naui in mari submersa difficilis est probationis,& nu.seq.*
6 *Decisio Rotæ in simili casu de eo,qui obiit in naui submersa, quòd mors probetur per publicam vocem & famam.*

DECISIO LIII.

1 QVamuis ad effectum reseruationis prouenientis ex
vacatione beneficij in mense Apostolico, † obitus
sit plenè, & concludenter probandus,nec sufficiat semi-
plena probatio per famam, quia de præiudicio ordinarij
agitur, vt per Pute. decis.266. tamen si obitus contigerit
2 in mari,probatio † per famam satis erit:in his enim, quæ
difficilis sunt probationis, fama sola plenam facit proba-
tionem,vt post Butr.in cap.transmissæ,nu.10.vers.quan-
doque ad est, extra qui fil.sint legitim.& in cap.veniens,
*il 1.*sub num.10.de testibus,tradit Dec.in cap. 1. nu. 16.in
quinto casu,de appellat.Ias.in leg.cum ea,nu.6.de transa-
ctio.Menoch.de arbitr.iud.quæstio.9.casu.89. numer.88.
3 ¶ At † mors in mari contingens non videtur posse nega-
ri, quin sit difficilis probationis, cùm etiam per eos, qui
4 † non interfuerunt,probari possit,vt per text.in leg. quo-
ties,C.de naufrag.lib.11.tradit Ang.in l.2.§. si dubitetur,
num.4.& ibi Imol.num.12. post med.ff. quemadmodum
testamen.aper.idem Ang.in l.si quidem, num.3. versic. si
vero mors,C.soluto matrim.Luc.de Pen.in dict.leg.quo-
ties, propè fin.Boer. decis.288. colum. 3. vers. & idem si
5 agatur de morte. Et in † specie, mortem in naui in mari
submersa euenientem difficilis esse probationis, & pro-
pterea admitti leues probationes, quæ aliàs non sufficе-
rent, voluit Corn.204.n.4.lib.3.per nor.per Doct.in dict.
§.si dubitetur, & in dict.l. si quidem. ¶ Ita dixerunt Do-
mini in vna † Pampilonen.beneficij de Allo,die Veneris, 6
24.Maij,1577. coram me, in qua plures testes obitũ San-
cti vltimi possessoris dicti beneficij de Allo defuncti de
mense Nouembris in mari, ob naufragium nauis, in qua
reperiebatur,per publicam vocem,& famam optimè pro-
babant.

CANTVCCII.

Caurien.siue.Nullius iurisdictionis. Lunæ. 26.
Nouembris, 1576.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ seculares alicui pertinentes ratione aliquorum iurium veniunt appellatione Ecclesiæ ex natura & proprietate genitiui,eorum.*
2 *Genitiuus,eorum,quid importet.*
3 *Ecclesiæ appellatione de proprietate vocabuli venit etiam secularis.*
Item etiam veniunt Ecclesiæ seculares pertinentes ad aliquem ratione loci, vel existentia illarum in districtu ac dominio alicuius,num.4.
5 *Dictio,ac,est de sui natura ampliatiua.*
Et eò magis,vbi eadem repetitur,num.6.
7 *Argumentum de personis ad res,validum est in iure.*
8 *Argumentum a proportione quid operetur.*
9 *Papa in dubio censetur potiùs concedere quàm auferre.*
10 *Superfluitas euitanda est,& num.seq.*
11 *Monasterio exempto Ecclesia regularis monasterij exempta intelligitur.*
12 *Concessum clarè in dispositione non requirit aliam petitionem.*
13 *Concessio non videtur generalior petitione, quando virtualiter quod concessum est,petitio continebat.*
14 *Communicatio priuilegiorum non præsumitur nisi expressè probetur.*
15 *Singula singulis referenda sunt.& nu.18.*
16 *Clausula amplissima in priuilegiis maximam vim operatur.*
17 *Clausula,perinde,quid operetur.*
18 *Clausulæ omnes ita interpretari debent, vt singula singulis referendo,vniuersaliter intelligi possint.*
19 *Verba generalia etiam in dispositione odiosa sunt generaliter intelligenda.*
Idq; magis,vbi proprietas verborum patitur,nu.20.
Imo magis, vbi salua ratione recti sermonis non possunt restringi,nu.21.
22 *Restrictio, salua ratione restricti sermonis, non potest fieri in priuilegio, vbi omnes in eo numerati possunt eo beneficio potiri.*
23 *Singuli nominati in priuilegio debent singulis beneficij & priuilegiis vti, non autem singuli certis.*
24 *Communicatio priuilegiorum debet esse talis, vt omnes eadem communicatione vtantur.*
25 *Singula singulis particulariter sunt referenda, quando aliter non possunt salua secundum rectitudinem sermonis: aliàs non.cum nu.27.*
26 *Priuilegia debent esse proportionabilia, & compatibilia.*
27 *Relatio particularis, vt singula singulis particulariter referantur, non est facienda, nisi ex vrgente caussa & necessitate: aliàs inhærendum est proprietati verborum.*
28 *Substitutio habens clausulam,modis præmissis, debet referri ad precedentia referendo singula singulis.*
29 *Clausula,modis præmissis, refertur ad ea solùm, quæ legi possunt.*

DECISIO LIIII.

COnclusum fuit sub illis verbis priuilegij Leonis De-
cimi,ac in districtu eorum & dominio ipsius militiæ
consisten

1 consistẽtibus Ecclesiis, venire Ecclesias singulares † per-
tinentes ad Militiam ratione aliquorum iurium, vt de-
notat verbum eorum, glos. in cap. de monachis, in verbo,
de prouentibus, de præben. & ibi Butr. nu. 8. & Abb. nu. 5.
Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæst. 10. arti. 1. nu.
2. fol. mihi 147. tex. in c. 1, de capell. monach. in 6. & ibi gl.
2 in verbo, ipsis. Et in † specie de genitiuo, eorum, Cardin.
in clem. 1. vers. præsentator, nu. 7. quæst. 8. de excess. præ-
lat. referendo illud verbum, eorum, ad magistrum, prio-
res, præceptores, milites, fratres, & vasallos Militiæ.
3 ¶ Verbum † autẽ, Ecclesiis, ex proprietate sermonis com-
prehendit seculares, c. ex literis, de consuet. & ibi Card. in
tertia opp. Abb. 1. not. Imo. num. 5. Barbat. num. 11. glo. in
ca. grandi, in verbo, monasteriorum, de supplen. neglig.
prælat. & ibi Archid. nu. 5. in verbo, Ecclesiarũ, Dom. col.
3. nu. 12. post medium, & Franc. num. 3. ¶ Veniunt etiam
4 † sub eisdem verbis Ecclesiæ seculares pertinentes ad Mi-
litiam ratione loci, id est, ratione existentiæ illarum in
districtu ac dominio Militiæ propter distinctionem, ac,
quæ † est de sui natura ampliatiua, vt hic per informan-
tes militiæ, ita vt ex illa amplietur cõcessio Leonis etiam
ad Ecclesias seculares consistentes in districtu & domi-
nio militiæ: tantò † magis, quia illa ampliatiua, ac in tri-
bus locis in eodem priuilegio repetitur sub eadem ver-
borum conceptione, ad l. Balista, ff. ad Trebel. ¶ Adiuuat
ratio verisimilitudinis † & proportionis de personis ad
res, vt sicut Papa voluit eximere personas seculares Mili-
tiæ, nempe vasallos & seruitores, sic etiam Ecclesias secu-
lares pertinentes aliquo modo ad Militiam, ac in distri-
ctu & dominio eius consistentes, arg. text. in leg. sufficit,
ff. de cond. indeb. cum adductis per Euerhar, in loco à pro-
portione. Quinimò ex eo euidentiùs apparet, quod Pa-
pa voluit concedere priuilegium Ecclesiis regularibus
sine distinctione loci, † & vbilibet existentibus, sicut cõ-
cesserat ordini Cistercienssium. Vnde restrictio Ecclesia-
rum militiæ ad districtum ipsius Militiæ, de secularibus
oportet intelligere, non de regularibus, ne † auferre
potiùs quàm concedere videretur Romanus Pontifex.
Confirmabat præmissa ratio euitandi multas superflui-
tates, superflueret enim illa dictiu, ac, sæpiùs repetita, si
concessio fuisset facta Ecclesiis regularibus consistenti-
bus in districtu: nam † Papa dixisset, eorúmque in distri-
ctu & dominio ipsius militiæ cõsistentibus Ecclesiis, cum
eis dixisset, monasteriis, domibus, & aliis locis, ex qui-
bus verbis designabantur regulares Ecclesiæ. Denique
verbum, Ecclesiis, omnino superflueret, cùm monasteria
continerent illas. Nam † exempto monasterio Ecclesia
regularis monasterij exempta intelligitur, gloss. in c. 1. in
verbo exempto, & ibi Archid. col.... vers. loco exempto,
de priuileg. in 6. idem Archid. in c. nulla. 2. q. 1. Maria. Soc.
in cap. recepimus, nume. 97. de priuileg. Et eò magis sunt
vitandæ huiusmodi superfluitates, quia non semel, sed
sunt repetitæ, & ideò non sine ministerio operandi.
Non obstat, quòd expresè de Ecclesiis non fuerit pe-
titũ, cùm † clarè in dispositione appareat concessum, c.
dilectos, versic. cæterum memorati, de fide instrum.
Abb. col. 3. vers. nota bonam limitat. Et satis † vir-
tualiter petitum fuit in clausula, & aliàs in præmissis
tunc prouidere. Imò expressè dictum fuit de præce-
ptoriis, alias commendariis nuncupatis. ¶ Neque obstat
quod pro parte R. P. Episcopi dicitur, quòd non est facta
à Leone Decimo communicatio † militiæ priui-
legiorum per Innocentium & alios summos Pontifices
concessorum Cisterciensibus, vt magnus magister, &
alii de militia ac illorum res & bona singulariter fin-
gula possint generaliter & vniuersaliter vti, & potiri om-
nibus dictis priuilegiis coniunctim aliis Cisterciensibus
concessis, sed tantùm particulariter & singulariter prout
singulis Cisterciensibus diuisim erat concessum, referen-
do singula singulis, iuxta gl. in l. si negotium, C. de neg.
neg. gest. cum aliis per Dec. cons. 384. num. 6. versic. non
obstant allegata. ¶ Nam dixerunt plures ex Dominis,
quod imò omnia contenta in priuilegiis Cisterciensium
tam specialibus Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij,
quàm generalibus concessa reb. & personis Cisterciensi-
bus, censentur concessa rebus & personis militiæ, & aliis
nominatis in dicto priuilegio, referendo singula singulis
coniunctim & vniuersaliter, quatenus sint capaces, & in
eis congrua cadat proportio, non autem singulariter,
quatenus essent concessa personis vel Ecclesiis Cister-
ciensium. Nam in dicto priuilegio Leonis adsunt clau-
sulæ amplissimæ, ex † quibus clarè apparet, quòd huius- 16
modi priuilegia fuerunt vniuersaliter personis & rebus
militiæ concessa, quia singulis expressis omnia contenta
in priuilegiis Cisterciensium simul & coniunctim con-
ceduntur, vt ibi, inhibitione, mandato, susceptione,
exemptione, liberatione, subiectione, & decretis in literis
prædictis, &c. & perinde ac, &c. vti potiri & gaudere li-
berè & licitè valeant, & non conceditur vnũ vel alterum
singulariter ac diuisim, sed omnia vniuersaliter & con-
iunctim. Quod ampliùs apparet ex clausula, perinde, vbi
magistro, † prioribus, præceptoribus, & aliis supra no- 17
minatis expresè dicitur, quod vti & potiri possint præ-
dictis concessis Cisterciensibus, perinde ac si eisdem su-
pra nominatis militiæ specialiter indulta & concessa fuis-
sent. Si autem ista omnia rebus & personis militiæ spe-
cialiter concessa & indulta fuissent, clarum est, quòd om-
nia simul singulis concessa intelligerentur. Clausulę enim
huiusmodi tam latè patent, vt † non, nisi simul & con- 18
iunctim, singula singulis vniuersaliter referendo, intel-
ligi possint. Et ita in simili casu considerat Corn. consilio
268. num. 21. circa med. versic. confert etiam. & versic. &
in fine subditur, lib 4. ex reg. l. talis scriptura, de legat. 1. &
l. 1. C. de liber. & post hum. & vbique Ias. &c. secundo re-
quiris, vbi etiam Dec. de appel. quod clausula in princi-
pio, & in fine posita est generaliter intelligenda, & ad
omnia referenda singula generaliter singulis referendo.
¶ His accedit, quòd in quauis dispositione etiam odiosa
verba † generalia non sunt restringenda, sed generaliter 19
intelligenda. Ang. in l. fin. col. fin. de const. Princ. cum
aliis per Dec. cons. 5. in fine. etiam si maior ratio esset in
vno casu quàm in alio. l. in fraudem, in fin. & ibi. Bald. de
testam. milit. cum aliis per Aym. cons. 90. num. 4. Et † tan- 20
tò magis, quatenus (vt hic) verborum proprietas id pa-
titur. l. cum lege. vbi Aret. de testam. Calder. cap. 1. de con-
san. & affin. cum aliis per Aym. cons. 818. num. 11. Et mul-
tò † magis, vbi salua ratione recti sermonis non possunt 21
restringi. l. Plautius. de auro & argen. lega. l. Iulius. ad
Trebel. plene Alex. Ias. & alij. in l. si de certa. C. de trans-
act. prout contingit hic: nam † si magnus magister, & 22
omnes enumerati in priuilegio Leonis possunt vti &
potiri decreto, exemptione, liberatione, & aliis in literis
ibi relatis, & singulis priuilegiis hactenus Cisterciensi-
bus concessis, non potest fieri restrictio salua ratione re-
cti sermonis, vt referantur singula singulis, prout diui-
sim & particulariter cuique erant Cisterciensibus con-
cessa, quia non † vterentur singuli de militia singulis pri- 23
uilegiis Cisterciensibus concessis, vt expresè dicitur in
communicatione Leonis, sed singuli vterentur certis &
particularibus priuilegiis, quod esset violare nedum pro-
prietatem verborum, sed rationem recti sermonis. ¶ Præ-
terea sequeretur absurdum, quod † nihil magno magi- 24
stro, præceptoribus, & militibus militiæ fuisset commu-
nicatum, cum tales personæ in ordine Cisterciensiũ non
inueniantur, & tamen illis etiam primo loco voluit Leo
concedere, & quidem vniuersaliter, vt ex lectura priui-
legij apparet. ¶ Non obstat glossa in, dicta l. si negotium,
C. de neg. gest. cum aliis allegatis. ¶ Quoniam † omnia fa- 25
ciunt pro ista parte: nam (vt eleganter inquit Ang. in l.
fin. in glo. 3. num. 4. C. de fideicom.) singula singulis par-

ticulatiter ſunt referenda, quando aliter non poſſunt ſaluari ſecundùm rectitudinem ſermonis, vel ſequeretur correctio aut repugnantia in eadem diſpoſitione, vel pri-
26 uilegia non eſſent proportionabilia, † compatibilia, aut ex alia ſimili cauſſa. Et Ang. paſſim ſequitur Dec. conſil. 186.col.2.in fin.verſicul. quarto conſiderandum eſt, & d. conſ.384.nu.6.verſ. non obſtant allegata. aliàs enim non
27 ſubſiſtente euidenti † neceſſitate vel alia vrgente cauſſa, non eſt facienda talis relatio, ſed inhærendum proprietati verborum, vt ſupradictum fuit, & tantò magis in caſu iſto, in quo ratio recti ſermonis (vt dictum eſt) nos compellit ita interpretari. ¶ Non obſtat Aym. conſil. 98. num.11.vbi loquitur de ſubſtitutione habente clauſulam
28 modis præmiſſis, inquiens † debere referri ad præcedentia, referendo ſingula ſingulis. Quoniam tunc adeſt ratio neceſſaria reſtringendi generalem diſpoſitionem: nam illa verba, modis præmiſſis, ſunt adeò reſtrictiua, vt refe-
29 rantur † ad ea ſolùm, quæ legi poſſunt. Barto. & alij per Ruin.conſ.122.nu.6.verſ.& non obſtat, lib. 2. Zanch. in l.hæredes mei.§.cum ita, nu.414.in fin.ff.ad Treb. ſed hoc non facit ad caſum iſtum, quia verba ſunt vniuerſalia, & non reſtricta. ¶ Non obſtat, quòd ita intelligendo conceſſio eſſet generalior petitione. Quoniam hoc tollitur ex
30 † facto, vt ibi, & aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, vt bene per informantes hic.

CANTVCCII.

In eadem Cautien. ſiue Nullius iuriſdictionis. Veneris, 11.Ianuarij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium exemptionis debet ſtrictè interpretari.*
2 *Communicatio & exequatio priuilegiorum non debet operari ampliationem, vt prius habeat is, cui communicantur, quàm is, cuius priuilegia communicantur.*
3 *Papa intentio in adæquatione non eſt plus velle dare vni, quàm alteri.*
4 *Priuilegium de nouo concedi, & per viam adæquationis differunt.*
5 *Dictio, perinde, quid importet.*
6 *Verba indefinita ſui natura reſtrictionem recipiunt.*
7 *Adæquatio quando eſt facta per verba indefinita, non veniunt futura: ſecus ſi per verba vniuerſalia.*
8 *Indefinita in priuilegiis reſpectu concedentis æquipollet vniuerſali, ſecus reſpectu tertij.*
9 *Oratio vniuerſalis non extenditur vltra id, ad quod extendebatur diſpoſitio, ſuper qua interponitur, & numero ſeq.*
11 *Oratio vniuerſalis limitatur à diſpoſitione, ſuper qua interponitur.*
12 *Clauſula generalis quando ſalua ratione recti ſermonis poteſt ad ſpecificata reſtringi, ad illa tantùm reſtringitur.*
13 *Priuilegium conceſſum ſubditis & ſeruientibus intelligitur quoque communicatum vaſallis, & ſeruitoribus.*
14 *Priuilegium adæquatum ſeu communicatum etiam conceptum cum illis verbis, in omnibus & per omnia, non trahitur ad inſolita.*
15 *Laici vt eximantur à ſolutione decimarum, eſt inſolitum, & non conceditur niſi cum difficultate.*
Imò magis eſt odioſa exemptio ad fauorem laicorum potius quàm clericorum. num.17.
16 *Papa an poſſit enormiter lædere Eccleſiam, Doctores dubitant.*
17 *Exemptio à ſolutione decimarum ad fauorem laicorum potius quàm clericorum multò magis eſt odioſa.*
18 *Clauſula in principio vel fine poſita ad omnia referri non debet, quando ratio diuerſitatis reddi poteſt.*
19 *Priuilegium intelligendum eſt iuxta formam petitionis.*
20 *Verba & aliàs opportunè prouidere, debent intelligi quoad petita, & non vltra.*
21 *Priuilegium exemptionis decimarum non eſt extendendum ad non expreſſa.*

DECISIO LV.

Licèt die Lunæ, vigeſima ſexta Nouembris, anni præteriti plures ex Dominis dixerint, Leonem Decimum in ſuo priuilegio conceſſiſſe & communicaſſe exemptionē decimarum, & iuriſdictionis, & reliqua omnia in eo contenta perſonis militiæ, illarumque vaſallis, ſubditis, ſeruientibus, monaſteriis, domibus, locis, & Eccleſiis non particulariter & diſtributiuè referendo ſingula ſingulis, ſed ſemel & coniunctim, dummodo perſonæ, res, & loca, quibus dictum priuilegium conceſſum fuit, eſſent capaces & capacia, & congrua in eis caderet proportio: nihilominus poſtulante Epiſcopo ſuper hac reſolutione iterum audiri die Veneris, 11.Ianuarij, præſentis anni, cauſſam ſuper eadem reſolutione propoſui. ¶ In qua poſitione Domini fuerunt varij, nec quicquam ſuper dicta reſolutione firmatum, ſed ſolùm in dubium reuocata. ¶ Nam tenentes pro militia perſiſtebant in eadem ſententia, in qua aliàs fuerunt ex deductis in præfata reſolutione, quibus nihil fuit additum. Tenentes verò pro Epiſcopo mouebantur ex pluribus. ¶ Primò,
ex natura priuilegij exemptionis, quæ vti odioſa & tertio 1
præiudicialis debet ſtrictè interpretari, ex allegatis hic
per informantes Epiſcopi. ¶ Secundò, ex † natura com- 2
municationis, & exæquationis priuilegiorum, quæ eſt, vt priuilegia vni competentia alteri communicentur non vt amplientur, & plus habeat is, cui communicantur, quàm is, cuius priuilegia communicantur. vt per omnes Doctores in l.1.ff.de legat.1. & non videtur poſſe
negari, quin in caſu noſtro ſit adæquatio, cùm † Papa ve- 3
lit, militiam gaudere eiſdem priuilegiis, quibus gaudet ordo Ciſtercienſium. ad tradit. per Ruin.in d.l.1.nu.14. & eſt de mente Pariſ.ibi numer.26. & 27. vbi agit de filio emancipato, qui ſuccedit vt ſuus. ¶ Nec tenentibus hanc partem placebat argumentum, ſiue conſideratio facta pro parte militiæ, quòd non eſſet adæquatio, ſed nouum priuilegium, ponderando verbum, concedimus, & alia,
de quibus per informantes militiæ. ¶ Quia † reſpon- 4
debant, priuilegium eſſe nouum in eo, quòd militiæ tribuuntur priuilegia antea ſibi non competētia, *ſed hæc* priuilegia cōceduntur illi per viam adæqua*tionis.* ¶ *Tertiò*, ſponderabant iidem Domini dictionem *illam, perinde*,
quæ † importat idem per omnia quoad *tempus*, & 5
quoad aliàs qualitates reſpectu militiæ, prout erat reſpectu ordinis Ciſtercienſium. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo. perinde, Ruin. in dict.leg.1.nu.15.
¶ Quartò, quia verba ſunt indefinita, quæ † ſui natura 6
reſtrictionem faciliùs recipiunt. Pariſ.in d.l.1.numer.26. verſ.item operantur. Et hinc eſt, quòd quando adæqua-
tio † eſt facta per verba indefinita, non veniunt futura, 7
licèt ſecus ſit, quando per verba vniuerſalia. Pariſ. in d.
l.1.ſub num.13.vbi quod omnes ita fatentur. Et licèt † in- 8
definita in priuilegiis æquipolleat vniuerſali, id tamen procedit reſpectu concedentis, contra quem latiſſima ſit interpretatio, non reſpectu tertij. Pariſ. d. numer.13.
poſt med.& ſuperius num.6. ¶ Quintò, quia † oratio vni- 9
uerſalis non extenditur vltra id, ad quod extendebatur diſpoſitio, ſuper quia interponitur, l.ſi de certa. C.de trāſ-
act.Pariſ.in d.l.1.num.7. ¶ Vnde cùm † iſta oratio inde- 10
finita proferatur ſuper priuilegiis Ciſtercienſibus iam conceſſis, non debet extendi vltra id, quod præfata pri-
uilegia continerent, & conſequenter † oratio vniuer- 11
ſalis limitatur à diſpoſitione, ſuper qua interponitur.
¶ Sextò, quoniam quando clauſula † generalis ſalua ra- 12
tione recti ſermonis, poteſt ad ſpecificata reſtringi, ad illa tantùm reſtringitur. Pariſ.in dict.leg.1.numer.8. ſed ſalua ratione recti ſermonis, imò, ſecundum aliquos

ex Do

ex Dominis, secundùm verum sensum priuilegij potest
intelligi respectu specificatorum, quia in priuilegio In-
nocentij eximuntur subditi, ac eis seruientes, in commu-
13 nicatione † Leonis communicantur priuilegia sub his
verbis, illorumque vasallis & seruitoribus. Ergo vasallis,
& seruitoribus intelligetur communicatum priuilegium
concessum subditis & seruientibus. Quod autem subdi-
tis & seruientibus sit concessum illud, quod est conces-
sum magno Magistro, & præceptoribus, hæc verba hoc
necessario non inferunt, & subiecta materia non pati-
14 tur. ¶ Septimò, nam priuilegium † ad æquatiuum seu
communicatiuum etiam conceptum cum illis verbis, in
omnibus & per omnia, non trahitur ad insolita, & cum
difficultate concedenda, vt per Butr. cons. 19. sub num. 9.
Soci. in d. l. 1. nu. 3. in fin. Ias. nu. 21. vers. 1. limita. Rip. nu.
8. vers. & ita intellige. Crot. num. 10. Paris. num. 24. in fin.
15 Nat. consil. 4. numer. 6. lib. 1. ¶ Quod † autem eximantur
laici à solutione decimarum, est insolitum, & non, nisi
cum difficultate concederetur: & tantò magis, quòd in
casu isto non vnus vel duo, sed vnum & integrum terri-
torium à solutione decimarum eximeretur. Papam enim
sub isto verborum inuolucro voluisse Ecclesiã tam enor-
miter lædere, Dominis hanc partem tenentib. nullo pa
16 cto verisimile fiebat. ¶ Maxime, quia † Docto. de pote-
state dubitant, & Abb. in c. à nobis. numero 5. de decim.
inquit, taliter priuilegiatum sine caussa in foro conscien-
tiæ tutum non esse, licet hoc dictum fuerit non vt de po-
testate disputaretur, sed vt ex grauitate materiæ, & enor-
mi præiudicio voluntas deprehenderetur: multò enim
17 magis est odiosa † exemptio à solutione decimarum, ad
fauorem laicorum, quàm clericorum. Aleiat. consil. 22.
num. 9. ¶ Vnde cùm in casu nostro adsit ratio diuersita-
tis, consequens fit, singula singulis esse referenda, sicut
18 dicimus de clausula † in principio vel in fine posita, quòd
ad omnia referri non debet, quãdo ratio diuersitatis red-
di potest, vt per Dec. in c. 2. requirit, numero 2. de appella.
¶ Nec secundùm istos Dominos bona erat responsio ad-
ducta pro parte militiæ, quòd Episcopus non fundat in-
tentionem super decimis de iure communi, quia exem-
ptio est concessa respectu omnium, & consequenter re-
19 spectu Ecclesiarum parochialium. ¶ Octauò, quia † pri-
uilegium debet intelligi iuxta formam petitionis Caro-
li Quinti, petentis remoueri assertionem nonnullorum
asserentium, personas, militias, earumque monasteria,
domos, & loca non posse gaudere priuilegiis Honorij,
Martini, Sixti, & Innocentij, ob non factam in eis spe-
cialem illorum mentionem, quamuis essent eiusdem or-
dinis professores, & sub eadem regula militarent, & vi-
uerent. ¶ Nec obstant illa verba, & alias opportune pro-
10 uidere. Quia † debent intelligi quoad petita & non vl-
tra, maximè, quia Papa dicit, supplicationibus inclinari.
¶ Nonò, placebat etiam ratio illa, quòd si Leo voluisset
1 priuilegium exemptionis decimarum † extẽdere ad sub-
ditos vasallos, &c. vtique de hac extensione verisimiliter
mentionem fecisset. ¶ Vltimò, fuit considerata series pri-
uilegiorum narratorum, textura verborum, videlicet,
inhibitione, mandato, &c. quæ omnia inuicem corres-
pondebant.

CANTVCCII.

Legionen. congruæ. Ven 11. Octobris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Beneficiati ad onus curæ non sunt astricti, nisi probetur.*
2 *Curæ onus & necessitas est caussa assignationis congruæ portionis.*
3 *Rector cogendus est tenere clericum intitulatum, quando redditus Ecclesiæ sufficiunt.*
Limita, nisi redditus ad alium pertineant. nu. 4.
5 *Cultus diuinus non imminuitur per denegationem congruæ, quando Ecclesia conseruatur in eodem seruitio.*
6 *Comestabilis tenetur beneficia, quæ sunt de iure patronatus, sufficienter dotare.*
7 *Dos ab initio constituta Ecclesiæ si processu temporis non sufficiat nihil ad patronum.*
Fallit nisi deterioratio contingeret ex culpa patroni, num. 8.
9 *Beneficiati non sunt necessarii in parochialibus, sed ad bene esse.*
10 *Clericus vnus sufficit in parochiali vltra sacerdotem.*
11 *Beneficium tenue acceptans sibi imputare debet.*

DECISIO LVI.

DOmini steterũt in decisis, nempe, Beneficiatis con-
gruam non deberi cùm ex dictis testium † non pro- 1
betur, illos esse necessarios, & ad onus curæ astrictos, &
sic cessat caussa siue fundamentũ assignationis congruæ,
quòd † est necessitas & onus curæ. ad tradit. per Rub. ff. 2
de congru. nu. 68. Et fuit resolutum in illa Calliguritan.
congruarum de Baldetan. coram bonæ memoriæ Ora-
din. 21. Maij, 1571. & in alia Legionen. congrui seruitij,
coram Binatino, & in alia Toletan. congruarum, co-
ram Reuerendo Domino Aldobrandino, & in pluri-
bus aliis caussis. ¶ Non obstant noniter deducta pro
parte Beneficiatorum. ¶ Et in primis non obstat, quod
quando redditus Ecclesiæ sufficiunt, cogendus est re-
ctor † tenere clericum intitulatum, & non excusatur 3
tenendo seruitorem, nisi quando redditus non sufficiunt,
Abb. in cap. si. no. 10. in fin. & ibi Felyn. pariter, num. 10.
vers. ex quibus colligit, de præsumpt. idem Abbas. in c. vt
quisque, sub nu. 1. versic. item nota quod in Ecclesia, de
vita & honest. cleric. ¶ Quia respondetur, id † non pro- 4
cedere, quando redditus ad alium pertinent, vt in casu
nostro. Et ita in specie dictum fuit in illa Legionen. con-
grui seruitij, 4. Iunij, 1572. coram. D. Binatino. ¶ Secundò
non obstat, quod diuinus cultus non debet imminui. iux-
ta caput. penult. constitutio. Quia † negatur in casu isto 5
sequi aliquam diuini cultus diminutionem, cùm Eccle-
sia conseruetur in eodem seruitio, etiam si nihil augea-
tur. ¶ Tertiò non obstat, quòd cùm beneficia, de qui-
bus agitur, sint de iurepatronatus, Dominus Cone-
stabilis † teneatur ipse sufficienter illa dotare. Abb. in 6
cap. ad audientiam, el 1. nu. 5. de Eccles. ædific. & cons. 89.
nu. 2. cum seq. lib. 2. ¶ Quia Domini præsupponunt, be-
neficia ista fuisse dotata, & propterea etiam si processu
temporis † dos ab initio constituta non sufficiat, nihil 7
ad patronum, sed ad Ecclesiã ipsam pertinet, vt per Paul.
de Cittadin. de iurepat. par. 5. caussa. 2. quæ. 12. nu. 45. post
medium, vers. si autem contingit. Lambert. de iurepatro-
nat. lib. 1. part. 1. 5. quæ. princip. art. 8. num. 17. fol. mihi
36. col. 4. Nisi † deterioratio contingeret ex culpa pa- 8
troni, vt fuit dictum in illa Toletan. congruam, 13. Fe-
bruarij. 1570. coram R. Domino Aldobrandino. ¶ Quar-
tò non obstat, quòd isti beneficiati administrant sa-
cramenta. ¶ Quia hoc non est verum in facto, cùm te-
stes expresse dicant, beneficiatos siquid faciunt, id ex
voluntate facere. ¶ Et † quamuis beneficiati possint es- 9
se necessarii pro cantandis missis, hoc tamen non est ne-
cessarium, sed ad bene esse, in parochialibus, vt fuit re-
solutum in illa Legionen. congrui seruitij, quinta Maij,
1572. coram Domino Binatino. Cùm † in parochiali vl- 10
tra sacerdotem sufficiat vnus clericus, vt per Cassad. de-
cis. 19. sub num. 1. de præben. ¶ Est autem particulariter
videndum, an beneficia huiusmodi suam habeant do-
tem, cùm hinc præmissa pendeant: nam stante dote im-
potandum est ei, qui † tenue acceptat beneficium gloss. 11
in c. 1. in verbo necessitatem. 21. quæst. 1. & beneficio ali-
quid habente illud præsumitur sibi in dotem datum,
cùm ista sit caussa necessaria, Bald. consil. 113. nu. 3. lib. 5.
& in assignatione dotis, Aymon. cons. 304. num. 5. Et ita

fuit dictum in illa Toletan. congruarum. coram Domino Aldobrandino. 13. Februarij. 1576.

CANTVCCII.

Romanensis seu Amerinensis domus. Veneris. 25. Octobris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Verba plenè & integrè, solita apponi in sententiis latis in Saluiano, intelliguntur ad effectum possessorij tantum.*

2 *Exceptio renuntiationis opponi non potest in iudicio possessorio.*

Fallit, nisi eius probatio constet clarè per publicum instrumentum. nu. 4.

3 *Exceptio, an requirat altiorem indaginem, iudicis arbitrio relinquitur.*

5 *Renuntiationis nullitas opposita requirit altiorem indaginem.*

6 *Nullitas renuntiationis per replicationem opposita, non est reseruanda ad merita caussa.*

DECISIO LVII.

DOmini quoad caput insisturæ steterunt in decisis:
sententia enim Maceraten. fuit lata in sulo posses-
sorio, vt clarè eius verba demonstrant. Nec obstant il-
la verba, plenè & integrè. Quia sunt verba solita poni in
1 sententiis latis in Saluiano, & propterea † intelligun-
tur ad effectum possessorij tantùm. Et eo magis in hac
opinione Domini persistebant, quod audito a me toto
negotiò suspensionis petitorij, quomodo sese habeat in
facto, & visa originali scriptura protestationis Domini
Gentilis, & protestationis, & suspensionis petitorij Do-
mini Ascanij in eadem scriptura immediate subsequen-
tis, iudicarunt adesse suspensionem petiturij, præsertim
ex confessione Domini Gentilis confitentis in calce suæ
protestationis, petitorium fuisse suspensum. ¶ Quo verò
2 ad caput † exceptionis renuntiationis, an illa obstaret in
hoc possessorio, per ea quæ dicit Soc. consil. 59. num. 1. 2.
& 3. lib. 3. Dominis hoc caput non placuit, quia iudex
reiiciendo huiusmodi exceptionem arbitratus fuit, illam
3 requirere altiorem indaginem, cùm † iudicis arbitrio re-
linquatur dignoscere, quando exceptio altiorem inda-
ginem requirat. Roman. consil. 244. in fine. Socinus dict.
consil. 59. num. 2. vbi de magis commum. Aymon. consil.
156. num. 17. in fine. Tiraquell. in leg. si vnquam, in ver-
bo, omnia vel partem, num. 21. C. de reuocand. dona-
tio. Neuizan. consil. 56. num. 3. in fine Menoch. de ar-
bitr. casu 20. num. 3. & de recuperand. possess. remed.
primo, quæstio. 21. num. 230. ¶ Reseruarunt tamen Do-
mini particulariter videndum caput istud renuntiatio-
nis, siue caput notoriæ iniustitiæ circa illud tamen, quod
4 pro parte hæredum Ægidij reorum conuentorum ex-
ceptio † renuntiationis non requirebat altiorem indagi-
nem, quia eius probatio erat in promptu, & clara, cum
constaret per publicum instrumentum, vt per Socinum.
dict. consil. 59. num. 2. versic. sed siue discutiamus. Et si
qua altior indago requirebatur, illa erat ex parte Asca-
nij, & fratrum agētium, qui replicabant renuntiationem
† fuisse nullam ex capite enormissimæ læsionis, & ex aliis
5 capitibus, quorum cognitio & discussio altiorem requi-
rebat indaginem: & sic in casu isto altior indago non ca-
debat in exceptionem renuntiationis, sed in replicatio-
6 nem nullitas ipsius renuntiationis, quæ replicatio † non
erat reseruanda ad merita caussæ, sed discutiendum fue-
rat, an renuntiationi enormissima læsio, & alij defectus
obstarent. Afflict. decis. 63. Pur. in terminis Saluiani de-
cis. 233 incip. die 27. Martij. 1549. versic. & ideò non esset
reseruanda. lib. 3.

CANTVCCII.

Firman. bonorum. Lunæ, 16. Decemb. 1577.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo obtinere volens, debet probare possessionem bonorum.*

2 *Testes deponentes de communi possessione non probant possessionem ad effectum mandati de manutenendo.*

3 *Communio datur sine possessione.*

4 *Mandatum de manutenendo ad effectum generica communionis & possessionis pro indiuiso, dari potest, secus ad effectum percipiendi fructus pro parte.*

5 *Fructuum perceptioni locus esse non potest, nisi corpora bonorum, ex quibus percipiuntur, sint certa.*

6 *Interdictum retinenda non datur, nisi constet de possessione.*

DECISIO LVIII.

REsolutum fuit, mandatum extra Rotam decretum
non esse relaxandum, nec exequendum, quia † pro 1
patre Hieronymi, qui tantum nunc instet pro manda-
tore manutenendo, non fuit probata possessio bono-
rum, de quibus agitur. Testes enim extra Rotam exa-
minati nullum verbum de possessione Hieronymi, sed
solum deponunt de cohabitatione † & vita in commu- 2
ni Hieronymi & Rugerij eius fratris, cum Horatio &
Euandro eorum patruis, ac in genere de communione
dictorum bonorum pro indiuiso inter eos, ac etiam de
communi possessione eorundem bonorum possessorum
per Horatium & Euandrum, & per Ioannem Philippum
patrem Hieronymi & Rugerij. Et tantò magis, quòd pro-
curator Hieronymi & Rugerij confessus fuit illos nihil
possidere, quæ confessio tempore mandati extra Rotam
decreti non fuerat reuocata. ¶ Quo vero ad iura, de qui-
bus in præsuppositis, vtique nec illa probant possessio-
nem Hieronymi, sed solum communem confessionem Ho-
ratij & Euandri confitentium vitam in cōmuni, & com-
munionem patrimonij, & bonorum pro indiuiso. ¶ Vnde
ex communione non infertur ad possessionē rerum com-
munium, cum † detur communio sine possessione l. 1. 3
versiculo quæ quidem actio. & l. hæredes. §. quantum. ff.
famil. ercisc. ¶ Quantum autem ad secundam partem
dubij, an mandatum de manutenendo sit de nouo decer-
nendum, & relaxandum in casu & ad effectum, de quo
agitur, Domini ad effectum cuiusdam † genericæ com- 4
munionis, & possessionis pro indiuiso, & sic ad effectum
hodierni status affirmatiue, ad effectum autem perceptio
nis fructuum pro tertia parte, ad quem effectum dubium
propriè tendit, negatiue responderunt: *non enim potest*
esse locus † perceptioni fructuum, nisi corpora bono- 5
rum, ex quibus percipiuntur, sint certa, cùm perceptio
fructuum præsupponat certitudinem bonorum, quæ cer-
titudo in casu nostro deficit, cum ex testibus in Rota exa-
minatis non sint probata certitudinaliter cum suis con-
finibus, & demonstrationibus aliqua corpora prædiorum
& bonorum existentium in communione: & † propterea 6
cessat interdictum retinendæ. leg. 1. §. hoc interdictum
locum habet. vbi gloss. & Doct. ff. vti possid. l. si fur. §. fin.
ff. de vsucap. leg. 3. §. incertam, & ibi Doct. & l. locus ff. de
acquir. possess.

CANTVCCII.

In eadem Firman. bonorum. Die 23. Decembris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Quota relata ad vniuersitatem omnium bonorum non inducit certitudinem.*

Contrarium tamen est verius & magis communiter receptum. num. 2.

Intellige, vt num. seq.

3 *Incertitudo respectu tam rei particularis quàm vniuersitatis inducit quotam bonorum incertam. & num. sequen.*

5 Cer-

5 *Certitudo respectu vniuersi sufficit, vt quota relata ad vniuersitatem omnium bonorum dicatur certa.*

6 *Constitutum appositum in donatione omnium bonorũ præsentium & futurorum, quid operetur respectu futurorum.*

7 *Mandatum de manutenendo in generali possessione pro indiuiso, quid operetur.*

DECISIO LIX.

Licet Dec. cons. 126. num. 3. circa med. versic. nec obstat, velit, quotam relatam † ad vniuersitatem om- 1 nium bonorum non inducere certitudinem, quia cùm vniuersitas omnium bonorum incerta sit, quota talium bonorum certa esse non potest, per text. in leg. 3. §. incertam, & in leg. locus, §. incertæ, ff. de acquireo. possessio. vt latiùs ibi per eum, & Dec. refert & sequitur Gozad. consil. 99. num. 14. Curt. iun. consil. 120. num. 4. in fine, & numer. 5. & hoc idem videtur tenere Grat. consil. 94. numer. 9. lib. primo. Nihilominus in vna Firmana bonorum coram me, die sexta Ianuarij, 1578. Domini amplexi sunt con- 2 trariam opinionem tanquam veriorem † & magis communiter receptam, vt imò detur certitudo respectu vniuersitatis, quæ generalis certitudo sufficit, argumen. leg. qui iure militan. ff. de testamen. milit. secundum Ioan. Petruc. de monte Sperel. in leg. ab emptione, ff. de pactis, vbi respondendo ad text. in dict. leg. 3. §. incertam, & dict. leg. locus, dicit, in illis iuribus esse incertitudinem respectu rei particularis, neque esse certitudinem in vniuerso. Et sic dispositio illorum iurium procedit, quando † vtraque concurrit incertitudo tam respectu rei particularis, quàm etiam respectu vniuersitatis, at secus quando adest saltem certitudo in vniuerso. Et hæc opinionem refert & sequitur Socin. in dict. leg. 3. §. incertam, num. 5. post medium, versic. & ad difficultatem, & ibi Ias. numer. 16. propè finem, versic. secundo, & notabilius, idem Ias. consil. 147. colum. 9. in fine, versic. nec isto, libr. 2. Paris. consil. 59. num. 23. libro primo, Neguf. de pignor. part. 2. membro 2. num. 3. in fine, Tiraquell. de constitut. possess. 2. part. ampliat. 32. numer. 11. & in tertia limit. 19. numer. 2. & 3. & Roland. consi. 97. numer. 44. & 45. libr. 1.

¶ Et hæc opinio comprobatur ex duabus communibus 4 conclusionibus † latè firmatis & comprobatis per Tiraquellum, de constitut. possess. secunda parte, ampliat. 31. & ampliat. 32. ¶ Vnde licèt Hieronymus in casu isto non habeat certitudinem respectu rerum particularium, ha- 5 bet † tamen certitudinem respectu vniuersi, cùm ad eum pertineat dimidia pars hæreditatis paternæ, quam vna cum Horatio & Euandro patruis, & Rugeriu fratre communiter pro indiuiso possidet, vt probant secundus & tertius testis hic in curia examinati. ¶ Et propterea Domini dixerunt idem, quod in alia positione huius caussæ, nempè, Hieronymum manutenẽdum esse in hac vniuersali possessione pro indiuiso respectu portionis sibi tangentis, adhibita tamen eadem declaratione alias facta, vt huiusmodi manutentio Hieronymi non intelligatur ad effectum perceptionis fructuum pro sua rata, nisi prius liquidentur corpora bonorum. ¶ Nec ista decraratio ali- 6 quam continet repugnantiam: nam † quemadmodum constitutum appositum in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum statim est validum, sed respectu futurorum tunc operatur effectum transferendo possessionem cùm fuerint acquisita, quo tempore dicuntur certa respectu quotæ & loci, licet tempore constituti essent vtroque respectu incerta, vt per Tiraquellum post alios, in dicta ampliatio. 32 numer. 1. 7. & 10. & per Iason. dict. consil. 147. colum. 9. post med. versic. nec obstat ratio incertitudinis, libro secundo. Ita in proposito dicen- 7 dum est, vt † manutentio Hieronymi in illa generali possessione pro indiuiso, tunc operatura sit effectum perceptionis fructuum pro rata, cum corpora bonorum communium pro indiuiso possessorum fuerint liquidata, & reddita certa cum suis confinibus & demonstrationibus, vt in decisione alias facta.

CANTVCCIL.

Legionen. congruæ. Veneris, vltima Ianuarij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Beneficia possunt dotari in decimis minutis.*

2 *Dos exigua habetur pro non dote.*

3 *Computanda quæ veniunt in dote exigua beneficij.*

4 *Dos data in decimis minutis non potest dici modica.*

DECISIO LX.

Tenuerunt Domini, beneficia, de quibus agitur, dotata esse in decimis † minutis: licet enim testes non 1 probent illarum valorem, tamen sat est non probari pro parte Beneficiatorũ, illarum quantitatem adeò exiguam esse, vt dos in eis constituta propter eius † modicitatem 2 habeatur pro non dote, ad not. per Doctores, in authent. præterea, C. vnde vir. & vxor. cum aliis, de quibus per Tiraquell. de iudic. in rebus exig. feren. versic. nono, fol. 33. ¶ Item aliqui ex Dominis computabant † in huiusmodi 3 dotem iugera terrarum: aliqui etiam habebant aliquam rationem oblationum, præsertim ad effectum congruæ, de qua nunc agitur. ¶ Fuerunt tamen concordes circa decimas minutas, in quibus † dixerunt, talem dotẽ con- 4 stitutam fuisse, vt non posset dici modica, & per consequens, beneficia, de quibus agitur, indotata. ¶ Libros autem, cum non sint in antiquis, non habuerunt in consideratione.

CANTVCCIL.

Roman. exhæredationis de Vitellis. Veneris, 21 Februarij, 1578.

SVMMARIVM.

1 *Filius potest exhæredari etiam ob alias caussas similes in iure expressis, ex commun., cum numer. 2. & de magis communi, num. 4. licet contrarium aliqui tenuerint, numer. 3.*

5 *Caussa exhæredandi filium est etiam non redimere parentes detentos in carceribus, sicut detentos in captiuitate.*

6 *Ratio maior viget in redemptione à carcere, quàm à captiuitate.*

7 *Captiui ab hostibus in bello capti non occidebantur, sed vendebantur, vel seruabantur.*

8 *Caussa priuationis vasalli, & caussa exhæredationis filij æquiparantur.*

9 *Argumentum de exhæredatione filij ad priuationem vasalli à feudo valet, sed non è contra, cum nu. seq.*

DECISIO LXI.

Quia Illustrissi. Domina Angela de Vitellis in suo testamento exhæredauit Illustriss. Dominum Iacobum eius filium ex eo, quod illam criminaliter etiam pro grauibus, & capitalibus delictis inquisitam & carceratam dimisit, & neglexit eam, non aliter defendendo, nec visitando, imò ab Vrbe paulò ante carcerationem discedendo, prout latiùs in dicto testamento continetur. ¶ Dubitaui de Veneris, 21. Februarij, 1578. *an caussa exhæredationis in dicto testamento expressa sit iusta & sufficiens?* Et post longam disputationem & discussionem eorum, quæ per informantes vtriusque partis deducta fuerunt, placuit R. Dominis meis duas firmare conclusiones. ¶ Prima, quod filius † potest exhæredari non so- 1 lùm ob caussas expressas in Authent. & cum de appellat. cognoscit. §. caussas, sed etiam ob alias illis similes vel maiores, in quibus vel eadem vel maior militat ratio, ita

circumuentus, & male informatus, cùm eius intentio non
sit tertio præiudicare, ha. § si quid a Principe, hac quid
10 in loc. pub. c. super eo. de offi. de leg. ¶ Et à mala informa-
tione Principis appellari potest. l. 1. § quæsitum, ff. de ap-
pel. l. 1. in princ. ff. quando appel. sit. Rom. consi. 541. nu. 2.
Socin. consi. 195. lib. 2. Marsi. in l. vnic. nu. 139. post med. ver.
ité non appellatur, C. eod. Rip. in cap. 1. nu. 14. de rescrip.
Dec. in cap. intimasti, colum. vlt. vers. tertius actus, de ap-
pel. Grammat. alios citans, dec. 35. nu. 5. ¶ Vnde statutum,
de quo agitur, etiam si esset Leonis Decimi, Principis su-
11 premi, cùm † tamen sit factum in damnú, & præiudicium
singularium personarum molendina extra ciuitatem ha-
bentium, sequitur, vt appellationé admittat ratione præ-
12 sumptionis malæ informationis Principis, & † per con-
sequens effectus, & executio dicti statuti suspendatur, vt
per Bart. in d. l. omnes populi, nu. 54. cú aliis supr. relatis.
¶ Et licèt pro parte Dominorum de S. Petro ab huius-
modi statuto nunquam fuerit appellatum, tamen † satis
13 est, eos in tempore contradixisse. ¶ & statuto enim condi-
to in præiudicium certæ personæ non requiritur appel-
latio, sed sufficit cótradictio, ita post Vincen. tradit Ioan.
Andr. in d. c. cum omnes, colum. 2. prope fin. vers. nec est
necesse, & ibi Imol. nu. 19. Abb. num. 2. in 5. not. Felyn. sub
nu. 1. Decis. sub nu. 5. & latè Mant. num. 22. hoc idem post
Dyn. voluit Bart. in l. fin. nu. 3. circa med. ff. de appell. re-
14 cip. dicens, statutum † factum in præiudicium certæ per-
sonæ nó nocere illi si contradicat, & sequitur Caccialup.
in d. l. omnes populi, nu. 170. vers. veruntamen. Barbat. d.
c. cùm omnes, num. 34. in fin. ¶ Et aduersus præmissa non
videntur obstare duo, quæ vnus ex Dominis considera-
bat, quorum alterum erat, quòd supradicta conclusio,
15 † quòd à statuto edito in præiudicium particularis per-
sonæ potest appellari, intelligitur de particulari persona
in vno indiuiduo, secundùm Felyn. in d. cap. cùm omnes,
num. 5. vers. & dum dixi. Et in vna persona tantùm loqui-
tur Abb. in cap. consuluit, sl 3. nu. 4. vers. si verò statutum.
& ibi Decis. num. 5. vers. sed quando, de appella. ¶ Quia
pro responsione potest dici, illos loqui de vno indiuiduo,
16 siue † de vna persona tantùm, non taxatiuè, sed exempli-
ficatiuè, tum quia æqualiter in pluribus certis personis,
siue in vna tantùm militat vtraque ratio reddita per Abb.
in d. cap. consuluit, sub num. 4. quòd scilicet statutum de-
bet esse generale, l. 1. & 2. ff. de legi. cap. erit autem lex, 4.
17 distinct. Et quod statutum † respiciens præiudicium ali-
cuius, tantùm dicitur potiùs præceptum quoddam, quam
lex, a quo præcepto potest appellari, iuxta capit. peruenit,
18 & ibi Doct. de appell. ¶ Tum † etiam, qui plures Doct. fir-
mantes supradictam conclusionem, loquuntur in nume-
ro plurali, vt Ias. in l. 1. num. 6. in fin. & ibi Claud. num. 3.
ff. de legib. Bero. in d. cap. cùm omnes, num. 23. ibi contra
vnum, vel plures. Roland. cons. 99. num. 11. lib. 2. ¶ Tum
19 † & tertiò, quia plerique Doct. exemplificant prædictam
conclusionem in vno quarterio ciuitatis, vt per Angel.
in d. l. 1. nu. 2. in fine, & ibi Ias. num. 2. & Claud. num. 3. ff.
de legib. Bertrand. consil. 1. num. 25. lib. 3. parte 1. Roland.
d. cons. 99. nu. 12. ¶ Et in propriis terminis nostris, vt li-
20 cita sit appellatio à statuto † cogente homines accedere
ad molendina ciuitatis, tanquam facto in præiudicium
particularis personæ, hoc est dominorum molendino-
rum, extra ciuitatem existentium, voluerunt Rip. Cra-
uet. & Roland. in locis supra citatis. ¶ Alterum verò,
quod ab eodem Domino obiiciebatur, erat, quòd prædi-
cta conclusio, quæ habet, posse appellari à statuto conti-
nente præiudicium priuatæ personæ, † limitatur non ha-
21 bere locum, quádo statutum esset factum ex aliqua iusta
& rationabili caussa, vt per Bald. in l. 1. in princ. vers. sed
quid, & ibi Fulgos. sub nu. 1. vers. item si. Ias. num. 8. vers.
limita tamen. Et Claud. num. 4. 10. & 11. ff. de legib. But.
in d. cap. cum omnes, sub num. 21. & ibi Imol. sub. nu. 20.
& latè Felyn. alios citans, nu. 2. Ang. cons. 63. sub. num. 3.

Curt. iun. cons. 129. nu. 11. Bero. ad Rubric. extra, de const.
nu. 48. Dec. in d. c. consuluit, nu. 5. vers. secundo conclusio
prædicta. Ferdinand. Loaz. in l. filius familias, § diui, num.
246. ff. de leg. 1. & Rolan. cons. 99. num. 40. 41. & 42. lib. 2.
¶ Et in casu nostro videtur subesse iusta, & rationabilis
caussa, cum statutum, de quo agitur, vt in eo legitur, condi-
tum sit pro vtilitate cameræ ciuitatis Bononiæ, & sic pro
vtilitate publica, & vt obuietur fraudibus. ¶ Vnde merat
decis. Bal. cons. 410. lib. 5. dicentis, † statutum cogens ho- 22
mines ire ad molendinum in molendinis ciuitatis, valere
tanquam factum ob publicam vtilitatem, si redditus in-
de prouenientes inferunt publicis necessitatibus: quam de-
cis. sequitur Iacob. de sancto Georg. in tractat. feudorum,
in verbo, & cum molédinis, nu. 3. in fin. Crauet. de antiq.
temp. part. 4. sect. vltim. num. 3. & 4. & Rolan. d. consil. 99.
nu. 45. Et hoc idem voluit Bald. dicens, statutum huius-
modi fieri † ob publicam vtilitatem, & ad tollendas frau- 23
des, inter consil. Anch. cons. 12. nu. 2. vers. sed optima ra-
tio, & nu. 3. & 5. vers. in casu autem meo. Et cum Bald. in
eadem caussa consulentes eandem, rationem obuiandi
fraudibus considerarunt Petr. de Anch., Gasp. de Calder.
& Laur. de Pinu. inter consil. Ioan. de Calder. tit. de cóstit.
cons. 21. ante nu. 2. vers. sed optima ratio, & Bald. cons. 11.
sequitur Ias. cons. 236. colum. 3. post princ. vers. similiter.
Curt. iun. cons. 147. nu. 19. Dec. cons. 269. nu. 9. cons. 271.
nu. 13. post med. vers. confirmatur hoc, & cons. 203. nu. 4.
in fin. & latè Crauet. d. sect. vlt. nu. 8. vers. sed contrarium,
vsque ad nu. 22. ¶ Cæterum hoc secundum obiectum po-
test euitari considerando rationes expressas in statuto, de
quo agitur, fuisse † potiùs coloratas, quàm veras, vt con- 24
cludendo contra Bal. & alios supra relatos in eadem met
caussa bene deducunt Gaspar de Calderin. sibi cótrarius
consil. 12. nu. 4. & Colleg. Bonon. cons. 13. post med. vers.
nec obstant, inter cons. Anch. quæ duo consil. referunt &
sequuntur Alex. cons. 211. ad fin. lib. 2. Soc. cons. 172. sub
nu. 8. lib. 2. Rip. lib. 1. respons. c. 11. nu. 4. Felyn. in c. Eccle-
sia sanctæ Mariæ, sub nu. 104. de constit. & alij infrà alle-
gandi. Et † non videtur dubitandum, quin hæc posterior
opinio sit magis cómunis, quia vltra Gasp. & Colleg. Bo- 25
non. pro hac opinione in eadem caussa consuluit Anch.
sibi contrarius cons. 155. qui Anch. eandem sequitur sen-
tentiam in rep. c. 1. q. 11. vers. ego quæro in quæst. extr. de
constit. Et cum hac opinione pertranseunt Abb. in d. cap.
Ecclesiæ S. Mariæ in rep. nu. 31. & ibi Felyn. nu. 104. Alex.
d. cons. 111. nu. 10. lib. 2. Caccialup. in d. l. omnes populi.
nu. 94. vers. fuit etiam de facto. Socin. d. cons. 272. num. 8.
vers. & ita in terminis lib. 2. Ias. in l. ciuitas, nu. 10. vet. pro
isto vltimo. ff. si cer. pet. & in l. quominus, nu. 155. & seq.
vbi de magis cómuni, ff. de flumin. Rip. d. c. 11. nu. 4. Boër.
dec. 125. sub nu. 4. vbi etiam de cómuni. Ias. cons. 161. col.
vlt. vers. circa aliá dubitationem. Claud. in l. 1. nu. 8. prope
fin. ff. de legib. Roland. cons. 22. nu. 19. lib. 2. Didac. in reg.
possessor. part. 2. § 4. num. 8 ¶ Prætereà Bal. consil. 11. &
alij cum eo consulentes loquuntur in statuto longè di-
uerso à nostro, vt rectè considerat Didac. d. § 4. nu. 9. circa
med. vers. hinc deniq; infero. Imò in statuto Bal. assigna-
batur † ratio, ne in ciuitate, & districtu caristia genere- 26
tur, vt inquit Anchar. d. consil. 155. num. 10. ¶ Quantùm
verò ad opin. Bald. d. consil. 410. lib. 5. illam expresse re-
probat Boër. d. decis. 125. nu. 5. post med. vers. vnde con-
cludo, & Didac. d. § 4. nu. 7. vers. ego verò prioré senten-
tiam. ¶ Vnde ex præmissis satis apparet, rationem pu-
blicæ vtilitatis, & euitandi fraudes, esse satis controuer-
sam, & non posse in ea solidam vim fieri, licet hæc dispu-
tatio sit reseruanda in petitorio. Et in terminis nostris
† non intrare limitationem prædictam, quod propter 27
vtilitatem publicam possit fieri statutum in præiudicium
certarum personarum, clare ostendit Crauet. d. sect. vlt.
nu. 25. ¶ Et vltra præmissa placuit Dominis ad fauorem
Dominorum de S. Petro potestas, illos manutenendi da-
ta in

28 ta in commissione. Et † vnus ex Dominis addebat etiam,
quòd interim donec disputatur, *an statutum, de quo agitur,*
sit exequendum, vel ne, non debent domini de S. Petro sua
possessione priuari, vt videmus in simili in iudicio spolij,
29 spoliatori † petenti mandatum de manutenendo de sty-
lo Rotæ illud non denegari, vt per Paleot. decis. 87. incip.
Spoletan. parochialis. Et tantò magis, quòd adhuc est in
controuersia, an dictum statutum sit lex, & idcirco, do-
nec de hoc non constat, non est exequendum, nec isti de
S. Petro sua possessione priuãdi. Et facit in simili, id quòd
30 dicitur, quòd stante † statuto disponente, contra instru-
mentum publicum non posse opponi, nisi exceptionem
falsitatis, quietationis, & solutionis, potest tamen oppo-
ni exceptio, quòd illud non est instrumentum publicum,
vt per Bart. in l. 1. §. & parui. nu. 3. ff. quod vi aut clam.

CANTVCCII.

Romanen. curiæ de Sabellis. Vener. 10. Maij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Pactum in instrumento venditionis appositum, vt certa pecunia non sit soluenda venditori, sed remanere debeat in depositum penes emptorem quousque secundus fideiussor accederet, an censeatur appositum in fauorem emptoris tantum, an etiam in fauorem primi fideiussoris, qui accedente secundo est liberatus.*

Quod in fauorem vtriusque num. 4. & 7.

Imò magis concernit fauorem fideiussoris, quàm emptoris, num. 8.

2 *Fauor alicuius consideratur principaliter, non secundario.*

3 *Dispositio illa dicitur fauorabilis, quando principalis intentio disponentis est fauor.*

5 *Actus vnus & idem si geritur à pluribus personis respectu diuersorum finium, dicitur à qualibet persona actus ille principaliter fieri respectu finis per eum intellecti.*

4 *Emptor principaliter intendit habere rem, venditor autem pretium.*

9 *Exceptio solutionis, seu compensationis competens principali, competit etiam fideiussori.*

10 *Caussa ad eum dicitur principaliter pertinere, cuius magis interest.*

DECISIO LI.

INter alia pacta contenta in instrumento venditionis
curiæ de Sabellis, aderat & illud, *quod si infra tempus*
quatuor mensium D. Franciscus Vrsinus non accesserit, scuta
30. menstrua non sint soluenda D. Hostilio, sed remanere de-
beant in suspenso in depositum penes emptores vsque ad diem,
quo facta fuerit accessio d. D. Francisci. Quod quidem pa
ctum Do. Iulius Monaldensis filius & donatarius D. Ni-
colai Monaldẽsis, vnius ex emptoribus dictæ curiæ, præ-
tendebat fuisse appositum solùm ad fauorem emptorum,
non autem Domini Abbatis: & propterea hodie non li-
cere eidem Domino Abbati excipere, quòd cum dicta
scuta 30. menstrua non fuerint deposita penes emptores,
ipse non teneatur vigore suæ accessionis. Et sic D. Iulius
prætendebat, mandatum contra d. D. Abbatem ab A.C.
relaxatum exequendum esse, sed D. Abbas in præmissis
omnibus prætendebat contrarium. ¶ Ideò die Veneris,
10. Maij 1576. proposui dubium, *stante instrumento vendi-*
tionis curiæ de Sabellis, instrumento adeptionis possessionis d.
curiæ, decis. coram me facta die 13. Iunij. 1576. mandato relaxa-
to contra Dominum Abbatem ab A.C. & commissione cum
clausula, si quid exequendum, in primis & ante omnia exequa-
1 *tur: An pactum, † quòd scuta 30. menstrua deberent remanere*
in suspenso penes emptores in depositum, quousque Illustr. D.
Franciscus Vrsinus accederet, fuerit appositum etiam ad fauo-
rem R. D. Abbatis ita, quòd modò D. Abbas possit excipere
de dictis pecuniis, & mandatum contra eum relaxatum, ab Au-
ditore Cameræ non sit exequendum? ¶ Quod quidem du-
bium affirmatiuè pro D. Abbate resolutum fuit: licèt
enim id dicatur ordinari † fauore alicuius, quod fit eius 2
fauore principaliter, non secundario, vt inquit Bald. in l.
1. num. 5. C. de lega. per l. rogasti. ibi, & maximè, ff. si cert.
petat. & Bald. refert & sequitur Com. in d. l. num. 1. vers.
& scias. ¶ Et † facit illud, quòd dispositio tunc dicitur fa- 3
uorabilis, quando principalis intentio disponentis est
fauor. Bart. in l. qui exceptionem, num. 2. Castren. nu. 5.
& 4. Ias. num. 1. ff. de condit. indeb. cum aliis copiosè alle-
gatis coram R. D. meo Aldobrandino in illa Pharen. pen-
sionis, & in illa Lucan. Decanatus. ¶ Nihilominus pa-
ctum, † de quo agitur, non minùs principaliter respicit 4
fauorem D. Abbatis, quàm fauorem emptorum, ex trad.
per Bart. in l. ambitiosa, num. 19. circa medium, versic.
item ex hoc sequitur. ff. de decret. ab ordin. facien. & in l.
vnica, num. 5. ante medium, versic. dicunt duo principa-
les, C. de nou. cod. facien. videlicèt, quòd si vnus † & idem 5
actus geritur à pluribus personis respectu diuersorum fi-
nium, dicitur à qualibet persona actus ille principaliter
fieri respectu finis per eum intellecti: exempli gratia
emptor & venditor faciunt vnum & eundem contra-
ctum emptionis & venditionis, & diuersis habent fines:
Nam † emptor principaliter intendit habere rem, vendi- 6
tor principaliter intendit habere pretium. l. 1. ff. de con-
trahen. empt. & l. 1. ff. de rer. permut. & sic ad vtrúmque
finem rei & pretij contemplatio coæqualis habetur, se-
cundum Bald. vbi supra. ¶ Ita in proposito dicendũ est, il-
lum ... deponendi † scuta 30. menstura penes empto- 7
res ... vtilitatem, & commodum plurium persona-
rum, nempe emptorum, & Abbatis, respectu tamen di-
uer... finium. Nam quoad emptores depositum fit,
vt sit eis magis cautum per retentionem in depositum
il...rum scutorum 30. menstruorum. ¶ Quo vero ad Ab-
batem depositum fit principaliter, vt D. Hostilius vendi-
tor tanquam indigens illis scutis 30. menstruis penes
emptores depositis, citiùs daret in fideiussorẽ Dominum
Franciscum Vrsinum, ex cuius accessione extinguebatur
accessio Dom. Abbatis. Imò aliqui † ex Dominis dixe- 8
runt pactum, de quo agitur, si rectè res consideretur, ma-
gis concernere fauorem Do. Abbatis, quàm emptorum,
quia emptoribus erat iam satis cautum per accessionem
Dom. Abbatis: & ideò non erat eis necessaria cautio per
retentionem scutorum 30. menstruorum in deposito,
sed ex deposito prædicto Dom. Abbas magnum sentie-
bat commodum, & valdè sibi prospiciebat. ¶ Nam aut
Dom. Hostilius volebat recipere pecunias depositas, &
tunc tenebatur dare D. Franciscum in fideiussorem, ex
cuius fideiussione liberatio Abbatis oriebatur. Aut Do.
Hostilius volebat pecunias in depositum retinere, & tũc
Do. Abbatis † competebat exceptio solutionis, seu com-
pensationis competens D. Hostilio suo principali, vt per 9
Doct. in c. cum inter, & præcipuè Paris. num. 48. & 49. de
except. idem Paris. cons. 121. nu. 5. cum plurib. seq. & nu.
10. testatur de communi, lib. 1. Vndè cùm magis interes-
set D. Abbatis, quàm emptorum scuta 30. menstrua pe-
nes ipsius emptores deponi, sequitur, depositum ad eum
principaliter pertinere, cùm caussa † ad eum dicatur prin- 10
cipaliter pertinere, cuius magis interest. Bald. per illum
text. in l. principaliter, *ſa* 2. de liber. cau.

CANTVCCII.

Recanaten. parochialis. Lunæ, 20. Maij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia parochialis vt dicatur, quatuor concurrere debent. & num. 20.*

2 *Potestas ligandi, & soluendi non cadit nisi in sacerdotem.*

3 *Potestas fori contentiosi reddit beneficium curatum.*

4 *Beneficium curatum propriè dicitur illud, quod habet potestatem fori pœnitentialis.*

5 *Cura animarum propriè & impropriè consideratur.*

7 *Cura impropriè dicitur potestas fori contentiosi quæ ver-*

satur

satur circa exercitium iurisdictionis spiritualis cum numer. seq.

8 *Curam fori contentiosi possunt habere Archidiaconi & alij inferiores Prælati.*

9 *Cura propriè dicitur potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali, cuius nemo est capax, nisi sacerdos.*

10 *Sacerdos is tantùm habere dicitur curam animarum, qui necessitate astringitur Ecclesiastica administrare sacramenta.*

11 *Cura fori pœnitentialis requirit sacerdotium: aliàs saltem non promotus infra annum priuatur beneficio: secus autem in cura fori contentiosi. cum num. seq.*

13 *Archidiaconus habet curam animarum in foro contentioso.*

14 *Parochia quid sit, & quare sic dicatur.*

15 *Rector Ecclesiæ parochialis dicitur populum regere.*

16 *Curatus vt dicatur, debet exercere curam nomine suo, & non nomine alieno.*

Item, quòd tanquam rector suo nomine singulariter, & non cum alijs ad regimen parochialis Ecclesiæ admittatur, num. 17.

18 *Curati plures non possunt esse in vna Ecclesia, licèt faciant ea, quæ ad curam animarum spectant, sed vnus tantùm debet esse curatus. cum num. seq.*

19 *Sacerdos vnus, sponsus, & rector, qui curam habeat, debet esse in vna Ecclesia.*

20 *Ecclesia an dicatur parochialis vel ne, ex quibus actibus probetur. cum num. 21. 22. & 23.*

23 *Benedictio domorum die Iouis sancti ex consuetudine, non nisi ad parochum pertinet.*

24 *Presbyter parochialis potest in suum adiutorium alium presbyterum, vel religiosum ad tempus etiam, sine licentia superioris assumere, dummodo sibi constat de sufficientia assumpti. cum num. seq.*

26 *Ecclesia vt dicatur parochialis, sufficit eam habere curam fori pœnitentialis, & distinctionem limitum, licèt quoad personam, eam obtinentis non constet, an sit, vel se gesserit vt curatus vel ne.*

27 *Sepultura vel actus sepeliendi non arguit Ecclesiam curatam. & num. 32.*

28 *Cura non intelligitur ex actu baptisandi.*

29 *Baptismus potest exerceri etiam à laico seruata debita forma cum intentione baptizandi.*

30 *Laicus & mulier sunt incapaces curæ tam fori pœnitentialis, quàm iudicialis.*

31 *Ecclesia parochialis non constituitur ex enumeratis à Rom. consil. 356. qui loquitur contra omnes Doct. imò loquitur in iuribus parochialibus. cum num. 36.*

33 *Decimarum & oblationum perceptio non efficit Ecclesiam curatam. & num. seq.*

35 *Ecclesia parochialis, & ea, in quibus ius parochiale consistit, longè differunt.*

36 *Rom. consil. 356. loquitur in iuribus parochialibus, non autem in Ecclesia parochiali.*

37 *Ecclesia omnis parochialis dicitur curata, sed non omne beneficium curatum dicitur parochiale.*

38 *Ecclesia parochialis ex eo, quòd est parochialis, dicitur curata.*

39 *Conc. Trid. faciens mentionem de Ecclesijs parochialib. eas nominat sine expressione qualitatis curæ.*

40 *Ecclesia vt censeatur parochialis, requiritur auctoritas superioris constituentis eam parochialem.*

41 *Auctoritas superioris constituentis Ecclesiam parochialem interuenisse.*

DECISIO LII.

COnclosum fuit, Ecclesiam sancti Michaëlis, de qua agitur, non esse beneficiũ simplex, sed parochialem curatam, quia in ea concurrunt illa omnia, quæ ad constituendam Ecclesiam parochialem, concurrere debent,
1 quæ † quidem quatuor sunt, de quibus per Staphil. de
de lit. grat. tit. de qualit. & stat. benef. §. circa secũdam. nu
7. 8. 9. & 10. fol. 127. cum seq. & sequitur Sarn. in reg. de
idoneitate. q. 11. fol. 126. in liter. C. D, E, & F. asserens ita
Rotam tenuisse coram eo in vna Virdunen. parochialis,
de mense Octob. 1539. ¶Primum autem requisitũ est po-
testas fori pœnitentialis, hoc est, † potestas ligandi & sol- 2
uendi, quæ nõ cadit nisi in sacerdotem, c. in nouo, 21. di-
stinct. c. omnis, de pœnit. & remiss. ¶Et licèt etiam † po- 3
testas fori contentiosi seu iudicialis beneficiũ reddat cu-
ratum, vt per Innoc. in c. dudũ, *il secondo*. nu. 11. vers. nam
modus agendi, & ibi Abb. nu. 7. in fin. de elect. latè Capra
reg. 90. nu. 12. Dec. in c. ad aures. nu. 6. de rescript. cum si-
mil. nihilominus strictè † & propriè beneficiũ curatum 4
dicitur illud, quòd habet potestatem fori pœnitentialis.
¶Cura enim animarum dupliciter consideratur, largè † & 5
strictè, siue propriè, vel impropriè, secundùm Inno. in c.
cum satis, nu. 2. & ibi Butr. nu. 8. & Abb. nu. 2. vers. circa
primũ, de offic. Archid. Card. cons. 48. nu. 1. & Sarn. d. fol.
126. in litera E, vers. & ideò. & hoc idẽ latiùs voluit Abb.
in d. c. dudum, *il* 2. nu. 6. in 9. not. de elect. & in c. de mul-
cta, nu. 24. vers. quoad primũ, de præben. Ferret. cons. 255.
nu. 11. & Capra. d. reg. 90. nu. 12. ¶Largè siue impropriè
† cura dicitur potestas fori contentiosi siue iudicialis, quæ 6
versatur circa exercitiũ iurisdictionis † spiritualis, prout 7
est suspẽdere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia
huiusmodi, quæ ad correctionem morum spectant, c. du-
dum Ecclesia, de elect. Et hanc † curam possunt habere 8
Archidiaconi, & alij inferiores Prælati, c. 1. de offic. Ar-
chid. Doct. in c. cum contingat, de foro compet. ¶Strictè
† verò siue propriè cura dicitur potestas ligãdi & soluen- 9
di in foro pœnitentiali, cuius nemo est capax, nisi sit sa-
cerdos, d. cap. in nouo, 21. dist. & d. c. omnis. de pœnit. &
remiss. ¶Non tamen omnis sacerdos hanc curam habere
dicitur, sed is tantùm, qui † necessitate astringitur Eccle- 10
siastica administrare sacramenta, & fideles, quibus admi-
nistrat, ad eum accedere coguntur, vt per glos. in clemen.
dudum, in verbo, impediant, de sepult. quàm vltra Paul.
& Zenzelli. sequitur ibi Imol. nu. 32. Abb. in d. c. dudum,
il secondo. nu. 7. in 9. not. & in d. cap. de mulcta, nu. 24. vers.
sedde. Decis. in d. cap. ad aures, nu. 5. vers. & curatum. Fer-
ret. d. cons. 255. nu. 11. Rebuff. de nominat. quæst. 16. nu.
10. Staphil. vbi supra. fol. 128. num. 8. Sarnen. d. quæst. 10.
fol. 126. in litera. C. Et tantò magis in casu nostro debet
intelligi cura fori pœnitẽtialis, quia † agitur ad effectum 11
priuationis beneficij ob non promotionem ad sacerdo-
tium infra annum, iuxta cap. licet canon. de electio. lib. 6.
quo casu necessariò requiritur cura fori pœnitentialis,
nec sufficit cura iudicialis siue contentiosi, quia † talis cu- 12
ra non requirit sacerdotium, vt not. Card. d. elemen. 1.
quæst. 1. 20. & ibi Vital. quæst. 12. num. 61. de offic. vicar.
Mil. in repert. in verbo, curatum beneficium obtinens, ad
fin. Et probatur secundùm eos, exemplo Archidiaconi,
qui habet † curam animarum in foro contentioso, cap. 1. 13
de offic. Archid. & tamen in Archidiacono non requiri-
tur sacerdotium, sed sufficit Diaconatus, cap. cum in cun-
ctis, §. inferiora, de electio. ¶ Secundùm requisitum est
certa parochia, hoc est, † locus certis finibus constitu- 14
tus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit: dici-
tur enim parochia quasi partitio curæ, cap. Ecclesias, 14.
quæstio. 1. ¶ Nam rector † talis Ecclesiæ dicitur popu- 15
lum regere, cap. 1. de capell. monach. vt de his per Rom.
consilio 356. num. 1. & 2. Doct. omnes, in Rub. de paroch.
Archid. & Ioan. Andr. in c. licèt canon, in princip. in ver-
bo, parochia, & ibi Gemin. q. 2. & Butr. sub. nu. 3. de elect.
lib. 6. Staphil. de liter. grat. tit. de var. mod. vacat. §. quartus
principalis, nu. 3. latè Rebuff. super concor. tit. de collatio.
§. statuimus, *il* 2. in verbo, parochialis. ¶ Tertium requisi-
tum est, vt obtinẽs Ecclesiam parochialem, ad hoc, vt di-
catur † curatus, exerceat curã nomine suo & non alieno. 16
vt in cap. exstirpandæ, §. qui verò, & ibi Doct. de præben.
Archid.

Archid.in clem.1.nu.4.vers. in non annexis, de offic. vicar.Mil.in repert.in verbo, Ecclesia parochialis quæ dicatur, Staph.d.fol.128.nu.9.Sarn.fol. 126.in litera C.versic.requiritur etiam,Rebuf.in sua prax.benefic.ti.de non promot.intra annum,nu.36. ¶ Quartum & vltimum re-
17 quisitum est, vt parochialem † habens dicatur curatus,
quod tanquam rector suo nomine singulariter, & non
cum aliis ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, ita
vt si illi duo vel plures præficiantur,qui confessiones,audiant,baptizent,& alia ad curam spectantia faciant, non
18 tamen † dicuntur curati, quia quemadmodū vna sponsa
non potest duos vel plures sponsos habere,c.1.de sponsa
19 duor. sic nec † Ecclesia duos vel plures curatos,cap. cum
non ignores,de præben.& in vna Ecclesia vnus debet esse sacerdos,sponsus, & rector, qui curam habeat, cap. in apibus,7.q.1.& melius,c.sicut vna. 21.q.2.ibi, sed vnum tantummodo habeat sacerdotē,qui eam caste & syncere regat,vt late per Oldra.cons.67.Staplul. d.fol.128.nu.10. vers.requiritur,& num.seq.Sarnen.d.fol.126. in litera,D. Fel.in c.in ratione,in 10.corol.prope fin.vers.scias etiam, de rescript.latè Rebuff.in d. tit.de non promot. intra annum,nu.63.cum aliis seq. ¶ Quod autem in Ecclesia, de qua agitur,hæc quatuor requisita simul concurrant, deducitur. ¶ Nam quoad primum, de potestate fori pœni-
20 tentialis,illud † patet ex confessionum auditione tempore Paschatis,quam probant testes Horatij, quartus,iuxta quintum,& vltimus,iuxta quintum & octauum. ¶ Item
21 ex administratione sacramenti Eucharistiæ eodē † tempore Paschali,quam probant testes curiæ Episcopalis,videlicet, primus super secundo & super quarto, & iuxta septimum, tertius super primo & super quarto, & iuxta quartum,quintus super secundo & super quarto, sextus super primo & secundo, & testes Horatij quartus iuxta quintum, & vltimus iuxta quintum & octauum. Item,
22 ex † administratione sacramēti extremæ vnctionis,quam probant testes dictæ curiæ, quintus iuxta tertium,in fin. sextus super primo & quarto. Item, ex benedictione domorum cum aqua benedicta die Iouis sancti, de qua deponunt testes dictæ curiæ,videlicet, primus super secundo,& iuxta septimum,tertius super secundo, iuxta septimum,quintus super secundo,sextus super primo,&iuxta
23 septimum, quæ † quidem benedictio ex consuetudine non,nisi ad parochum, pertinet. ¶ De secundo requisito distinctionis limitum constat per testes dictæ curiæ, videlicet, secundum, tertium, quartum, quintum, & sextum, omnes super tertio. ¶ Quoad tertium requisitum exercitij curæ nomine proprio non alieno, illud per testes satis probatur, excepto tempore Paschatis, quo fratres Dominicani, & alij presbyteri a rectorib. in eorum auxilium assumpti audiebant cōfessiones, & administrabant sacramentum Eucharistiæ: quod quidem nihil ob-
24 stat,cùm † de iure presbyter parochialis possit in suum adiutorium alium presbyterum, vel religiosum ad tempus etiam sine licentia superioris assumere, vtputa tempore quadragesimæ pro audiendis cōfessionibus, vel pro
25 administranda Eucharistia die Paschatis, † vel pro missis celebrandis, dū tamen sibi constet de sufficientia assumpti, vt post Land.tradit Card.in clem.1. in princip. quæstio.21.de priuileg. Dominic.in cap. perfectis, ad fin. 25. distinctio.Ioan,Andr.in cap. cum ex eo. num. 3. de elect. lib.6.idem Card.in clem,1.quæst.15.& ibi Imo. num.8. in fin.,& num.9.Anchar.num.4. vers. sed hic quæritur, & Vital.num. 62.cum sequ.de offic.vicar.Abb. in capit. extirpandæ,§.qui verò,nu.2.vers. huc intellige. de præben. ¶ Quoad quartum, & vltimum requisitum nulla est inter partes controuersia.quin rectores suo nomine singulariter, & non cum aliis ad regimen parochialis, de qua agitur, assumpti fuerint. ¶ Accedit, quod etiam si hæc duo posteriora requisita in casu nostro deficerent,tamen,
26 † ex quo respiciunt personam obtinentis Ecclesiam, an

sit curatus, vel ne, idcirco Ecclesia non desineret esse parochialis curata, cùm satis sit eam habere, & curam fori pœnitentialis, & distinctionem limitum. ¶ Præterea præmissa secundùm Dominos confirmantur ex prouisione Episcopi Riccabellæ, ex visitatione Episcopi Melchionis,ex præsentatione facta ab Horario,& eius fratre, & ex confessione eiusdem Horatij, quæ non fuit sublata per reuocationem, ex quo de errore non constat, imò potiùs de contrario. ¶ Non obstant exemplo deducta.
¶ Et in primis, quòd in Ecclesia, de qua agitur, non adsunt sepulturæ, nec ibi mortui sepeliuntur. ¶ Quia † se- 27
pultura sine actus sepeliendi non arguit Ecclesiam curatam, cum sine cura possit Ecclesia habere cœmiterium ex consuetudine, vel ex concessione Episcopi,Federic.de Sen.consi.135.num.2.Staphil.d.folio 127.num.4.Sarnen. dict.fol.126.in litera E.Gambar.de offic.& potest, leg, de later.fol.148.num.18.Hostien. in cap.quia nonnulli, colum.penult.versicul.quid si aliquis,& ibi Ioan. Andr. pariter,colum.penult.eod. vers.quid si aliquis,Butr.numer. 10.Card.quæst.11.de cleric.non resident.¶ Secundò non obstat, quod in Ecclesia sancti Michaëlis, de qua agitur,
deficiat fons baptismalis. quia † ex actu baptizandi non 28
colligitur cura,cùm baptisma possit exerceri autem à lai-
co,cap.ad limina. 30. quæst. 1. & valet omni casu, dum- 29
modo fiat forma debita, cùm in tentione baptizandi, & sic actus baptizandi non spectat ad curam, neque pœnitentialem, neque iudicialem, cuius quidem laicus, sicut
† & mulier est incapax, ca. omnes, & ca. noua quædam, 30
de pœnit.& remiss.c.dilecta,de maior.& obedien.c. hene quidem.90.distinct.ita post Paul. concludit Card. in cle. 1.de baptism.qu.4.num.5.& Imo.num.6.Anch. in 2.not. circomed.& Vital.nu.66.& 67.Hostien.Ioan. And. Butr. & Card.in d.cap.quia nonnulli, in locis supr.citatis, Feder. de Sen.cons.80. num.3. & cons. 135.in fin.Mil.in repert.in verbo,curatum non dicitur,Dec.in d.ca.ad aures, ante num.7.de rescript. Staph.d.fol.127.nu.5. Sarn.d.fol. 126.in litera E,vertic. nec etiam, Gambar. vbi supra,numer. 19. ¶ Tertio non obstat,cons.Rom.356.num.1.2.3. & 4.quem sequitur Rebuff.de nominat.quæst.16.numer.
10.quia † quatenus Rom. sub numer. 4. dicit, Ecclesiam 31
parochialem curatam colligi ex probatione plurium, nempè, vt parochiani diebus festiuis missam in Ecclesia parochiali audiant, vt sacramenta Ecclesiastica ibi percipiant, ac etiam ibi sepeliantur, vt soluantur decimæ personales, & fiant oblationes, vt sacramentum Baptismatis ministretur, vtique Roma. loquitur contra com-
munes Docto.traditiones: quia † quoad sepulturam, & 32
baptisma,cura ex illis non infertur, vt supra dictum est.
¶ Quo verò ad decimas & oblationes, illatum † perce- 33
ptio non efficit Ecclesiam curatam, vt per Hostien. Ioan. Andr.Card.& But.in d.c.quia nonnulli, in locis supra citatis. Et licèt Hostien. quem cæteri sequuntur, moueat quæstionem de rectore nullos habente parochianos,quia
† omnes mortui sunt, tamen in fine quæstionis conclu- 34
dit generaliter propter perceptionem decimarum, oblationum, primitiarum, & aliarum rerum, de quibus ibi, non dici Ecclesiam habere curam. Et sic patet, Roman. dict.consi.356.numer.4.non benè respondere ad not. per Hostien.in dict.cap.quia nonnulli. ¶ Præterea enumerata per Roman.quibus probatis, inquit colligi Ecclesiam parochialem,atque curatam,non sunt ea, quæ necessariò requiruntur pro constituenda Ecclesia parochiali curata, sed sunt ea, in quibus ius parochiale consistit inter
† quæ duo longa est differentia: nam actus baptizandi, 35
& sepeliendi,item perceptio decimarum,oblationum, & primitiarum,vt supra dictum est,non denotant curam,&
tamen sunt iura parochialia. Quod autem † enumerata 36
per Roman.sint iura parochialia, ex eo ostenditur, quod Roman. allegat Ioan. Andr. in rubr. de paroch. vbi post Innoc.& Hostien.inquit Ius parochiale consistere in qui-

ius parochiale consistere in quibusdam ibi enumeratis,
quæ sunt illa eadem, quæ recenset Roma.dict.consi.356.
num.3.& idem voluerunt Card.Butr.Abb.& alij in d.rub.
de paroch.Hostiens.& Goffred. in eorum sum. tit. de pa-
roch.post.prin.& sum.Ang.& sum. Tabien.in verbo, pa-
rochia. ¶ Quartò non obstat, quòd deducta pro parte Io.
Baptistæ demonstrant, Ecclesiam, de qua agitur, esse pa-
37 rochialem, non autem parochialem curatam. ¶ Quia † re-
spondetur, omnem parochialem Ecclesiam dici curatam,
licèt non omne beneficium curatum dicatur Ecclesia pa-
rochialis, vt per Ioan. Andr.& alios in c.super eo, de præ-
ben.in 6.Rebuff.super concord.tit.de collat.§.statuimus,
il secondo, in verbo, parochiales, & in form.mand. apost.
38 in verbo, parochialis Ecclesia, fol. 164. Et † Ecclesia pa-
rochialis eo ipso, quod est parochialis, dicitur curata,
vt tradit Vital.in clem.1.num.1.de offic. vicar. Et proba-
tur, quia parochialis dicitur parochia, quæ nil aliud est,
quàm partitio curæ, vt supra dictum est, ergo qualitas pa-
39 rochialis necessariò implicat curam. Et hinc est, † quòd
in iure canonico, & in Concil. Trident. passim fit mentio
simpliciter de Ecclesiis parochialibus, absque expressio-
ne qualitatis curæ. ¶ Quintò & vltimo non obstat, quod
40 ad hoc, vt Ecclesia censeatur parochialis, requiritur † au-
ctoritas superioris constituentis eam parochialem, cap.
nullus omnino.16.quæst 7.c.sicut, de excess. prælat.Ioan.
And.Imol.Butr.& alij in c.quia nonnulli, de cler.nõ resid.
Alexan.consi.74.nu.2.lib.4.Rebuff.super concordant, ti-
tulo de collatio, §.statuimus, *il 2*.in verbo, parochialis Ec-
41 clesia, circa medium. ¶ Quia † auctoritas superioris in
casu isto ex cursu temporis præsumitur interuenisse, vt
latè per Gabriel.post alios, lib.1.de præsump.concl.1.n.9.

CANTVCCII.

Pampilonen.beneficij de Allo.Veneris, 24.
Maij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Obitus ad effectum reseruationis prouenientis ex vacatione beneficij in mense Apostolico, est plenè & concludenter probandus.*
Fallit, nisi obitus contingat in mari, nu.2.
3 *Mors in mari contingens est difficilis probationis, quæ etiam per eos, qui non interfuerunt, probari potest, cum num.4.*
5 *Mors in specie contingens in naui in mari submersa diffi-cilis est probationis, & nu.seq.*
6 *Decisio Rotæ in simili casu de eo, qui obiit in naui submersa, quòd mors probetur per publicam vocem & famam.*

DECISIO LIII.

1 QVamuis ad effectum reseruationis prouenientis ex
vacatione beneficij in mense Apostolico, † obitus
sit plenè, & concludenter probandus, nec sufficiat semi-
plena probatio per famam, quia de præiudicio ordinarij
agitur, vt per Pute. decis.266. tamen si obitus contigerit
2 in mari, probatio † per famam satis erit: in his enim, quæ
difficilis sunt probationis, fama sola plenam facit proba-
tionem, vt post Butr.in cap.transmissæ, nu.10.vers.quan-
doque ad est, extra qui fil.sint legitim.& in cap.veniens,
il 1.sub num.10.de testibus, tradit Dec.in cap. 1. nu. 16.in
quinto casu, de appellat.Ias.in leg.cum ea, nu.6.de transa-
ctio.Menoch.de arbitr.iud.quæstio.9.casu.89. numer.88.
3 ¶ At † mors in mari contingens non videtur posse nega-
ri, quin sit difficilis probationis, cùm etiam per eos, qui
4 † non interfuerunt, probari possit, vt per text.in leg. quo-
ties, C.de naufrag.lib.11.tradit Ang.in l.2.§. si dubitetur,
num.4.& ibi Imol.num.12. post med.ff. quemadmodum
testamen.aper.idem Ang.in l.si quidem, num.3. versic. si
vero mors, C.soluto matrim.Luc.de Pen.in dict.leg.quo-
ties, propè fin.Boer. decis.288. colum. 3. vers. & idem si
5 agatur de morte. Et in † specie, mortem in naui in mari
submersa euenientem difficilis esse probationis, & pro-
pterea admittilenes probationes, quæ aliàs non sufficee-
rent, voluit Corn.204.n.4.lib.3.per not.per Doct.in dict.
§.si dubitetur, & in dict.l. si quidem. ¶ Ita dixerunt Do-
mini in vna † Pampilonen.beneficij de Allo, die Veneris, 6
24.Maij, 1577. coram me, in qua plures testes obitũ San-
cti vltimi possessoris dicti beneficij de Allo defuncti de
mense Nouembris in mari, ob naufragium nauis, in qua
repetiebatur, per publicam vocem, & famam optimè pro-
babant.

CANTVCCII.

Caurien.siue.Nullius iurisdictionis. Lunæ. 26.
Nouembris, 1576.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ seculares alicui pertinentes ratione aliquorum iu-rium veniunt appellatione Ecclesiæ ex natura & pro-prietate genitiui, eorum.*
2 *Genitiuus, eorum, quid importet.*
3 *Ecclesiæ appellatione de proprietate vocabuli venit etiam se-cularis.*
Item etiam veniunt Ecclesiæ seculares pertinentes ad ali-quem ratione loci, vel existentia illarum in districtu ac dominio alicuius, num.4.
5 *Dictio, ac, est de sui natura ampliatiua.*
Et eò magis, vbi eadem repetitur, num.6.
7 *Argumentum de personis ad res, validum est in iure.*
8 *Argumentum a proportione quid operetur.*
9 *Papa in dubio censetur potius concedere quàm auferre.*
10 *Superfluitas euitanda est, & num.seq.*
11 *Monasterio exempto Ecclesia regularis monasterij exem-pta intelligitur.*
12 *Concessum clarè in dispositione non requirit aliam petitio-nem.*
13 *Concessio non videtur generalior petitione, quando virtua-liter quod concessum est, petitio continebat.*
14 *Communicatio priuilegiorum non præsumitur nisi expres-sè probetur.*
15 *Singula singulis referenda sunt. & nu.18.*
16 *Clausulæ amplissimæ in priuilegiis maximam vim operan-tur.*
17 *Clausula, perinde, quid operetur.*
18 *Clausulæ omnes ita interpretari debent, vt singula singulis referendo, vniuersaliter intelligi possint.*
19 *Verba generalia etiam in dispositione odiosa sunt genera-liter intelligenda.*
Idq; magis, vbi proprietas verborum patitur, nu.20.
Imo magis, vbi salua ratione recti sermonis non possunt re-stringi, nu.21.
22 *Restrictio, salua ratione restricti sermonis, non potest fieri in priuilegio, vbi omnes in eo numerati possunt eo bene-ficio potiri.*
23 *Singuli nominati in priuilegio debent singulis beneficij & priuilegiis vti, non autem singulis certis.*
24 *Communicatio priuilegiorum debet esse talis, vt omnes ea-dem communicatione vtantur.*
25 *Singula singulis particulariter sunt referenda, quando ali-ter non possunt salua secundum rectitudinem sermonis: a-liàs non, cum nu.27.*
26 *Priuilegia debent esse proportionabilia, & compatibilia.*
27 *Relatio particularis, vt singula singulis particulariter re-ferantur, non est facienda, nisi ex vrgenti caussa & ne-cessitate: aliàs inhærendum est proprietati verborum.*
28 *Substitutio habens clausulam, modis præmissis, debet referri ad precedentia referendo singula singulis.*
29 *Clausula, modis præmissis, refertur ad ea solum, quæ legi possunt.*

DECISIO LIIII.

COnclusum fuit sub illis verbis priuilegij Leonis De-
cimi, ac in districtu eorum & dominio ipsius militiæ
consisten

1 conſiſtētibus Eccleſiis, venire Eccleſias ſingulares † pertinentes ad Militiam ratione aliquorum iurium, vt denotat verbum eorum, gloſ. in cap. de monachis, in verbo, de prouentibus, de præben. & ibi Butt. nu. 8. & Abb. nu. 5. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 10. arti. 1. nu. 2. fol. mihi 247. tex. in c. 1, pe capell. monach. in 6. & ibi gl.
2 in verbo, ipſis. Et in † ſpecie de genitiuo, eorum, Cardin. in clem. 1. verſ. præſentator, nu. 7. quæſt. 8. de exceſſ. prælat. referendo illud verbum, eorum, ad magiſtrum, priores, præceptores, milites, fratres, & vaſallos Militiæ.
3 ¶ Verbum † aurē, Eccleſiis, ex proprietate ſermonis comprehendit ſeculares, c. ex literis, de conſuet. & ibi Card. in tertia opp. Abb. 1. not. Imo. num. 5. Barbat. num. 11. glo. in ca. grandi, in verbo, monaſteriorum, de ſupplen. neglig. prælat. & ibi Archid. nu. 5. in verbo, Eccleſiarū, Dom. col. 3. nu. 12. poſt medium, & Franc. num. 3. ¶ Veniunt etiam
4 † ſub eiſdem verbis Eccleſiæ ſeculares pertinentes ad Militiam ratione loci, id eſt, ratione exiſtentiæ illarum in diſtrictu ac dominio Militiæ propter diſtinctionem, ac,
5 quæ † eſt de ſui natura ampliatiua, vt hic per informantes militiæ, ita vt ex illa amplietur cōceſſio Leonis etiam ad Eccleſias ſeculares conſiſtentes in diſtrictu & domi-
6 nio militiæ: tantò † magis, quia illa ampliatiua, ac in tribus locis in eodem priuilegio repetitur ſub eadem verborum conceptione, ad l. Baliſta, ff. ad Trebel. ¶ Adiuuat
7 ratio veriſimilitudinis † & proportionis de perſonis ad res, vt ſicut Papa voluit eximere perſonas ſeculares Militiæ, nempe vaſallos & ſeruitores, ſic etiam Eccleſias ſeculares pertinentes aliquo modo ad Militiam, ac in diſtrictu & dominio eius conſiſtentes, arg. text. in leg. ſufficit, ff. de cond. indeb. cum adductis per Euerhar, in loco à proportione. Quinimò ex eo euidentiùs apparet, quod Papa voluit concedere priuilegium Eccleſiis regularibus
8 ſine diſtinctione loci, † & vbilibet exiſtentibus, ſicut cōceſſerat ordini Ciſtercienſium. Vnde reſtrictio Eccleſiarum militiæ ad diſtrictum ipſius Militiæ, de ſecularibus
9 oportet intelligere, non de regularibus, ne † auferre potiùs quàm concedere videretur Romanus Pontifex.
¶ Confirmabar præmiſſa ratio euitandi multas ſuperfluitates, ſuperflueret enim illa dictio, ac, ſæpiùs repetita, ſi conceſſio fuiſſet facta Eccleſiis regularibus conſiſtenti-
10 bus in diſtrictu: nam † Papa dixiſſet, eorúmque in diſtrictu & dominio ipſius militiæ cōſiſtentibus Eccleſiis, cùm priùs dixiſſet, monaſteriis, domibus, & aliis locis, ex quibus verbis deſignabantur regulares Eccleſiæ. Denique verbum, Eccleſiis, omnino ſuperflueret, cùm monaſteria
11 continerent illas. Nam † exempto monaſterio Eccleſia regularis monaſterij exempta intelligitur, gloſſ. in c. 1. in verbo exempto, & ibi Archid. col.... verſ. loco exempto, de priuileg. in 6. idem Archid. in c. nulla. 2. q. 1. Maria. Soc. in cap. recepimus, nume. 97. de priuileg. Et eò magis ſunt euitandæ huiuſmodi ſuperfluitates, quia non ſemel, ſed ter ſunt repetitæ, & ideò non ſine miniſterio operandi.
¶ Non obſtat, quòd expreſsè de Eccleſiis non fuerit pe-
12 titum, cùm † clarè in diſpoſitione appareat conceſſum, c. inter dilectos, verſic. cæterum memorati, de fide inſtrum.
13 & ibi Abb. col. 3. verſ. nota bonam limitat. Et ſatis † virtualiter petitum fuit in clauſula, & aliàs in præmiſſis oportunè prouidere. Imò expreſſè dictum fuit de præceptoriis, alias commendariis nuncupatis. ¶ Neque obſtat dum pro parte R. P. Epiſcopi dicitur, quòd non eſt facta
14 taliter à Leone Decimo communicatio † militiæ priuilegiorum per Innocentium & alios ſummos Pontifices conceſſorum Ciſtercienſibus, vt magnus magiſter, & ſinguli de militia ac illorum res & bona ſingulariter ſinguli poſſint generaliter & vniuerſaliter vti, & potiri omnibus dictis priuilegiis coniunctim aliis Ciſtercienſibus conceſſis, ſed tantùm particulariter & ſingulariter prout illis de Ciſtercienſibus diuiſim erat conceſſum, referen-
15 do † ſingula ſingulis, iuxta gl. in l. ſi negotium, C. de neg. gest. cum aliis per Dec. conſ. 384. num. 6. verſic. non obſtant allegata. ¶ Nam dixerunt plures ex Dominis, quod imò omnia contenta in priuilegiis Ciſtercienſium tam ſpecialibus Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij, quàm generalibus conceſſa reb. & perſonis Ciſtercienſibus, cenſentur conceſſa rebus & perſonis militiæ, & aliis nominatis in dicto priuilegio, referendo ſingula ſingulis coniunctim & vniuerſaliter, quatenus ſint capaces, & in eis congrua cadat proportio, non autem ſingulariter, quatenus eſſent conceſſa perſonis vel Eccleſiis Ciſtercienſium. Nam in dicto priuilegiu Leonis adſunt clau-
ſulæ ampliſſimæ, ex † quibus clarè apparet, quòd huiuſ- 16
modi priuilegia fuerunt vniuerſaliter perſonis & rebus militiæ conceſſa, quia ſingulis expreſſis omnia contenta in priuilegiis Ciſtercienſium ſimul & coniunctim conceduntur, vt ibi, inhibitione, mandato, ſuſceptione, exemptione, liberatione, ſubiectione, & decretis in literis prædictis, &c. & perinde ac, &c. vti potiri & gaudere liberè & licitè valeant. & non conceditur vnū vel alterum ſingulariter ac diuiſim, ſed omnia vniuerſaliter & coniunctim. Quod ampliùs apparet ex clauſula, perinde, vbi
magiſtro, † prioribus, præceptoribus, & aliis ſupra no- 17
minatis expreſsè dicitur, quod vti & potiri poſſunt prædictis conceſſis Ciſtercienſibus, perinde ac ſi eiſdem ſupra nominatis militiæ ſpecialiter indulta & conceſſa fuiſſent. Si autem iſta omnia rebus & perſonis militiæ ſpecialiter conceſſa & indulta fuiſſent, clarum eſt, quòd omnia ſimul ſingulis conceſſa intelligerentur. Clauſulę enim
huiuſmodi tam latè parent, vt † non, niſi ſimul & con- 18
iunctim, ſingula ſingulis vniuerſaliter referendo, intelligi poſſint. Et ita in ſimili caſu conſiderat Corn. conſilio 268. num. 22. circa med. verſic. confert etiam. & verſic. & in fine ſubditur, lib 4. ex reg. l. talis ſcriptura, de legat. 1. & l. 1. C. de liber. & poſt hum. & vbique Iaſ. &c. ſecundo requiris, vbi etiam Dec. de appel. quod clauſula in principio, & in fine poſita eſt generaliter intelligenda, & ad omnia referenda ſingula generaliter ſingulis referendo.
¶ His accedit, quòd in quauis diſpoſitione etiam odioſa
verba † generalia non ſunt reſtringenda, ſed generaliter 19
intelligenda. Ang. in l. fin. col. fin. de conſt. Princ. cum aliis per Dec. conſ. 5. in fine. etiam ſi maior ratio eſſet in vno caſu quàm in alio. l. in fraudem, in fin. & ibi. Bald. de
teſtam. milit. cum aliis per Aym. conſ. 90. num. 4. Et † tan- 20
tò magis, quatenus (vt hic) verborum proprietas id patitur. l. cum lege. vbi Aret. de teſtam. Calder. cap. 1. de conſan. & affin. cum aliis per Aym. conſ. 818. num. 11. Et mul-
tò † magis, vbi ſalua ratione recti ſermonis non poſſunt 21
reſtringi. l. Plautius. de auro & argen. lega. l. Iulius. ad Trebel. plene Alex. Iaſ. & alij. in l. ſi de certa. C. de tranſ-
act. prout contingit hic: nam † ſi magnus magiſter, & 22
omnes enumerati in priuilegio Leonis poſſunt vti & potiri decreto, exemptione, liberatione, & aliis in literis ibi relatis, & ſingulis priuilegiis hactenus Ciſtercienſibus conceſſis, non poteſt fieri reſtrictio ſalua ratione recti ſermonis, vt referantur ſingula ſingulis, prout diuiſim & particulariter cuique erant Ciſtercienſibus con-
ceſſa, quia non † vterentur ſinguli de militia ſingulis pri- 23
uilegiis Ciſtercienſibus conceſſis, vt expreſsè dicitur in communicatione Leonis, ſed ſinguli vterentur certis & particularibus priuilegiis, quod eſſet violare nedum proprietatem verborum, ſed rationem recti ſermonis. ¶ Præ-
terea ſequeretur abſurdum, quod † nihil magno magi- 24
ſtro, præceptoribus, & militibus militiæ fuiſſet communicatum, cum tales perſonæ in ordine Ciſtercienſiū non inueniantur, & tamen illis etiam primo loco voluit Leo concedere, & quidem vniuerſaliter, vt ex lectura priuilegij apparet. ¶ Non obſtat gloſſa io, dicta l. ſi negotium,
C. de neg. geſt. cum aliis allegatis. ¶ Quoniam † omnia fa- 25
ciunt pro iſta parte: nam (vt eleganter inquit Ang. in l. fin. in glo. 3. num. 4. C. de fideicom.) ſingula ſingulis par-

ticulariter sunt referenda, quando aliter non possunt saluari secundùm rectitudinem sermonis, vel sequeretur correctio aut repognantia in eadem dispositione, vel pri-
26 uilegia non essent proportionabilia, † compatibilia, aut ex alia simili caussa. Et Ang. passim sequitur Dec. consil. 186.col.2.in fin.versicul. quarto considerandum est, & d. cons.384.nu.6.vers. non obstant allegata. aliàs enim non
27 subsistente euidenti † necessitate vel alia vrgente caussa, non est facienda talis relatio, sed inhærendum proprietati verborum, vt supradictum fuit, & tantò magis in casu isto, in quo ratio recti sermonis (vt dictum est) nos compellit ita interpretari. ¶ Non obstat Aym. consil. 98. num.11.vbi loquitur de substitutione habente claosulam
28 modis præmissis, inquiens † debere referri ad præcedentia, referendo singula singulis. Quoniam tunc adest ratio necessaria restringendi generalem dispositionem: nam illa verba, modis præmissis, sunt adeò restrictiua, vt refe-
29 rantur † ad ea solum, quæ legi possunt. Barto. & alij per Ruin.cons.122.nu.6.vers.& non obstat, libr. 2. Zanch. in l.hæredes mei.§.cum ita, nu.414.in fin.ff.ad Treb. sed hoc non facit ad casum istùm, quia verba sunt vniuersalia, & non restricta. ¶ Non obstat, quòd ita intelligendo concessio esset generalior petitione. Quoniam hoc tollitur ex
30 † facto, vt ibi, & aliàs in præmissis opoртunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur, vt bene per informantes hic.

CANTVCCII.

In eadem Cautien. siue Nullius iurisdictionis. Veneris, 11. Ianuarij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium exemptionis debet strictè interpretari.*
2 *Communicatio & exequutio priuilegiorum non debet operari ampliationem, vt prius habeat is, cui communicantur, quam is, cuius priuilegia communicantur.*
3 *Papa intentio in adæquatione non est plus velle dare vni, quam alteri.*
4 *Priuilegium de nouo concedi, & per viam adæquationis differunt.*
5 *Dictio, perinde, quid importet.*
6 *Verba indefinita sui natura restrictionem recipiunt.*
7 *Adæquatio quando est facta per verba indefinita, non veniunt futura: secus si per verba vniuersalia.*
8 *Indefinita in priuilegiis respectu concedentis æquipollet vniuersali, secus respectu tertij.*
9 *Oratio vniuersalis non extenditur vltra id, ad quod extendebatur dispositio, super qua interponitur, & numero seq.*
11 *Oratio vniuersalis limitatur à dispositione, super qua interponitur,*
12 *Clausula generalis quando salua ratione recti sermonis potest ad specificata restringi, ad illa tantùm restringitur.*
13 *Priuilegium concessum subditis & seruientibus intelligitur quoque communicatum vasalis, & seruitoribus.*
14 *Priuilegium adæquatum seu communicatum etiam conceptum cum illis verbis, in omnibus & per omnia, non trahitur ad insolita.*
15 *Laici vt eximantur à solutione decimarum, est insolitum, & non conceditur nisi cum difficultate.*
Imò magis est odiosa exemptio ad fauorem laicorum potiùs quàm clericorum. num.17.
16 *Papa an possit enormiter lædere Ecclesiam, Doctores dubitant.*
17 *Exemptio à solutione decimarum ad fauorem laicorum potiùs quàm clericorum multò magis est odiosa.*
18 *Clausula in principio vel fine posita ad omnia referri non debet, quando ratio diuersitatis reddi potest.*
19 *Priuilegium intelligendum est iuxta formam petitionis.*
20 *Verba & aliàs oportunè prouidere, debent intelligi quoad petita, & non vltra.*
21 *Priuilegium exemptionis decimarum non est extendendum ad non expressa.*

DECISIO LV.

Licèt die Lunæ, vigesima sexta Nouembris, anni præteriti plures ex Dominis dixerint, Leonem Decimum in suo priuilegio concessisse & communicasse exemptionē decimarum, & iurisdictionis, & reliqua omnia in eo contenta personis militiæ, illarumque vasalis, subditis, seruientibus, monasteriis, domibus, locis, & Ecclesiis non particulariter & distributiuè referendo singula singulis, sed semel & coniunctim, dummodo personæ, res, & loca, quibus dictum priuilegium concessum fuit, essent capaces & capacia, & congrua in eis caderet proportio: nihilominus postulante Episcopo super hac resolutione iterum audiri die Veneris, 11. Ianuarij, præsentis anni, caussam super eadem resolutione proposui. ¶ In qua positione Domini fuerunt varij, nec quicquam super dicta resolutione firmatum, sed solùm in dubium reuocata. ¶ Nam tenentes pro militia persistebant in eadem sententia, in qua alias fuerunt ex deductis in præfata resolutione, quibus nihil fuit additum. Tenentes verò pro Episcopo mouebantur ex pluribus. ¶ Primò, ex natura priuilegij exemptionis, quæ vti odiosa & tertio 1
præiudicialis debet stricte interpretari, ex allegatis hic per informantes Episcopi. ¶ Secundò, ex † natura com- 2
municationis, & exæquationis priuilegiorum, quæ est, vt priuilegia vni competentia alteri communicentur non vt amplientur, & plus habeat is, cui communicantur, quàm is, cuius priuilegia communicantur. vt per omnes Doctores in l.1.ff.de legat.1. & non videtur posse negari, quin in casu nostro sit adæquatio, cùm † Papa ve- 3
lit, militiam gaudere eisdem priuilegiis, quibus gaudet ordo Cisterciensium. ad tradit. per Ruin. in d.l. 1. nū. 14. & est de mente Paris. ibi numer.26. & 27. vbi agit de filio emancipato, qui succedit vt suus. ¶ Nec tenentibus hanc partem placebat argumentum, siue consideratio facta pro parte militiæ, quòd non esset adæquatio, sed nouum priuilegium, ponderando verbum, concedimus, & alia, de quibus per informantes militiæ. ¶ Quia † respon- 4
debant, priuilegium esse nouum in eo, quòd militiæ tribuuntur priuilegia antea sibi non competētia, sed hæc priuilegia cōceduntur illi per viam adæquationis. ¶ Tertiò, ponderabant iidem Domini dictionem illam, perinde, quæ † importat idem per omnia quoad tempus, & 5
quoad alias qualitates respectu militiæ, prout erat respectu ordinis Cisterciensium. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo. perinde, Ruin. in dict.leg.1.nu.15. ¶ Quartò, quia verba sunt indefinita, quæ † sui natura 6
restrictionem faciliùs recipiunt. Paris. in d.l.1.numer.26. vers. item operantur. Et hinc est, quòd quando adæquatio † est facta per verba indefinita, non veniunt futura, 7
licèt secus sit, quando per verba vniuersalia. Paris. in d. l.1.sub num.13.vbi quod omnes ita fatentur. Et licèt † in- 8
definita in priuilegiis æquipolleat vniuersali, id tamen procedit respectu concedentis, contra quem latissima fit interpretatio, non respectu tertij. Paris. d. numer. 13. post med. & superius num.6. ¶ Quintò, quia † oratio vni- 9
uersalis non extenditur vltra id, ad quod extendebatur dispositio, super quia interponitur, l.si de certa. C.de trāsact. Paris. in d.l.1.num.7. ¶ Vnde cùm † ista oratio inde- 10
finita proferatur super priuilegiis Cisterciensibus iam concessis, non debet extendi vltra id, quod præfata priuilegia continerent, & consequenter † oratio vniuer- 11
salis limitatur à dispositione, super qua interponitur. ¶ Sextò, quoniam quando clausula † generalis salua ra- 12
tione recti sermonis, potest ad specificata restringi, ad illa tantùm restringitur. Paris. in dict.leg.1.numer.8. sed salua ratione recti sermonis, imò, secundum aliquos ex Do

ex Dominis, secundùm verum sensum priuilegij potest
intelligi respectu specificatorum, quia in priuilegio In-
nocentij eximuntur subditi, ac eis seruientes, in commu-
13 nicatione † Leonis communicantur priuilegia sub his
verbis, illorumque vasallis & seruitoribus. Ergo vasallis,
& seruitoribus intelligetur communicatum priuilegium
concessum subditis & seruientibus. Quod autem subdi-
tis & seruientibus sit concessum illud, quod est conces-
sum magno Magistro, & præceptoribus, hæc verba hoc
necessario non inferunt, & subiecta materia non pati-
14 tur. ¶ Septimò, nam priuilegium † adæquatiuum seu
communicatiuum etiam conceptum cum illis verbis, in
omnibus & per omnia, non trahitur ad insolita, & cum
difficultate concedenda, vt per Butr. cons. 19. sub num. 9.
Soci. in d. l. 1. nu. 3. in fin. Ias. nu. 21. vers. 1. limita. Rip. nu.
8. vers. & ita intellige. Crot. num. 10. Paris. num. 24. in fin.
15 Nat. consil. 4. numer. 6. lib. 1. ¶ Quod † autem eximantur
laici à solutione decimarum, est insolitum, & non, nisi
cum difficultate concederetur: & tantò magis, quòd in
casu isto non vnus vel duo, sed vnum & integrum terri-
torium à solutione decimarum eximeretur. Papam enim
sub isto verborum inuolucro voluisse Ecclesiā tam enor-
miter lædere, Dominis hanc partem tenentib. nullo pa-
16 cto verisimile fiebat. ¶ Maximè, quia † Docto. de pote-
state dubitant, & Abb. in c. à nobis. numero 5. de decim.
inquit, taliter priuilegiatum sine caussa in foro conscien-
tiæ tutum non esse, licet hoc dictum fuerit non vt de po-
testate disputaretur, sed vt ex grauitate materiæ, & enor-
mi præiudicio voluntas deprehenderetur: multò enim
17 magis est odiosa † exemptio à solutione decimarum, ad
fauorem laicorum, quàm clericorum. Alciat. consil. 22.
num. 9. ¶ Vnde cùm in casu nostro adsit ratio diuersita-
tis, consequens fit, singula singulis esse referenda, sicut
18 dicimus de clausula † in principio vel in fine posita, quòd
ad omnia referri non debet, quādo ratio diuersitatis red-
di potest, vt per Dec. in c. 2. requirit, numero 2. de appella.
¶ Nec secundùm istos Dominos bona erat responsio ad-
ducta pro parte militiæ, quòd Episcopus non fundat in-
tentionem super decimis de iure communi, quia exem-
ptio est concessa respectu omnium, & consequenter re-
19 spectu Ecclesiarum parochialium. ¶ Octauò, quia † pri-
uilegium debet intelligi iuxta formam petitionis Caro-
li Quinti, petentis remoueri assertionem nonnullorum
asserentium, personas, militias, earumque monasteria,
domos, & loca non posse gaudere priuilegiis Honorij,
Martini, Sixti, & Innocentij, ob non factam in eis spe-
cialem illorum mentionem, quamuis essent eiusdem or-
dinis professores, & sub eadem regula militarent, & vi-
uerent. ¶ Nec obstant illa verba, & alias opportunè pro-
20 uidere. Quia † debent intelligi quoad petita & non vl-
tra, maximè, quia Papa dicit, supplicationibus inclinati.
¶ Nonò, placebat etiam ratio illa, quòd si Leo voluisset
21 priuilegium exemptionis decimarum † extēdere ad sub-
ditos vasallos, &c. vtique de hac extensione verisimiliter
mentionem fecisset. ¶ Vltimò, fuit considerata series pri-
uilegiorum narratorum, textura verborum, videlicet,
inhibitione, mandato, &c. quæ omnia inuicem corres-
pondebant.

CANTVCCII.

Legionen. congruæ. Ven. 11. Octobris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Beneficiati ad onus curæ non sunt astricti, nisi probetur.*
2 *Curæ onus & necessitas est caussa assignationis congruæ por-*
tionis.
3 *Rector cogendus est tenere clericum intitulatum, quando*
redditus Ecclesiæ sufficiunt.
Limita, nisi redditus ad alium pertineant, nu. 4.
5 *Cultus diuinus non imminuitur per denegationem con-*
gruæ, quando Ecclesia conseruatur in eodem seruitio.
6 *Conestabilis tenetur beneficia, quæ sunt de iure patronatus,*
sufficienter dotare.
7 *Dos ab initio constituta Ecclesiæ si processu temporis non*
sufficiat nihil ad patronum.
Fallit nisi deterioratio contingeret ex culpa patroni, num. 8.
9 *Beneficiati non sunt necessarij in parochialibus, sed ad be-*
ne esse.
10 *Clericus vnus sufficit in parochiali vltra sacerdotem.*
11 *Beneficium tenue acceptans sibi imputare debet.*

DECISIO LVI.

DOmini steterūt in decisis, nempe, Beneficiatis con-
gruam non deberi cùm ex dictis testium † non pro- 1
betur, illos esse necessarios, & ad onus curæ adstrictos, &
sic cessat caussa siue fundamentū assignationis congruæ,
quòd † est necessitas & onus curæ. ad tradit. per Rub. ff. 2
de congru. nu. 68. Et fuit resolutum in illa Calliguritan.
congruarum de Balderan. coram bonæ memoriæ Ora-
din. 21. Maij, 1571. & in alia Legionen. congrui seruitij,
coram Buratino, & in alia Toletan. congruarum, co-
ram Reuerendo Domino Aldobrandino, & in pluri-
bus aliis caussis. ¶ Non obstant noniter deducta pro
parte Beneficiatorum. ¶ Et in primis non obstat, quod
quando redditus Ecclesiæ sufficiunt, cogendus est re-
ctor † tenere clericum intitulatum, & non excusatur 3
tenendo seruitorem, nisi quando redditus non sufficiunt,
Abb. in cap. fi. nu. 10. in fin. & ibi Felyn. pariter, num. 10.
vers. ex quibus collige, de præsumpt. idem Abbas, in c. vt
quisque, sub nu. 1. versic. item nota quod in Ecclesia, de
vita & honest. cleric. ¶ Quia respondetur, id † non pro- 4
cedere, quando redditus ad alium pertinent, vt in casu
nostro. Et ita in specie dictum fuit in illa Legionen. con-
grui seruitij, 4. Iunij, 1572. coram. D. Buratino. ¶ Secundò
non obstat, quod diuinus cultus non debet imminui iux-
ta capit. penult. constitutio. Quia † negatur in casu isto 5
sequi aliquam diuini cultus diminutionem, cùm Eccle-
sia conseruetur in eodem seruitio, etiam si nihil augea-
tur. ¶ Tertiò non obstat, quòd cùm beneficia, de qui-
bus agitur, sint de iurepatronatus, Dominus Cone-
stabilis † teneatur ipse sufficienter illa dotare. Abb. in 6
cap. ad audientiam, il. 1. nu. 5. de Eccles. ædific. & cons. 89.
nu. 2. cum seq. lib. 2. ¶ Quia Domini præsupponunt, be-
neficia ista fuisse dotata, & propterea etiam si processu
temporis † dos ab initio constituta non sufficiat, nihil 7
ad patronum, sed ad Ecclesiā ipsam pertinet, vt per Paul.
de Cittadin. de iurepat. par. 3. caussa. 2. quæ. 12. nu. 45. post
medium, vers. si autem contingit. Lambert. de iurepatro-
nat. lib. 1. part. 1. 5. quæ. princip. artic. 8. num. 17. fol. mihi
36. col. 4. Nisi † deterioratio contingeret ex culpa pa- 8
troni, vt fuit dictum in illa Toletan. congruam, 13. Fe-
bruarij. 1570. coram R. Domino Aldobrandino. ¶ Quar-
tò non obstat, quòd isti beneficiati administrant sa-
cramenta. ¶ Quia hoc non est verum in facto, cùm te-
stes expresse dicant, beneficiatos siquid faciunt, id ex
voluntate facere. ¶ Et † quamuis beneficiati possint es- 9
se necessarij pro cantandis missis, hoc tamen non est ne-
cessarium, sed ad bene esse, in parochialibus, vt fuit re-
solutum in illa Legionen. congrui seruitij, quinta Maij,
1572. coram Domino Buratino. Cùm † in parochiali vl- 10
tra sacerdotem sufficiat vnus clericus, vt per Cassad. de-
cis. 19. sub num. 1. de præben. ¶ Est autem particulariter
videndum, an beneficia huiusmodi suam habeant do-
tem, cùm hinc præmissa pendeant: nam stante dote im-
putandum est ei, qui † tenue acceptat beneficium gloss. 11
in c. 1. in verbo necessitatem. 21. quæst. 1. & beneficio ali-
quid habente illud præsumitur sibi in dotem datum,
cùm ista sit caussa necessaria, Bald. consil. 113. nu. 3. lib. 5.
& in assignatione dotis, Aymon. cons. 304. num. 5. Et ita

fuit dictum in illa Toletan. congruarum. coram Domino Aldobrandino. 13. Februarij. 1576.

CANTVCCII.

Romanensis seu Amerinensis domus. Veneris. 25. Octobris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Verba plenè & integra, solita apponi in sententiis latis in Saluiano, intelliguntur ad effectum possessorij tantum.*

2 *Exceptio renuntiationis opponi non potest in iudicio possessorio.*

Fallit, nisi eius probatio constet clarè per publicum instrumentum. nu. 4.

3 *Exceptio, an requirat altiorem indaginem, iudicis arbitrio relinquitur.*

5 *Renuntiationis nullitas opposita requirit altiorem indaginem.*

6 *Nullitas renuntiationis per replicationem opposita, non est reseruanda ad merita causæ.*

DECISIO LVII.

DOmini quoad caput mixturæ steterunt in decisis:
sententia enim Maceraten. fuit lata in solo posses-
sorio, vt clare eius verba demonstrant. Nec obstant il-
la verba, plene & integre. Quia sunt verba solita poni in
1 sententiis latis in Saluiano, & propterea † intelligun-
tur ad effectum possessorij tantùm. Et eo magis in hac
opinione Domini persistebant, quod audita a me toto
negotiò suspensionis petitorij, quomodo sese habeat in
facto, & visa originali scriptura protestationis Domini
Gentilis, & protestationis, & suspensionis petitorij Do-
mini Ascanij in eadem scriptura immediate subsequen-
tis, iudicarunt adesse suspensionem petitorij, præsertim
ex confessione Domini Gentilis confitentis in calce suæ
protestationis, petitorium fuisse suspensum. ¶ Quo verò
2 ad caput † exceptionis renuntiationis, an illa obstaret in
hoc possessorio, per ea quæ dicit Soc. consil. 59. num. 1. 2.
& 3. lib. 3. Dominis hoc caput non placuit, quia iudex
reiiciendo huiusmodi exceptionem arbitratus fuit, illam
3 requirere altiorem indaginem, cùm † iudicis arbitrio re-
linquatur dignoscere, quandò exceptio altiorem inda-
ginem requirat. Roman. consil. 244. in fine. Socinus dict.
consil. 59. num. 2. vbi de magis communi. Aymon. consil.
156. num. 17. in fine. Tiraquell. in leg. si vnquam, in ver-
bo, omnia vel partem, num. 21. C. de reuocand. dona-
tio. Neuizan. consil. 56. num. 3. in fine Menoch. de ar-
bitr. casu 20. num. 3. & de recuperand. possess. remed.
ptimo, quæstio. 21. num. 230. ¶ Reseruarunt tamen Do-
mini particulariter videndum caput istud renuntiatio-
nis, siue caput notoriæ iniustitiæ circa illud tamen, quod
4 pro parte hæredum Ægidij reorum conuentorum ex-
ceptio † renuntiationis non requirebat altiorem indagi-
nem, quia eius probatio erat in promptu, & clara, cum
constaret per publicum instrumentum, vt per Socinum.
dict. consil. 59. num. 2. versic. sed siue discutiamus. Et si
qua altior indago requirebatur, illa erat ex parte Asca-
nij, & fratrum agētium, qui replicabant renuntiationem
† fuisse nullam ex capite enormissimæ læsionis, & ex aliis
5 capitibus, quorum cognitio & discussio altiorem requi-
rebat indaginem: & sic in casu isto altior indago non ca-
debat in exceptionem renuntiationis, sed in replicatio-
6 nem nullitas ipsius renuntiationis, quæ replicatio † non
erat reseruanda ad merita caussæ, sed discutiendum fue-
rat, an renuntiationi enormissima læsio, & alij defectus
obstarent. Afflict. decis. 63. Put. in terminis Saluiani de-
cis. 233. incip. die 27. Martij. 1549. versic. & ideò non esset
reseruanda. lib. 3.

CANTVCCII.

Firman. bonorum. Lunæ, 16. Decemb. 1577.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo obtinere volens, debet probare possessionem bonorum.*

2 *Testes deponentes de communi possessione non probant possessionem ad effectum mandati de manutenendo.*

3 *Communio datur sine possessione.*

4 *Mandatum de manutenendo ad effectum generica communionis & possessionis pro indiuiso, dari potest, secus ad effectum percipiendi fructus pro parte.*

5 *Fructuum perceptioni locus esse non potest, nisi corpora bonorum, ex quibus percipiuntur, sint certa.*

6 *Interdictum retinenda non datur, nisi constet de possessione.*

DECISIO LVIII.

REsolutum fuit, mandatum extra Rotam decretum
non esse relaxandum, nec exequendum, quia † pro 1
parte Hieronymi, qui tantum nunc instet pro manda-
tore manutenendo, non fuit probata possessio bono-
rum, de quibus agitur. Testes enim extra Rotam exa-
minati nullum verbum de possessione Hieronymi, sed
solum deponunt de cohabitatione † & vita in commu- 2
ni Hieronymi & Rugerij eius fratris, cum Horatio &
Euandro eorum patruis, ac in genere de communione
dictorum bonorum pro indiuiso inter eos, ac etiam de
communi possessione eorundem bonorum possessorum
per Horatium & Euandrum, & per Ioannem Philippum
patrem Hieronymi & Rugerij. Et tantò magis, quòd pro-
curator Hieronymi & Rugerij confessus fuit illos nihil
possidere, quæ confessio tempore mandati extra Rotam
decreti non fuerat reuocata. ¶ Quo vero ad iura, de qui-
bus in præsuppositis, vtique nec illa probant possessio-
nem Hieronymi, sed solum continent confessionem Ho-
ratij & Euandri confitentium vitam in cōmuni, & com-
munionem patrimonij, & bonorum pro indiuiso. ¶ Vnde
ex communione non infertur ad possessionē rerum com-
munium, cum † detur communio sine possessione l. 1. 3
versiculo quæ quidem actio. & l. hæredes. §. quantum. ff.
famil. ercisc. ¶ Quantum autem ad secundam partem
dubij, an mandatum de manutenendo sit de nouo decer-
nendum, & relaxandum in casu & ad effectum, de quo
agitur, Domini ad effectum cuiusdam † genericæ com- 4
munionis, & possessionis pro indiuiso, & sic ad effectum
hodierni status affirmatiue, ad effectum autem perceptio
nis fructuum pro tertia parte, ad quem effectum dubium
proprie tendit, negatiue responderunt: non enim potest
esse locus † perceptioni fructuum, nisi corpora bono- 5
rum, ex quibus percipiuntur, sint certa, cùm perceptio
fructuum præsupponat certitudinem bonorum, quæ cer-
titudo in casu nostro deficit, cum ex testibus in Rota exa-
minatis non sint probata certitudinaliter cum suis con-
finibus, & demonstrationibus aliqua corpora prædiorum
& bonorum existentium in communione: & † propterea 6
cessat interdictum retinendæ. leg. 1. §. hoc interdictum
locum habet. vbi gloss. & Doct. ff. vti possid. l. si fur. §. fin.
ff. de vsucap. leg. 3. §. incertam, & ibi Doct. & l. locus ff. de
acquir. possess.

CANTVCCII.

In eadem Firman. bonorum. Die 23. Decembris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Quota relata ad vniuersitatem omnium bonorum non inducit certitudinem.*

Contrarium tamen est verius & magis communiter receptum. num. 2.

Intellige, vt num. seq.

3 *Incertitudo respectu tam rei particularis quàm vniuersitatis inducit quotam bonorum incertam. & num. sequen.*

5 *Certitudo respectu vniuersi sufficit, vt quota relata ad vniuersitatem omnium bonorum dicatur certa.*

6 *Constitutum appositum in donatione omnium bonorũ præsentium & futurorum, quid operetur respectu futurorum.*

7 *Mandatum de manutenendo in generali possessione pro indiuiso, quid operetur.*

DECISIO LIX.

LIcet Dec. consil. 126. num. 3. circa med. versic. nec obstat, velit, quotam relatam † ad vniuersitatem omnium bonorum non inducere certitudinem, quia cùm vniuersitas omnium bonorum incerta sit, quota talium bonorum certa esse non potest, per text. in leg. 3. §. incertam, & in leg. locus, §. incertæ, ff. de acquiren. possessio. vt latiùs ibi per eum, & Dec. refert & sequitur Gozad. consil. 99. num. 14. Curt. iun. consil. 120. num. 4. in fine, & numer. 5. & hoc idem videtur tenere Grat. consil. 94. numer. 9. lib. primo. Nihilominus in vna Firmana bonorum coram me, die sexta Ianuarij, 1578. Domini amplexi sunt contrariam opinionem tanquam veriorem † & magis communiter receptam, vt imò detur certitudo respectu vniuersitatis, quæ generalis certitudo sufficit, argumen. leg. qui iure militari, ff. de testamen. milit. secundum Ioan. Petruc. de monte Spetel. in leg. ab emptione, ff. de pactis, vbi respondendo ad text. in dict. leg. 3. §. incertam, & dict. leg. locus, dicit, in illis terminis esse incertitudinem respectu rei particularis, neque esse certitudinem in vniuerso. Et sic dispositio illorum iurium procedit, quando † vtraque concurrit incertitudo tam respectu rei particularis, quàm etiam respectu vniuersitatis, at secus quando adest saltem certitudo in vniuerso. Et hac opinionem refert & sequitur Socin. in dict. leg. 3. §. incertam, num. 5. post medium, versic. & ad difficultatem, & ibi Ias. numer. 16. propè finem, versic. secundo, & notabilius, idem Ias. consil. 147. colum. 9. in fine, versic. nec isto, libr. 2. Paris. consil. 59. num. 23. libro primo, Neguss. de pignor. part. 2. membro 2. num. 3. in fine, Tiraquell. de constitut. possess. 2. part. ampliat. 32. numer. 11. & in tertia limit. 19. numer. 2. & 3. & Roland. consi. 97. numer. 44. & 45. libr. 1.

¶ Et hæc opinio comprobatur ex duabus communibus conclusionibus † latè firmatis & comprobatis per Tiraquellum, de constitut. possess. secunda parte, ampliat. 31. & ampliat. 32. ¶ Vnde licèt Hieronymus in casu isto non habeat certitudinem respectu rerum particularium, habet † tamen certitudinem respectu vniuersi, cùm ad eum pertineat dimidia pars hæreditatis paternæ, quam vna cum Horatio & Euandro patruis, & Rugerio fratre communiter pro indiuiso possidet, vt probant secundus & tertius testis hic in curia examinati. ¶ Et propterea Domini dixerunt idem, quod in alia positione huius caussæ, nempè, Hieronymum manutenẽdum esse in hac vniuersali possessione pro indiuiso respectu portionis sibi tangentis, adhibita tamen eadem declaratione alias facta, vt huiusmodi manutentio Hieronymi non intelligatur ad effectum perceptionis fructuum pro sua rata, nisi prius liquidentur corpora bonorum. ¶ Nec ista declaratio aliquam continet repugnantiam: nam † quemadmodum constitutum appositum in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum statim est validum, sed respectu futurorum tunc operatur effectum transferendo possessionem cùm fuerint acquisita, quo tempore dicuntur certa respectu quotæ & loci, licèt tempore constituti essent vtroque respectu incerta. vt per Tiraquellum post alios, in dicta ampliatio. 32. numer. 1. 7. & 10. & per Iason. dict. consil. 147. colum. 9. post med. versic. nec obstat ratio incertitudinis, libro secundo. Ita in proposito dicendum est, vt † manutentio Hieronymi in illa generali possessione pro indiuiso, tunc operatura sit effectum perceptionis fructuum pro rata, cum corpora bonorum communium pro indiuiso possessorum fuerint liquidata, & reddita certa cum suis confinibus & demonstrationibus, vt in decisione alias facta.

CANTVCCII.

Legionen. congruæ. Veneris, vltima Ianuarij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Beneficia possunt dotari in decimis minutis.*

2 *Dos exigua habetur pro non dote.*

3 *Computanda quæ veniant in dote exigua beneficij.*

4 *Dos data in decimis minutis non potest dici modica.*

DECISIO LX.

TEnuerunt Domini, beneficia, de quibus agitur, dotata esse in decimis † minutis: licet enim testes non 1 probent illarum valorem, tamen sat est non probari pro parte Beneficiatorũ, illarum quantitatem adeò exiguam esse, vt dos in eis constituta propter eius † modicitatem 2 habeatur pro non dote, ad not. per Doctores, in authent. præterea, C. vnde vir. & vxor. cum aliis, de quibus per Tiraquell. de indic. in rebus exig. feren. versic. nono, fol. 33. ¶ Item aliqui ex Dominis computabant † in huiusmodi 3 dotem iugera terrarum: aliqui etiam habebant aliquam rationem oblationum, præsertim ad effectum congruæ, de qua nunc agitur. ¶ Fuerunt tamen concordes circa decimas minutas, in quibus † dixerunt, talem dotẽ con- 4 stitutam fuisse, vt non possit dici modica, & per consequens, beneficia, de quibus agitur, iodotata. ¶ Libros autem, cum non sint in antiquis, non habuerunt in consideratione.

CANTVCCII.

Roman. exhæredationis de Vitellis. Veneris, 21. Februarij, 1578.

SVMMARIVM.

1 *Filius potest exhæredari etiam ob alias caussas similes in iure expressis, ex communi, cum numer. 2. & de magis communi, num. 4. licèt contrarium aliqui tenuerint, numer. 3.*

5 *Caussa exhæredandi filium est etiam non redimere parentes detentos in carceribus, sicut detentos in captiuitate.*

6 *Ratio maior viget in redemptione à carcere, quàm à captiuitate.*

7 *Captiui ab hostibus in bello capti non occidebantur, sed vendebantur, vel seruabantur.*

8 *Caussæ priuationis vasalli, & caussæ exhæredationis filij æquiparantur.*

9 *Argumentum de exhæredatione filij ad priuationem vasalli à feudo valet, sed non è contra, cum nu. seq.*

DECISIO LXI.

QVia Illustrisś. Domina Angela de Vitellis in suo testamento exhæredauit Illustriss. Dominum Iacobum eius filium ex eo, quod illam criminaliter etiam pro grauibus, & capitalibus delictis inquisitam & carceratam dimisit, & neglexit eam, non aliter defendendo, nec visitando, imò ab Vrbe paulò ante carcerationem discedendo, prout latiùs in dicto testamento continetur. ¶ Dubitaui die Veneris, 21. Februarij, 1578. *an caussa exhæredationis in dicto testamento expressa sit iusta & sufficiens?* Et post longam disputationem & discussionem eorum, quæ per informantes vtriusque partis deducta fuerunt, placuit R. Dominis meis duas firmare conclusiones. ¶ Prima, quod filius † potest exhæredari non so- 1 lùm ob caussas expressas in Authent. & cum de appellat. cognoscit. §. caussas, sed etiam ob alias illis similes vel maiores, in quibus vel eadem vel maior militat ratio, ita

Gulielmus de Cun.in authent.non licet,numer.3. verſic.
idem poſſem dicerê,quem ibi ſequuntur Iacobi de ſancto
Georg.nu.8.Iaſ.n.7.verſ. prædictis tamen non obſtan.C.
de liber.præter. Angel.in l.lex Cornelia.in prin.num.3.de
iniur. Alexand.in l.ſi quis id quod,num.18.ff.de iuriſdict.
omn.iudic.Aluarot.in ca.1.§.prædictis modis, nu.3.verſ.
not.ben.text.quæ fuit prima cauſ.benefic.amitten.dicens
idem ibi tenuiſſe Nicol. de Neap. & genitorem ſuum, in
repet. authent.ex cauſſa,C.de liber.præter. Guliel.de Be-
nedict.in repet,cap.Raynutius,in verbo, in eodem teſta-
mento relinquens,*il ſecondo*, num.19.& 20. de teſtamen.
Præpoſ.in dict.§.prædictis modis, ſub num. 1.verſic.dicit
hic Aluarot.attenta æquiparatione, Alexand. conſil.203.
num.6.libr.2.Felin.in cap.paſtoralis,numer.2.de reſcript.
Dec.in ca.cum ſpeciali,nu.5.verſ.& in ſimili,de appellat.
Marſil.ſing.78. Gerard. ſingul.1.in princip. Lup.in repet.
rub.de donatio,inter virum & vxorem, §.16.nu.10.verſ.
& idem eſt, Caſſan. de conſuet.Burgund.rub.7.§.2. verſ.
ſed quæro, Euerhard.in loc.ab except. ad regul. fol.mihi
62.verſ.quinto iſtud.Bertrand.conſ.379.nu.15.& 16.libr.
5.part.1.Rip.in rub.de iudic.nu.10.Grat.conſ.115.nu.19.
lib. 1.Ruin.conſi.74.num.3.lib.1. Curt.iunior.conſ.182.
num.10.latè Anton.Gomeſ.lib.1.var.reſolut.cap. 11. nu-
mer.12.Clar.§.teſtamentum,quæſt.41. verſic. ſed quæro.
2 Et hanc eſſe † communem concluſionem teſtantur Ale-
xand.in dict.authent.non licet, numer. 4. in fine, & poſt
eum Gulielm.de Benedict.Iaſ.Bertran.Rip.Grat.Curt.&
3 Gomeſ.in præcitatis locis. ¶ Contrarium † autem tenuit
Matt.Laud.in l.1.§.fi.ff.de iuſtit.& iure. Hoſtien.in ſum-
ma,de teſtamen.num.13.poſt medium, verſi.ſed & ſi alia
cauſſa latè Alexan.in dict.authen.non licet,num.4. & la-
tiùs ibidem Curt. iun.num.23.verſic. circa iſtud,& num.
4 24. 25. & 26. ¶ Quicquid † tamen ſit in ſtricta diſputa-
tione Domini noluerunt à priori opinione tanquam ma-
gis communi recedere. ¶ Altera verò concluſio, quam
5 Domini firmarunt, fuit, quod † cauſſa, de qua agitur, ſit
ſimilis cauſſæ decimætertiæ expreſſæ, in dict. §. cauſſas,
verſic.ſi vnum de prædictis. Et licèt illa cauſſa loquatur
in parentibus in captiuitate detentis, idem tamen viſum
fuit in parentibus detentis in carceribus,cùm & hoc caſu
eadem militet ratio. ¶ Idque aliqui comprobabãt ex gloſ-
ſa,in capit.Quintauallis,in verbæ,exhæredaret,propè fi-
nem,verſicul.ſi parentem captum, de iureiurando, dum
exemplificat dictam 13.cauſſam in parente carcerato,di-
cens, ſi parentem captum de carcere eripere neglexerit,
eum qua gloſſ.tam Docto.ibi,quam in dicta authen. non
licet,& in d.§. prædictis modis, & in pleriſque aliis ſupra
6 citatis locis ſimpliciter pertranſeunt. Imò † in caſu, de
quo agitur,videtur maior ratio vigere,quia ſi filius debet
feſtinare,& quo citius fieri poteſt, procurare redemptio-
nem patris in captiuitate detenti, cui nullum vitæ peri-
7 culum imminet, cùm † captiui ab hoſtibus in bello capti
non occidebantur,ſed vendebantur,& per hoc ſeruaban-
tur,leg.libertas,ff de ſtatu homin.§.ſerui.inſtitut. de iure
perſonarum, quantò magis in caſu iſto debuerat Domi-
nus Iacobus feſtinare, & ſine vlla mora procurare libera-
tionem Dominæ Angeiæ, cui cùm eſſet pro grauibus &
capitalibus delictis inquiſita, & carcerata, poterat vitæ
periculum imminere. ¶ Omiſerunt autẽ Domini illam
8 viam,quam hic informantes proſequuntur, quod † ſcili-
cet,ſint inuicem æquiparatæ cauſſæ,ob quas vaſallus feu-
do & filius hæreditate priuari poteſt: quia licet bene ar-
guatur à cauſſis priuatoriis hæreditatis ad cauſas priua-
9 tiuas feudi (ex quibus † enim cauſſis filius poteſt exhæ-
redari,ex iiſdem poteſt vaſallus priuari feudo, cum ſit ar-
guere ab eo, quod eſt grauius ad id, quod eſt minus gra-
ue) non tamen è conuerſo valet argumentum, quod ex
10 † quibus cauſſis poteſt vaſallus priuari feudo, ex iiſdem
poſſit filius exhæredari,quia eſſet arguere à minori ad ma-
ius affirmatiuè, quod non licet, vt poſt Iacobum de Bel-
uiſ.& Aluar.in dict.§.prædictis modis,num.1.verſ.ſed ta-
men bene eſt,deducit Iaſ.in dict.authent.non licet, nu.7.
verſic.& tenendo iſtam opinionem. ¶ Verum quoniam
informantes circa hanc 13. cauſſam nihil dixerunt, ideò
Domini reſeruarunt Domino Iacobo, vt ſi ſuper eâ velit
particulariter audiri, audiatur. Reſeruarúntq; etiam par-
ticulariter videndas limitationes ſiue excuſationes, quæ
pro parte eiuſdem Domini Iacobi ad hanc decimam ter-
tiam cauſſam afferri poſſent.

CANTVCCII.

Ipporigien.capellaniæ.Die 3.Martij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſuffragatur ad obtinendum in poſ-
ſeſſorio,ſtante poſſeſſionis vacantia.*
2 *Poſſeſſione inſtrumentali poteſt quis priuari per ſententiam.*
3 *Iudex poteſt aliquem omni poſſeſſione priuare, iuridice
alium in poſſeſſionem immittendo.*
4 *Prætoris iuſto iuſſu inductus in poſſeſſionem,incipit poſſide-
re contra poſſidentem,& prior poſſeſſor poſſeſſionem amit-
tere.*
Eoq; magis,vbi ſententia tranſiuit in iudicatum,numer.5.
6 *Poſſeſſionis continuatio præſumitur, non conſtito de poſſeſ-
ſione alterius.*

DECISIO LXII.

DOmini tenuerunt conſtare de primo extremo ex
inſtrumento adeptionis poſſeſſionis Ioan. Franci-
ſci ſub die vltima Aprilis,1574.quæ inſtrumentalis † ſuf- 1
fragatur,ſtante tunc temporis vacantia poſſeſsionis per
obitum Ioannis Baptiſtæ vltimi poſſeſſoris, vt aliàs in
hac eadem cauſſa die 7. Iunij, 1577. coram Dom. Blan-
chetto reſolutum fuit. ¶ Nec habita fuit in conſidera-
tione inſtrumentalis poſſeſſio Drois capta ſub die 21.Fe-
bruarij: quia illa fuit † poſtea priuatus per ſententiam 2
Vicarij Ipporegien.ad fauorẽ Ioan.Baptiſtę contra ipſum
Drois,die 6.Septembris, 1582.latam, cuius vigore Ioan-
nes Baptiſta die 9. eiuſdem menſis Septembris immiſſus
fuit in poſſeſſionem. ¶ Poteſt enim † iudex aliquẽ omni 3
poſſeſſione priuare, iuridice alium in poſſeſſionem im-
mittendo, vt per Ange. in leg. clàm poſſidere. §. qui ad
nundinas, num.2.in fine.ff.de acquirend.poſſeſſio.ad leg.
iuſte poſſidet, eodem titulo.& ad not.per Innocen.Ioan.
Andr.& alios in cap.quoniam frequenter,vt lit.non con-
teſt.& Ang.ſequitur ibi Imo. ante numero 2. verſiculo in
text.ibi,occupauerit.Roman.numero 3.verſicul.2. Alex.
num.2.in fine.Iaſ.numer.20.& Claud. num. 3. Hoc idem
voluit Compoſtel.in cap. tranſmiſſam, colum. penult. in
fine.verſic.de poſſeſſione alterius,extra, de electio.dicens
inductum † in poſſeſſionem iuſto iuſſu prætoris, nempe 4
præcedente ſententia contra poſſidentem, incipere poſ-
ſidere & priorem poſſeſſionẽ amittere, argumen.l. dam-
ni,§. non ſolum. ff. de damno infecto, & Compoſtel. ſe-
quuntur ibi Ioan.Andr.colum.penult.circa medium,ver-
ſicul.ideo dixit Butr.numero 17.in fine, verſic.& hoc ve-
rum.Card.in 5.quæſt.verſic.dicit etiam Abb.in cap. cum
aliquibus, num.10.prope finem, verſ.quinimo plus ſen-
tiunt,de ſenten.& re iudic.Ferret.conſ.5.nu.9.in fi.lib. 5.
¶ Et tantò † magis præmiſſa in caſu noſtro obtinent, 5
quòd dicta ſententia Vicarij tranſiuit in rem iudicatam,
& Ioannes Baptiſta fructus percepit, vt probat Ioannes
Andreas quintus teſtis primi examinis, qui repetitus
idem dicit, & Luchinus ſecundus teſtis ſecundi exami-
nis. Qui † teſtes, licèt non deponant de continuatione 6
poſſeſſionis Ioan.Baptiſtæ vſque ad eius obitum, illa ta-
men præſumitur, non conſtito de poſſeſſione alterius.
Quibus

¶ Quibus accedit bina confessio Drois confitentis, Ioan. Baptistam fructus percepisse. ¶ Vnde stantibus præmissis apud Dominos erat indubitatum satis constare de primo extremo.

CANTVCCII.

Roman. exhæredationis de Vitellis. Veneris, 14. Maij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Exhæredare licet filium ex caussa simili expressè.*

2 *Captiuitas apud hostes, & carceratio æquiparantur.*

3 *Carceratio etiam ex caussa maleficij est similis captiuitati, & nu. 9.*

Imò iura loquentia de redimendis captiuis, apud hostes, procedunt etiam in carceratis ex maleficio, ex communi, num. 4.

Sed contrarium, nu. 17.

Intellige & distingue, vt nu. 18. 19. & 20.

Limita, etiam vt nu. 26.

5 *Carceratorum liberatio est caussa pia, siue sit pro maleficio, siue non, ex communi, nu. 6, licet contrarium aliqui tenuerint, nu. 7.*

8 *Filius non redimens patrem carceratum pro maleficio priuatur eius successione.*

10 *Liberatio à carceribus est similis liberationi captiuitatis apud hostes.*

11 *Carcerati pro maleficiis etiam grauibus ad intercessionem grauium virorum sæpè liberantur.*

12 *Redemptionis effectus non est opus, vt sequatur, ad euitandam ingratitudinis caussam, & nu. 22.*

13 *Mora sola & negligentia filij in non redimendo patrem captiuum facit eum incurrere caussam ingratitudinis, sicut è contra sola festinatio, & diligens procuratio eum liberat.*

14 *Discessus filij à loco, in quo timor erat, patrem capiendum fore, arguit eius negligentiam.*

15 *Filius potest iustè exhæredari, si non se obligat pro eximendo patrem à carceribus.*

16 *Negligentia filij in præstando fideiussionem pro liberatione patris carcerati pro debito, & in præstando operam, & diligentiam pro liberando ex maleficio, sunt iusta caussa exhæredationis, & nu. 20.*

19 *Pater captiuus si captiuitatem euaserit, potest filium, qui eum neglexit redimere, exhæredare.*

21 *Solutio non debet accelerari, sed expectari debet, vt sententia feratur, & transeat in iudicatum.*

23 *Rationes differentiæ inter captiuitatem, & carcerationem ex maleficio, non tollunt negligentiam, & diligentiam, & num. seq.*

24 *Ingratitudo aliqua non videtur cadere in carceratione ex propria culpa, & delictis subsecuta.*

25 *Culpa sua nemini debet esse proficua ex maleficio, quando est ordinata ad illud.*

26 *Iura loquentia de redemptione captiuorum ex maleficiis, non procedunt, quando agitur de præiudicio tertij.*

27 *Præiudicium tertij respectu iuris quæsiti non consideratur.*

28 *Spes filij succedendi in bonis maternis est improbabilis.*

DECISIO LXIII.

Domini vnanimiter perstiterunt in secunda conclu-
1 sione per eos iam firmata, nempè, caussam † expres-
sam in testamento Illustriss. Dom. Angelæ de Vitellis
esse similem decimætertiæ caussæ contentæ, in §. caussas,
ver. si vnum de prædictis. in Authent. vt cum de appellat.
2 cognos. licèt † enim illa loquatur in captiuitate apud ho-
stes, idem tamen iuris est in carceratione, vt voluit gloss.
io cap. quintauallis, in verbo, exhæredaret, propè fin. vers.
si parentem captum, de iureiurand. dum exemplificat di-
ctam 13. caussam in parente carcerato, cum qua glo. tam
Doct. ibi, quam alibi passim simpliciter pertranseunt. Et
dictam 13. caussam habere locum etiam in carceratione
ex † caussa maleficij, qualis fuit carceratio D. Angelæ, pa- 3
tet, tum quia glo. in d. ca. quintauallis, generaliter loqui-
tur, tum etiam quia communis est Docto. conclusio, vt 4
iura loquentia de redimendis captiuis apud hostes, pro-
cedant etiam in captiuis carceratis ex maleficio, secun-
dùm glo. io cap. sacrorum, 12. q. 2. Bal. in l. sed & si ideò, in
princip. ff. solut. matrimon. dicens per d. gloss. liberatio-
nem † carceratorum semper esse piam caussam, siue sit 5
pro maleficio, siue non. sequitur Imol. in l. quamuis, nu. 2.
Rom. num. 25. & latiùs Alex. num. 10. & 11. ff. solut. mar.
Bal. in l. illud, in prin. & ibi Castr. nu. 3. C. de sacrosan. Ec-
cle. idem Bal. in auth. similiter, sub nu. 2. C. ad l. Falc. Alex.
in l. Marcellus, §. res quæ. nu. 3. ver. pro quo vltra allegata,
ff. ad Treb. Anan. in c. significauit, nu. 12. in fi. & ibi Felin.
nu. 4. vers. & no. de iud. fusè Campeg. de dote. part. 3. q. 12.
per tot. Dec. in c. pastoralis, §. verum, sub num. 9. vers. &
hoc procedit, de appell. Lup. in rub. extra de donat. inter
vir. & vxor, §. 78. nu. 30. vers. facit ad præfata, plenè Felin.
in c. quæ in Ecclesiarum, n. 67. ver. ista faciunt, & ibi Dec.
nu. 30. ver. tertius, de const. Boet. cons. 1. nu. 21. Guliel. de
Bened. in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem, num. 268.
ver. præterea iura. de testam. Tiraq. de priuileg. piæ caussæ.
fol. 10. vers. item relictum pro redemptione. Et hanc † esse 6
communem opinionem testantur Didac. lib. 2. var. reso-
lut. cap. 16. num. 9. vers. contrariam, illámque veriorem, &
magis piam inquiunt Campeg. d. q. 12. num. 2. & Alex. in
d. l. quamuis, nu. 11. post med. ¶ Quicquid † contrarium 7
dixerit Bald. in authen. contra rogatus, nu. 5. C. ad Trebel.
cuius iuribus bene respondetur per Alexand. in d. l. quam-
uis, nu. 11. circa med. versi. ex quia inferri potest, & Cam-
peg. d. quæst. 12. in fi. Et in terminis nostris, vt filius non
redimens patrem † carceratum pro maleficio priuetur 8
eius successione, tenet expresè Guliel. de Bened. loco, de
quo supr. ¶ Et † ex his satis constat de similitudine carce- 9
rationis etiam ex maleficio ad captiuitatem apud hostes.
¶ Quod † autem liberatio, quæ in casu, de quo agitur, po- 10
tuerat procurari, sit similis liberationi, quæ fit mediante
pecunia, quando pater est captiuus apud hostes. patet:
quia si D. Iac. ab vrbe non discessisset, potuisset ad sum-
mos Principes recurrere, & mediãtibus eorum precibus,
& intercessionib. apud fe. re. Pium V. cuius iussu D. Ange-
la erat inquisita, & carcerata, facilè poterat eius liberatio-
nem procurare. Sæpè † enim videmus ad requisitionem, 11
& intercessionem magnorum virorum carceratos pro
maleficiis etiam grauibus liberari. ¶ Præterea ad euaden-
dam 13. caussam ingratitudinis non est opus, vt sequatur
effectus redemptionis. Quid enim † si hostes, penes quos 12
pater requiritur captiuus: nolint eum vendere, vel quid
si apud eos decesserit, & tamẽ filius vsus fuerit debita fe-
stinatione, & procuratione pro eius redemptione, vtique
hoc casu filius nullo modo poterit dici ingratus, nec pri-
uabitur successione paterna. ¶ Vnde † sicut sola mora, & 13
negligentia filij in non redimendo patrem captiuum fa-
cit eum incurrere in d. 13. caussam ingratitudinis: ita ad
illam euitandam sufficit sola festinatio, & diligens pro-
curatio filij pro redimendo patrem captiuum, etiam si
redemptio postea non sit secuta. ¶ Et propterea cùm Do.
Iacobus fuerit plusquam negligens in procurando libe-
rationem matris, ex quo dum timebatur de illius carce-
ratione, ab Vrbe discesserit, non † videtur dubitandum, 14
quin in dictam 13. caussam ingratitudinis inciderit. ¶ Et
præmissa comprobantur ex cons. Castr. 52. in fi. lib. 2. dum
dicit filium † potuisse iustè exhæredari, si non se obligas- 15
set pro eximendo patrem à carcerib. per d. auth. si captiui.
adeò quòd quemadmodũ negligẽtia filij in præstando fi-
deiussionem pro liberatione patris carcerati pro debito,
est iusta caussa exhæredationis, ita etiã † negligentia filij 16
in præstando assistentiam, operam, diligentiam, auxilium
& alia necessaria pro liberando patrem carceratũ ex ma-
leficio. ¶ Non obstant exemplo deducta pro parte D. Iac.

¶ Er

¶ Et in primis, quòd auth. si eaptiui. C. de Episc. & cler. &
17 sic. d. 13. caussa non † habet locum in carcerato pro inue-
stigatione dilecti, secundùm Bald. in d. auth. si captiui.
sub nu. t. ver. secundus carcer. quem sequitur ibi Castren.
18 in princip. ¶ Nam respondetur, Bal. & Castren. loqui † se-
cundùm terminos d. auth. quæ est secunda pars tex. in d.
§. si vnum de præteritis, in qua secunda parte aufertur hę-
reditas à liberis, vel ab extraneis hæredibus iostitutis, &
applicatur Ecclesiæ ex eo, qoòd neglexerint patentem,
vel testatorem carceratum redimere, & passi sunt in car-
cere eum mori, non autem loquuntur Bald. & Castr. se-
cundùm terminos primæ parti, d. §. si vnum de prædictis.
vbi disponitur, parentem captiuum, si captiuitatis cala-
19 mitatem † euaserit, posse liberos, qui eum redimere ne-
glexerint, exhæredare, circa quam primam partem ver-
satur casus, de quo agitur. ¶ Præterea respondetur, qoòd
Bald. dum dicit, d. auth. non habere locum in careerato
20 pro inuestigatione delicti, non negat, † quin filius te-
neatur assistere, & defendere, & facere quicquid potest
per se, vel per alium pro benefioio, & liberatione pa-
tris carcerati ex maleficio. ¶ Nam Bald. hoc solùm vult
dicere, scilicet filium esse excusandum, si pro liberatione
patris carcerati pro inuestigatione delicti non fecerit so-
lutionem ante prolationem sententiæ, & eius transitum
in iudicatum: quod patet ex ipsamet ratione per Bald.
21 assignata, dum dicit, quòd non † debet solutio accelera-
ri, sed expectari debet, vt sententia feratur, & transeat
in rem iudicatam, ita, vt si carceratus interim moritur, ei
tam ex testamento, quàm ab intestato succedatur. Et sic
verba Bald. cùm sint limitata ad excusandum filium à
non accelerata solutione ad prolarionem sententiæ, non
debent trahi ad excusationem filij à non præstita assi-
stentia, defensione, & auxilio, quia inter vnum, & alte-
rum casum maxima est diuersitatis ratio, nam in primo
excusatio est iusta, quia, inquit Bald. non debet solutio
accelerari, sed expectanda est sententia, & eius transitus
in iudicatum: In secundo casu excusatio est penitus in-
iusta, ex supradictis. ¶ Secundò non obstat, quod disposi-
tio. d. §. si vnum, de prædictis, procedit cum illo præsup-
22 posito † redemptionis ita, vt eo cessante cesset etiam ipsa
dispositio, ad tradit. per Aym. consil. 230. sub num. t. &
cons. 231. sub nom. 2. ¶ Quia oegatur huiosmodi præsup-
positum redemptionis esse necessariũ, vt supra deductum
fuit. ¶ Tertiò non obstat, ratio differentiæ inter caussam
13. & caussam, de qua agitur, quòd ideò ob illam filius
23 tanquam ingratus exhæredari potest, quia † cùm in eius
potestâte sit patrem pecunia liberare, si id non faciat om-
ni pietatis officio deficit: at secus est in caussa, de qua agi-
tur, quia in ea liberatio matris non pendebat à potestate
filij, sed à mera voluntate Principis. ¶ Siquidem respon-
detur negando filium non potuisse procurare liberatio-
nem matris mediantibus precibus, & intercessionibus
magnorum Principum, & sic hoc quoque caso militat
eadem officij pietatis ratio. ¶ Quartò non obstat alia dif-
fereotia inter captiuitatem ab hostibus factam, & carce-
rationem ex ex propria culpa, & dilcctis subsecutam. ¶.
24 Quia † hoc secundo casu non videtur cadere aliqua in-
gratitudo, ad trad. per Afflict. in const. regn. libr. 3. rub. 15.
oum. 3. vers. idem dicendum. ¶ Nam respondetur, quòd
25 licèt † culpa sua non debeat esse proficua captiuo ex ma-
leficio, reg. mora. de regul. iur. libr. sexto, cum simil. id ta-
men procedit, quando culpa est ordinata ad illud, vt sit
sibi proficua, aliàs secus, vt patet in l. 4. in princ. ff. si quis
eaut. Bar. in l. 2. §. fioa. ff. eod. tit. vt expresse tradit Alex.
in d. l. quamuis. num. 11. circa med. vers. non obstat, quod
culpa, & in d. l. Marcellus, §. res quæ. sub nume. 3. vers. nec
obst. Campeg. d. q. 12. propè fin. late Fel. in d. c. quæ in Ec-
clesiarum, num. 67. in fin. vers. non obstat, & nu. sequen.
vbi subdit etiam rationem, videlicet istud commodom
non contingere principaliter, sed in quandam necessa-
riam consequentiam. ¶ Vltimò non obstat, qoòd com-
munis conclusio supra firmara, quod iura loquentia de
redemptione captiuorum hâbeant locum etiam in car-
ceratis ex maleficio, non procedat, † quando agitur de 16
præiudicio tertij, vt declarat Alex. in d. l. quamuis, num.
11. post med. & in d. §. res quæ. num. 3. post med. ver. si ta-
men velles substincre, Campeg. d. q. 12. in fin. Fel. in dict.
cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 67. post med. ver. nec istud re-
pugnat. ¶ Quia in casu † isto non agebatur de præiudicio 17
tertij respectu iuris quæsiti, quale est ius fideicommissa-
rij. Et in his terminis procedit declaratio Alexan. Cam-
peg. & Fel. sed agebatur de præiudicio Do. Iacobi in pri-
uando eum hæreditate materna, & sic respectu iuris quæ-
rendi, quod non est considerabile, cùm † spes filij succe- 18
dendi in bonis maternis sit improbabilis, ad trad. per Do-
cto. in l. fin. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo conce-
pta, ff. de verbo. oblig.

CANTV CCII.

Bononien. Iuris macinan. 10. Martij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo in quasi possessione non est denegandum, lite pendente super nulluate statuti, & nu. sequen.*

2 *Prædo & spoliator debent manuteneri.*

3 *Possessionis suæ commodo quis non debet priuari, pendente iudicio super nullitate præcepti.*

4 *Statutum auferens liberam rei suæ administrationem est contra naturalem rationem.*

5 *Suspensio petitorij admittitur etiã in caussa supplicationis.*

DECISIO LXIIII.

DOmini perstiterunt in resolutionibus iam factis,
tum ex latè deductis in eis, tum ex decisio. Put. 494.
libr. 2. in † propriis terminis loquente, & sæpius in hac 1
caussa allegata: tum etiam, quia quicquid fit de illa con-
trouersia, an detur appellatio à statuto Principis, non vi-
detur posse assignari tario, cur si Papa commisit caussam
super subreptione & nullitate huios statuti, interim isti
de sancto Petro non sint manutenendi, cum etiam † præ- 2
do & spoliator manuteneatur, vt per Paleot. decis. 87.
¶ Nec obstat præceptum Papæ. ¶ Quia cùm eius validi-
tas sit in controuersiam deducta, & super ea lis pendeat,
non † debet quis pendente huiusmodi iudicio commo- 3
do suæ possessionis priuari, arg. ca. 1. & ibi Abb. num. 4. vt
lit. pend. cum aliis allegatis, in 1. decisio. ¶ Maximè, quia
quando etiam tale statutum valeret, cuius rei inter Do-
cto. non modica est controuersia, non videtur posse ne-
gari, quin sit † contra naturalem rationem, ex quo aufert 4
liberam rei suæ administrationem, Socin. cons. 272. nu. 7.
& 8. libr. 2. ¶ Et præmissa eò magis obtinent stante sus-
pensione petitorij, quæ † admittitur etiam in caussa sup- 5
plicationis, in qua nos sumus, vt per Capic. decis. 28. nom.
1. in fi. versi. an in ista caussa, & t. decis. in fin. vers. secun-
da dubitatio, ionctis vltimis verbis decis. Ergo silent om-
nia extra pro parte creditorum deducta taoquam petito-
rium coocernentia.

CANTV CCII.

Roman. casalis Turicellæ Lunæ, 10. Mar-
tij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Solemnitas alia non acquiritur in alienatione rei Ecclesiasticæ, vbi interuenit auctoritas Papæ.*

Intellige tamen, vt num. 2.

3 *Impetrata licentia alienandi rem Ecclesiasticam, quando subreptitia dicatur.*

4 *Alienatio rei Ecclesiasticæ facta ex caussa necessitatis, valet quocunque modo finem habeat, dummodo sit vtiliter cœpta: sed in caussa vtilitatis omnino, & in principio, & in fine adesse debet vtilitas.*

6 Preiu

5 *Praiudicium etiam futurum considerandum est in remissione bonorum stabilium pupilli.*

6 *Vendi res si non potest, nisi modico pretio propter bellum & similia, quid sit agendum.*

7 *Pretium diminutum ex caussa belli non est verum pretium.*

8 *Pretia rerum non constituuntur ex charistia raro contingente.*

9 *Hæres à detractione falcidiæ, an possit submoueri, ex quo frumentum, quod remansit in hæreditate tempore charistiæ, plurimi valuit.*

10 *Dispositio l. pretia rerum. ff. ad l. fal. intelligenda est generaliter.*

11 *Dictio, hic, quot modis intelligenda.*

12 *Ratio eorum, quæ communiter accidunt, habenda est in æstimatione rei.*

13 *Tempus contractus in probatione valoris rei non solùm est attendendum, sed etiam tempus anterius, & posterius per multos annos.*

14 *Pretij probatio non debet ad tempus solùm contractus restringi.*

15 *Valor rei tempore contractus, & probatio valoris ante & post ipsum contractum, possunt simul stare.*

16 *Valorem rei tempore contractus inspici oportere, nec Bar. ignarus fuit.*

17 *Vtilitas Ecclesiæ debet esse clara, & indubitata.*

18 *Alienatio rei Ecclesiasticæ facta in consanguineos, non caret fraudis suspicione.*

19 *Alienatio rei Ecclesiasticæ in dubio non valet, nisi clarè constet de eius vtilitate.*

20 *Tempus contractus attendendum est ad effectum inspiciendi valorem rei, non tamen ad effectum probationis valoris.*

21 *Pretia rerum propter bella mutantur, & breui tempore magnæ fiunt mutationes.*

Intellige tamen, vt nu. seq.

23 *Concessio in dubio vtilis dicitur, nisi probetur damnosa.*

24 *Locationis instrumentum non sufficit ad probandum verum valorem licèt sufficiat ad probandum nō vtilitatem, vel damnum.*

Item probat quantum percipitur de redditu, siue sit verum pretium, vel non.

DECISIO LXV.

DE anno 1532. die 14. Februarij, Iulius de Marganis,
& alij capellani capellæ sanctorū Laurentij, & Bar-
baræ sitæ in Ecclesia sanctæ Mariæ maioris de Vrbe, lo-
carunt & in emphyteusim perpetuam dederunt, & con-
cesserunt Ioan. Baptistæ, & fratribus de Marganis con-
sanguineis dicti Iulij casale quoddam nuncupatum,
Turricellæ, ad dictam cappellam spectans pro annuo ca-
none ducatorum 40. de carlen. ¶ Postea iidem capella-
ni de eodem anno 1532. die 20. Septembris obtinue-
runt à Clemente Septimo commissionem, si in euiden-
tem, directam Vicario Vrbis, qui tulit sententiam con-
firmatoriam dictæ locationis die 22. Ianuar. 1535. Fue-
rat autem prius dictum casale de anno 1525. die 6. No-
uembris locatum Ioanni de Marganis pro tempore 9.
annorum, & pro annuo affictu 65. ducatorum de car-
len. & 6. lib. piperis. Et deinde fuerat de anno 1547.
die 6. Maij venditum pro pretio scutorum 63. pro qua-
libet rubro, & sic pro scutis 2205. vltra onus soluendi
annuum censum ducatorum 40. Stantibus præmissis du-
bitaui, an concessio, & alienatio dicti casalis facta de an-
no 1532. sit valida. Et die Lunæ, 10. Martij, 1578. resolu-
tum fuit pro inualiditate ex defectu vtriusque requisi-
ti tam solemnitatis, quàm caussæ. ¶ Et quoad defectum
solemnitatis, Domini dixerunt, quòd licèt in aliena-
1 tione rei Ecclesiasticæ non † requiratur alia solemnitas,
interueniente auctoritate Papæ quæ supplet omnes so-
lemnitates, vt per Abb. consil. 41. numer. 3. libr. 1. Dec.
consil. 341. num. 12. circa med. versi. & quando concessio.
Bald. in l. 2. in princip. per illum text. C. quando decret.
opus non est. Ruin. consil. 35. nu. 22. ad fin. cons. 157. num.
3. & num. 25. lib. 1. Capyc. decis. 16. num. 1. prope fin. vers.
regulæ enim iuris, & nu. 4. ver. & omnes solemnitas. Ro-
lan. cons. 96. num. 21. 22 & 23. lib. 1. cum simil. ¶ Nihilo-
minus hoc intelligitur, quando Papæ auctoritas legiti-
mè, & validè interponitur: at † secus si fuerit subrepti- 2
tia, & consequenter nulla: tunc enim nihil operatur, vt
declarant Dec. cons. 142. nu. 5. vers. non obstat, quòd cum
auctoritate Papæ. & ante num. 6. vers. vltimo non obstat,
& Ruin. dict. cons. 157. num. 4. & num. 11. versic. nec dici
potest. ¶ Quod autem in casu isto impetratio licentiæ à
summo Pontifice datæ, fuerit subreptitia, patet: tum
quia † non fuit Papę narratum, casale istud de anno 1525. 3
ad nouennium locatum fuisse pro annuo canone 65. du-
catorum de carlen. & sic pro ducatis 25. vltra quantita-
tem ducatorum quadraginta pro qua facta fuit locatio,
de qua agitur. Id quod si Papa sciuisset, facile animad-
uertisset, capellanos non Ecclesiæ vtilitatem, sed pro-
prium eorum interesse præ oculis habuisse, ideoque veri-
similiter licentiam non concessisset, vel ad concedendum
difficilior redditus fuisset. Tum quia rescriptum Papæ lo-
quens de euidenti vtilitate, cùm debuisset restringi ad
tempus illud calamitosum, vtique multò difficiliùs hanc
licentiam impartitus fuisset. ¶ Tum etiam, & tertio, quia
in instrumento locationis perpetuæ, quod in supplicatio-
ne, si in euidentem, extat insertum, capellani asseruerunt,
se tunc temporis ex dicto casali ob malam temporis dis-
positionem non percipere anno quolibet vltra ducatos
20. cuius assertionis falsitas ex ipsorummet articulis con-
uincitur, in quibus fassi sunt, se solitos fuisse pro tempo-
re prętcrito locare dictum casale pro annua pensione du-
catorum triginta, vltra quod, si dicta assertio vera fuisset,
verisimiliter eam articulassent. ¶ Quantùm autem ad de-
fectum caussæ, quæ fuit euidens vtilitas, de eo clarè con-
stat. ¶ In primis ex illa communi distinctione, quòd, aut
alienatio fit ex caussa necessitatis: & † tunc illi statur qua- 4
lemcunque exitum habeat, dummodo sit vtiliter cœpta.
leg. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. aut alienatio fit ex
caussa vtilitatis, tunc non sufficit eam vtiliter cœptam,
sed requiritur Ecclesiam effici locupletiorem. l. si pupilli,
in princip. ff. de neg. gest. ita post Ioan. de Fa. distinguit
Arc. in ca. sine exceptione. prope fin. in glo. sed nonne. 12.
quæst. 2. quam distinctionem sequuntur Laur. de Rodul.
col. 5. in fi. ver. sed Io. de Fa. & col. seq. in princ. Gem. col. 2.
circa med. ver. secundùm Ioan. de Fa. Ægid. nu. 6. vers. in
gloss. nonne, Henr. Boich. in c. tua. in fi. vers. circa quod de
his, quæ fi. à præl. sin. consen. ca. Sed alienatio, de qua agi-
tur, non fuit facta ex caussa necessitatis, sed ex caussa vti-
litatis, & quidem euidentis, Merito, &c. ¶ Secundò facit
dictum Affli. decis. 87. nu. 3. firmantis, in remissione bo-
norum stabilium pupilli non solùm considerandum es-
se † præiudicium præsens, sed etiam præiudicium, quod 5
euenire potest, per not. per gl. & Arch. in d. cap. sine exce-
ptione. ¶ Tertio plurimum à stipulatur dictum Cuma. in
l. pretia rerū, nu. 5. ver. item si posset. ff. ad l. falc. vbi inquit,
quòd si res † non posset vendi, nisi modico pretio pro- 6
pter bellum, & similia, propter quæ non reperitur emptor
non subsistente necessitate vendendi, deberet compu-
tari quantùm verisimiliter in futurum vendi posset, vel
caueri si plus postea posset vendi, arg. l. in quantitate, §.
magna, & l. quærebatur, eo. ti. ad l. fal. & arg. no. per Bart.
in l. & si æquo. de leg. 1. ¶ Quartò multum coadiuuat dict.
Castren. cons. 109. col. 1. ad fi. ver. nec obstant testes indu-
cti. libr. 2. vbi vult, † pretium diminutum ex caussa belli 7
non esse verum pretium, cùm sit temporale, quod spera-
tur cessare, ideò non debere attendi per l. pretia rerum, in
fin. ff. ad l. Falc. qui tex. hanc conclusionem optimè pro-
bat in illis verbis, ex † charitate rarò contingente pretia 8
rerum

rerum non constituuntur, & ibi Imol. Alexan. & Hercul.
omnes in vltimo not. Ange. Aretin. in §. si quis agens. nu.
1. & nu. 4. circa med. & ibi Ias. nu. 6. Insti. de actio. Cremo-
nen. in l. 2. nu. 233. C. de resc. vend. ¶ Et licet Alex. in dict. l.
pretia rerum. ad fi. vers. nec obstat iste tex. intelligat illum
text. specialiter in legatariis tractantibus de lucro, & al-
9 legantibus, frumentum remansisse in hæreditate tempo-
re maximæ caritatis, & plurimi valere ad summouẽdum
hæredem à detractione falcidiæ. ¶ Nihilominus text.
non potest hanc restrictionem recipere, sed est genera-
liter intelligendus, vt per Dec. in l. vinum. nu. 4. ver. non
ob. d. pretia rerum vbi inquit, quòd licèt ille tex. loqua-
10 tur † in legatis, tamen in ratione, quam adducit, videtur
ponere regulam generalem. Et hoc idem voluit Bellon.
lib. 2. supputa. c. 19. sub num. 1. ver. & ille text. dicens, d. l.
pretia rerum. in fi. loqui ponendo regulam non modo in
legatis, sed in alia materia, ponderando illam dictionem,
quoque, quæ implicat etiã alias materias. Nam dicit text.
cùm hic quoque nec ex monentis temporum, nec ex ea
quæ raró accidit caritate pretia constituantur. Et pro-
pterea, siue intelligatur illa dictio, hic, id est in computa-
tione legis falcidiæ, qui intellectus videtur suaderi ex eo,
quòd d. l. pretia rerũ, venit continuatiuè ad §. corpora, le-
gis præcedentis, vbi tractatur de computatione legis fal-
11 cidiæ, siue intelligatur dictio, hic, id est, † in æstimandis
fructibus, semper attento alterutro intellectu, illa dictio
quoque, implicabit alias materias. ¶ Accedit ratio. l. nam
ad ea. ff. de legibus. quòd in æstimatione rei colligendę est
12 habenda † ratio eorum, quæ communiter accidunt, vt
per Aret. & Ias. in d. §. si quis agens, quæ ratio cùm sit ge-
neralis, militat etiam in alia materia, quàm legatorum.
¶ Vnde ad propositum, cùm bellum siue excidium Vr-
bis ac etiam pestis fuerint casus insoliti, & perraró con-
tingentes, non debuit illorum ratio haberi in constituen-
do pretium casalis, de quo agitur. ¶ Quintò, confert
theorica Bart. in d. l. pretia rerum. ante num. 3. dicentis, in
13 probatione valoris † rei non debere attendi solum tem-
pus contractus, sed etiam tempus anterius & posterius
per multos annos. sequitur Veronen. de simulat. cõtract.
num. 3. vers. & quod dixi. Aretin. in c. cum caussa, in pri-
mo nut. de testibus. Ant. de Burg. in c. cùm dilecti. sub nu.
36. de empt. & vend. Afflict. decis. 316. num. 9. clariùs Alex.
in d. l. pretia rerum. num. 10. & latius Cremon. in d. l. 2. nu.
245. C. de rescinden. vendit. ¶ Et probatur hæc Bartol.
14 conclusio ratione manifesta, quia aliàs si † probatio
pretij solùm ad tempus contractus restringeretur, se-
queretur, pretium ex momento temporis constitui,
cùm contractus momento temporis celebretur, quòd
esset contra text. in dict. leg. pretia rerum. in fin. ¶ Et
quamuis hæc Bartol. theorica impugnetur à Cagnol.
in d. l. 2. num. 218. vers. non obstat. & nu. 258. ex illa com-
muni conclusione, quòd valor rei inspici debet tempo-
15 re contractus, nihilominus † animaduertendum est sta-
re simul ista duo, nempe, valorem rei inspici tempore
contractus, & probationem valoris fieri non tempore
contractus, sed anteriori, & posteriori. Nam Barto. in d.
l. pretia rerum. loquitur de modo articulandi, & proban-
di valorem rei, non autem de tempore, quo rei valor sit
16 attendendus. ¶ Nec † ignarus fuit Bar. valorem rei tem-
pore contractus inspici oportere, vt fatetur, in d. l. 2. num.
16. ¶ Atqui in casu nostro ex instrumento locationis ca-
salis, de quo agitur, factæ de anno 1525. pro annuo cano-
ne ducatorum 65. & instrumento venditionis eiusdem
casalis factæ de anno 1547. pro pretio scutorum 63. pro
quolibet rubro, & sic pro scutis 2205. vltra onus soluen-
di annuum canonem ducatorũ 40. & sic ex tempore an-
teriori, & posteriori in probatione siue constitutione
pretij d. casalis manifesta, & non modica colligitur læsio.
¶ Et præmissa multò magis procedunt in casu nostro, in
17 quo non agitur de iustitia pretij, sed de vtilitate † Eccle-
siæ, & ea quidem non simplici, sed euitendi, id est, clara,
& indubitata, vt per Barbat. cons. 40. nu. 1. vers. vnde pen-
dent. lib. 1. per tex. in d. c. sine exceptione. ibi, quòd non sit
dubium profuturũ Ecclesiæ, pulchrè Corn. cons. 243. vers.
præterea. lib. 2. per tex. in c. 1. ibi, præsertim cùm euidens
necessitas, vel vtilitas nõ subesset. de reb. Eccles. non alie.
lib. 6. Rebuf. in compend. alien. rer. Eccl. nu. 97. in fin. Ro-
lan. con. 15. n. 16. circa med. ver. & nonne dum l. 1. ¶ Acce-
dit etiam, quòd cùm alienatio ista facta fuerit in consan-
guineos d. Iulij, nõ † caret fraudis suspicione, & potiùs in 18
vtilitatem consanguineorum, quàm Ecclesiæ facta præ-
sumitur. auth. quibuscunque modis. & ibi Doct. C. de sac.
sanct. Eccles. cum aliis, de quibus per Alcia. de præsumpt.
reg. 1. præsumpt. 29. num. 1. 2. & 3. ¶ Et licèt ex præmissis
manifesto appareat de damno Ecclesiæ, tamen, quando
etiam aliquid dubitationis superesset, in † dubio contra- 19
ctus non valet, vt in propriis terminis tradit Bald. con-
silio 156. circa med. vers. præterea. lib. 1. per not. in l. cum
hi. §. eam. & §. cùm prætor. ff. de transact. ¶ Non obstant
exemplo deducta. ¶ Et in primis, quòd attendendum sit
tempus contractus. ¶ Quia † id verum est ad effectum 20
inspiciendi valorem rei, qui non aliis temporibus, sed
tempore contractus debet attendi: non tamen procedit
ad effectum probationis valoris rei tempore contractus
considerati, quæ probatio debet fieri ex tempore ante-
riori, & posteriori, vt supra dictum est. ¶ Item, obie-
ctum non procedit ad effectum vtilitatis, præsertim eui-
dentis, quæ quidem euidens vtilitas in casu nostro, etiam
attento tempore cõtractus deficiebat: cùm enim ex tem-
pore præcedenti & subsequenti appareat, quanti soleret
casale istud temporibus non calamitosis locari, non fuit,
nec potuit esse Ecclesiæ euidenter vtilis alienatio dicti
casalis facta illo tempore calamitoso. ¶ Secundò non ob-
stat, quod excidium Vrbis, & pestis mutarũt valorem di-
cti casalis, iuxta d. Bal. in l. 2. nu. 29. ad fi. dicentis, † propter 21
bella pretia rerũ variari, & breui tempore magnas muta-
tiones fieri, & Bal. sequuntur ibi Castr. nu. 4. prope fi. Ca-
gnol. nu. 158. in fi. Cremon. nu. 230. Imol. in c. cum caussa.
nu. 27. prope fin. ver. iuxta prædicta, Ias. cons. 54. nu. 4. in
fin. lib. 1. Dec. cons. 308. n. 3. ver. secundo propter bellum.
¶ Siquidem respondetur, id intelligendum esse, quando
res propter bellum detrimentũ recipit, puta, quia † ædi- 22
ficia destruantur, arbores excidantur, & terræ deuasten-
tur, & ob cessationem culturæ steriles, & infructuosæ
reddantur, vt rectè considerat Ias. d. cons. 54. nu. 4. in fin.
¶ Sed casale, de quo agitur, propter diruptionem Vrbis
nullum in se passum fuit damnum, nec cessatio culturæ
illi nocuit. ¶ Prætereà respondetur, dictum Bald. & alio-
rum non procedere in alienatione, quæ fit, vt quis me-
liora prospiciat, & sic ex caussa vtilitatis. ¶ Tertiò non
obstat, quòd vtilis dicatur cõcessio, quotiescunque non
probatur, † illam fuisse damnosam, gl. pen. in d. c. sine ex- 23
ceptione, Abb. d. cons. 41. sub nu. 3. vers. quinimò, Calder.
cons. 5. de rer. permut. Fel. cons. 42. n. 4. ver. tertio moueor.
Ias. d. cons. 54. nu. 5. ¶ Si quidem pro responsione dicitur,
istos Doct. non loqui, quando alienatio fuit facta ex caus-
sa euidentis vtilitatis, vt in casu nostro. ¶ Quartò non
obstat, quòd instrumentum locationis anni 1525. non
probat verum redditum prædicti casalis. ¶ Quia † re- 24
spondetur, quòd licèt illud instrumentum non sufficiat
ad probandum verum valorem dicti casalis, sufficit ta-
men ad probandum non vtilitatem, siue damnum Ec-
clesiæ, cui cum perciperet ducatos 65. annuatim, non
poterat esse vtilis alienatio non annuis ducatis 40. Satis
est † igitur, istud instrumentum probare, quod Ecclesia 25
tantùm percipiebat, siue illud esset verum pretium, siue
non. ¶ Reliqua in contrarium adducta, vel non indigent
responsione, vel ex præmissis tolluntur.

CANTVCCII.

Regien. sancti Thomæ, Lunæ, 21. Aprilis, 1578.

SVM

SVMMARIA.

1 *Prorogatio fataliũ in caussa accessoria, an porrigatur etiam ad caussam principalem. Quod sic, per totum.*

2 *Agentis animus & voluntas colligitur ex modo, & forma procedendi.*

DECISIO LXVI.

QVamuis aliqui ex Dominis dubitauerint, *an proro-*
1 *gationes fatalium, de quibus agitur, porrigant † vires*
suas, & suffragentur Boiardo in caussa restitutionis in inte-
grum? tum quia omnes prorogationes fuerunt extensæ
in caussa appellationis, licèt citationes ad videndum pro-
rogari fatalia, fuerint pro parte Boiardi factæ simpliciter
in vim quarumcunque facultatum. vel vim, &c. nec ali-
ter restrictæ ad caussam appellationis, & huiusmodi ex-
tensionem Boiardus verisimiliter notitiam habuit, ex
quo ei registrum pluries accommodatum fuit, & pro-
pterea cùm non reclamauerit, videtur illis concensisse.
¶ Tum etiam quia Boiardus in prorogando fatalia vsus
est modo, & forma solita adhiberi in prorogatione fata-
2 liũ in caussa appellationis, & † ex qualitate, modo, & for-
ma procedendi colligitur animus, & voluntas agentis.
Roman. consil. 369. num. 7. Alexand. consi. 55. nu. 8. lib. 5.
Aym. ad Rub. de leg. 1. num. 126. ¶ Nihilominus omnes
Domini tenuerunt, prædictas prorogationes Boiardo sa-
tis suffragari, quatenus tamen restitutione in integrum
non indigeat, prout non indigere videtur. Et huius reso-
lutionis potissima ratio fuit, quia in Rota reperitur com-
missa caussa appellationis, etiam respectu negotij princi-
palis vigore secundæ partis commissionis reformatoriæ,
pro parte Corradini obtentæ, in qua dicitur, vel si magis
placet, committatur prædicto Alphonso Binarino, vt in
caussa, & caussis prædictis procedat perinde, ac si præin-
serta signata esset, parito iudicato in primis, & ante omnia
quoad dimissionem possessionis beneficij, omniúmque
terrarum, & bonorum ad illud spectantium. Vnde pon-
derando illa verba, perinde ac si præinserta signata esset,
colligitur, caussam appellationis etiam respectu negotij
principalis commissam fuisse, cùm præinserta contineret
caussam appellationis, etiam respectu negotij principa-
lis, vt patet ex illis verbis, de & super hospitalem de Bal-
neo Regien. diœces, &c. rebúsque aliis, &c. nec non totius
negotij principalis, &c. ¶ Et quamuis caussa fuerit com-
missa D. meo Robusterio cum clausula, omni & quacun-
que appellatione remota, tamen signatura non obstante
huiusmodi clausula, admisit appellationem, ex quo refor-
mauit commissionem Boiardi, vt staret perinde, ac si præ-
inserta signata esset, parito iudicato, quoad dimissionem
possessionis, &c. & sic signatura commisit caussam appel-
lationis sine retardatione executionis quoad possessionẽ:
voluit enim quoad possessionem executionẽ fieri. ¶ Vn-
de facta tali executione videtur caussa appellationis ad-
huc pendere etiam respectu negotij principalis, non au-
tem respectu fructuum, & expensarum tãtum, quia caus-
sa appellationis, quoad fructus & expensas, fuit simplici-
ter commissa: quo verò ad negotium principale fuit com-
missa cum clausula, parito iudicato.

CANTVCCII.

Caurien. siue nullius iurisdictionis. Veneris die 25. Aprilis, 1578.

SVMMARIA.

1 *Priuilegij vsum alleganti onus probandi incumbit. Limita, vt num. seq.*

2 *Vsus priuilegij præsumitur, nisi allegetur pro fundamento suæ intentionis, & num seq.*

4 *Vsus priuilegij præsumitur, quando à priuilegiato allegatur.*

5 *Solemnitas extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo, in cuius fauorem præsumptio oritur.*

6 *Iussus patris præsumitur præcessisse si ab eo allegetur: secus, si negetur.*

DECISIO LXVII.

DIe 20. Aprilis, 1575. Militia tantum informante in
contumacia Episcopi non curantis aliter informa-
re, fuit propositum dubium, *an priuilegium Leonis præ-*
sumatur vsu receptum in casu, & ad effectum de quo agitur.
Quod dubium negatiuè ad fauorem Militiæ resolutum
fuit. Et omissis multis hîc per informantes adductis, mo-
ti sunt præcipuè Domini, tum quia † vsus priuilegij Leo- 1
nis allegatus pro parte Episcopi, tãquam fundamentum
intentionis ipsius, debet ab eo concludenter probari: li-
cèt enim alias vsus priuilegij præsumatur, † quando ta- 2
men allegatur pro fundamento intentionis, non sufficit
præsumptio, sed requiritur vera, & concludens probatio.
Achil. decis. 1. de proba. & maximè in casu isto, in quo
Episcopus venit impugnatiuè. Tum etiam, quia ex quali-
tatibus & circumstantiis facti tota videtur tolli difficul-
tas. Adsunt enim primò duæ concordiæ factæ inter Epi-
scopum, & Militiã: vna de anno 1536. altera de ann. 1553.
¶ Secundò responsiones Episcopi, item Decani, & Ca-
pituli factæ ad intimationem priuilegij Leonis de anno
1562. in quibus negarunt, priuilegium Leonis, & alia pri-
uilegia intimata, & præsentata pro parte Militiæ esse in
vsu, & obseruantia. ¶ Tertiò, assertio Episcopi asserentis
curam A. C. se & suos prædecessores à tempore immemo-
rabili fuisse, & esse in quasi possessione exercendi omni-
modam iurisdictionem Episcopalem, quæ facti qualita-
tes & circumstãtiæ, videntur omnino excludere præsum-
ptionem iuris priuilegij Leonis, vt optimè informantes
hoc deducunt. ¶ Nec obstat decis. Crescent. 79. quæ † pro 3
parte Episcopi videbatur posse allegari, quia licèt verum
sit, vsum priuilegij præsumi, vt in d. decis. id tamen proce-
dit, quando † vsus priuilegij à priuilegiato allegatur: at 4
secus, quando ab eo negatur. Præsumptio enim vsus priui-
legij operatur in fauorem priuilegiati, non in eius præiu-
dicium. Et facit. quod in simili dicitur, quod † solemnitas 5
extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo, in cuius
fauorem præsumptio oritur: secus si ab eo solemnitatis
interuentas negetur, Salic. in l. filius, col. 2. circa med. ver.
& faciunt hæc, C. de pet. hær. dicẽs, † præsumi iussum pa- 6
tris præcessitisse, si hæc præsumptio à patre allegetur, se-
cus, si ab eo negetur, sequitur Alex. cons. 9. num. 9. ver. po-
test etiam, lib. 3. pulchrè Rui. loquens generaliter in qua-
cunque solemnitate, cons. 25. nu. 20. libr. 5. & Gabriel. de
præsumpt. concl. 1. nu. 74. reseruarunt autem Domini ius
audiendi Episcopum, si velit audiri.

CANTVCCII.

Bononien. terrarum. Veneris, 11. Aprilis, 1578.

SVMMARIA.

1 *Commissione obtenta de non reuocando attentata, potest sequestrari possessio cum fructibus post commissionem perceptis.*

Imo etiam possunt sequestrari fructus percepti à die spolij attentati citra, num. 2.

Item etiam expensæ per. num. 4.

3 *Attentata sunt magis priuilegiata, quam spolium.*

4 *Expensæ factæ post attentata æquiparantur fructibus similiter post attentata perceptis.*

5 *Gratia contra ius, in præiudicium alterius impetrata debet strictè interpretari.*

6 *Verba rescripti debent de minori præiudicio interpretari.*

DECISIO LXVIII.

IN vna Bononien. terrarum ad euitandã purgationem & reuocationem attentatorum per Achilem de Blanchettis contra Viuianus commissorũ, fuit pro parte eiusdem Achillis in signatura Sanctissimi obtenta cõmissio his verbis concepta: Placeat Sanctitati Vestrę, eidem, &c. vt sequestrata possessione per eundem D. Auditurẽ, & fructib. & refectis expensis post prætensa attentata factis, & præfixo aduersariis aliquo breui, & peremptorio termino

ad docendum de prætensis nullitatibus & caussis, propter
quas in integrum restitui prætendunt, quo elapso, & ni-
hil, quod releuet docto, constito de bono iure oratoris
quascunque inhibitiones, quomodolibet forsan factas
moderetur, & deinde caussa appellationis pro parte ora-
toris interpositæ ad vlteriora, & ad expeditioné pro par-
te fouente iustitiam, prout iuris fuerit, reiectis huiusmo-
1 di attentatis, procedat, committere & mandare. Et † vi-
gore istius commissionis pro parte Achillis fuerunt refe-
ctæ expensæ, & sequestrata fuit possessio cum fructibus
post commissionem perceptis. ¶ Sed quia pro parte Vi-
uianorum prætendebatur, sequestrandos esse omnes fru-
ctus à die spolij attentati citra perceptos, propterea die
Ven. 11. April. 1578. dubitaui, stante d. commissione, se-
questro cum eius executione, & refectione expensarum,
*an sint sequestrandi omnes fructus à die spolij attentati citra per-
cepti, vel potius satisfactum sit d. commissioni, & procedendum
ad vlteriora?* In quo dubio, Domini, vno tantùm contradi-
2 cente, tenuerunt, † omnes fructus, etiam à die spolij at-
tentati citra perceptos, sequestrari debere. ¶ Et moti sunt.
tum quia si in simplici spolio omnes fructus etiam perce-
pti, & consumpti veniunt restituendi, ca. grauis, & ibi Dd.
de rest. spol. multò magis id locum habere debet in spolio
3 attentato, cùm † attentata sint magis priuilegiata, quàm
spolium, Rot. decis. 2. nu. 3. de rest. spol. in nou. Ægid. de-
cis. 49. & 294. Achil. decis. 24. de attent. ¶ Tum & secúdo,
quia sicut signatura voluit refici omnes expensas post at-
tentata factas, ita etiam verisimiliter credédum est, idem
voluisse quoad fructus pariter post attentata perceptos,
4 cùm † nulla possit diuersitatis ratio inter fructus, & ex-
pensas assignari: nam si fructus sint consumpti, potest eo-
rum æstimatio sequestrari. ¶ Tum & tertiò, quia cómis-
5 sio gratiosa contra ius, & in † alterius præiudicium im-
petrata, qualis est ista, de qua agitur, debet strictè inter-
pretari, vt per Ægid. dec. 53. circa med. ver. secundo quia,
vbi etiam subdit, huiusmodi commissioné debere vnam
bonam & certam, licèt magis strictam interpretationem
recipere. Vnde licèt satis cóstet, Sanctissimum rescripsisse
cum intentione præiudicádi Viuianis, quia eo ipso, quòd
mandat possessionem, & fructus sequestrari, intendit ean-
dem possessioné, & fructus Viuianis non restitui, nihilo-
minus non apparet de quantitate præiudicij, an voluerit
solùm tollere restitutionem possessionis, & fructuum, an
verò etiam sequestrationem fructuum ante commissio-
6 nem à die spolij attentati perceptorum, & † propterea
verba rescripti debent de minori præiudicio interpretari.
vt per Ias. in l. fi. n. 24. & ibi Clau. nu. 49. de const. Princip.
post Card. in c. mandanum, in 2. no. de rescri. Bal. in l. 1. nu.
6. vers. & si Princeps, ff. de const. Princ. Idem Ias. in l. quo-
ties, nu. 3. & 4. C. de prec. Impet. offer. Veron. de ser. rust.
præd. tit. de aquæduc. n. 76. & bene Sarnen. in reg. de non
tollen. iur. quæsit. q. 1. pag. 28. in litera C. ver. illud tamen.
¶ Non obstant deducta pro parte Achillis. Quia loquun-
tur in aliis terminis, nec possunt huic casui applicari, vt
per se patet.

CANTVCCII.

Neapolitan. restitutionis in integ. Lunæ 14.
Aprilis, 1578.

SVMMARIA.

1 *Processus inter alios agitatus tertio non præiudicat.*
2 *Simulatio contractus non præsumitur, nisi probetur.*
3 *Venditor si iurat in contractu de euictione, non requiritur alia denuntiatio, si scit litem emptori motam, ex magis communi, nu. 4. & 5.*
Imò magis si in specie iuret, num. 9.
6 *Iurans defendere Ecclesiam, tenetur eam etiam non requisitus defendere, si sciat illam patrocinio suo indigere, ex communi, num. 7. imo communiori, num. 8.*
10 *Iuramentum in contractu appositum eius naturā sequitur. Declara, vt nu. 12.*
11 *Venditori vt denuntietur lis mota emptori, de natura contractus venditionis est.*
12 *Natura cōtractus primordialis attenditur non accidētalis.*
13 *Denuntiatio litis emptori est quoddā accidens extrinsecum.*
14 *Mora sine interpellatione in multis casibus committitur.*

DECISIO LXIX.

FVit resolutum ex nouiter deductis pro parte Episco-
pi, sententias contra eum latas reuocandas non esse,
nec ei restitutionem in integrum concedendam? Et ratio
resolutionis fuit, tum † quia processus pro parte Episcopi 1
nuper productus tanquam inter alias personas videlicet
eundem Episcopum, & D. Lucretiam eius sororem agita-
tus, non potest D. Iuliæ Carassæ præiudicare, arg. reg. res
inter alios acta, &c. Dd. communiter, in l. 2. C. de eden.
¶ Tum quia non constat de simulatione dationis in solu-
tum, in † qua pro parte Episcopi præcipuum fuit funda- 2
mentum, cùm non doceatur de caussa simulationis, qui
enim dicit cōtractum simulatum, siue agat, siue excipiat,
tenetur non solùm allegare, sed & concludenter probare
simulationis caussam quæ debet esse ad propositum pro-
babilis, sufficiens & verisimilis, vt late post alios firmat
Mandel. consil. 9 num. 1. 7. & 8. & cons. 97. num. 24. & 28.
¶ Tum etiam & tertiò, quia stāte scientia Episcopi de lite
mota D. Iuliæ per D. Lucretiam super euictione Funda-
chi, de quo agitur, quæ scientia colligitur ex epistola Epi-
copi respondentis ad literas Do. Iuliæ, & stante etiā, quod
Episcopus in instrumēto ratificationis venditionis annui
census ducatorum 51. super fructib. d. Fundachi D. Iuliæ
per D. Lauram Aquauiuam factæ promiserit iureiurando
D. Iuliam defendere, ac de euictione tueri, tam de iure,
quàm de facto generaliter & specialiter omniúmq; litem
suscipere, vtique non erat necessaria alia litis denūtiatio.
¶ Nam communis est Dd. cōclusio, vt † si venditor in in- 3
strumento venditionis iurasset suscipere defensioné em-
ptoris in caussa euictionis, tunc si sciat litem ei motā, non
requiritur alia denuntiatio, ita in propriis terminis tradit
Alex. in l. 2, §. voluntatem, nu. 16. quem ibi sequuntur Ias.
nu. 27. Hercul. n. 36. Claud. n. 16. Rip. n. 18. in fi. ff. sol. mat.
hoc idem in specie voluit Barb. in c. vlt. nu. 4. in fi. vers. si
nisi vendens, & ibi Ant. Burgen. nu. 11. de empt. & vend.
Claud in l. non solū, §. morte. nu. 102. & ibi latissimè Rub.
nu. 420. vers. 2. declara, vsque ad nu. 426. de nou. ope. nunt.
Io. Lup in c. per vestras, §. vlt. n. 32. ver. nam hoc debet in-
telligi, & n. 33. 34. 35. & 36. de don. inter vir. & vx. Purpur.
in l. quod te, nu. 92. ff. si cer. pet. Catel. Cot. in suis memor.
in verb. emptor male defendēs, vers. vltra eos limita. Au-
fret. in add. capel. Tolos. q. 401. in 5. limit. Capic. decis. 106.
n. 3. vers. vnde succedit, Rub. cons. 152. in fi. latè Grat. cōs.
139. nu. 3. cum seq. lib. 2. Gozadin. cons. 31. nu. 7. & consil.
57. num. 11. Natt. cons. 262. num. 20. lib. 2. Roland. consil.
6. num. 48. lib. 1. Couarru. lib. 3. var. resol. c. 17. nu. 5. ¶ Et
hæc † absque dubio est magis communis opinio. Cótra- 4
rium enim tenentes paucissimi sunt, nempe Soc. in d. l. 2.
§. voluntatem, num. 20. & 21. Bauer. de mora. par. 2. nu 21.
Gomes. & in §. item si quis postulante, n. 10. circa med. In-
stit. de actio. Alciat. in d. l. quod te, nu. 42. vers. existimaue-
rim, & nu. 43. & 44. Rebuff. ad constit. reg. Gall. tom. 3. tit.
de dilat. artic. 5. gloss. vnica, num. 35. & 36. Imò Socin. de
hoc cogitandum relinquit, & Gomes. dubitatiuè loqui-
tur. Cæterum † Alexan. & Barb. originales auctores præ- 5
dictæ communis conclusionis, & alij eorum sequaces su-
pra relati mouentur præcipue ex doctrina Spec. commu-
niter recepta in titu. de aduoc. §. 1. num. 25. vers. sed num-
quid is qui iurauit. vbi vlt, † quòd iurans defendere Ec- 6
clesiam, tenetur virtute iuramenti eam etiam non requi-
situs defendere, si sciat illam patrocinio suo indigere.
Quod dictum refertur. & sequitur Ioan. And. But. Imol.
Anch. Abb. & alij in c. breui, de iureiurādo. Ias. in d. l. quòd
te, num. 22. Dec. in lect. num. 11. & in repet. nu 43. Purpur.
num. 97. Cagnol. num. 94. & 95. vbi transit cum hac opin.
Aretin.

Aretin.in l.si ex legati caussa,n.6.ff.de verb.oblig.& cons.
150.sub nu.5.Corset in rep.Rub.de iureiuran.priuileg. 4.
Bauer.de virt.iura.illar. 7. Cremon. sing. 123. Felyn. in c.
licèt Heli.nu.4.de simon.Curt.iun.de feud. part. 4. in 36.
caus.priuat.& cons.74.nu.7.Euerard.in loc.à vi iuramen.
in 11.effect in illatione,pag.26.Cassan.in cōsuet. Bur-
gund.fol.199.nu.6.Ant.de Petru.in repet.l.1.ff. de iureiu-
rand.in 24.effect.nu.232.Rip.l.3.respons.c.7.n.1.& in l.4.
§.Cato,nu.59.in fin.ff.de verbor.obigat.Crauet.cons.64.
7 nu.2.Rolan.cons.25.nu.22.lib. 2. Et hanc † esse commu-
nem fatentur Deci.in d.l.quod te,in lectura,nu.11.Rube.
in d.§.morte,sub n.420.Grat.d.con 139.sub nu.7.lib.2.&
magis communem dicit Gomes.in d.§.item si quis postu-
lante,sub num. 10. & frequentiori omnium consensu re-
ceptam asserit Couar.d.cap.17.sub num.5. ¶ Et certè ne-
gari non potest, quin hæc tam numero, quàm auctorita-
8 te † communior sit conclusio, cùm pro contraria opin.
sit Aretin.in l.si seruus cōmunis,in fin.princ.ff.de vulg.&
pup.Alexan.in d.l.quod te,nu.8. versic. tamen non puto,
& ibi Iacob.de sancto Georg.nu.1.Rimin. num. 6. Curt.
iun.num.26.& 27.Socin.Bauer.Gomes.Alciat.& Rebuff.
in præcitatis locis. ¶ Et eò magis prædicta cōmunis con-
clusio in casu nostro obtinet, quòd Episcopus in instru-
mento ratificationis venditionis non iurauit simpliciter,
9 sed † in specie, se Dominam Iuliam in caussa euictionis
defensurum, omnemque litem susceptarum, vt bene per
Rip.in d.l.2.§.voluntatem,nu.18.in fi.& per Couar.d.ca.
17.nu.5.prope fi.ver.ex quibus magis mihi placet. ¶ Ne-
10 que obstat, † quòd iuramentum in contractu appositum
eius naturam sequitur,l.vltima,C.de non nume.pecun.l.
vltima,ff.de liber.caus.c.quemadmodū, de iureiur. Et de
11 natura † contractus venditionis est, vt venditori denun-
tietur lis mota emptori ad hoc, vt teneatur de euictione,
vt per Barto.in d.§.morte,nu.52.& ibi Recent.ff. de non.
ope.nunt.Felyn.in cap.cum M.num.65.Rip.num.166. de
constit.Conuar.qui de communi,d.cap.17. nu. 3. ¶ Nam
respondetur, iuramentum sortiri naturam contractus,
12 cui † accedit primordialem,& generalem,non autem ac-
cidentalē,ad glo.in l.certi condictio.in princip.& ibi Dd.
ff.si cert.pet argu.l.item veniunt,§.cum prædiximus,ff.de
pet.hæred.Aretin.in cap.1.n.70.de iudic.Rip.in l.in insu-
lam,num.91.ff.de verbor.oblig.Marsil.singul. 226. Aym.
consil.102.nu.7.Et in terminis nostris Claud.in d.§.mor-
te,num.102.& ibi Rube.num.424. & Didac. vbi de com-
muni,d.cap.17.versic.nec quicquem obeiit. ¶ Quòd au-
13 tem denuntiare † litem venditori scienti sit quoddam ac-
cidens extrinsecum, deducitur ex eo, quod mora com-
mittitur per interpellationem, & non ante: & tamen in-
terpellatio non est de natura cōtractus, sed potius quod-
14 dam accidens extrinsecum, quia multi † sunt casus, in
quibus mora sine interpellatione committitur. Et ita in
terminis respondet Claud.d.§.morte,num.102.ver.ad se-
cundum respon.& nu.seq.& ibi Rube.num.424. & latius
Couar.d.c.17.nu.5.vers.nec quicquam obent,vbi ex not.
per Bal.in l.1.nu.1.C.commod.colligit,denuntiationem,
quæ scienti fieri debet,non esse naturalem.

CANTVCCII.

Bononien.iuris macinan.Venet.23.Maij,1578.

SVMMARIA.

1 *Statutum Principis supremi habet vim sententiæ diffinitiuæ.*
2 *Possessionem reus amitti statim lata sententia, in iuribus incorporalibus.*
Fallit.num.8.
3 *Possessio, vel quasi iurium incorporalium amittitur ex scientia & patientia, siue non contradictione.*
Limita,vt num.8.
4 *Episcopus sciens, & patiens ab alio Episcopo excommunicari,& absolui suos subditos, & non contradicens,amittit quasi possessionem iurisdictionis.*
5 *Statuti notitia præsumitur ex proclamate in eius executionem facto.*
6 *Statutum approbatum præsumitur ex non reclamatione post ipsius proclamata.*
7 *Contradictio dicitur esse in arbitrio partis.*
9 *Ius incorporale libertatis adhæret rei corporali.*
10 *Contradictio de præsenti præsumitur in præteritum, & ad illud retrotrahitur.& num.seq.*
11 *Coniectura aliqua si concurrit vltra statum præsentem inferens retro,semper de statu præsenti præsumitur in præteritum.*
12 *Præsumptio iuris est, vt nemo in eius damnum tacuisse censeatur.*
13 *Libertatis quasi possessio, vt amittatur,tria concurrere debent. & num.16.*
14 *Obedientia propriè non inducitur ex obseruatione præcepti negatiui.*
15 *Cautela animum deliberandi, non autem obediendi, inducit.*
17 *Regula l. veteribus,ff. de pact. non procedit, vbi vniuersalitas verborum, & verisimilitudo ipsa repugnat.*
18 *Reseruationis natura est ius competens conseruare, non autem ampliare, seu de nouo dare.*

DECISIO LXX.

FVit resolutum, Dominos de sancto Petro non amisis-
se quasi possessionem libertatis recipiendi quemcun-
que ad eorum molendinum, non obstantibus in contra-
rium adductis pro parte Dominorum Capitum, quæ ad
duo potissimum rediguntur. ¶ Primum est, † quod sta- 1
tutum Leonis, de quo agitur, habet vim sententiæ diffi-
nitiuæ,Bald.in l.pen.ante numerum secundum,ver. tam
enim,C.cōminat. epist. &c. Et propterea cùm emanae-
rit ad tollendum ius incorporale libertatis, statim priua-
uit Dominos de sancto Petro eorum quasi possessione,
ex doctrina Innocen.in c.cum nostris,colum.3. vers. imo
plus videtur,de conces.præben.dicētis, † in iuribus incor- 2
poralibus, vt in electionibus, iurisdictionibus, & simili-
bus,statim lata sententia reum possessionem amittere, &
actorem posse illā ingredi,& Innocen. ibi sequuntur Ho-
stien.colum.pen.post princip.ver.imò plus videtur. Ioan.
Andr.colum.4.circa med.vers. imò plus videtur. Henric.
Boich.num.7.But.num.19.ante med.vers. in hoc casu di-
cunt quidam.Card.n.8.q.22.vers. imò plus videtur. Imo.
num.33.prope fi.ver.si autem fertur.Anch.nu.16.ver. aut
petitur res. ¶ Secundum autem, quod pro parte Domi-
norum Capitum deducebatur, erat,quòd quasi † posses- 3
sio iurium incorporalium amittitur ex scientia,& patien-
tia,siue non contradictione. Si enim (exempli gratia) Epi-
scopus scit, populum suum ab alio Episcopo excommu-
nicati,absolui,& ei obedire,& non cōtradicat,quia † for- 4
tè non audet punire illi obedientes,ex ista scientia, & pa-
tientia amittit quasi possessionem iurisdictionis, quia est
meticulosus,& pusillanimus,ideò quasi possessionem de-
seruisse videtur, & in alium transtulisse, l.si forte,§.1.ff.si
seruitus vind.l.si ergo,§.1.ff.de pub.ita Inno.in c.olim,il 3.
in prin.de rest.spol.cū quo ibi pertrāseunt Host.post prin.
ver.hoc autē iure.Ioan.And.colum.pen.in fi.ver. in gl. 2.
Card.nu.3.in glo.2.ver.per hoc non priuatur.Imol.nu. 3.
ver.Innocen.notab.dicit Butr.nu.11.ante med. ver. vnde
forte.Anch.nu.5.ver.quandoq; verò populus. Abb.num.
14.vbi in fi.de communi testatur.Quocirca cùm Domini
de sancto Petro verisimiliter habuerint notitiam † statu- 5
ti, de quo agitur, stante publico proclamate in eius exe-
cutionem facto: in his enim,quæ publicè fiunt,ignoran-
tia allegari nō potest,l.1.C.qui aduer.quos,c.1.& ibi Abb.
n.9.de postul.præla.c.quod diciris,vbi gl.in verbo, regio,
16.distinct.Rom.cons.59.nu.5.ad fi.ver.tertio quia Aym.
cons.271.col.pen.vers.quinto præsumitur scientia.Cum-
que in actis non constet,eos statim † reclamasse,nisi pro- 6
ut in compromisso ferè per tres menses post proclamata

facto sequitur, eos ex tali scientia, & patientia sibi præiudicasse, & consequenter quasi possessionem libertatis amisisse. Nec potest dici, eos incontinenti contradixisse,
7 quia † cùm id arbitrarium, Doct. in l. 1. §. qui præsens, ff. de acquiren. possessio. cũ aliis, de quibus per Menoch. de arbit. cas. 11. n. 3. vtique non potest arbitrari neq; ex qualitate facti, quæ nullum requirebat apparatum, siue præparamentum, neque ex qualitate personarũ, neque aliunde eos incontinenti reclamasse. ¶ Sed tamen his minimè obstantibus, Domini concorditer tenuerunt, Dominos de sancto Petro prædictam quasi possessionem libertatis minimè perdidisse. ¶ Et ad primum fundamentum responderunt, doctr. Innocen. in d. c. cum nostris, non pro-
8 cedere, quando talia sunt † incorporalia, in quibus aliquid corporale attingitur, vt ipsemet Innocen. ibi. col. 3. post med. vers. si autem talia, se declarat, cuius declarationem Doct. ibi communiter sequuntur, Hostien. colum. penul. ante med vers. si autem talia. Ioan. Andr. colum. 4. circa med. vers. si autem talia. Anch. num. 16. circa med. vers. si autem talia. Henric. Boich. num. 8. But. nu. 19. ante med. vers. quandoque fertur sententia. Cardin. num. 8. q. 22 versic. si autem talia. bene Angel. in l. qui restituere, nu. 2. in med. vers. & hoc intellige verum. ff. de rei vindic. Floria. in l. seruitutes, sub nu. 1. vers. & hanc differentiam,
9 ff. de serui. vrb. ¶ Sed certè negari non potest, quin † ius incorporale libertatis, de quo agitur, adhæreat rei corporali, hoc est, molendio ad instar iurium incorporalium, seruitutum, itineris, actus & similium, quæ adhærent rei corporali, hoc est, solo, vt rectè exemplificant But. in d. cap. cum nostris, num. 19. ante med. vers. quandoque fertur, & ibi Anchar. num. 16. circa med. vers. si autem talia, & Angel in d. l. qui restituere, num. 2. versic. & hoc intellige. ¶ Ad secundum autem fundamentum Domini multipliciter responderunt. ¶ In primis, Dominos de S. Petro statim emanato proclamate cõtradixisse: nam † ex
10 contradictione facta tempore compromissi præsumitur contradictio in præteritum vsq; ad tempus proclamatis. ¶ Quotiescunq; enim vltra statum præsentem concurrit aliqua coniectura, vel præsumptio inferens retro, tunc † semper de statu præsenti præsumitur in præteritum.
11 Saly. in l. ex persona, prope fi. C. de prob. Alex. con. 16. n. 3. lib. 5. Soc. cons. 89. li. 1, Ale. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. nu. 5. At in casu isto vltra præsumptionem iuris, quod † non est præsumendum, Dominos de S. Petro habita no-
12 titia statuti, & proclamatis sibi valde præiudicialis tacuisse, & acquieuisse in graue eorum præiudicium, l. cùm de indebito, ff. de proba. concurrit etiã coniectura illa, quod compromissum factum fuit de omnibus litibus, controuersiis, & differentiis versis, & vertentibus de & super molendino eorundem Dominorum de sancto Petro, nec non de super accessu, & regressu fornariorum ad d. molendinum. ¶ Si igitur huiusmodi lites, controuersiæ & differentiæ, iam ante compromissum versæ fuerant, euidens inde elicitur coniectura ad præsumendum contradictionem de tempore compromissi in prẹteritum vsque ad tempus proclamatis. Et tantò magis, quod de iis extabant acta, ad quæ compromissum relationem habet, vt patet ex illis verbis, de quib⁹, & prout latius in actis causſę versis, & vertentib. ¶ Ex quorum actorum confectione tollitur id, quod dicitur pro parte Dominorum Capitum, nempe, lites & altercationes, de quibus fit mẽtio in compromisso, potuisse per diem exoriri. ¶ Secundò respon-
13 detur, tria † concurrere debere ad inducendam amissionem quasi possessionis libertatis Dominorũ de S. Petro. ¶ Primò, ad eorum molendinum fornarios post proclamata non accessisse. ¶ Secundò, non accessisse ex caussa prohibitionis statuti: ex simplici enim non accessu non
14 arguitur statuti paritio, cùm † ex obseruatione præcepti negatiui non inducatur propriè obedientia, vt inquit Bal. in l. 2. nu. 54. C. de seruit. & aqu. Potuerunt enim non accedere, vel ratione liberæ facultatis accedendi, & non accedendi, quam prius ante proclamata habebãt, vel ratione † cautelæ animo deliberandi, non animo obediendi, 15
vt per Bal. vbi supr. vel ratione commodi vicinitatis molendinorum intra ciuitatem existentium, vt in terminis in caussa huic consimili cõsiderauit Rot. vt per Put. decis. 496. in caussa Bononien. & deci. 500. de mense Nouẽbris, lib. 2. ¶ Tertiò, Dominos de S. Petro † sciuisse fornarios 16
accessisse ex caussa prohibitiua statuti. Alex. cons. 136. nu. 20. ver. item requirebatur allegari. l. 2. Rim. cons. 31. n. 52. ver. vltra quod. l. 1. Balb. de rescript. 2. par. 5. prin. q. 7. nu. 4. ver. quarto requiritur. ¶ Tertiò, & vltimò Domini pro responsione considerarunt reseruationes, de quib. in laudo, & in instrumentis locationum, vbi generaliter reseruantur quæcunq; iura ipsarum partium firma & illæsa, & in illis statu, & terminis, in quibus erant ante decretum proclamatis, ex quibus verbis datur etiam apertè intelligi, nec Capita molituratum habuisse animum acquirendi, nec dominos de S. Petro amittẽdi quasi possessionem. ¶ Nec quicquam faciunt replicationes exemplo datæ pro parte dominorum Capitum. ¶ Et in primis, quòd reseruationes possunt intelligi in petitorio, quia repugnat tam vniuersalis verborum, quàm verisimilitudo ipsa, ex qua † tollitur etiam obiectũ, reg. l. veteribus, ff. de pact. vt latè per Tiraq in l. si vnquam, in præfat. nu. 54. C. de reuoc. don. ¶ Deinde non obstat, quod huiusmodi reseruationes dominis de S. Petro nihil prosint, cùm ipsi post proclamata quasi possessionem libertatis amiserint, & reseruationis † natura est ius competens conseruare, non au- 17
tem ampliare, seu de nouo dare. Aym. cons. 15. nu. 2. cons. 29. nu. 8. & latè cons. 144. n. 15. ¶ Quia negatur talis amissio, vt ex præmissis apparet.

CANTVCCII.

Bononien. damnorum, & interesse. Lunæ, 16. Iunij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Debitor morosus, an possit soluere fructus compensatiuos ad rationem certi numeri pro centenario.* Quod sic, num. 2. *cum seq.*

3 *Debitor soluens vltra id, quod tenetur, sibi præiudicat tantùm in ea summa.*

4 *Fructuum taxatio ad rationem certi numeri pro centenario regulariter ab initio permittitur.*

Intellige, vt num. seq.

6 *Dictio, sic, stare dicitur demonstratiuè, non restrictiuè.*

7 *Fructus veniunt ratione interesse.*

8 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem statutariam.*

9 *Depositum conditionale continens conditionem extrinsecam, nihil operatur.*

Imò etiam si esset purum stante recusatione creditoris. num. seq.

10 *Creditor potest recusare depositum, & etiam verbalem oblationem.*

11 *Recusatio depositi, vel verbalis oblationis per creditorem requiritur expressa.*

12 *Oblatio etiam secuta depositione, & consignatione, quando creditor habet iustam caussam recusandi, nihil operatur.*

DECISIO LXXI.

DVbium propositum, & resolutũ, 16. Maij, 1578. iterum proposui die Lunæ, 16. Iunij eiusdem anni, strictè tamen ad duo, videlicet, *an Vespasianus post lapsum, quadriennij sibi ad residuum pretij soluendum præfixi, possit soluere fructus compensatiuos ad rationem quinque pro centenario, vel potius teneatur restituere fructus ipsos quicunque illi fuerint, vel eorum æstimationem?* Item, *an secundum depositum ab eodem Vespasiano, Martij, 1568. factum, sibi suffragetur?* ¶ Quoad primum Domini dixerunt, Vespasianum non teneri ad restitutionem ipsorum fructuum, vel æstimationibus illorum, sed † posse illos sol- 1
uere ad rationem quinque pro centenario, quia pactum

de soluen

soluendis fructibus compensatiuis ad rationem quinque
pro centenario, nõ est correspectiuum ad pactum de sol-
uendo residuum pretij infra terminũ quatuor annorum,
& sic non est restrictum & limitatum ad tempus quadri-
ennij, sed est correspectiuum ad pactum reseruationis
dominij, donec d. residuum soluatur, quæ reseruatio non
fuit limitata ad dictum quadriennium, sed durauit vsque
ad solutionẽ d. residui. ¶ Sed tamen Domini ex quadam
2 æquitate, & verisimilitudine † mentis partium censue-
runt, Vespasianum teneri soluere fructus compensati-
uos ad rationem sex pro centenario, ex quo ipse post la-
psum quadriennij soluit ad rationem sex pro centenario.
Nec placuit Dominis respõsio pro parte Vespasiani tra-
3 dita, quòd † scilicet ipse solùm in eo, quod soluit, sibi pręi-
iudicauerit. Rota dec. 2. locat. in nou. Put. dec. 175. locaue-
rat, lib. 1. ¶ Quia Domini considerarunt rationem illam,
quòd ideò Vespasianus soluit ad rationem sex pro cen-
tenario, quia sic soluit aliis. ¶ Non obstant allegata pro
4 parte Do. Philippi. ¶ Et in primis, quòd † taxatio fru-
ctuum ad rationem certi numeri pro centenario facta ab
initio regulariter non permittitur, vt per Cagnol. in l. cu-
rabit, nu. 54. C. de act. empt. ¶ Quia id verum est, si taxa-
tio excedit fructus: at secus si est minor, vel æquiualens
5 fructibus, tũc enim valet, & tenet, vt fuit decisum coram
Domino Gropperio in vna Tiburtin. sancti Angeli, 19.
Martij, 1559. ¶ Secundò non obstat illa dictio, sic, posita
in pacto soluendi fructus compensatiuos ad rationem
6 quinque pro centenario, dum † dicitur, in recompensam
partis fructuam capientis dictum residuum sic solui pro-
missum, quia stat demonstratiuè, non restrictiuè, demon-
strando promissionem soluendi dictum residuum intra
quadriennium, non autem restringendo ad dictum qua-
driennium promissionem soluendi fructus compensati-
uos ad rationem quinque pro centenario. ¶ Tertiò non
obstat, quòd cùm Vespasianus nõ soluerit residuum pre-
tij intra quadriennium, tenebatur iuxta formam statuto-
rum & prouisionũ ciuitatis Bononiæ præsentare pigno-
ra æquiualentia quantitati dict. residui, ac damnis, expen-
7 sis, & interesse Domini Philippi, & † ratione interesse ve-
niunt etiam fructus. Bal. Angel. & Flor. in l. loci, §. cõfesso-
ria, ff. si seru. vind. cum aliis, dę quib. per Bolog. ad Rub. C.
de eo, quod inter, num. 103. ¶ Siquidem pro responsione
fuit dictum istud interesse fructuum fuisse ex cõuentione
partium taxatum ad rationem quinque pro centenario,
8 & propterea stante particulari partium prouisione, cessa-
re prouisionem statutariam. Nec releuat, quòd in pacto
soluendi fructus compensatiuos ad rationem quinq; pro
cẽtenario, fuit etiã adiectum pactum pignorũ, & sic adest
etiã specialis prouisio partiũ, quia illud pactũ pignorum
operatur quoad damna, & expensas, ac etiam quoad aliud
interesse, nõ autem quoad interesse fructuũ, cùm illud sit
specialiter ex consensu partiũ taxatum ad rationẽ quinq;
pro centenario. ¶ Quantùm autem ad secundũ, an scilicet
secundum depositum possit Vespasiano suffragari? Do-
mini steterunt in decisis pro negatiua, quia secundum de-
positum fuit conditionale: & certum est, depositum
9 † conditionale continens conditionem extrinsecã, qua-
le est id, de quo agitur, nihil operari. Alexand. cons. 78. nu.
29. ver. quinto, quia protestatio, & n. 30. l. 5. Cur. sen. cons.
39. ante num. 8. vers. denique d. oblatio. Ias. cons. 9. nu. 15.
lib. 1. Grat. cons. 93. nu. 75. lib. 1. Neuizan. cons. 38. nu. 14.
bene Negusant. de pignor. parte 5. membr. 3. nu. 11. & 12.
¶ Nec releuat responsiu exemplo data pro parte Vespa-
siani, quod etiam si depositum fuisset purum, nihilomi-
nus d. Philippus recusasset illud recipere, prout videtur
10 colligi ex serie facti huius caussæ, & stante † recusatione
creditoris, nedum depositum, sed nec etiam verbalis ob-
latio sufficit. Ruin. qui de magis communi, cons. 113. nu.
1. lib. 1. cum aliis cumulatis per Gabr. lib. 3. de solut. concl.
8. num. 1. ¶ Quia respondetur in primis non constare ex-
pressè de tali recusatione dicti Philippi, & de iure non
† sufficit tacita & pręsumpta recusatio, sed vera & expres- 11
sa requiritur, vt per Alexan. in l. seruus, in prin. ad fin. ff. de
vulg. & pupill. Rip. in l. quod te, nu. 2. ff. si cert. petat. Tira-
quell. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. numero vigesimopri-
mo, in fine, Gabriel. d. conclus. 8. nu. 2. Rolan. cons. 53. nu.
37. lib. 1. ¶ Deinde respondetur, quòd quamuis consta-
ret, de expressa recusatione Dom. Philippi, tamen, cùm
ipse haberet iustam caussam recusandi propter senten-
tiam Caputaq. super caducitate ab omni commodo &
vtilitate contractus venditionis ad fauorem suam latam,
vtique depositum Vespasiani, etiam si purum fuisset, nihil
potuisset operari. ¶ Nam † oblatio etiam sicut à deposi- 12
tatione, & consignatione, quando creditor illam accipe-
re recusans, iustam habet caussam recusandi, nihil opera-
tur. vt bene declarat Claud. de Seisel. in l. si mora, nu. 10.
versic. prædicta tamen intellige, ff. solut. matrim. per text.
in l. qui decem, in princip. ibi, & ille sine iusta caussa acci-
pere recusauit, & ibi not. Castren. ff. solut. matri. & Claud.
refert & sequitur Cassan. cons. 41. nu. 3. prope fi. vers. vlte-
rius dicit, Gabriel. d. conclus. 8. num. 3. & hoc idem voluit
Ias. in l. si ita quis, §. Seia cauit, ante n. 20. vers. licèt ista so-
lutio, ff. de verb. obligat. Boer. decis. 124. nu. 29. vers. quod
limitat. Rolan. d. cons. 53. nu. 38. lib. 1.

.CANTVCCII.

Ciuitatis castel. bonorum, Ven. 27. Iunij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Nomina debitorum, & creditorum sunt in inuentario necessario describenda.*
Imò etiam proprium ipsius hæredis creditum, vel debitum. num. 2.
3 *Nomen rei est generale, omnia comprehendens.*
4 *Iura defuncti sunt in inuentario describenda.*
5 *Depositatæ res, & commodatæ testatori sunt in inuentario describendæ.*
6 *Testes tres fide digni debent loco creditorum absentium in inuentario adhiberi, ex commun.*
7 *Subscriptio hæredis attestantis de confectione inuentarij sine dolo, & aliqua malignitate, requiritur in inuentario.*
8 *Inuentarium ex capite non descriptionis nominum debitorum, & creditorum hæreditariorum, non est nullum.*
9 *Inuentarium valet, etiam si hæres aliquid in eo describere dolosè omiserit, ex communi.*
10 *Formæ omissio reddit actum nullum.*
11 *Inuentarium nullitati seu ruptura subiacet, si quid eorum, quæ de iure requiruntur, in eo defecerit.*
Imò etiam si minimum omittatur, num. 13.
12 *Forma inuentarij quænam sit.*
14 *Forma inuentarij est à lege tradita.*
15 *Hæres quoquomodo formam inuentarij omittat, non excusatur.*
Imò nec mulier, nec rusticus, nu. 16.
17 *Inuentarium conficiens, si cadit à syllaba, cadit à toto.*
18 *Inuentarium conficere est res scrupulosa, & sæpe etiam industriosos fallit.*
19 *Inuentarium ex defectu solius subscriptionis hæredis non efficitur nullum.*
20 *Forma à lege ordinata seruari debet.*
21 *Consuetudo conficiendi inuentarium alio modo, quàm secundum formam traditam, an induci possit. Quod non, cum num. sequ.*
22 *Consuetudo ex tacito populi consensu inducitur, & numero sequen.*
24 *Consuetudo conficiendi inuentarium alio modo, quàm à lege statum, ex octo instrumentis probari non potest.*
25 *Consuetudo, vt inducatur contra formam inuentarij à lege traditam alio modo conficiendi, oportet actum fuisse toties,*

& tam publicè, vt verisimiliter ad notitiam populi, vel maioris partis peruenerit.

26 *Consuetudo quot actibus censeatur inducta, iudicis arbitrio relinquitur.*

27 *Actus duo pro inducenda consuetudine non sufficiunt, nisi sint ita manifesti, vt verisimiliter ad notitiam populi vel maioris partis deuenerint.*

28 *Consuetudo ex obseruatione difformi induci non potest. vt num. 29.*

30 *Consuetudo ex vno actu momentaneo induci non potest. ex omnium sententia.*

31 *Consuetudo est probanda in specie.*

32 *Decretum iudicis interuenire debet in confectione inuentarij.*

33 *Iudicis præsentia, & decretum non supplet aliarum solemnitatum defectum, quæ in inuentario requiruntur. ex communi. num. 37. & seq.*

34 *Præsumptio pro iudicis decreto non fit, in quo solemnitates non sunt enunciata. ex communi. num. 37.*

35 *Acta omnia præsumũtur solemniter in inuentario, quando iudicis decretum est interpositum.*

Intellige & declara, vt num. seq.

38 *Guido Pap. de inuent. sub nu. 23. quomodo intelligatur.*

39 *Bal. in l. fin. in princ. num. 10. C. de iure delib. quomodo intelligatur.*

40 *Inuentarium sine solemnitatibus requisitis confectum, an sustineatur de iure communi, quod sic. num. seq.*

41 *Hæres non conficiens inuentarium, non tenetur de iure canonico vltra vires hæreditarias. & numer. 44. & 45. & seq. vsque ad num. 48.*

Contraria tamen est verior & communior. num. 49. & seq. & num. 57.

42 *Simplicitas veritatis magis, quàm nimia scrupulosa subtilitas attendenda est in terris Ecclesiæ in confectione inuentarij.*

43 *Inuentarium de iure canonico non est necessarium, sed sufficit sola iustitia naturalis.*

46 *Hæres adiens hæreditatem sine beneficio inuentarij de iure canonico non tenetur vltra vires hæreditarias.*

47 *Falcidia etiam de iure canonico perditur ab hærede adeunte hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij.*

50 *Iura de inuentario loquentia seruanda sunt etiam de iure canonico in obligationibus in hæredes descendentibus.*

51 *Lex ciuilis non nutritiua peccati seruanda est etiam in foro canonico contrarium non disponente.*

52 *Ius ciuile, & canonicum in materia confectionis inuentarij non differunt.*

53 *Iura ciuilia generaliter disponentia etiam si pœnam contineant, habent locum in foro canonico etiam contra clericos, nisi contrarium de iure canonico reperiatur dispositum.*

54 *Ius canonicum approbat ius ciuile in eo, quòd statuit, hæredem non posse vti beneficio legis Falcidiæ, nisi inuentarium fecerit.*

55 *Dispositio c. Raynaldus, de testam. quo casu intelligatur. & num. seq.*

DECISIO LXXII.

IN vna Ciuitatis Castellanæ bonorum inter Magnificum & Excellen. Dominum Alexandrum Petrouium ex vna, & Dominum Angelum pariter Petronium parte ex altera, in me de communi earundem partium consensu compromissa. Die Veneris 27. Iunij, 1577. dubium in Rota proposui, an Dominus Angelus possit gaudere beneficio legis, & inuentarij in casu, & ad effectum, de quo agitur? In cuius dubij disputatione plures excitatæ fuerunt difficultates. ¶ Prima fuit, quos defectus patiatur inuentarium ab eodem Angelo confectum? Et in hac fuit conclusum, dictum inuentarium tres pati defe-
1 ctus. ¶ In primis in eo deficiunt nomina † debitorum, & creditorum, quæ in inuentario de iure describenda sunt, vt per Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, num. 23. vers. tu adde, ff. si cui plus, quam per leg. Falcid. vbi non solùm voluit hæredem teneri describere in inuentario nomina debitorum, & creditorum, sed etiam † proprium ipsius 2
hæredis creditum, vel debitum, ne confundatur actio in eius præiudicium, vel fauorem, cùm † nomen rei genera- 3
lis sit, & omnia comprehendat, l. 1. in fine, ff. si certum pet. iuncta l. fin. §. fin. autem dubius. ibi super iis rebus, & §. in computatione, C. de iure deliberand. & hoc idem voluit idem Angel. in d. l. fina. in princip. num. 20. versic. tu adde, & in §. si vero expressim, num. 33. ante med. vers. in primis videlicet, in Authen. de hæred. & Falcid. & Angel. sequuntur Vital. de claus. titu. nil nouari confect. inuent. pend. nu. 20. vers. tu adde, & num. sequen. pag. mihi 113. Roland. de confect. inuent. pag. 76. à tergo, vers. similiter. Hoc idem voluerunt loquentes † de iuribus defuncti in inuentario 4
describendis, Bald. in d. l. fina. §. cum igitur, nom. 8. Angel. Aretin. in §. extraneis autem, num. 4. vers. sexto, de hæred. qualit. & differ. Dec. cons. 633. num. 10. Alciat. consilio 43. nu. 8. vers. secundo dicitur, tom. 2. lib. 6. Roland. consil. 73. num. 27. lib. 2. Monticul. de inuent. hæred. fol. 17. nu. 6. & 7. & ful. 53. num. 48. Fanuc. eodem tracta. parte 3. num. 63. ¶ Et † res depositas, & commodatas testatori in inuen- 5
tario ab hærede describendas esse, tradit Angel. in l. si de eo, §. fortè, num. 4, & ibi Castren. num. 4. Imol. sub num. 1. Roman. num. 3. vbi de communi. Alexan. nu. 3. & Claud. in princ. ff. de acquiren. possess. Castren. in d. l. fi. §. cum igitur, num. 5. & ibi Ias. num. 3. in 3. requisito, versic. & an in inuentario. Roland. d. consil. 73. num. 27. ¶ Secundò deficiunt tres testes fide digni buna stabilia possidentes, & optimæ opinionis, qui loco † crediturum absentium ad- 6
hibentur, §. si verò adsunt, in Auth. de hær. & falcid. & in Auth. sed cum testator. & ibi Dd. C. ad l. Falc. Scrib. communiter in d. l. fin. §. cùm igitur, Bald. cons. 143. colum. 1. l. 3. Angel. d. §. hæc stipulatio, nu. 8. circa med. Abb. cons. 73. in 2. dub. in princ. lib. 2. Guid. Pap. decis. 571. n. 8. in fi. Dec. d. cons. 633. nu. 15. cum aliis allegatis per Roland. d. consi. 73. num. 24. lib. 2. ¶ Tertiò & vltimò, deficit subscriptio ipsios Ange. hæredis continens, qualiter illud erat inuentarium rerum, bonorum, & iurium in hæreditare Tiberij testatoris repertorum, confectum † bona fide. sine dolo, 7
& malignitare aliqua, iuxta text. in d. l. fin. §. sin autem dubius, vers. subscriptionem tamẽ Doct. communiter in d. l. fina. §. cùm igitur. Et præcipnè Ias. nu. 4. ver. sexto requiritur. Dec. d. cons. 633. nu. 13. Rol. post alios d. cons. 73. n. 39. ¶ Secunda difficultas est, *an inuentarium, de quo agitur, stantibus tot eius defectibus, vitietur, & penitus corruat?* Et in hac difficultate, licèt posset dubitari, an † inuentarium 8
istud sit inualidum ex capite nõ descriptionis nominum debitorum, & creditorum hæreditariorum. In qua quæstiune negatiuam expresè tenuerunt Monticulus & Fanot. de inuent. hæred. ille pag. 17. num. 7. hic part. 3. nu. 63. ¶ Pro quibus facit communis illa conclusio, † quòd va- 9
leat inuentarium, etiam si hæres aliquid in eo describere dolosè omiserit, vt post Cyn. Castr. Fulg. Saly. & alios firmat Alex. in d. l. fi. §. licentiam, nu. 4. ver. non tamen videtur, & ibi Ias. nu. 4. vbi de communi. ¶ Quãuis hæc quæstio controuersa sit, cùm contrarium senserit Bar. Bald. Ang. Rom. & Corn. in d. §. licentia. Natt. cons. 574. nu. 13. post med. vers. tertiu dici potest, lib. 3. late, & egregiè Illustrissimus Card. Alba. cons. 2. num. 16. 17. 18. & 19. ¶ Nihilominus quicquid sit de huiusmodi quæstione, ac etiã de primo defectu huius inuentarij, negari non potest, quin ex aliis defectibus nullum existat: Nam † certissimi 10
iuris est, ex omissione formæ actum reddi nullum: ea autem, quæ in confectione inuentarij requiruntur de quibus in d. l. fin. §. si autẽ dubius, vsq; ad §. & si præfatam, pro forma tradita dicuntur, vt probatur in d. l. fina. §. si verò postquã ibi, secundùm formã præsentis constitutionis, & expresè

expreſsè id voluit Specul.titu.de inſtrum.edit.§.dicto.nu.
11 15.verſi.dicamus ergo,dicens, inuentarium ruinæ † ſubiacere,ſi quid eorum,quæ de iure requiruntur, in eo defecerit.Et Bart.in d.l.fin.§.cùm igitur,nu.3.in fin. inquit, illam eſſe formã inuentarij, in qua ſi quid deeſſet, inuen-
12 tarium † non valeret,præterquam ſi omitteretur ſignum crucis.Et ſubdit ita tenere omnes Doct. & hoc idem bene deducit Abb.conſ.73.nu.6.poſt princ.firmans, inuentarium corruere totum, ſi quid ex requiſitis à iure in eo deficeret,quod ſecundum ipſum non videtur probari ,in d.l.fin.§.& ſi præfatam,in verbo,ſolidauerint, nimiã ibi gl.quam ibi Doct. ſequuntur, & in ſpecie Paul. de Caſt.
13 ante nu.2.dicens,†inuentariũ ſubiacere rupturæ,etiam ſi minimum omittatur,l.cùm hi §.ſi prætor, ff. de tranſact. & hoc idem ſequendo Caſtr.no.ibi Corn.poſt.princ.latè & egregiè Nat.conſ.574.nu.7.eum ſeq.lib.1.concludens,
14 formam † cõficiendi inuentarium fuiſſe à lege traditam, & propterea ad vnguem eſſe ſeruandam, nec quicquam addi,vel detrahi poſſe,& omiſſionem illius etiam in qualibet parte actum variare,allegando iura,& auctoritates, de quibus per eum.Et num.9.tradit poſt gl.& Bald.hære-
15 dem non excuſari, ſi † per errorem aut imperitiam, vel ſimplicitatem huiuſmodi formam omiſerit , quia actus nihilominus non valet.Quod quidem confirmatur,quia in his,quæ ſunt introducta pro forma actus, vel ad rigorem,huius conſeruandum, nemini parcitur , nec mulieri, nec ruſtico,nec militi, nec minori : debent enim peritiores conſulere,Bald.Salicet.Caſtren. Alexand. Iaſ. Dec. & alij in l.iuris ignorantia,C.qui admit.cum aliis,de quibus
16 per Tiraq.de retract.conuent,§.4.gl.7.nu.15.& 16.Et †in proprijs terminis , mulierem & ruſticum inuentarium minùs ſolemne facientes non excuſari, nec eis ſubueniri, ſed rigori ſtandum eſſe, firmat Bald.in d.l.final.in princ.q. 3.num.6.quem ibi ſequitur Iaſ.nu.2.Alexand.conſil.165. nu.6.verſic.ad idem lib.6.Tiraquel.d.gloſſ.7.nu.16. circa med.Natt.conſi.175.num.22.lib.3. & hoc idem in termi-
17 nis voluit Bart.conſil,154.num. 2. ¶ Et † in confectione inuentarij qui cadit à ſyllaba,cadit à toto, inquit Bald. in auth.ſed cùm teſtator,nu.8.verſic.alij dicunt,C.ad l.Falc. Natt,conſ.575.nu.3.lib.3.Fanut.de inuent. part.3. nu.79. ¶ Et propterea aliàs dicebat Bald.conſil.147.in princ.lib.
18 4.inuentarium † hæredis rem eſſe ſcrupuloſam, & ſæpè etiam induſtrioſos falli,ſequitur Roland.d.conſ.53.num. 51.li.2.& benè probatur in d.l.fi.§. ſin autem hoc aliquis, ibi,neceſſe eſt enim omnimodo deliberantẽ inuentarium
19 eum omni ſubtilitate facere.¶ Accedit, quod † inuentarium,de quo agitur,nullum omnino cenſeri debet ex ſolo defectu ſubſcriptionis hæredis, quæ eſt de neceſſitate, vt patet in d.§.ſin autem dubius,ibi ſubſcriptionẽ tamen ſupponere hæredem neceſſe eſt: talis enim ſubſcriptio,vt inquit Guid.Pap.de form.inuent.nu.8,verſi.quæro ſi hæres,quem ſequitur Roland.dict.conſ.73.num.50.requiſitur pro validitate inuentarij:alias ea deficiente, inuenta-
20 rium corruit: quia † forma à lege ordinata ſeruari debet, nec ab ea diſcedi poteſt,l.conſtitutionib.ff.ad munic.maximè, quia ſecundùm ipſum forma iſta eſt tradita ad ſolemnitatem actus, quo caſu ſi qua ex ſolemnitatibus legis omittitur,totus actus vitiatur,per tert. in l.prima, C. de præd.curial.libr.10.& demùm ſubdit, inuentarium ex defectu ſubſcriptionis hæredis eſſe nullum ipſo iure , per leg.non dubium,C.de legibus. ¶ Tertia difficultas, *an inuentarium iſtud poſſit ſuſtineri vigore conſuetudinis ciuitatis Caſtellanæ?* Et in hac negatiuè concluſum fuit ex pluribus. ¶ Primò, quia hæc conſuetudo iuri contraria non
21 eſt plenè probata : nam † ex decem inſtrumentis in actis productis, duo tantum continet confectionem inuentarij: reliqua verò continent aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij coram iudice factam , licet tria ex illis vltra aditionem contineant etiam mandatum iudicis de conficiendo inuentarium. ¶ Vnde ex illis duobus inſtrumentis inuentaria continentibus conſuetudo nullo modo dici probata : debent enim tot concurrere inſtrumenta, vt veriſimiliter ad notitiam totius populi, vel maioris partis deuenerint, quia † cùm conſuetudo ex 22
tacito populi conſenſu inducatur, l. de quibus,ff.de legibus,oportet tot actus interuenire, ex quibus tacitus iſte populi conſenſus ad inducendam conſuetudinem colli- 23
gatur,vt in terminis conſuetudinis inuentarij tradit Abb. conſil.73.numero ſexto,circa med.verſic.& quamquam, lib.2.quem ſequũtur Iaſ.in d.l.de quibus,in vltimis verb. Roch.Curt.de conſuetud.ſect.8.nu.19.in fin.Nat.d.conſ. 474.num.14.15.& 16.& latiùs conſil.ſequent.num.9.10. 11.12.& 13.Rolan.d.conſil.73.nu.42.lib.2.plenè Phanuc. de inuent. hæred. part.3.numero 88.& tenuit Rot.in vna Narnien.legat.coram D.meo Seraphino.Imò Abb. conſ. 53.nu.1.lib.2.quem refert,& ſequitur Roch.Curt.d.ſect. 8.nu.19.poſt med. voluit , † ex octo inſtrumentis produ- 24
ctis conſuetudinem , de qua ibi minimè probari : ſiquidem (vt ipſe inquit)certum eſt; inſtrumenta non dari coram omni populo vel maiori parte, & poteſt eſſe, quòd populus vel maior pars inſtrumenta illa nunquam viderint, & propterea non poteſt dici ex illis conſuetudinem inductam eſſe: *non enim probat hoc eſſe*, quod ab hoc contingit abeſſe. Vnde cum poſſibile ſit , vt nemo inſtrumẽta illa viderit,præter eos , qui ca publicata habuerunt, ceſſat inductio conſuetudinis , quippe ad eam inducendam oportet † actum fuiſſe toties , & tam publicè 25
agitatum,vt veriſimiliter ad notitiam populi, vel maioris partis peruenerit. Et quamuis verior , & communior videatur opinio , vt iudicis arbitrio committatur dignoſcere, quot † actibus conſuetudo cenſeatur inducta , vt 26
per Menoch.poſt alios de arbitr.caſu 81.numero 4. & latè Roch.Curt.de conſuetud. ſect. 4. numero 37.vbi alios allegas,& ſect.7.nu.18. & 20. nihilominus in caſu noſtro ex duobus tantùm inſtrumentis nullo modo poſſumus arbitrari, inductam eſſe conſuetudinem ,quia hæc duo inſtrumenta non continent inuentaria adeò notoria, & ponderoſa, vt veriſimiliter potuerint tranſire in notitiam populi, vel maioris partis. Tunc † enim duo actus 27
pro inducenda conſuetudine ſufficiunt, quando ſunt ita manifeſti & ponderoſi, vt veriſimiliter ad notitiam populi vel maioris partis deuenerint,vt bene deducit Corn. conſilio 179.ſub num.3,lib.3.ſequitur Roch.Curt.d.ſect. 4.numero 37.poſt med. ¶ Secundò ,conſuetudo , de qua agitur , excluditur ex eo , quòd hæc duo inſtrumenta varia ſunt, & diuerſimodè confecta. ¶ Nam primum celebratum de anno 1562. continet inuentarium factum etiam eum ſolemnitate trium teſtium loco abſentium adhibitorum, quæ ſolemnitas fuit omiſſa in inuentario contento in inſtrumento de anno 1573. celebrato, licèt in hoc adſit decretum iudicis,quod deficit in illo.¶ Vnde ex iſta varia & diuerſimoda obſeruatione in inuentariis diſformibus † conſuetudo induci non potuit,Bart.& alij 28
in l.ſecunda, in fine princip.ff. ſoluto matrim. Alex.conſ. 5.num.7.conſil.127.ad fin.libr.5. Socin.conſilio 92.num. 12.verſ.ſed ad hoc fundamentum,libr.3.Dec.conſil.8.nu. 4.verſicul.ſecundo quia vt narratur,conſil.13.num.12.& conſil.129.colum.1.poſt medium, Aym. conſ. 96.num.5. & conſil. 323.numer. 4. Et de inſtrumentis diuerſimodè confectis loquitur Bart.in dicta l.ſecunda, in princip.ſub num.21.Alex.d.conſil.5.num.7. Roch. Curt.d.ſect.4.nu. 69.poſt medium,& ſect.8.nu.10.propè finem. Et † in ter- 29
minis inuentarij latè & egregiè firmat Natt.d. conſ.575. num.27.& 28.Et ad inducendam conſuetudinem conficiendi inuentarium ſine ſolemnitatibus iuris communis requiſiti inuentaria ſub eadem forma confecta, ſupponit Abb.dicto conſilio 73.num.6. verſicu.& quamquam.

¶ Tertiò , pro excluſione iſtius conſuetudinis animaduertendum eſt , vnicum tantùm productum eſſe inſtrumentum , quod contineat inuentarium & percutiat

tempus ante annum 1568. die 16. Octobris, quo tempore
inuentarium, de quo agitur, confectum fuit: illud autem
instrumētum fuit celebratum de anno 1562. die 7. Octo-
bris. ¶ Vnde intrat firma conclusio, quæ contradicto-
30 rē non habet, nempè, † ex vno actu momentaneo (prout
est inuentarium) non induci cōsuetudinem, vt per Roch.
Cur. d. sect. 4. num. 42. & tantò minus in casu isto, in quo
non effluxerunt nisi sex anni, & sic deficit longum tem-
pos in inducenda consuetudine necessarium. ¶ Quartò
& vltimò accedit, quòd in casu nostro nullatenus est pro-
bata consuetudo in specie, hoc est, quoad solemnitatem
describendi in inuentario debita, credita, & iura hæredi-
taria, & quoad solemnitatem adhibendi tres testes loco
absentium; quæ solemnitates deficiunt in inuentario, de
quo agitur: & tamen illæ fuerunt adhibitæ in inuentario
facto de anno 1562. & sic nullum est productum instru-
mentum inuentarij carentis his duabus solemnitatibus.
31 Et † certi iuris est, consuetudinem probādam esse in spe-
cie, & in terminis inuentarij debere probari omissionem
huius vel illius solemnitatis, de qua queritur, tradit Natt.
d. consil. 575. ante num. 34. & nu. 37. circa med. vers. item
quia. ¶ Quarta est difficultas, *an inuentarium, de quo agi-
tur, valeat sustineri virtute præsentiæ, & decreti iudicis?* Et in
hac quoque negatiua facta fuit conclusio. ¶ In primis,
32 quia † in confectione huius inuentarij nullum interuenit
iudicis decretum, vt ex inspectione instrumenti ipsius in-
uentarij liquido apparet: solum enim in eo legitur man-
tum iudicis mandantis notario, *vt conficiat inuentarium
cum omnibus solemnitatibus*, &c. imò nedum decretum iu-
dicis, sed etiam præsentia ipsius in inuentario isto deficit.
¶ Quamuis enim in principio inuentarij dicatur, *succes-
siuè, & incontinenti eisdem anno, mense, die, &c.* non pro-
pterea sequitur, inuentarium factum fuisse in præsentia
iudicis, quia non dicitur coram eodem Magnifico Dom.
Locumtenente, sed coram me notario, & actuario ban-
chi iuris: & sic apertè ostenditur, inuentarium factum
fuisse coram notario, & non coram iudice. ¶ Secundò,
nam etiam si & præsentia, & decretum iudicis in confe-
33 ctione huius inuentarij interuenisset, non † tamen po-
test pro ipso decreto præsumi, cum solemnitates omnes
in confectione inuentarij à iure requisitæ enuntiatæ non
fuerint; nulla enim fit mentio de descriptione nominum
debitorum, & creditorum, & iurium hæreditariorum, nec
de præsentia, & interuentu trium testium loco credito-
rum absentium de iure adhibendorum, nec etiam de sub-
scriptione hæredis. ¶ Et communis est Docto. conclusio,
34 non † præsumi pro iudicis decreto, in quo solemnitates
non sunt enuntiatæ, vt latè per Felin. in capit. quoniam
contra, num. 37. post med. versic. limita seu declara, & ibi
Dec. num. 42. versic. & istud quod dictum est, de probat.
Alciat. latè de præsumptio. regu. 3. præsumpt. 10. num. 2.
cum seq. cum multis aliis, de quibus per Gabriel. lib. 2. de
sentent. conclus. 5. nu. 37. & 38. & hanc opin. seruat Rot.
vt per Achil. de decret. decis. 2. versic. item dixerunt, vbi
etiam testatur hanc esse communiorem sententiam.
¶ Nec obstat, quòd in propriis terminis inuentarij hære-
dis, tradit Bald. consil. 147. num. 2. versic. item quia, libr. 4.
35 dum † dicit, in inuentario præsumuntur omnia solemni-
ter acta, quādo decretum iudicis est interpositum, & Bal.
refert, & sequitur Aym. in respon. pro gener. num. 475. in
36 fine. ¶ Quia hoc dictum Bal. debet intelligi, quando † so-
lemnitates sunt enuntiatæ, idque colligitur, ex eo, quod
ipse allegat gloss. ord. in l. 1. in verbo, omni ordine, propè
fin. C. de fide instrumen. & ior. hast. fisc. libr. 10. vbi gloss.
vult, quòd si in instrumento, in quo reperitur decretum
interpositum, fit mentio solemnitatum, omnia præsu-
muntur solemniter acta. Et ita illam gloss. intelligit Bald.
in l. 1. in 3. not. versic. & an præsumatur, ff. de rebus eor.
aliàs si d. Bal. d. cons. 147. debet generaliter intelligi etiam
in casu, in quo solemnitates non fuissent enuntiatæ, lo-
queretur contra veram, & † magis communis opinio- 37
nem, de qua supra. Et propterea eius auctoritas non esset
attendenda. Et in terminis inuentarij solemnitates à iure
requisitas non suppleri ex decreto iudicis, tradit Fanuc.
de inuent. hæred. part. 3. num. 78. ¶ Tertiò & vltimò, in
casu isto omnis difficultas cessare videtur, ex eo, quòd iu-
dex mandauit confici inuentarium cum omnibus solem-
nitatibus à iure vel statuto requisitis, prout ab ipsamet
parte petitum fuerat. ¶ Non obstat, quæ † scribit Guid. 38
Pap. de inuent. sub num. 23. tum quia ipse loquitur dubi-
tariuè, vtendo dictione, fortè. Tum quia loquitur de in-
uentario facto in iudicio iudicialiter iudice pro tribunali
sedente. Tum etiam quia restringit se ad stylum curiæ
Delphinalis. ¶ Nec etiam obstat auctoritas Bal. in l. fin. in
princ. num. 10. C. de iure deliber. Quia Bald. quatenus di-
cit, † inuētarium suis viribus subsistere, etiam si sint omis- 39
sæ aliæ solemnitates seu subtilitates, nō fundat se in præ-
sentia iudicis, sed in generali cōsuetudine conficiendi in-
uentaria sine tot solemnitatibus iuris. Secundùm opin.
Roland. quam ibi Bald. refert, quæ quidem consuetudo in
casu nostro, vt supra deduximus, non est probata. ¶ Quin-
ta & vltima difficultas est, *an prædictum inuentarium pos-
sit saltem sustineri ex æquitate canonica, etiam † in foro con-* 40
tentioso, maximè, quia sumus in terris Ecclesiæ? Et in hac dif-
ficultate non modica videtur esse inter Doct. controuer-
sia. ¶ Nam Bald. consil. 67. in princ. libr. 4. dicitur, † hære- 41
dem de iure canonico vltra vires hæreditarias non tene-
ri, licèt inuentarium non confecerit. Motus ex not. in cap.
quamquam. de vsur. lib. 6. & auctoritate Host. in sum. de
testam. §. penult. versicu. item si bona. Idem Bald. consil.
147. nu. 2. in fine, versic. idem in terris, cod. lib. 4. tenet, in
terris Ecclesiæ in confectione inuentarij attendendam
† esse magis simplicitatem veritatis quàm nimiam & 42
scrupulosam subtilitatem, per cap. cùm esses, de testam.
& per not. in d. cap. quamquam, & arg. l. si seruus vetitus,
ff. de legat. 1. & l. quamuis, ff. de condit. & demonst. Idem
Bal. in l. cum à matre, ad fi. C. de rei vindic. inquit, inuen-
tarium † de iure canonico non esse necessarium, sed suf- 43
ficere solam iustitiam naturalem, ad not. in d. cap. quam-
quam. Demùm idem Bal. ad rub. ff. de acquir. hæred. circa
mediū, vers. bene tamen fateor, vult, † hæredem, qui non 44
fecit inuentarium, non teneri de iure canonico vltra vi-
res hæreditarias, & istud esse de benignitate canonica, li-
cèt secus de rigore iuris ciuilis, l. fin. C. de iur. deliber. Ean-
dem sequitur sententiā Ang. in d. l. fi. §. si verò postquam,
nu. 2. dicens, in terris Ecclesiæ de æquitate canonica hæ-
redem, licèt † inuentarium non confecerit, non teneri 45
vltra vires hæreditarias, motus auctoritate Hosti. in sua
sum. tit. de testam. ¶ Hoc idem voluit Butr. in c. cùm in li-
teris, nu. 12. de rapt. inquiens, d. l. fin. §. sin autem dubius,
non procedere de iure canonico. Idem Butr. in cap. 1. nu.
3. vers. hoc verum, de solut. dicens, de † æquitate canoni- 46
ca hæredem, qui adiuit sine beneficio inuentarij, non te-
neri, nisi quatenus vires hæreditatis patiuntur, ex not. per
gl. in d. ca. quamquam, istud idem sentit Anchar. licèt sub
dubius vtendo dictione, fortè, in d. c. in literis, nu. 5. vers.
fortè esset, idem Anchar. cons. 411. nu. 7. vers. non obstat.
vbi respondendo ad c. Raynaldus, in fine. dicit, hæredem
ibi propter inuentarij confectionem posse Falcidiam de-
trahere, non autem ibi dispóni, hæredem non conficien-
tem inuentarium teneri vltra vires hæreditarias. Et sic
Anchar. sentit, ius † canonicum approbasse ius ciuile so- 47
lum, quoad detractionem Falcidiæ, non autem, quoad
obligationem vltra vires hæreditarias. Et hoc idem vult
Roman. in authent. similiter, nu. 107. in 10. fundamento,
versic. non obstat, & ante nu. 108. vers. ex his igitur, C. ad
l. Falcid. vbi post longam disputationem, tandem con-
cludit, hæredem, de iure canonico inuentario non con-
fecto non teneri vltra vires hæreditarias. Eandem opin.
approbat Vital. de claus. tit. an poss. renūt. benef. poss. bon.
nu. 35.

nu.35.in fi.pag.mihi.140. Inquiens,in terris Ecclesiæ,vbi
Papa temporalem habet iurisdictionem, de æquitate ca-
48 nonica hæredem etiam inuentario † non confecto non
teneri vltra vires hæreditarias.Et allegat Hostień. in sum.
in titul.de testam.& cum ista opi.pertranseunt Grat.cons.
91.nu.38.& 39.lib.1.vbi refert,& sequitur Bald. d. consil.
67.in princ.lib.4.& Aym.in respon.pro gener.nu.476.se-
quendo Bald.d.consi.147.num.2.in fin.lib.4.¶ Contraria
49 tamen tanquam verior,& † communior opinio fuit pro-
bata, quam in prædictis tenuit Hostien. in sum. tit.de te-
stamen.& ad quid hæres teneatur,versi. quid si nō sufficit
hæreditas , dicens hæredem non confecto inuentario se-
cundùm legis teneri vltra vires hæreditarias, l.fin. C.iure
deliber. Et idem videri secundùm ius canonicum, per c.
Raynaldus,§.penul.in fine,de testamen.Hoc idem voluit
Bald.sibi contrarius in d.l.fin.in princ.quæst.6.nu. 9.post
medium,versic.aut loquimur,vbi firmat, in obligationi-
50 bus in hæredes † descendentibus etiam in foro Ecclesia-
stico seruanda esse illa iura de inuentario loquentia, cum
ius canonicum eis non contradicat.Eandem amplectitur
sententiam Card.in cap.1.nu.3. de solut. vbi reprobando
Bald.in rub.ff.de acquirend. hæred. concludit, hæredem
non confecto inuentariu etiam de iure canonico , & in
foro iudicij Ecclesiastici teneri vltra vires hęreditarias.Et
subdit rationem,quia in hoc standum est iuri ciuili , cum
ei canon apertè non cōtradicat. Et late opinionem istam
prosequitur Abb.consil.23.nu.8.versicu.non obstat,lib.2.
Hoc idem tenet Franc.in cap.quamquam, nu.10.de vsur.
lib.6. sentiens, hæredem, qui inuentarium non confecit,
in foro iudiciali etiam de æquitate canonica teneri credi-
toribus & legatariis vltra vires hæreditariat. Et expressè
istud idem firmat Barb.in c.I.nu.8.prope fin.vers.istud vl-
timum,de solut.& in ca.1.in fine,de testamen.& eandem
sequuntur sententiam Alexan.in addit.ad Bar.in l.1. ante
nu.4.in verbo,Theologi,versic.an autem de iure canoni-
co.ff.de acqu.hæred.idem Alex.ad rub.ff.eod.tit.de acqu.
hæred.nu.5.vers.sed ipsemet, Rui. cons.20.n.6.li.4.Mon-
tic.de inuent.fol.30.nu.39. Fard.Vasq.de successi. creat. §.
1.nu.27.& latissimè Menoch.cons.89.nu.156.cum tribus
sequ.& cum hac opin.optimè pertranseunt Innoc.in cap.
Raynaldus,col.penul.in fine,in verbo,inuentarium,&ibi
Io.And.colum.penult.circa med.vers.in gl. pen. Card. in
§.cæterum.quæst.7.nu.5.Anchar.num.41.de testam.dum
dicunt , inuentarium non solùm prodesse ad consequen-
dum beneficium legis Falcidiæ,sed etiam,ne hęres tenea-
tur vltra vires hæreditarias. [illegible]probatur hæc opinio, tum
51 quia † lex ciuilis non nutritiua peccati seruanda est in fo-
ro canonico contrarium non disponente,c.quo iure.8.di-
stinct. & lex.ciuilis de inuentario loquens nedum non est
peccati nutritiua,sed potiùs exclusiua : Meritò, &c. Et ita
arguit Barbat.in d.cap. 1.num.8.in fine,de solut. ¶ Tum &
52 secundo , quia † cum non reperiatur differentia inter ius
ciuile & canonicum in materia confectionis inuentarij,
ideò non debet in dubio induci,sed standum est iure ciui-
li etiam in terris Ecclesiæ,ca.1. & ibi Doct. de noui oper.
nunt.& ita argumentatur Bald.Card. Alex. & Abb.in lo-
53 cis supra citatis.Imò iura † ciuilia generalit disponentia,
etiam si pœnam contineant , habent nihilominus locum
in foro canonico etiā contra clericos,& Ecclesias, quan-
do contrarium in iure canonico cautum non reperitur,
præsertim , quando lex pœnalis potest se habere ad com-
modum & incommodum,vt benè deducit Abb.dict.con-
sil.73.num.8.propè fin.versic.quia constitutiones legales,
& secundùm eum videtur probari in c.Ecclesia, *ut l.*& ibi
Hostien.& Io.Andr. vt lite pend. ¶ Tum etiam & tertiò,
quia secundum Hostien.Abb.&Barbat.in locis,de quibus
supra,pro hac opinione est text.in d.c.Raynaldus, ad fin.
vbi reseruatur hæredi beneficium legis Falcidiæ , si intra
legitimum tempus voluntati testatoris paruerit, cùm in-
54 uentarium fecerit.¶ Vnde si ius canonicum approbat ius
ciuile in eo,quod statuit,hæredem tunc demùm posse vti
beneficio legis Falcidiæ,si inuentarium fecerit , vt in §. si
verò non fecerit,in authen.de hæred.& falcid.multò ma-
gis ius canonicum censetur approbare ius ciuile , quate-
nus disponit hæredem non confecto inuentario vltra vi-
res hæreditarias teneri,d.l.fi.§.fin. verò postquam. Maior
est enim approbationis ratio in primo casu , quàm in se-
cundo , cùm in primo ius ciuile sit pœnale, auferens hæ-
redi Falcidiam , quam de iure veteri consequebatur, d. §.
si verò non fecerit. Et ista est communis opi.de qua testa-
tur Abb.d.cons.73.num.8. post med. ¶ Secundò verò ca-
su ius ciuile non est pœnale, sed solùm suum denegat be-
neficium seu priuilegiū, vt benè probatur in d.§. fin verò
postquam.ibi,nec legis nostrę beneficio perfruatur,& ibi
rectè declarat Castrens.nu.1.& latius Abb.d. cons.73.nu.
8.versi.ad hoc enim respondeo.¶ Nec videtur obstare re-
sponsio,& intellectus traditus,ad d.c.Raynaldus,per An-
char.cons.411.nu.7.versi.non obstat,& per Roman. in d.
auth.similiter,nu.107.in to.fundamento,vers.non ob.C.
ad l.Falcid.quod scilicet in d.c. Raynaldus, non aliter di-
sponitur , † hæredem non confecto inuentario teneri in- 55
solidum,sed solùm ibi cauetur , hæredem ex confectione
inuentarij posse Falcidiam detrahere. ¶ Siquidem secun-
dùm Barb.in d.c.1.in fin.de testam.potest dici,quod si Pa-
pa in d.c.Raynaldus. voluisset approbare i⁹ ciuile solùm,
quoad commodum Falcidiæ , non autem quoad obliga-
tionem vltra vires hæreditarias, vtique expressam hac de
re fecisset mentionem,argum.text.in l.1. prope fin. ibi. ea
inefficax quātùm ad eam partē remaneret, C.de lat.liber.
tollen. ¶ Ideò autem ibi Papa non † fecit mentionem de 56
obligatione vltra vires hæreditarias, quia ex contingen-
tia facti solùm de detractione Falcidiæ dubitabatur , vt
etiam animaduertit Barbat.in d.cap.1.in fin.de testamen.
¶ Quamobrem ex præmissis satis constat , hanc † poste- 57
riorem opi. de iure verissimam esse,ac etiam magis com-
muniter receptam,maximè,quia Bald. d. cons.67.in prin.
lib.4. Ang.in d.§.si verò postquam,nu.2. & Vital.in loco,
de quo supra,sola Hosti. auctoritate nituntur, qui tamen
Hostien.re vera contrarium tenet.

CANTVCCII.

Placentin.administrationis sacramentorum, Mer-
curij,vltima Aprilis,1578.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ duæ parochiales, quando sunt inuicem æquè princi-
paliter vnitæ,vtraque in suo statu remanet , licèt vtrius-
que sit idem Rector : secus si vna subijciatur alteri , cum
nu.seq.*

2 *Ecclesia quælibet alteri vnita æquè principaliter , non sub-
iectiuè,retinet sua iura,& bona cum fructibus & emolu-
mentis de per se,cum nu.seq.*

DECISIO LXXIII.

DOmini dixerunt,attendendam esse sententiam Ro-
talem,in qua, declarando reseruata in laudo Reue-
rendiss.Episcopi Placentin.pronunciatur, rectorem paro-
chialium Ecclesiarum sancti michaëlis loci Suffignani,&
sancti Petri loci Fugliguani Placentin.diœces.inuicē vni-
tarū,quatenus per se ipsum non inseruiat Ecclesiæ S. Mi-
chaëlis , teneri ad præstandū tot redditus & fructus eius-
dem Ecclesiæ S.Michaëlis Vicario per eum ibi deputādo,
quod erunt necessarij pro substitutione d.Vicarij:& qua-
tenus redditus d.Ecclesiæ S.Michaëlis nō sufficiant , tunc
parochianos d. Ecclesiæ S.Michaëlis teneri de eorū pro-
prio supplere.¶ Et † ratio huius decisionis fuit,quia quā-
do duæ parochiales Ecclesiæ sunt inuicem æquè princi- 1
paliter vnitæ,ita vt neutra subiiciatur alteri,tunc vtraque
in suo statu , & suo honore remanet , licèt vtriusque sit
idem rector ita Hostien.in sua sum.ue sede vacan. §. vlti-
mo,vers.3.modo,per tex.in c.& temporis qualitas,16.q.1.
idem Hostien.in cap.1. col. 2. vers. tertio sic quod neutra
subiicia

subiiciatur alteri, quem ibi sequuntur Io. And. Card. Butr.
Imol. Abb. & alij, ne sede vacan. & hoc idem voluit glo. in
d. c. vt temporis qualitas, in verbo, venire, propè fin. vers.
tertio modo. & ibi Archid. in fine, & Turrecrem. n. 3. vers.
si verò vniantur. eadem gl. in d. c. 1. in verbo veniendo, ad
fin. Petr. de Vbal. de vnion. c. 1. nu. 6. vers. tertio vt neutra,
& nu. 9. versi. notandum autem, Anch. consil. 114. num. 2.
vers. primo casu, Maria. Soc. in c. sicut vnire, nu. 6. vers. ter-
tio modo de excess. prælat. Caccialup. de vnion. art. 2. n. 2.
Rebuff. in sua pract. benef. tit. de vnion. benefic. n. 15. Fer-
ret. cons. 242. n. 13. lib. 2. & hanc esse communem opinio-
nem testantur Maria, Soc. & Caccialup. in locis, de quibus
supra. ¶ Vnde cùm prædictæ parochiales Ecclesiæ sancti
2 Michaëlis & sancti Petri non sint ita vnitæ, † vt vna sub-
iiciatur alteri, sed potiùs æquè principaliter, cúmq; quæ-
libet Ecclesia in suo statu remaneat, vt mox supra dedu-
ximus, consequens fit, vt quælibet Ecclesia retineat sua
iura, sua bona, & suos redditus, fructus, & emolumenta:
& propterea iuri consonum est, Vicarium deputandum
in Ecclesia sancti Michaëlis ex eius fructibus alendum
esse, & si illi nō sufficiunt, parochianos eiusdem Ecclesiæ
sancti Michaëlis teneri ad supplementum. Et in terminis
3 quando † duæ Ecclesiæ vniuntur, & vnus & idem præla-
tus & administrator bonorum est vtriusque Ecclesiæ, vt
bona vnius Ecclesiæ non transeant in dominium alterius
Ecclesiæ, tradit Petr. de Vbald. de vnion. c. 2. num. 12. cum
seq. & Ferret. d. cons. 242. nu. 13.

CANTVCCII.

Roman. hæreditatis de Mazzocchis. Veneris,
21. Februarij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Testamentum ad pias caussas manu propria testatoris conscriptum, nullis interuenientibus testibus, an sit validum, nec ne?*

Quod non, nu. seq. & nu. 5. & 6.

Contraria tamen opin. est verior, & communior, nu. 12. & 20. reprobata attestatione Soc. de magis communi.

Intellige tamen de pia caussa, vt nu. 24. cum seq.

3 *Scriptura testamenti facta à patre, vt valeat inter liberos, sine solemnitatibus, speciale est, & nu. 16.*

4 *Testamentum inter liberos, & ad piam caussam non per omnia à pari procedunt.*

6 *Scriptura testamenti facta à testatore ad pias caussas tunc valet, si saltem duo testes tempore testamenti interfuerint.*

7 *Scriptura testamenti à testatore conscripta valet sine testibus inter filios, secus ad pias caussas, in qua saltem duo testes requiruntur, ex magis communi, nu. seq.*

9 *Liberi sunt fauorabiles quàm pia caussa.*

10 *Testator volens in testamento inter liberos manu propria conscripto, seruis libertatem relinquere, debet saltem coram duobus testibus exprimere, & num. 21. & 22.*

11 *Dispositio facta fauore libertatis, dicitur dispositio ad piam caussam.*

13 *Testamentum ad piae caussas sufficit constare quibuscunque indiciis, sicut sufficit inter liberos.*

14 *Piæ caussæ magis fauendū est quàm liberis, quando non agitur de auferenda legitima. ex communi, nu. seq. & n. 17.*

16 *Testamentum inter liberos manu propria testatoris conscriptum, valet sine vllo teste.*

Contrarium tamen, vide ibi.

18 *Anima est omnibus rebus præferenda.*

19 *Testamentum ad pias caussas nutu factum valet, quod inter liberos est inualidum.*

20 *Soc. iun. cons. 189. nu. 74. lib. 2. attestans de magis communi contra piam caussam in scriptura testamenti facta sine aliquo teste, reprobatur.*

21 *Legatum libertatis relictum in testamento manu propria testatoris conscripto sine vllo teste, non valet, & quare, num. seq.*

22 *Legatum libertatis dicitur pium, non tamen dicitur relinqui pro anima.*

23 *Pia caussa pro anima est omnibus alijs fauorabilior.*

24 *Pia caussa, quæ facit valere testamentum manu testatoris conscriptum sine aliquo teste, ea solum dicitur esse, quæ respicit honorem Dei & salutem animæ, non autem pietatem humanam.*

25 *Piæ caussæ relictum pro male ablatis, siue pro exoneratione conscientiæ, dicitur etiam respicere honorem Dei.*

DECISIO LXXIV.

AMbrosius de Mazzocchis non habens filios, sed so-
lùm sorores, & nepotes ex illis, manu propria sine
testibus testamentum conscripsit, in quo societatem san-
cti Rocchi hæredem instituit: eo mortuo societas appre-
hendit possessionem bonorum testatoris, deinde insurre-
xerunt sorores & nepotes, tanquam proximiores, & pe-
tierunt admitti ad successionem ipsius ab intestato, alle-
gantes, testamentum non valere tāquam sine testibus fa-
ctum. Ideò fuit dubitatum, *an testamentum † ad pias caus-* 1
sas manu propria testatoris conscriptum, nullis interuenienti-
bus testibus, sit validum necne? & sic, an text. in §. nos igitur
omnia, in authent. de test. im. imperfect. & text. in authen. quos
sine, C. de testam. loquens inter liberos, habeat locum in testamen-
to ad pias caussas? ¶ Pro † nullitate testamenti, & quod 2
iura prædicta non procedant in testamento ad pias caus-
sas, sed in eo requirantur testes, allegatur Paul. Castr.
consil. 450. prope fin. versi. item non obst. lib. 2. inquiens,
† speciale esse in scriptura patris, vt faciat fidem inter li- 3
beros, licèt non sit solemnis: at secus in scriptura alterius
non lecta coram testibus: & statim subdit, non † per om- 4
nia à pari procedere testamētum inter liberos & ad piam
caussam: & sic vult, solam scripturam manu propria de-
functi absque testibus non sufficere ad pias caussas. Hoc
idem voluit Aret. cons. 64. col. pen. circa med. vers. verun-
tamen istis nō obstantibus, dicens, testamentum ad † pias 5
caussas etiā manu propria testatoris conscriptum non va-
lere sine interuentu saltem duorum testium iuxta c. cùm
esses, & c. relatū, *el primo*, de testam. Istud idem tenet Alex.
cons. 76. nu. 15. vers. super quarto, vsque ad nu. 17. vbi vult,
† scripturam testamenti factam à testatore ad pias caus- 6
sas tūc demùm valere, si saltem duo testes tempore testā-
menti interfuerint. Eandem sequuntur sententiam Ias. in
d. auth. quod sine, sub nu. 4. versic. quando ergo scriptura.
Et Guliel. de Bened. in c. Raynutius, in verbu, testamen-
tum, *el 1.* n. 87. versi. quando ergo, volentes, † quando scri- 7
ptura testamenti est scripta manu propria testatoris, non
requiri aliquos testes quantum ad ipsos filios: sed si in tali
scriptura continerentur aliqua legata etiam ad pias caus-
sas, tunc saltem duo testes necessarios esse. Et eādem sen-
tentiam latè prosequitur, ac tuetur Soc. iun. cons. 189. nu.
66. vsque ad nu. 88. lib. 2. vbi num. 74. testatur † hanc opin. 8
magis communiter approbari, cum qua etiam opin.
in foro fori pertransit Clarus in §. testamentum, quæst. 7.
versi. aliquando enim. ¶ Quæ conclusio videtur probari,
tum quia † liberi nedum respectu legitimæ, sed simpli- 9
citer sūt fauorabiliores, quàm pia caussa, vt per Bal. Anch.
Rom. Capram, Maria. Soc. Barbat. Corn. Ias. Dec. & Alcia.
quos refert & sequitur Soc. iun. d. cons. 189. nu. 76. vsque
ad 84. Tum etiam per text. in §. si tamen aut vxori. in au-
then. de testam. imperfect. vbi si † testator vult in testa- 10
mento inter liberos manu propria conscripto libertatem
seruis relinquere, oportet tamen pro solemnitate saltem
coram duobus testibus legatum libertatis, quod scripsit,
exprimere, vt tradit Bal. in d. auth. quod sine, ante nu. 1. &
ibi Fulgos. post princ. Corn. sub nu. 2. versic. nota. quod in
testamento, Alex. nu. 4. Ias. sub num. 1. versic. licet si in tali
scriptura, & Natt. num. 37. versic. & hæc procedunt, Alex.
d. cons.

d.conf.76.nu.16.lib.3.Guilel.de Bened.in d.c.Raynutius,
in verbo,testamentum,*il primo*,sub nu.87. Et tamen con-
11 ftar, dispositionem † fauore libertatis factam dici dispo-
sitionem ad piam caussam, l. 1. vers. fin.ibi,rationem pie-
tatis.C.de com.seru.man.Alexan.post.Bald.d.con.76.sub
nu.16.cũ aliis collectis per Tiraquel.de priuil.piæ caus.in
præfat.pag.15.vers. item legatum libertatis. ¶ His tamen
12 non obstantibus, contrariam † sententiam vti veriorem,
æquiorem , tutiorem ac etiam communiorem , Domini
amplexi sunt , & tantò magis , quòd in hac eadem caussa,
7.Maij,1548.coram bon.mem. Hieronymo Vetallo tunc
Rotæ Auditore , hanc eadem opin. Rota approbauit.
Eamq; tenuit Castren.conf.25.prope fin.vers. præterea si
scriptura,lib.2.inquiens,scripturam testamenti manu te-
statoris confectam sufficere ad piam caussam , sicut inter
liberos,per d.auth.quod sine.Hoc idem sentit Imol.in l.si
is qui , nu 6.ff.de testam.vbi inquit,scripturam testamen-
ti manu testatoris factam , non tamen publicatam (quia
testator fuit morte præuentus , antequam veniret tabel-
lio,vel haberentur testes) satis valere inter liberos , &
etiam ad pias caussas,si constat, testamentũ scriptum esse
13 manu testatoris, quia † sufficit constare quibuscunq; in-
diciis inter liberos,l.fin.C.famil. ercisc.Et eadem ratione
ad pias caussas,arg.eorumquæ dicũtur in c.cùm tibi,in c.
cùm esses,& in c.relatũ,de testament.& Imol.refert & se-
quitur Aret.in d.l.si is quis,colum.2.post medium,vers.in
primo casu. vbi subdit dicta per Imol. sequi communiter
Modernos ibi. & istud idẽ expresfsè firmat referẽdo Imol.
vbi supra Corn.conf. 307.num.8.vers.& hoc quod si ap-
paret.& clarius Alex.con.4.nu.18.lib.7.dicens,testamen-
tum inter liberos manu propria testatoris conscriptum,
etiam sine testibus,valere,& multò magis ad pias caussas,
14 quia † quando non agitur de auferenda legitima , magis
fauemus piæ caussæ quam liberis. Et eandem sententiam
referendo Imol.vbi supra, tenet Ias.conf.61.prope fin.nu.
6.libr.1.Dec.conf.159.num.3.Boer.decis.240.num. 4. vbi
15 etiam † de cõmuni,clare Tiraq.de priuil piæ caus. priuil.
5.referendo Imol.& Cor.in locis de quibus supra.Et cum
hac opin.videtur etiam transire Didac.in cap. relatum , il
1.nu.12.in fin.de testam.& latissimè hanc sententiam de-
fendit Ruin.conf.71.num.16.17.& 18.lib.3. ¶ Veritas au-
16 tem huius opin. deducitur. Nam testamentum † inter li-
beros manu propria testatoris conscriptum valere sine
vllo teste,probatur in §.nos igitur , authen.de testam.im-
perfect.vbi de testium interuentu nulla fit mentio , & ta-
mẽ in §.seq.qui aduersatur d.§.nos igitur,præsentia testiũ
requiritur. Et post Iac.de Beluis.expresse hoc tenet Bald.
in d.auth.quod sine,in princip.quẽ ibi sequuntur Fulgos.
Corn.Alexand.Ias.& Natt.& Alex.in dicto conf.4.nu.18.
¶ Quòd autem postea hoc idem habeat locum in testa-
mento ad pias caussas,ostenditur ex eo,quòd magis com-
17 munis Dd. conclusio est , † quòd magis fauetur piæ caus-
sæ quàm filiationi,excepta legitima,vt voluerunt Bal.Sa-
lyc.& alij,in auth.si qua mulier.per illũ text. C. de sacros.
Eccles.Bar.Butr.Anchar.Aret.Alex.Ant.de Alex.Soc.Ias.
& Dec.quos refert,& sequitur Tiraq.in l.si vnquã,in ver-
bo,libertus,n.83.C.de reuocan.donat. & vltra illos potest
addi Castren.conf.426.num.3.circa medium, versic. præ-
terea,libr.1.Felyn.in cap.in præsentia,nu.43. de probatio.
Ruin.d.conf.71.num.16.cum seq.lib.3.Et hanc esse com-
munem dicunt Dec.conf.426.num. 8. & Tiraquel. in d. l.
si vnquam , in verbo , donatione largitus,nu.326. Et hæc
opin.vltra text.in auth.si qua mulier, in fine. C. de sacro-
18 san.Eccles.probatur,tum quia anima † est omnibus rebus
præferenda,l.sancimus,in fine,C.de sacrosan.Eccl.¶ Tum
auctoritate sacræ paginæ dicẽtis,nisi quis reliquerit patrẽ,
matrem,filios,&c.non est me dignus. Et ita arguit Castr.
d.consil.426. sub num. 3. circa med. ¶ Tum etiam & ter-
tio , ex tribus exemplis & decisionibus relatis per Tiraq.
in d.l.si vnquam,in verbo,donatione largitus,n.326.cum
duobus sequent.& per Felyn.in d.cap.in præsentia,nu.43.
versic. præterea pro ista. Et maxime ex illo exemplo siue
conclusione , † quod testamentum nutu factum ad pias 19
caussas valet,& tamẽ inter liberos est inualidum.Id quod
etiam latè firmat & de communi testatur Tiraq.de priuil.
piæ causs.priuil.8.& Ruin.d.conf.71.num.17.lib.3.¶ Non
obstant in contrarium adducta. ¶ Et in primis quan-
tùm ad auctoritates , quia longè plures sunt pro hac po-
steriori opin.quàm pro priori, attestatio † de magis com- 20
muni facta per Socin. iun. dicto consil. 189. numero 74.
libro 2. expresse conuincitur falsa. ¶ Quantùm ad illam
rationem, quòd etiam vltra legitimam magis fauemus li-
beris , quàm piæ caussæ, communior & verior opinio est
in contrarium , vt supra deductum fuit. ¶ Quo vero ad
illam rationem, quòd legatum † libertatis,quod est pium 21
si relinquitur in testamento , manu propria testatoris cõ-
scripto, tunc demum valet, si coram testibus exprimatur,
iuxta text.in §.si tamen.in authent.de testã.imperfect.po-
test dici, † legatum libertatis dici pium,non tamen relin- 22
qui pro anima,vt per Imol.in l. captatoriæ. ff. de legat. 1.
Ias.in l.1.in 1.lectura,n.21.vers. nota istam pulcram limi-
tationem.& in 2.lectura,nu. 26.versi. credo quod limita-
tio.C.de sacrosanct.Eccl.Tiraq.de priuil.piæ caus.in pręf.
pag.17.versic.limita quod dictum est.Et probatur secun-
dùm Ias.& Tiraq.in l.1.§.vlt.C.de cõ.ser.manu.vbi liber-
tas non erat relicta pro anima , vel amore Dei , & tamen
dicitur pia caussa. Vnde † secus est in pia caussa respicien- 23
te amorem Dei, siue salutem animæ , quia talis caussa pia
est omnibus aliis fauorabilior , cùm anima cunctis rebus
præferatur. Et Doct. firmantes secundam opi. de qua su-
pra, quòd testamentum ad pias caussas manu testatoris
conscriptum valeat etiam sine testibus , loquuntur de pia
caussa respiciente honorem Dei , & salutem animæ , non 24
autem de pia caussa concernente pietatem humanam,
qualis est libertas seruorum. Nec videtur obstare consi-
deratio Dec.in l.licèt,nu.5.circa medium.C.de pact. post
Ang.in l.precibus. C. de impuber. & sequitur Sec. iun. d. 25
conf.189.nu.83.lib.2. Nempe † id posse procedere,quan-
do relictum esset factum piæ caussæ pro male ablatis , &
sic pro exoneratione conscientiæ , & per consequens pro
salute animæ.Quia siue quis relinquat piæ caussę pro ma-
le ablatis, siue aliàs simpliciter,semper censetur relinque-
re in honorẽ Dei,& sic pro salutæ animæ suæ,cùm amor,
& honor , erga Deum pariat animæ salutem.

CANTV CCII.

Imolen. canonicatus , & præbendæ. Lunæ,
21.Aprilis. 1578.

SVMMARIA.

1 *Dies præstiti consensus computatur in termino viginti dierum in regula de 20.& quare.& nu.10.*

2 *Dictio, à suapte natura est exclusiua & separatiua.*
Declara tamen , vt num.4.

3 *Dies termini non computatur in termino.*
Limita tamen, vt num.11.

5 *Dies mortis filij computatur in decem mensibus , intra quos nasci debet nepos.*

6 *Dies iuramenti computatur ab illo die , quo quis promisit esse fidelis.*

7 *Dies præsens includitur in promissione facta de soluendo à die ista.*
Integritas temporis primum principium non excludit.

8 *Dictio , à iuncta cum tempore,quod est de initio actus,illud includere dicitur.*

9 *Dictio , à , quando contineret absurditatem,non debet stare exclusiuè , sed inclusiuè.*

10 *Fraudis vt suspicionis maior ratio militat in resignante in extremo die vitæ suo constituto , quàm in aliis.*

11 *Dies termini in præiudicium eius , qui terminum statuit, computari debet in termino.*

13 *Regula de 20.antiqua declarat modernam.*

14 Lex

14 *Lex interpretans intelligitur secundùm legem interpretatam.*

15 *Rota reprobat opin. Sarnen. & Rebuffi in materia regulæ de 20.*

16 *Regula de 20. vt prosit, debent esse 20. dies completi.*

17 *Tempus positum in accusatiuo debet esse completum.*

Ampliatur etiam si poneretur absque verbo denotante perfectionem. num. 18.

19 *Dictio, infra, solet regulariter sua extrema includere. & num. 22.*

20 *Dictio, intra, comprehendit media & extrema.*

Ampliatur procedere non solùm si qualitati, sed etiam tempori, seu termino adiiciatur. num. 21.

23 *Dies cœptus in materia regulæ de 20. non debet haberi pro completo. & quare. & nu. 25.*

24 *Dies præstiti consensus quare pro vno die integro computetur in regula de 20.*

25 *Dies vltimus 20. dierum in regula de 20. debet esse completus.*

26 *Resignationes sunt fauorabiles respectu vtriusque tam resignantis quàm resignatarij.*

27 *Dies cœptus in fauorabilibus habetur pro completo, secus in odiosis. ex commun. nu. 28.*

Limita & declara, vt num. 42. & 43. & quare. numero sequent.

29 *Dies cœptus in testamentis, libertatibus & vsucapionibus habetur pro perfecto.*

30 *Dies cœptus in læsione minorum, præscriptionibus, & aliis odiosis non habetur pro completo.*

31 *Dies cœptus in resignationibus habetur pro completo, nec aliter currit de momento ad momentum.*

32 *Dies cœptus an habeatur pro completo, est materia multum brocardica.*

33 *Dies cœptus an habeatur pro completo, attendenda est forma verborum.*

34 *Tempus regulariter debet esse completum, nisi aliud in iure caueatur.*

35 *Tempus regulariter computatur de momẽto ad momentum, siue vertatur fauor, siue odium, siue vtrumque.*

36 *Regula de 20. dicitur odiosa & strictè intelligenda.*

Contraria tamen opin. est verior. & quare, nu. 37.

38 *Dies cœpta in regula de 20. vt non habeatur pro completa, procedit fauore regulæ ad euitandas fraudes.*

39 *Dies cœpta in fauorabilibus an habeatur pro completa, vel ne debet intelligi & regulari secundùm quod fauor dictat.*

40 *Dies cœpta an & quando habeatur pro completa vel ne, vide distinctionem.*

41 *Tempus in materia mixta vel dubia currit de momento ad momentum.*

43 *Dies vltima vltimi anni cœpta habetur pro completa. & quare. num. seq.*

44 *Annus non computatur per momenta temporum, sed per dies.*

45 *Tempus si est designatum per dies, tunc vltima dies cœpta non habetur pro completa: secus si per annos.*

Limitatur in vltima hora vltimi diei, quæ cœpta habetur pro completa. nu. 47.

DECISIO LXXV.

STephanus Franciſchinus canonicus Ecclesiæ Imolen. die 24. Octobris, anni 1562. de quo tẽpore erat infirmus, præstitit consensum per D. Didacum de Aula suum procuratorem ad id speciale mandatum habentem, super resignatione sui canonicatus & præbendæ facta in manibus Papæ ad fauorem Annibalis Iouij. Deinde idem, Stephanus de eadem infirmitate obiit die 12. Nouẽbris. mensis sequentis, prima vel secunda hora noctis in circa Quo mortuo, de dicto canonicatu, & præbenda fuit prouisus ab ordinario per obitum Ioan. Paulus Venerius, inter quem & Iouium super dicto canonicatu & præbenda orta lite & caussa in Rota introducta, ibique per multa dubia discussa, tandem fuit per speciale rescriptum Sanctissimo & Illustriss. Cardinali Perusino cõmissa. ¶ Quia pro parte Venerij dabatur regula de viginti, quam Iouio obstare fuerat iam in Rota resolutum. Et quia pro parte Iouij prætendebatur, diem termini, videlicet præstiti consensus debere computari in termino 20. dierum, & diem vltimum obitus simulatque incoatus fuit, habendum esse pro completo, & sic Stephanum non intra, sed extra 20. dies obiisse, & per consequens dictã reg. locum non habere: idcirco ad instantiam eiusdem Cardinalis Perusini dubium in Rota proposui die Lunæ, 21. Aprilis, 1578. ¶ *An in casu, de quo agitur, intraret vel non intraret regula de 20. ita vt sit recedendum, vel non à resolutionibus in hac caussa factis?* Et sicut duplex erat prætensio Iouij, ita dubium in duas difficultates diuisum fuit. ¶ Prima est, *an dies 24. Octobris, quo præstitus fuit consensus, debeat computari in termino viginti dierum, regulæ?* ¶ Secunda est, *an dies 12. Nouembris, mensis sequentis, quo Stephanus obiit, statim atque inchoatus fuit, pro completo sit habendus?* Quoad primam difficultatem Domini fuerunt concordes, quod dies præstiti consensus computetur in termino
† 20. dierum, transeuntes cum vna resolutione facta in 1
vna Toletan. beneficij de Maquida die 21. Aprilis, 1563.
coram Sarmento. quæ resolutio his potissimum innitebatur fundamentis. ¶ In primis, † quia licèt dictio, 2
à, suapte natura sit exclusiua, & separatiua, & propterea,
quando præponitur diei, ex quo terminus statuitur, vt
in regula ibi, à die præstiti consensus, tunc efficit, vt
† dies termini non computetur in termino, vt voluit glo. 3
in cap. statutum. paulò ante fi. & ibi sequuntur Doct. dicentes etiam hanc dictionem, *à* regulariter poni exclusiue, de præb. lib. 6. & hoc idem voluerũt alij quamplurimi de quib. per Tiraq. de vtroq; retract. part. 1. §. gl. 11. nu. 51.
& 52. ¶ Nihilominus id non procedit, † quando dictio, *à*
iungitur cum tempore, quod non est de initio actus: 4
verbi gratia, si quis instituerit nepotem, qui nascetur intra decem menses à die mortis filij, tunc † dies ille mortis
computatur in illis 10. mẽsibus, l. Gallus, in princ. ff. de li- 5
ber. & posthu. item si iurauero ab hoc die esse fidelis, tunc
etiam † dies iuramenti computabitur, ca. 1. de nou. form. 6
fidelit. ¶ Item si quis promittat soluere 10. à die ista tunc
& † præsens dies includitur, quia est quædam integritas 7
temporis, quæ primum principium non excludit, l. lecta.
§. vlt. ff. si cert. pet. ¶ Et ita ex præmissis exemplis declarat
Bal. cons. 457. num. 3. ante med. vers. aut qualitercunque
ponatur, lib. 1. refert & sequitur Tiraqu. vbi supr. num. 34.
¶ At in † casu nostro dictio, *à*, posita in regula iungitur 8
cum tempore, quod est de initio actus, id est, ipsius consensus, vel actus, hoc est, consensus iungitur cum initio
temporis, 20. dierum, cùm in regula dicatur, intra 20. dies
à die per ipsum resignantem præstãdi consensus computandos. Meritò, &c. ¶ Secundò, quia quando sequeretur
absurdũ si dictio, *à*, staret exclusiuè, tunc † ad euitandum
absurditatem non excluderet, sed includeret, ex not. per 9
Cyn. in l. à calligato. C. de nupt. tradit. Bald. dict. cons. 457.
num. 3. versic. aut sequeretur, & sequitur Tiraq. in loco de
quo supra, num. 33. Sed si dictio, *à*, in casu nostro excluderet, & per consequens dies præstiti consensus non computaretur in termino 20. dierum, sequeretur absurdum,
quòd si resignans moreretur in illomet die præstiti consensus, non diceretur mori in termino 20. dierum, & sic
non intraret regula, quod est absurdissimum, quia multò
magis Papa voluit includere illum diem, quàm alios, † ex 10
quò maior ratio fraudis & successionis militat in resignante in extremo die vitæ suæ constituto, quàm in aliis.
Meritò, &c. ¶ Et ad id facit, quod in simili tradit Bald.
cons. 246 sub n. 1. vers. alias sequeretur, lib. 5. dicens, quòd
si dies facti compromissi non computaretur in termino
compromissi, sequeretur absurdum, quod in die facti

compro

11 compromissi non possit ferri laudum. ¶ Tertiò nam † dies
termini computatur in termino, quando eius interest,
cui terminus statuitur, Bald. in l. a. Calligato, col. 1. C. de
nupt. Felyn. in c. 1. sub nu. 4. vers. & dum iste, de præscript.
Tiraq. d. gloss. 11. num. 30. Sed magis expedit resignanti,
cui terminus 20. dierum præfigitur, vt dies præstiti con-
sensus computetur in termino, cùm citiùs validetur resi-
gnatio, & maximè, quia, vt non computetur, non cedit
nisi in fraudem Papæ, vt possit conferre beneficium per
obitum, quia Papa terminum 20. dierum statuit, quo ca-
12 su quando agitur † de commodo eius, qui terminum sta-
tuit, & è contra de incommodo eius, cui statuitur, tunc
fit interpretatio contra statuentem, vt in eius incommo-
dum dies termini computetur in termino, quia debebat
legē aperriùs dicere, l. veteribus. ff. de pact. & ita post Ge-
min. & Corn. declarat Tiraq. dicta glo. 11. nu. 32. ¶ Quar-
tò & vltimò, quia regola antiqua ita intelligebatur, vt per
13 gloss. Hispan. in eadem reg. in fine. Vnde licèt † moder-
na regula addiderit illa verba, à die præstandi consensus,
tamen ista additio non fuit facta ad effectum determi-
nandi, an dies præstiti consensus esset computandus, nec-
ne: sed solùm ad effectum interpretandi, an 20. dies es-
sent computandi à die datæ, vel à die præstiti consensus:
14 ideo succedit regula, quòd † lex interpretans intelligitur
secundùm legem interpretatam, §. tertia verò, in authent.
de fil. ante dot. instrum. nat. l. nihil. & ibi Bartol. ff. de con-
iungen. cum emancip. liber. eius. Paris. post alios cons. 69.
num. 34. libr. 3. ¶ Et ex prædictis Rot. reprobauit opin.
15 Sarnen. in hac † regula, q. 37. & Rebuf. in sua prax. benef.
in eadem regula, glo. 10. nu. 9. qui contrarium tenuerunt,
quia ipsi moti sunt præcipuè ex illa dictione, à, quæ sui
natura denotat exclusionem, & separationem, quæ con-
clusio habet supra dictas limitationes, ad quas ipsi non
animaduerterunt. ¶ Quantùm ad secundam difficul-
tatem, in prima positione caussæ, quæ (sicut dixi) fuit 21.
Aprilis, 1578. non potuit firma capi resolutio, tum ob ali-
quam inter Dominos varietatem, tum quia nos omnes
Domini viderant. Sed caussa iterum super hac difficulta-
te die Lunæ, 28. eiusdem mensis Aprilis proposita, Do-
16 mini resoluerunt, diem † obitus Stephani (quantumuis
fuerit plusquam incoatus) non esse habendum pro com-
pleto. Moti ex pluribus. ¶ Primò, quia in regula tem-
17 pus 20. dierū est positum in accusatiuo, † quo casu opor-
tet esse completum, vt tradit Dyn. Rayner. & Bald. in l. si
in annos, per illum tex. ff. de condit. & demonst. Pet. Cyn.
Bald. in 2 oppos. Alexand. nu. 2. & Ias. nu. 13. in l. si cui le-
getur, in prin. ff. de leg. 1. Idque procedit, etiam si tempus
18 ponatur † in accusatiuo absque verbo denotante perfe-
ctionem, vt reiecta opin. Bart. benè deducit Alexand. in
d. l. si cui legetur, num. 2. vers. sed in contrarium. & ibi Ias.
num. 10. vers. & quod fortius est, ac etiam num. 11. Idque
probatur in d. l. si in annos. ¶ Secundò, ponderata fuit il-
la dictio, infra, posita in regula ibi, infra 20. dies, quæ di-
19 ctio regulariter † solet sua extrema includere. l. 1. §. 1. &
ibi Bart. nu. 11. vers. & ad hoc facit. Alberic. num. 3. & me-
liùs & pleniùs Bal. nu. 8. ff. de offic. Præfect. vrb. l. 1. §. quod
dicimus. ff. de success. edict. l. si quis sic dixerit. & ibi Alcia.
nu. 2. & latè Rebuf. ff. de verb. signif. Corn. cons. 53. nu. 5.
post med. lib. 2. Soc. cons 211. in prin. lib. 7. Coras. in l. pre-
cibus, nu. 23. C. de impub. & aliis substit. Gomez. in §. rur-
20 sus. num. 10. Instit. de actio. Et † dictionem, intra, cōpre-
hendere non solùm media, sed etiam extrema termini,
inquit Aret. in l. ex facto. §. item quæro, in vlt. not. per illū
text. & sequitur ibi Hieron. Ven. nu. 15. ff. de vulg. & pup.
¶ Et dictionem, intra, ex proprietate sermonis complecti
extremam diem termini, dicit idem Aret. in l. qui ante ca-
lendas, nu. 2. quem ibi sequitur Claud. de Seysel. nu. 1. in
21 fin. ff. de verbor. obligat. Et præmissa † maximè proce-
dunt, quando dictio, intra, non qualitati, sed tempori, se-
u termino (prout in casu nostro) adiicitur: tunc enim
absq; dubio stat inclusiuè, vt bene declarat Claud. ratio-
nem inter vnū & alterum casum assignans, in d. l. qui an-
te calendas, nu. 2. vers. sed potes respondere. Et in termi-
nis huius reg. quòd † dictio, infra, stet inclusiuè, tradit Cas- 22
san. ad consuet. Burg. fol. 82. nu. 9. vers. & ad id quod dici-
tur, & nu. 11. in fin. vers. & hoc maximè. ¶ Tertiò stante,
quòd dies præstiti consensus computatur in termino 20.
dierum, si postcà dies vltimus cœptus haberetur † pro 23
completo; sequeretur absurdum, quòd regula posset re-
stringi ad dies 10. & aliquot horas, vt puta, si quis in fine
vel prope finem primi diei cōsensum præstaret, & in pri-
ma hora vel in principio diei vltimi obiret, vtiq; hoc ca-
su de numero 20. dierum duo ferè detraherentur, quòd
esset contra verba, & verisimilem mentem Papæ. ¶ Non
obstat si diceretur, quemadmodum permittitur detractio
quoad primum diem, qui computatur pro vno integro
die, etiam si consensus in vltima illius parte præstaretur,
ita etiam videtur permittenda quoad vltimū diem. Quia
pro respōsione dicitur, inter vnum, & alterum casum di-
uersam esse rationem: ideò † enim dies præstiti consen- 24
sus pro vno integro die computatur, quia hora præstatio-
nis consensus nunquam annotatur à notario cameræ, vel
cancellariæ, sed tantùm dies. ¶ Quartò, & vltimò pla-
cuit Dominis auctoritas Cassad. ad consuet. Burg. fol. mi-
hi 82. nu. 11. & 12. vbi † in terminis regulæ latè deducit, 25
diem vltimū 20. dierum debere esse completum, nec suf-
ficere illū esse cœptū, & Cassan. refert, & sequitur Rebuff.
in l. vrbis. §. cuiusque. fol. mihi 29. in fi. vers. item dicemus.
ff. de verb. sig. & in prax. benef. in d. reg. gl. 10. nu. 9. in fi. &
hoc idem voluerunt gl. antiq. in d. reg. prope fi. Syl. de be-
nef. par. 5. q. 46. in fin. & Franc. Marc. dec. 1163. nu. 5. lib. 1.
dum dicūt, dies 20. d. regulæ currere de momēto ad mo-
mentum. ¶ Non obstant, modo deducta pro parte Iouij,
quæ ad vnum tantùm rediguntur fundamentum. Nempe
resignationes † esse fauorabiles & adiuuandas respectu 26
vtriusq; tam resignātis, quàm resignatarij, vt inquit Cas-
sad. dec. 13. nu 2. de præb. Vnde succedit communis Dd.
conclusio, quod † in fauorabilibus dies cœptus habetur 27
pro completo, licet secus sit in odiosis, glo. in l. 3. §. mino-
rem, in verbo, momentū, prope fi. vers. item quod de die
cœpto. ff. de mino. quam sequitur ibi Bart. nu. 2. Alber. in
princ. Bald. in fine. & latè Odofred. post princ. vers. ad so-
lutionē glo. 2. in fi. in §. eadē lege. & ibi Faber. in princ. &
bene Port. nu. 5. Aret. nu. 4. ad fin. vers. vlt. nota, & latè Al-
dobrand. nu. 10. vbi hanc doctrinam veram appellat. & in
addit. ad d. gl. vbi † . de cōmuni. Inst. quibus ex caus. man. 28
non lic. Bart. in l. si cui legetur, in princ. num. 2. Bald. circa
princ. clarius Imol. ad finem. & latius Alex. nu. 7. ff. de leg.
1. Ang. Aret. in §. pupilli, nu. 1. Instit. quib. mod. tut. finit.
Roman. in l. 3. §. Labeo. in fine. & ibi Aret. colum. 2. circa
med. vers. illud autem. Alex. nu. 8. Ias. nu. 17. ff. de acquir.
possess. Felyn. in c. illud, nu. 14. versic. octaua conclusio, de
præscript. Gomez. in §. rursus, nu. 3. in fine. Instit. de actio.
Balb. de præscript. prima parte quartæ par. prin. quæst. vlt.
nu. 6. fol. mihi 80. Bero. in cap. de quarta. nu. 10. post. me-
dium, vers. nec est verū extra de præscript. pulchrè Alciat.
in l. anniculus, nu. 2. & 3. ff. de verb. signif. glo. in cap. Sub-
diaconus. & bene ibi Præpos. nu. 5. vers. item in fauorabi-
libus, distinct. 77. & gl. in c. cùm in cunctis, in verbo, exe-
gerit, in fine, vbi Abb. no. 6. asserit illam cōmuniter recipi.
& ibid. latè & egregiè Butr. n. 23. 24. & 25. extra de elect.
Quæ distinctio vt ex præmissis apparet, videtur commu-
niter recepta. ¶ Et quoad † caput fauoris probatur 29
exēplo testamenti, libertatis, & vsucapionis, l. qua ætate,
ff. de testam. l. 1. ff. de manumiss. l. in vsucapionibus. cum
seq. ff. de vsuca. l. in vsucapione, ff. de diuers. & tēp. præscr.
¶ Quo † verò ad caput odij probatur exemplo minoris 30
læsi, l. 3. §. minorē. ff. de minor. & exemplo præscriptionis,
l. in omnibus. ff. de actio. & obl. & accedit reg. odia. de re-
gul. iur. in sexto. & l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.

¶Vnde si resignatio est fauorabilis, & in fauorabilibus
31 sufficit† diem esse cœptum, & initium habetur pro com-
plemento, nec aliter currit de momento ad momentum,
siue non oportet esse completum, prout in odiosis, sequi-
tur, vt dies 12. Nouembris statim eiq; initium habuerit,
diceretur completus, ita vt Stephanus post huiusmodi
complementum decedens, dicatur non intra, sed extra
20. dies obiisse. ¶Cæterum hoc fundamẽtum potest mul-
tifariam euitari. ¶In primis animaduertendum est, hanc
32 materiam, an dies † cœptus habeatur pro completo, esse
multum brocardicam, & in ea Doct. vario modo locutos
fuisse, & varias etiam distinctiones, & subdistinctiones
tradidisse, & infinita propemodum iura in contrarium
cumulat Chassan. in loco de quo supra, nu. 11. sed forsan
33 de iure † verior esset opinio illorũ, qui tenent attenden-
dam esse formam verborum, vt per Abb. in d. c. cũ in cun-
ctis. nu. 6. vers. sed ego multum. Felyn. in c. cum vigesimũ,
sub num. 7. de offic. deleg. Rebuf. in concor. tit. de regi. ad
prælat. nomi. facien. §. 1. in verbo, constitutum, cum simil.
vel potius opin. Archid. in c. fi. in princ. vers. imo regulari-
34 ter, de iudic. lib. 6. vbi per multa iura firmat, † regulariter
tempus esse completũ, nisi aliud in iure caueatur. Et hanc
opin. sequitur Abb. in d. c. cùm in cunctis, nu. 6. & ibi Dec.
nu. 23. in fi. idem Abb. in d. c. cùm vigesimum, nu. 4. in fin.
Rot. decis. 26. de rescript. in nou. Aldobran. in d. §. pupilli,
nu. 14. vers. bene verum est. Chassan. vbi supra, nu. 12. &
hoc idem voluit Card. in d. cap. cum in cũctis, in 2. oppos.
vers. tertio soluit, vbi reprobat distinct. glo. ibi, & conclu-
35 dit, tempus † regulariter computari de momẽto ad mo-
mentum indistinctè, siue vertatur fauor, siue odium, siue
vtrúmque per l. primam. §. qui præsens. & l. continuus. ff.
de verb. oblig. Vnde ex his satis apparet, posse probabili-
ter dubitari de veritate prioris opin. siue distinctionis, li-
cèt illa sit forsan magis cõmunis. ¶Secundò pro respon-
sione potest dici, quòd quamuis multis Doct. teneãt, reg.
de 20. esse odiosam, † a iure cõmuni exhorbitare, & strictè
intelligendam, vt per Roman. cons. 342. nu. 2. circa med.
vers. cum igitur d. regula. Boer. decis. 2. nu. 55. in fin. Glos.
antiq. in d. reg. in fin. Dec. cons. 224. nu. 1. circa med. vers.
ad hoc. Cassad. super reg. dec. 32. nu. 3. & 4. Gambar. de of-
fic. & potest. leg. de later. lib. 6. tit. de pens. quæ. 24. nu. 634.
cum trib. seq. Sarnen. in d. reg. q. 9. fol. 78. in litera A, q. 19.
fol. 95. in litera D. & qu. 38. fol. 110. in litera E. Nihilomi-
37 nus contraria opin. vt imò regula sit † fauorabilis, est for-
san de iure verior, ea quippe ratione, quia regula (vt om-
nes vno ore admittunt) emanauit ad tollendas fraudes,
id quod bonum publicum & animæ salutem respicit: &
certi iuris est, dispositionem fraudibus occurrentem dici
fauorabilem, & latè interpretandam, Deci. cons. 5. in fin.
cons. 196. nu. 1. cons. 301. nu. 7. & cons. 398. in fin. Aym. de
antiq. tempor. part. 4. sect. 1. nu. 136. & latiùs alios citans
in quæst. de indem. mulier. nu. 8. & 9. Et hanc regulam es-
se fauorabilem, tenet Rebuff. in sua prax. benef. in hac
reg. glos. 4. num. 9. & Sarnen. sibi contrarius q. 1. in litera
C. vers. pro parte q. 3. litera F, q. 5. in fin. q. 6. litera C, & la-
38 tius q. 17. litera E, & seq. Vnde † si hæc reg. esset fauora-
bilis, dies incerta non haberetur pro completa, quia cùm
terminus 20. dierum esset præfixus ad euitandas fraudes,
vtique fauor regulæ suaderet, diem cœptam non haberi
39 pro † completa: nam conclusio supra firmata, quòd in
fauorabilibus dies cœpta habetur pro completa, proce-
dit, vt habeatur pro completa, & non completa, secun-
dùm quod fauor dictat, vt per glos. & Doct. in d. l. 3. §. mi-
norem. ff. de minor. Fab. in d. §. eadem lege. in princ. & ibi
Port. nu. 5. & Aldobrand. in addit. dicens, Doct. ita cõmu-
niter concludere. Inst. quib. ex caus. manum. nõ lic. ¶Ter-
tiò potest responderi, quòd (circumscripta decisione
istius quæstionis, an regula sit fauorabilis vel odiosa, quã
quæstionem Domini noluerunt determinare) aut regu-
la est odiosa, aut fauorabilis, aut mixta, siue sumus in du-
bio. ¶Primo casu † dies vltima debet esse completa, quia 40
proprietas verborum regulę, vt supra deduximus, ita sua-
det, & in materia odiosa, & alteri præiudiciali fit lata in-
terpretatio, quatenus proprietas verborũ patitur, Aret. in
l. cum lege, post princ. per illum tex. ff. de testam. Calder.
cons. 1. in princ. de consang. & affin. Dec. cons. 76. num. 2.
vers. vnde bene infertur, cons. 123. nu. 6. cons. 114. nu. 3. in
fin. & cons. 128. ad fin. Aym. in l. 1. nu. 69. ff. de leg. 1. & de
antiq. temp. part. 4. sect. 1. sub nu. 63. ¶Secundo casu idem
dicẽdum, quia ita fauor regulæ ampliatur, vt supra dedu-
ctum fuit. ¶Tertio & vltimo casu idem debemus dicere,
quia in † materia mixta, vel dubia tempus currit de mo- 41
mento ad momentũ. vt per glos. in d. c. cum in cunctis, in
verbo, exegerit, in fin. & ibi Butr. nu. 25. & Præpos. in d. c.
Subdiaconus. nu. 5. dist. 77. ¶Vltimò respondetur, & hæc
responsio videtur de iure mihi satis vera, quòd conclusio
illa, quòd in fauorabilibus dies cœpta habeatur pro com-
pleta, recipit † declarationem, vt procedat, quando tem- 42
pus est designatum per annos, tunc enim vltima dies vl-
timi anni statim atq; fuerit incoata; habebitur pro com-
pleta. Et ita loquuntur iura allegata per Doct. prædictam
conclusionem firmantes, videlicet, l. qua ætate. ff. de testa.
l. 1. ff. de vsuca. in vsucapione. ff. de diuers. & temp. præscr.
l. anniculus, *la 2.* ff. de verb. sign. idque voluit Cast. in d. l.
si cui legetur, in fin. princ. & in d. l. si in annos. quam legit
cum l. non putabam. immediatè præcedenti. ff. de condit.
& demonst. firmans vtrobiq; quod licèt vltimus annus
cœptus non habeatur pro cõpleto, d. l. non putabã, & d. l.
si cui. §. hoc autem. tamẽ † vltimi anni vltima dies cœpta 43
habetur pro cõpleta, d. l. si in annos. & Cast. sequitur Soc.
in d. l. si in annos. & hoc idẽ tenet Imol. in d. l. si cui, in fine
prin. & ibi Alex. nu. 7. & 8. reprobantes Ang. ibi contrariũ
volentem, quem etiam reprobat Soc. in d. l. si in annos. Et
hæc opinio satis probatur in d. l. si in annos. iũcta d. l. an-
niculus. & d. l. qui ætate, vbi etiã probatur, vltimũ annum
dici cõpletum per initiũ vltimi diei. Et † huius declaratio- 44
nis ratio expressè assignatur, in d. l. anniculus, quia scili-
cet in iure ciuili annus non cõputatur per momẽta tem-
porũ sed per dies, videlicèt. 365. quorũ spatio annus con-
ficitur. ¶Vnde attenta † hac ratione aliud dicendũ est in 45
tempore designato non per annos, sed per dies, vt in ca-
su nostro, tunc enim vltima dies cœpta non debet habe-
ri pro completa, quia sicuti in termino plurimum anno-
rum, vltimus annus cœptus non habetur pro completo,
dict. l. non putabam, ita etiam in termino plurium die-
rum vltima dies cœpta pro completa haberi non debet,
arguendo à proportione: & sicut vltima dies vltimi anni,
si est cœpta, habetur pro completa, ea ratione, quia an-
nus non per momenta temporum, sed per dies computa-
tur, dicta l. anniculus, ita etiam vltima hora vltimi diei si-
mulátque incepta fuerit, habebitur † pro completa eadem
ratione, quia dies non per momenta temporum, sed per
horas, scilicet, 24. computatur, & multa iura loquentia de
termino dierum, & probantia, vltimam diem debere esse
completam, cõgerit Chassan. in loco de quo supra nu. 11.

CANTVCCII.

Bononien. bonorum de Borgogninis. Veneris,
6. Iunij. 1578.

SVMMARIA.

1 *Dilectus magis censetur, qui prius est institutus, & nominatus.*

2 *Institutio perpetua est principaliter & praferenda institutionis tempor[illegible].*

3 *Principale illud dicitur, quod de per se fit, & non quod alterius loco subrogatur.*

4 *Principaliter quid dicitur ad aliquem pertinere, quando eius magis interest.*

6 *Testator in dubio censetur magis vocasse proximiores quàm alios.*

6 *Testa*

6 *Testator illos censetur principaliter velle instituere, qui excludunt ad tempus vel sub conditione institutos.*
7 *Principaliter idem est, quod primo & immediatè.*
8 *Institutio quando & ex quibus dicatur esse principalis.*
9 *Principalis solius habenda est ratio, vbi sunt duo, vnum propter aliud.*
10 *Principale quid esse, non arguitur ex proprietate effectus.*
11 *Prioritas accessionis fideiussoris non facit eum principalem.*
12 *Institutio posthumi stat in suspenso & sub conditione, si & quando nascatur.*
Declara tamen quoad effectum substitutionis, non quoad ipsius substantiam nu. 13.

DECISIO LXXVI.

FVit resolutum, institutionem filiorum ex Æmilia filia testatoris nascitutorum, fuisse tam ex verbis, quàm
ex mente ipsius testatoris principaliorem institutione
1 Cæsaris de Nappis & Borgogninorum. ¶Primò, † quia
sunt prius instituti, & nominati, ob idque magis dilecti, l.
quoties. ff. de vsufr. cū aliis, de quibus per Aym. cons. 62.
2 nu. 7. ¶Secundò, quia † eorum institutio est perpetua,
institutio autem Cæsaris & Borgogninorum est temporalis donec filij Æmiliæ nascantur. ¶Tertiò, quia testator
Cæsarem & Borgogninos bis in testamento substituendos appellat: ergo institutio filiorum Æmiliæ est princi-
3 palior: id enim † principale dicitur, quod de per se fit, &
nō alterius loco subrogatur, §. si quis alienam purpuram.
Insti. de rerum diuis. Stephan. de Federic. de interpret. iur.
part. 1. num. 61. ¶Quartò, cùm testator instituerit filios
masculos Æmiliæ, eósque voluerit nominari de familia illorum de Borgogninis, vtique principalis intentio testatoris videtur fuisse instituere filios Æmiliæ, quia
per eos conseruabatur agnatio testatoris, ideóque eius
magis intererat institutio filiorū Æmiliæ, quàm institutio Cæsaris de Nappis, & liberorum ipsius, qui non sunt
4 de familia testatoris. Vnde intrat, † quod dicit Bald. in l.
principaliter, *la 2.* per illum tex. C. de liber. caus. népe tunc
dici quid principaliter ad aliquem pertinere, quando eius
magis interest. ¶Quintò & vltimò, id maximè suade-
5 tur ex verisimili mente testatoris, tunc quia † credendum
est, illē voluisse filios Æmiliæ magis principaliter vocare, quia erant sibi proximiores, cùm essent filij ex filia, &
propterea reputabantur filij proprij testatoris, l. liberorū.
ff. de verb. signif. ¶Tum etiam, quia filiæ Æmiliæ si nascebantur, excludebant Cæsarem & Borgogninos ad tem-
6 pus siue sub conditione institutos, ex qua † exclusione satis colligitur, mētem testatoris fuisse filios Æmiliæ principaliter instituere, id est, primò & immediate: Cæsarem
verò & Borgogninos contingenter, hoc est, secundariò
7 & mediatè, ob nōdum natos filios Æmiliæ. Nam, † vt inquit Bald. in l. 1. §. huius studij, nu. 5. vers. & nota, ff. de iust.
& iur. quē refert & sequitur Tiraq. in reg. res inter alios
acta. pag. 5. in princ. idem est principaliter, quod primò &
immediatè, l. & quia. ff. de iurisc. om. iudic. l. item si fundi.
§. pen. ff. de vsufr. contingenter autem idem, quod secundario siue mediatè, l. 1. ff. de auct. tutor. ¶Igitur institutio filiorum Æmilia fuit principalis, quia fuit prima &
immediata: institutio autem Cæsaris & Borgogninorum
fuit contingēns, quia fuit secundaria, & mediata, facta
mediante non natiuitate filiorum Æmiliæ. ¶Præterea
8 † institutionem filiorum Æmiliæ principalem fuisse, deprehēditur ex iis, quæ scribit Bart. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. facie. & in l. 1. n. 5. C. de nou. cod. facien. ¶Vnde stante principali institutione filiorum Æmiliæ, illius
9 solius ratio habenda est, quia † vbi sunt duo, vnum propter aliud, solius principalis habenda est ratio, l. cùm seruus ff. de condit. & demonst. l. rogasti. ff. si certū petat. per
quæ ibi ita tradit. Alber. de statut. lib. 3. quæst 59. nu. 3. sequitur Niconit. ad rebuff. de nou. oper. nunt. nu. 57. ¶Non
obstat, quòd institutio Cæsaris & Borgogninorum sit
principalior institutione filiorum Æmiliæ ex eo, quòd illa statim mortuo testatore sortita fuit effectum, hæc verò minimè, sed eius effectus collatus fuit in natiuitatem
filiorum. ¶Nam pro responsione dicitur, ex † prioritate 10
effectus non argui quid esse principale: videmus enim
reum principaliter obligari, etiam si ante eum fideiussor
accesserit, & sic † prioritas accessionis fideiussoris nō fa- 11
cit eum principalem, vt per Bart. in d. l. ambitiosa, nu. 19
vers. exemplum. & in d. l. 1. nu. 5. vers. verbi gratia. ¶Minus obstat. quòd institutio filiorū Æmiliæ stet in suspen-
so, & sub conditione, si, & † quando nasceretur, l. Gallus. §. 12
ille casus. ff. de liber. & posthu. Guid. Pap. quæst. 267. Boer.
post alios decis. 172. nu. 6. & propterea censeri debeat secundaria. ¶Quia respondetur, institutionem filiorum
Æmiliæ, quoad † substantiam statim fuisse perfectam, li- 13
cèt eius effectus esset in suspenso, donec ipsi filij nascerentur, per ea quæ tradit Bald. in l. eam quam, nu. 49. C. de
fideicommiss. vbi inquit, valentiam actus, quæ sumit primordium in caussa efficienti, non posse esse in pendenti,
sed bene potentiam passiuam, hoc est, respectu eorum,
qui succedere debent. ¶Ad alia non est opus responsione, quia respiciunt secundam partem dubij, videlicèt, an
vtraque institutio sit directa, de qua Domini particulariter voluit videre.

CANTVCCI I.

Imolen. canonicatus, & præbendæ. Veneris.
28. Iunij. 1578.

SVMMARIA.

1 *Scriptura priuata nullam facium fidem*
2 *Testis per scripturam testificari non potest.*
3 *Medicamenta non assumens non excludit, vt non dicatur infirmus.*
4 *Medicamenta interdum & fortè plerunque accipiuntur non ab initio infirmitatis, sed postea ingrauescente morbo.*
5 *Testi singulari non creditur, licet deponat de visu.*
6 *Infirmitas etiam leuis ad effectum regulæ de 20. sufficit. & num. 16.*
7 *Deambulatio & infirmitas possunt simul stare sæpissimè.*
8 *Contrarium eius quod testis deponit si potest stare cum veritate caussæ, in qua testis fundat dictum suum, talis testis nunquam probat.*
9 *Testis non deponens de tempore exitus è domo per resignantem post præstitum consensum non probat ad effectum euitandi regulam de 20.*
10 *Actus accedendi ad Ecclesiam seu exitus è domo potest stare cum veritate infirmitatis. & nu. 15.*
11 *Testis deponens de auditu non probat. & nu. 13.*
12 *Monachi, & alij religiosi sub obediētia constituti non possunt esse testes sine licentia eius, cui subsunt. ex communi.*
14 *Scriptura siue folium laceratum non præiudicat tertio, si quo in eo continebatur, poterat verificari.*
17 *Infirmus etiam leui infirmitate infirmus dicitur ad effectum regulæ de 20.*

DECISIO LXXVI.

QVoniam pro parte Iouij prætendebatur ex nouiter
deductis recedendum esse a decisionibus factis corā
Reuerendiss. Cotta die 11. Aprilis, & 6. Iunij. 1577. super
probatione infirmitatis Stephani tempore præstiti consensus, videlicèt, 24. Octobris, 1562. ideò dedi dubium, *an
sit recedendum à dictis decisionibus ex depositionibus testium
tam vigore remissoriæ, quam pro informatione curiæ examinatorum, ac etiam ex aliis iuribus & scripturis post dictas
decisiones hinc inde deductis?* Domini concorditer tenuerunt à dictis decisionibus recedendum non esse, non
obstantibus iuribus pro parte Iouij nouiter productis. ¶Et in primis non obstant litteræ missiuæ Danoli
Iouio directæ, quia sunt scripturæ priuatæ, nec † quod in 1
illis continetur, potest habere vim testimonij, tum ob de-

2 fectum iuramenti Danioli & citationis partis, tum † quia
testis per scripturam testificari non potest, vt latè per Di-
dac. qui de communi. lib. 2. variar. resol. cap. 13. nu. 6. ¶ Se-
cundò non obstat, quòd Stephanus cœpit die 4. mensis
Nouembris, 1562. medicamenta capere, & non antea per
totum illum annum, vt constat ex diligentiis adhibitis in
libris Aromatariorũ ciuitatis Imolen. & sic videtur col-
ligi coniectura, ac præsumptio, vt initiũ infirmitatis Ste-
3 phani fuerit in principio mensis Nouembris. Nam † re-
spondetur, ex non assumptione medicamentorum non
inferri necessariò ad exclusionem infirmitatis, cùm pos-
sit stare, imò facilimè contingat, vt quis sit infirmus, &
4 tamen non vtatur medicamentis, ad quæ † interdum, &
fortè plerunq; non ab initio infirmitatis, sed postea in-
grauescente morbo, & cogente necessitate recurritur.
¶ Tertiò non obstant depositiones Philomenæ vxoris
fratris Stephani, & Magdalenæ sororis eiusdem Stepha-
ni, quia Philomena deponit solùm de auditu, Magdalena
autem licèt deponat, dictum Stephanum in festiuitate
omnium Sanctorum se vestibus induisse, vt iret ad inser-
5 uiendum † Ecclesiæ, sicut erat solitus facere, sed postea
non iuisse, quia malè valebat, & febré ei superuenisse, ta-
men est sola: vltra quod nõ excludit, quin Stephanus an-
tea potuerit esse infirmus saltem infirmitate leui, quæ se-
cundùm aliquos ex Dominis (vt infra dicemus) ad effectũ
6 † reg. de 20. sufficit, quia non dicit, Stephanum ante festi-
uitatem omnium Sanctorum fuisse sanum, vel non fuis-
se aliquo modo infirmum, sed solùm de illo tempore cœ-
pisse iacere in lecto, & in febrem incidisse, eamque magis
magisque inualuisse. ¶ Quartò non obstant dicta testium
vigore remissoriæ examinatorum. Nã dum primus testis
Iacob. de Zambetiis ad 68. dicit tempore cõfectionis in-
strumenti mandati ad resignandũ, quoad se habuisse Ste-
phanum pro sano, quia idẽ Stephanus duxit testem per
totam domum ad scribendum bona in donatione con-
tenta, iste testis nihil probat, tum quia mandatum fuit fa-
ctũ 13. Octobris, & sic per vndecim dies ante præstatio-
nem consensus, quæ fuit 24. eiusdem mensis, & propter-
ea non concludit, quia potuit esse sanus die 13. & postea
7 24 infirmus. Tum etiam, quia † potest esse, quòd Stepha-
nus die 13. per totam domum deambulauerit, & nihilo-
minus esset infirmus, quia actus deambulationis potest
stare cum veritate infirmitatis, & quotiescunque contra-
8 rium eius, quod testis deponit, potest † stare cum veritate
caussæ, in qua testis fundat dictum suum, tunc talis testis
nunquam probat, vt inquit Bald. in l. conuenticulam. nu.
5. C. de Episc. & cler. Rimin. cons. 219. num. 18. lib. 2. ¶ Se-
cũdus testis Dominicus Gulielmus ad 35. & super secun-
do dicit, de mense Octobris post confectionem manda-
ti, Stephanum iuisse ad Ecclesiam per sex, aut septem vi-
9 ces. Iste testis pariter nihil probat, tum quia † non percu-
tit tempus post præstitum consensum, cùm illæ sex aut
septem vices conficiant tres aut quatuor dies, vt testis se
10 declarat, tum † quia actus accedendi ad Ecclesiam potest
stare cum veritate infirmitatis. Et sic intrat dictum Bald.
& Rimin. vbi supra. Et tantò magis, quod hic testis super
secundo dicit, Stephanum, quando iuit ad Ecclesiam, ha-
buisse (vt vtar verbis ipsius testis) trista cera, imò potest
esse, vt Stephanus ad Ecclesiam accesserit tempore, quo
aliquantulum se meliùs habuerit, vt innuit idem testis ad
33. dicens, Stephanum postquam fecit mandatum, venis-
se aliquando ad Ecclesiam, & postea reincidisse. ¶ Quar-
tus testis Iulius Lactantius super secundo, quintus Do-
minicus Vlpius ad 12. octauus testis Horatius Lolius su-
11 per quarto deponunt † de auditu. Sextus testis Franciscus
Vestrius ad 33. & super tertio nihil facit. Nonus & deci-
mus testis, videlicèt frater Basilius, & frater Paulus mo-
nachi ad 13. nihil probant. ¶ Primò, quia deponunt de eo,
quod dixit Sanctius famulus Stephani ad interrogatio-
nem Iouij extraiudicialiter non iuratus, & parte nõ cita-
ta. ¶ Secundò, quia non cognoscebant illum Sanctium.
¶ Tertiò, quia non constat eos testificasse cum licentia
sui superioris. Monachi enim † & alij religiosi sub obe- 12
dientia constituti non possunt esse testes sine licẽtia eius,
cui subsunt, vt tradit Specul. tit. de teste. §. 1. nu. 36. Nel. de
sancto Gemin. de testib. nu. 22. Lãfranc. de testib. nu. 116.
Bald. in l. quoniam liberi, ante nu. 2. C. de testib. Curt. de
testib. conclus. 49. bene Aret. in c. cum nuntius. nu. 11. &
Fel. nu. 3. de testib. Soc. cons. 17. nu. 15. lib. 1. Campeg. de
testib. reg. 94. vers. 2. fallit. & hanc esse communem dicit
Alber. Ros. de testib. §. videndum. num. 15. parte prima.
¶ Quicquid contrarium senserit Abb. in d. c. cùm nun-
tius, nu. 4. quem sequitur Corn. cons. 135. nu. 7. lib. 1. quã
Abb. opin. reprobat Aret. Felyn. & Soc. vbi supra, saluan-
tes illam in clerico seculari. ¶ Quartò & vltimo, quia in
omnem euentum non cõcludunt: solùm enim deponunt
audiuisse à Sanctio dicente ad † interrogationem Iouij, 13
Stephanum tempore renuntiationis beneficiorum fuis-
se sanum, & post discessum ipsius Iouij à ciuitate Imolæ
per plures dies iuisse ad Ecclesiam, & sic non percutiunt
concludenter tempus post præstitum cõsensum. ¶ Quin-
tò & vltimò, non obstant libri punctationum canonico-
rum Imolen. Vacchettæ nuncupati, quia licèt folium ser-
uitij † mensis Octobris, quod in illis deficit, quia fuit la- 14
ceratum, præsupponatur integrum cum omnibus pun-
ctationibus totius mensis in persona Stephani, nihilomi-
nus, ex quo in principio folij seruitij mensis Nouembris
non reperiuntur punctati octo dies priuilegiati, qui dan-
tur Canonicis infirmis, perinde ac si personaliter inter-
essent, iuxta constitutionem & consuetudinem Ecclesiæ
Imolen. oportet dicere, illos octo dies fuisse punctatos de
mense Octobris, & cœpisse punctati die 24. & finiuisse
die vltima. Ideò autem Stephanus in folio seruitij mensis
Nouembris fuit in prima die punctatus numero 7. qui
postea fuit falsificatus & mutatus in 0, quia illa fuit pun-
ctatio seruitij præstiti in matutinis diei præcedentis, quæ
fuit vltima mensis Octobris, & seruitium præstitum in
matutinis semper punctatur in die immediatè sequenti,
quia integrum seruitium vnius diei incipit à matutinis
diei præcedentis, & finitur in matutinis diei sequentis.
¶ Vnde si Stephanus personaliter interfuisset die vltima
Octobris vtique lucratus fuisset punctationem seruitij
præstiti in matutinis illius diei, quæ punctatio annotata
fuisset in die sequenti, hoc est, in die prima Nouembris.
Meritò idem dicendum est, Stephano infirmo existente,
quia per totum diem vltimum Octobris durabat priuile-
gium 8. dierum, sibi propter infirmitatem concesso-
rum: Et ideò erat punctandus, ac si personaliter inter-
fuisset. Et sic isti libri punctationum potiùs faciunt pro
Venerio contra Iouium, cùm oporteat dare illos octo
dies priuilegiatos, & per cõsequens Stephanum propter
infirmitatem non iuisse ad Ecclesiam die 24. Octobris, &
aliis diebus sequentibus. ¶ Præterea in omnem euen-
tum, quando etiam admitteremus, Stephanum persona-
liter accessisse ad Ecclesiam per totum mẽsem Octobris,
non † propterea sequitur, eum non fuisse infirmum, cùm 15
ex accessu ad Ecclesiam, non inferatur necessario ad ex-
clusionem infirmitatis, præsertim ad effectum reg. de 20.
ad quem effectum (sicut aliqui ex Dominis, aliis tamen
non contradicentibus, dicebant) sufficit quælibet † infir- 16
mitas etiam leuis, cùm regula generaliter loquatur, nec
distinguat inter vnam & alteram speciem infirmitatis, &
infirmus † leui infirmitate, infirmus dicatur, & ex leui in- 17
firmitate possit sequi effectus regulæ, sicut ex magna, vt
bene deducit Sarnen. d. regul. quæst. 28. asserens, ita Rotã
tenuisse in vna Aurien. canonicatus coram se. Et tantò
magis, quòd Stephanus erat senex ætatis annorum 65. in
70. vt deponunt testes remissoriæ, primus ad 66. tertius
ad 60. & 5. ad 65. & insuper erat debilis & delicatæ com-
plexionis, vt omnes testes dicunt. Et sic intrant tradita
per

per Sarn.d.q.28.ad fin.versic. nec obstat. Et infirmitatem Stephani tempore, quo ibat ad Ecclesiam, probant Dominicus Gulielmus secūdus testis super secundo, & Franciscus Maria 11.testis ad 27, dicentes, Stephanum, dum iret ad Ecclesiam, habuisse *trista cera*. Io. Baptista de Sellis tertius testis ad 33.dicens, quòd Stephano, dum existebar in ecclesia, superueniebat febris. Horatius Lolius octauus testis ad 29.dicens, Stephanum de mense Octobris iuisse ad Ecclesiam eo modo, quo poterat. ¶ Vnde stantibus præmissis Domini concorditer persistebant in decisis. Et tantò magis, quòd duo testes remissoriè, videlicet tertius ad 33.& ad 38.& super secundo, & decimus ad 29. deponunt die 24.Octobris, & postea Stephanum non accessisse ad Ecclesiam.

CANTVCCII.

Romanensis casalis Turricellæ. Veneris, 28.Iunij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Valor rei attenditur tempore contractus regulari & ordinario, non autem irregulari & extraordinario.*

2 *Caussa cessante non dicitur cessari effectus inde caussatus.*

3 *Onus probandi læsionem siue non euidentem vtilitatem Ecclesiæ incumbit ei, qui in ea se fundat.*

4 *Iudex commissarius Ecclesiasticus habet etiam rationem conditionis bonorum temporum, quæ redire poterant augendo canonem.*

5 *Diminutio sextæ partis fit in locatione perpetua.*

DECISIO LXXVIII.

MAiot pars Dominorum, qui caussam viderant, stabat in decisis, ea præcipue ratione, quòd regula il-
1 la, quòd † valor rei attenditur tempore contractus debet
intelligi de tempore regulari, & ordinario, non de tempore irregulari, & extraordinario, quale fuit in casu nostro calamitosum illud tempus excidij vrbis, & pestis. Et
2 licèt † vtraque calamitas iam cessauerat tempore locatio-
nis, de qua agitur, adhuc tamen durabat effectus inde caussatus, hoc est, vilitas pretij rerum, quam, Dominis hanc partem tenentibus, placebat ab istis Beneficiatis aliquo pacto probari, quamuis verisimiliter crederent illam tunc temporis, & etiam postea durasse. ¶ Aliqui verò ex Dominis recedebant a decisis, sentientes pro validita-
3 te locationis: quia † in dubio præsumitur pro iudice, &
ipsius Beneficiatis incumbit onus probādi læsionem siue non euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vt hic per informantes, & additus fuit Socin.consil.15.nu.27.lib.1. & Couar. lib.2.variar.resolut.cap.17.nu.2.prope finem, vers.aptius
4 sanè defenditur. Et † iudex commissarius secundùm istos
Dominos videtur etiam habuisse rationem conditionis bonorum temporum, quæ redire poterant augendo canonem in decem ducatis, cum præsupposito tamen, quod tempore dictæ locationis ac etiam præterito esset non solùm articulatus, sed etiam probatus annuus census triginta ducatorum: maximè, quia ista locatio erat perpe-
5 tua, quo † casu fit diminutio sextæ partis, authen.perpe-
tua, & ibi Doctor.de sacrosanct.Eccles.Ias.consi.54.nu.5. versi.corroborantur prædicta, lib.1. Et augmentum valoris, quod erat tempore cōtractus celebrati de anno 1546. non videbatur attendendum, quia intercesserat prius spatium 15. annorum, & ex varietate temporum variantur pretia rerum. ¶ Verumtamen isti Domini dubitabant, si in facto verum esset fundamentum de vnico tantùm teste examinato, etiam si non reperirentur examinata testium de anno 1535.examinatorum.

CANTVCCII.

Roman.palatij. Lunæ, 6.Octobris, 1568.

SVMMARIA.

1 *Litigatori nihil habenti nisi rem sequestratam, debent sumptus litis ex fructibus rei sequestratæ, siue ex bonis sequestratis subministrari, & nu.2.*

3 *Paria sunt quem esse pauperem vel diuitem, & suis diuitiis vti non posse.*

DECISIO LXXIX.

DOmini dixerunt, quòd si dominus Petrus Bargagna probauerit, se transmisisse ad Vortios omnes pecunias pensionum Palatij, de quo agitur, per eum exactarum, ita vt nihil sibi remāserit pro expensis litis, tunc debeat ei ex pēsionib' dicti palatij sequestratis dari pro disputatione dubiorum aliqua quantitas, postea per Dominos, quando dubia disputabuntur, taxanda. ¶ Et moti sunt
Domini ea ratione, quia † litigatori, cuius fructus siue 1
bona sequestrantur, debent de ipsius fructibus, seu bonis sequestratis sumptus litis subministrari, si aliunde illos non habeat, text.est.in l.fi.§.nam si talis. C. de ordin. cognit. vbi Bald.nu.4.& Salyc.nu.2.vers. nota bene. subdens hoc ideò fieri, ne cogatur in lite periclitari. Idem Salyc.in l.vnica, prope fin.nu.11. de sequest.possess. dicens, litigatorem nihil proprij, nisi rem sequestram habentem,
debere † de fructibus rei sequestrata sūptus litis habere, 2
ne alias litem deserere cogatur. Hoc idem voluit Roman.in l.si seruum.§.fin. nu.4.prope finem, ff. de acquir. hæred. Curt. de sequestr.parte prima, num.decimo. Et licet Vortij sint diuites, & multa bona possideant in partibus Flandriæ, nihilominus bello & aliis turbulentiis ibi existentibus, & Vortiis partes Regis Hispaniarum pro fide catholica sequentibus, prout verisimile est, cùm quilibet præsumatur bonus, vtique credendum est, ipsos bonis & diuitiis suis vti & frui nō posse, & propterea perinde esse, ac si essent pauperes. Paria † enim sunt, quem esse 3
pauperem, vel diuitem, & suis diuitiis vti non posse, & sic intrat dict.l. fin. C. de ordin.cognit. ¶ Si verò Dominus Petrus Bargagna huiusmodi pecuniarum transmissionem non probauerit, tunc Domini dixerunt pro expensis litis nihil sibi subministrandum esse.

CANTVCCII.

Roman.palatij. Veneris, 10. Octobris. 1578.

SVMMARIA.

1 *Possidens semel in vita præsumitur vsque ad obitum possidere. & quare.num.seq.*

2 *Mutatio voluntatis, nec iactatio rerum suarum, nec habitus pro derelicto non præsumitur.*

3 *Hæres in possessionem non est mittendus, quando dubitatur an defunctus possederit tempore mortis.*

Declara tamen, vt nu.4.

5 *Probatio præsumptiua sufficit, etiamsi lex requirat probationem pro forma in certo tempore.*

6 *Præsumptio continuationis possessionis an prosit tam reo quam actori. Quod sic num.7. ex communi, reprobata opin. Rip.*

7 *Præsumptio continuationis possessionis prodest etiam actori in interdicto retinendæ.*

Idem in interdicto recuperandæ.nu.8.

9 *Præsumptione continuationis possessionis qui vult se iuuare debet allegare se de præsenti possidere.*

Declara tamen, vt nu.10.cum seq.

11 *Præsumptio descendens ex facto debet allegari.*

Intellige ex facto proprio, non alieno.nu.12.

13 *Præsumptio continuationis possessionis sufficit allegari in allegationibus iuris.*

14 *Spoliatus in interdicto recuperandæ non allegat possessionem de præsenti, sed de tempore spolij.*

15 *Præsumptio continuationis possessionis auctoris vsque ad eius obitum potest allegari ab eius successore, si probetur possessio ipsius successoris.*

Declara, vt num.18.

16 *Successor tam vniuersalis, quàm particularis potest allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui, vsque ad obitum.*

Intellige, vt num.18.

17 *Continuatio possessionis allegata per successorem præsumitur, si probetur possessio auctoris octo annorum, & successoris duorum.*

18 *Possessionis probatio in successore requiritur, vbi agitur de præsumenda continuatione possessionis de vna persona in aliam secus si in eadem persona, licèt de vno tempore ad aliud. & num. seq.*

20 *Possessio præsumitur continuata etiamsi per cōductores non sit soluta pensio, nisi probetur interuersio possessionis.*

21 *Confessio debet interpretari vt minus noceat confitenti.*

DECISIO. LXXX.

FVit resolutum, præsumendam esse possessionem Gas-
1 paris testatoris tempore obitus, quia † regula est, vt qui semel in vita possedit, præsumatur vsque ad obitum possedisse, nisi contrarium probetur, Rot. decis. 124. aliàs 4. de probat. in non. Butr. in ca. cùm ad sedem. n. 25. prope fin. vers. ex his cōcluditur. & ibi Abb. nu. 16. & Imol. nu. 5. vers. & ideò. de restit. spoliat. Mil. in suo repert. in verbo, possessio semel habita. Alex. cons. 33. in fin. lib. 3. And. Sic. consil. 25. nu. 2. vers. & ideò lib. 4. Capr. cons. 161. nu. 6. 7. & 8. Ioan. de Amic. cons. 64. num. 3. Grammar. cons. ciuil. 135. nu. 5. & 6. Nat. cons. 439. nu. 7. & 8. lib. 2. & cons. 562. lib. 3. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. n. 5. vers. tu aduerte. Balb. in rep. l. Celsus. §. 4. nu. 6. post med. vers. adde vltra. ff. de vsucap. ¶ Et huius conclusionis ratio
2 est, quia non præsumitur † mutatio voluntatis, tanquam accidens, nec iactatio rerum suarum, nec habitus pro derelicto, vt bene deducunt Butr. in d. cap. cùm ad sedem. nu. 25. prope fin. & ibi Abb. num. 16. & post eos Alexand. d. consil. 33. ad fin. Nat. d. consil. 439. num. 7. & Balb. in d. l. Celsus. parte 4. num. 6. versic. adde vltra. ¶ Vnde cùm certissimum sit, Gasparem testatorem in vita semel possedisse palatium, de quo agitur, præsumendum est continuasse possessionem vsque ad obitum. ¶ Non obstant in contrarium allegata. ¶ Et in primis non obstat doctrina Bart. in l. fin. nu. 21. post med. versic. si verò probat titulum, & possessionem. C. de edict. diui Adrian. tollen.
3 vbi vult, quod quando dubitatur † an defunctus possederit tempore mortis, tunc hæres non est mittendus in possessionem, quia non probat id, quod est caussa intētionis suæ scilicet defunctum possedisse tempore mortis, quam doctrinam refert & sequitur Aret. in l. Pomponius. §. fin. ante fin. vers. ideo Bart. notat. ff. de acquir. possess. ¶ Quia
4 doctrina Bart. debet intelligi, quando dubitatur † an defunctus possederit tempore mortis, quia alius fuerit in possessione, vel aliter obfuscata sit præsumptio legis, aliàs hæres probans, auctorem suum semel possedisse, haberet
5 intentionem fundatam: quamuis enim lex † requirat probationem pro forma in certo tempore, tamen sufficit probatio præsumptiua. Et ita bene respondet Alciat. d. præsumpt. 21. nu. 5. in fin. vers. nec obstat. Claud. de Seisel in d. l. Pōponius. §. final. in fi. & Balb. in d. l. Celsus. par. 4. nu. 6. ante fin. versic. quod dictum limita. ¶ Secundò
6 non obstat, quòd hæc † præsumptio continuationis possessionis prodest reo, & non actori, secundùm Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina. n. 35. de caus. pos. & propriè. & resp. 18. nu. 31. & respon. 19. nu. 11. de interdict. & posses. lib. 2. ¶ Quia hæc Rip. opinio non potest de iure subsistere, tum quia Bart. per eum allegatus in d. l. fin. sub nu. 21. versic. si verò probat titulum, & possessionem, aliter intelligitur, vt mox supra ex Alciat. Claud. & Balb. demonstratū fuit.
7 ¶ Tum etiam, quia est communiter reprobata † videmus enim in simili in interdicto retinendæ præsumptionem continuationis possessionis etiam actori prodesse: potest enim agens interdicto retinendæ, qui tenetur probare possessionem tempore litis contestatæ, probando se possedisse de tēpore anteriori, se iuuare præsumptione continuationis possessionis de illo tempore vsque ad tempus litis contestationis, vt per Afflict. decis. 394. num. 2. post Aret. in §. retinendæ. nu. 3. Inst. de interdict. Cyn. in l. 1. nu. 16. circa med. vers. sed qualiter. & ibi Bald. num. 10. prope fi. vers. aduerte. C. vbi possid. Castr. in l. non ignorabit. nu. 5. C. ad exhib. Alex. cons. 88. nu. 3. lib. 5. pulchrè Aret. in c. licèt caussam. in vltimis verbis. de prob. Soc. cons. 59. nu. 8. ver. sed ad hāc lib. 4. Ruin. cons. 68. sub nu. 8. lib. 2. Paris. cons. 129. nu. 4. & 5. lib. 4. Bellon. cons. 11. nu. 3. vers. & dicitur. latè Beto. cons. 55. nu. 6. 7. & 8. lib. 3. Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 557. Didac. asserens hanc esse veram & communem opinionem, in regula poss. part. 2. §. 1. nu. 4. vers. quin & in interdicto. de reg. iur. lib. 6. ¶ Præterea
videmus † etiam interdicto recuperandæ eandem præ- 8
sumptionem continuationis possessionis actori prodesse: nam qui agit possessorio recuperandæ, licèt probare debeat possessionem tempore spolij, sufficit tamen ei probare possessionem de aliquo tempore anteriori, quia præsumitur postea etiam tempore spolij possedisse: & sic potest se iuuare præsumptione continuationis possessionis, Abb. in c. cùm Ecclesia. nu. 20. de cau. pos. & propriè. & in c. cum ad sedem. nu. 17. & c. olim. *el tertio* per illū text. nu. 5. de rest. spol. & in c. suborta. nu. 2. in fin. de re iud. Imol. in d. cap. cùm ad sedem. nu. 14. in fi. & nu. 15. Bald. in l. penul. nu. 15. vers. & not. C. si a nō compet. iud. Alexand. cons. 6. nu. 6. lib. 3. Socin. in l. rem quæ nobis. nu. decimo sexto. ff. de acquir. posses. Corn. cons. 247. nu. 21. circa med. versic. adcò quod ad probandum lib. 2. Ruin cons. 49. nu. 2. lib. 4. Alc. de præsumpt. 21. nu. 14. Rolan. alius citās cons. 6. nu. 36. lib. 2. bene Didac. in d. reg. posses. part 2. §. 1. nu. 4. vers. sufficit tamen allegare. late Menoch. de recuper. pos. remed. 15. nu. 386. vsq; ad nu. 397. & hanc esse cōmunem fatentur Imol. in d. c. cum ad sedem. nu. 79. Rip. d. c. cùm Ecclesia Sutrina. nu. 32. Alc. d. præsumpt. 21. nu. 14. Didac. & Menoch. vbi supra, & in specie præfatam opi. Rip. reprobāt Couar. d. §. 1. nu. 4. ante med. & Menoch. d. remed. 15. n. 387. ¶ Tertiò nō obstat, quòd qui vult se iuuare ex præ-
sumptione cōtinuationis possessionis, debet † allegare se 9
de præsenti possidere, vt per Bart. in l. Celsus. nu. 22. ff. de vsucap. Abb. in d. c. cum Ecclesia. nu. 20. circa fi. vers. nam de necessitate. de caus. pos. & propriè. idem Bart. in l. siue possidetis. nu. 5. & ibi Doct. C. de proba. Rip. in d. c. cū Ecclesia Sutrina. nu. 24. Alc. de præsumpt. 21. nu. 2. Balb. in d. l. Celsus. pat. 4. nu. 8. vers. 4. limita. Didac. in c. Saynu. §. 11. nu. 2. de testam. & in d. regul. posses. §. 1. nu. 1. vers. est tamen ea opinio intelligenda. Et est communis conclusio, vt testatur Alciat. d. præsumpt. 22. nu. 2. Et communis & magis cōmunis secondùm Didac. in præcitatis locis. ¶ Siquidem pro respōsione in primis animaduertendum est,
Bart. & alios supra allegatos non dicere, quòd is, † qui 10
vult se iuuare præsumptione cōtinuationis possessionis, debet allegare se hodie possidere: sed bene dicunt, quod is, quem constat semel possedisse, si allegat se hodie possidere, præsumitur possidere, & sic loquuntur de hodierna possessione præsumenda, quæ præsumitur ex probatione anterioris possessionis. ¶ Secundò respondetur, quòd licèt verum sit, quòd præsumptio continuationis posses-
sionis tanquā præsumptio † descendens ex facto, debeat 11
allegari, l. si adulterium cum incestu. §. idē Pollioni. ff. de adult. Doct. in l. siue possidetis. ff. vti. possid. Felyn. post alios in c. afferte. nu. 3. de præsumpt. Alc. Balb. & Didac. in præcitatis locis. nihilominus hæc allegatio in casu nostro non est necessaria, quia præsumptio continuationis possessionis Gasparis senioris vsq; ad eius obitū descēdit ex facto suo, non autem ex facto Gasparis iunioris, & præ-
sumptio proueniens ex facto † tunc allegari debet, quan- 12
do prouenit ex facto proprio, non autem quando ex alieno. Et ita procedit text. in d. l. si adulterium cum incestu. §. idem. Pollioni. & ita declarat Bart. in l. cùm quid. nu. 14. quem ibi Doct. sequuntur. ff. si certum pet. Abb. in dict. cap. afferte. num. 4. & ibi. Felyn. numero 3. post medium. ver. &

ver. & ideò, & nu. 4. Alciat. d. præsumpt. 21. num. 3. Didac. d. reg. possess. par. 2. nu. 1. circa med. & d. c. Raynu. §. 11. sub num. 2. ¶ Tertiò responetur, quòd etiam si prædicta
13 allegatio in casu nostro necessaria esset, nihilominus † illa dicitur facta saltem in allegationibus iuris, quod videtur sufficere, vt per Ale. de præsumpt. 21. nu. 14. Et licet nõ possit dici facta quoad possessionẽ præsentem, quia Gaspar iunior de præsenti non possidet, tamen sufficit allegatio possessionis Gasparis senioris de tempore obitus: sicut videmus in simili in interdicto recuperandæ, in
14 quo † spoliatus non allegat possessionem de præsenti, sed de tempore spolij, vt per Abb. in d. ca. cùm ad sedem, nu. 17. ibi, & nunc allegat. Et ita in proposito Gaspar iunior debet allegare possessionem non de præsenti, sed de tempore obitus Gasparis senioris. ¶ Quartò nõ obstat, quòd præsumptio cõtinuationis possessionis auctoris vsque ad eius obitum, tunc demum potest allegari ab eius succes-
15 sore, † quando probatur etiam possessio ipsius successoris, cùm Oland. in d. l. Pomponius, §. fi. nu. 1. cum sequen. Alciat. d. præsumpt. 21. nu. 5. Balb. in d. l. Celsus, par. 4. nu.
16 6. ver. ampliæ notabiliter, volentes, † successorem vniuersalem seu particularem posse allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui vsque ad obitum, contra opi. Aretin. in d. l. Pomponius, §. fin. circa med. ver. aduerte tamen ad vnum, mouentur auctoritate Bart. in d. l. fine. num. 4. quem sequitur ibi Cuman. in fin. Ang. Areti. in §. diutina. in fin. Inst. de vsucap. Nat. d. cons. 439. nu. 9. lib. 2. & hoc idem sentiunt Abb. in d. c. cùm ad sedem, nu. 16. & ibi But. nu. 25. prope fin. Capr. d. cons. 161. num. 6. & est communis, vt per Claud. d. §. fin. n. 2. ¶ Et nihilominus Bar. loquitur, quando probatur possessio successoris, dum
17 dicit, præsumi † continuationem, si probetur possessio auctoris octo annorum, & mea duorum. Et hoc etiam declarat Balb. in d. §. Celsus, par. 4. nu. 6. circa med. ver. & sic vlt. Bar. dicens, probata possessione auctoris, & successoris præsumi continuarã possessionem de vno in alium.
18 ¶ Nam pro responsione dicitur, Barto. † loqui in terminis præscrip. quod colligitur ex illis verbis, vt habeant locum prædicta, & in prædictis Bartolus locutus est de præscript. ¶ Vnde non mirum si requiritur probatio possessionis successoris, quia ibi possessio auctoris non sufficiebat ad complendam præscriptionem. Et sic ibi Bartolus loquitur de præsumenda continuatione possessionis de
19 vna persona in aliam. ¶ At † secus est in casu nostro, in quo agitur de præsumenda continuatione possessionis in eadẽ persona, licèt de vno tempore ad aliud, videlicet vsque ad tempus obitus, & propterea non requiritur probatio possessionis in successore. ¶ Quintò non obstant sententiæ, quia vltra, quòd non loquuntur de tempore Gasparis senioris, sed de tempore Quirini, accedit, quòd nihil continent, quòd interruptionem possessionis dicti Gasparis importet: licèt enim Card. Dertusen. Palatium, de quo agitur, habitauerit, & pensionem non soluerit, non propterea dicitur probata interuersio possessionis,
20 quia † possessio præsumitur continuata, etiam si per conductores non sit soluta pensio, nisi probetur interuersio possessionis, vt per Soc. cons. 166. nu. 3. lib. 3. quem refert, & sequitur Rip. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, nume. 24. ¶ Vltimò non obstat, quòd pro parte D. Quirini fuit articulatum Cardinalem Dertusen. habitasse dictum Palatium contra voluntatem Gasparis senioris ab anno 1528. vsque ad annum 1534. ¶ Quia ideò Cardinalis Dertusen. habitabat contra voluntatem Gasparis, quia ei non sol-
21 uebat pensionem, maximè, quia † confessio debet interpretari, vt minùs noceat confitenti, l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. bene Mohedan. decis. 37.

CANTVCCII.

Regien. hospitalis. Lunæ, 2. Octobris, 1578.

SVMMARIA.

1 *Prorogationes fatalium quando non sunt restrictæ ad caussam appellationis, sed simpliciter concessæ, quadriennium non dicitur lapsum.*

2 *Prorogationes fatalium extensæ per notarium in caussa appellationis, quando censeantur præiudicare ad effectum lapsus temporis quadriennij.*

3 *Tempus appellandi non currit dicenti de nullitate sententiæ, si motus fuerit ratione probabili.*

DECISIO LXXXI.

Domini resoluerunt, caussam non esse desertam, & consequenter tempora largiti, vt possit procedi in caussa restitutionis in integrum, & monebantur plures ex Dominis ex eo, quòd quando † prorogationes fata- 1
lium nõ sunt restrictæ ad caussam appellationis, sed simpliciter concessæ, prout in casu nostro, tunc quadriennium non est lapsum, iuxta decisionem factam in caussa Elnen. canonicatus, 20. Maij. 1576. coram R. P. Do. meo Decano. ¶ Non obstant decisiones in contrarium allegatæ factæ in caussa Bononien. creditorum coram Auro. Aug. & annotatæ per Achil. & Accoramb. quia in obseruatione terminorum prorogationum in illa caussa factarum dicebatur, quòd prorogabantur fatalia caussæ appellationis, & sic prorogationes erant restrictæ ad caussam appellationis, non autem simpliciter concessæ, prout in casu nostro. ¶ Minus obstat, quòd prorogationes factæ † in hac caussa fuerunt per notarium extensæ in caussa 2
appellationis, & huius extensionis Boiardus verisimiliter notitiam habuit, ex quo habuit registrum in manibus, & propterea cùm non reclamauerit, videtur huic extentioni consensisse. Quia pro responsione dictum fuit, registrum solere legi a procuratore, & quãdo etiam Boiardus illud legisset, vtiq; verisimiliter legisset, non in corpore, sed in summario, vt fieri solet, in quo summario non scribitur nisi id, quod in Boiardo continetur. ¶ Præterea omnes Domini fuerunt concordes ad excludendam huiusmodi desertionem ex eo capite, quod Boiardus etiam si prorogauerit fatalia in caussa appellationis, & ad illam se restrinxerit, nihilominus habuit iustam caussam credendi commissam fuisse in Rota caussam appellationis, etiam respectu negotij principalis vigore secundæ partis commissionis reformatoriæ pro parte Cotradini obtentæ: In qua dicitur, vel si magis placet, committatur eidem Binatino, vt in caussa & caussis productis præcedat, perinde ac si præincerta signata esset, parito iudicato, &c. Et præincerta cõtinebat caussam appellationis, nedũ respectu fructuum, & expensarũ, sed etiã respectu negotij principalis. ¶ Et licèt Sanctissimus in commissione vltimo loco manu ipsius signata declarauerit se noluisse prædicto D. Binatio, & mihi in eius locũ subrogato concedere facultatem procedendi in caussa appellationis respectu negotij principalis, sed tantummodo in caussa appellationis respectu condemnationis fructuum, & expensarum, & in caussa restitutionis in integrum respectu negotij principalis, prout de iure, nihilominus Domini dicebant, huiusmodi declarationem Sanctissimi debere intelligi non respectu verborum prædictæ secundæ partis commissionis reformatoriæ, cuius verba nõ sunt ambigua, sed clara, sed respectu voluntatis, & intentionis Sanctissimi, quod etiam colligitur ex verbis dictæ vltimæ commissionis ibi, non est verisimile, neque vnquam credendum, quòd Sanctitas vestra voluerit, &c. Quæ voluntas & intentio Sanctissimi, Boiardo non potuit innotescere, & propterea habuit iustã caussam credẽdi in Rota commissam fuisse caussam appellationis, etiam quoad negotium principale, & caussam ita credendi fuisse iustam, ex resolutione vltimo loco vnanimiter facta, manifestò apparet. ¶ Vnde stantib. præmissis intra doctrinam Bal. in l. cõtra maiores, nu. 4. post Cyn. ibi nu. 5. C. de inoff. testam. vbi vult, † dicenti de nullitate sententiæ, non cur- 3
rere tempus appellandi, si probabili ratione motus fuit: at secus si improbabili, & temeraria, refert, & sequitur

Ang. in l. pupil. §. hæres, nu. 2. prope fi. vers. & vnum scias, ff. de vsur. & bene Castr. in l. cōtra maiores, nu. 3. & Iason, nu. 8. Franc. in c. dilecto, nu. 13. in fin. & nu. 14. pariter in fin. & ibi Præpos. nu. 22. vers. sed nunquid, de appell. Cuman. cons. 36. num. 1. Et negari non potest, Boiardum nedum probabili, sed iustissima caussa motum fuisse ad procedendum in caussa appellationis, & non in caussa restitutionis in integrum, & propterea lapsum quadriennij ei non obesse.

CANTVCCII.

Ametin. domus. Vener. 24. Octobris, 1578.

SVMMARIA.

1 *Exceptio renuntiationis, cuius probatio est in promptu, & clara, non requirit altiorem indaginem.*

2 *Decretum iudicis, auctoritas curatoris, & iuramentum cum alijs similibus nihil operantur contra enormissimam læsionem.*

3 *Replicatio doli, vel metus requirit altiorem indinem.*

DECISIO LXXXII.

DOmini dixerunt, sententiam Maceraten. non fuisse notoriè iniustam, & consequēter non licuisse ab ea
1 ex capite notoriæ iniustitiæ appellare. ¶ Nam † licèt exceptio renuntiationis Claudiæ pro parte hæredum Ægidij proposita non requireret altiorem indaginem, quia eius probatio erat in promptu, & clara, cùm constaret ex publico instrumento, Soc. cons. 59. sub. nu. 2. lib. 3. tamen nec replicatio nullitatis, siue rescissionis dictæ renuntiationis, propter enormissimam læsionem pro parte Ascanij, & fratrum opposita, requirebat altiorem indaginem, cùm illius quoque probatio esset in promptu, & clara, apparens ex eodem instrumento renuntiationis, iuncto instrumento dotis Hortensiæ matris Claudiæ: ex quorum instrumētorum coniunctione satis liquebat de enormissima læsione Claudiæ, quæ pro dote 500. ducatorum de Carlen. promissa renuntiauerat hæreditati maternæ sibi iam delatæ ascendenti ad summam 2000. ducatorum de Carlen. cùm eius mater habuisset pro dote 1500. & pro
2 Aceoncio 500. ducatos de Carlen. ¶ Et iudici † satis constitit, stante ista enormissima & excessiua læsione, decretum iudicis, auctoritatem curatoris, iuramentum & alia huiusmodi de iure nihil operari. ¶ Non obstat, quòd dos Hortensiæ fuerit confessata constante matrimonio, & quòd non constat de receptione, quia ista est duplicatio heredum Ægidij, quę requirit altiorem indaginem. ¶ Nec obstat cons. Soc. 50. lib. 4. vers. nec refert, lib. 3. ¶ Quia lo-
3 quitur de replicatione doli vel metus, † quæ requirebat altiorem indaginem, cum non probaretur incontinenti: at secus in casu nostro, in quo replicationis probatio erat in promptu, & clara ex eisdem actis, vt supr. deductum fuit. ¶ Minùs obstat, quòd Hieronymus pater Claudiæ habebat vsumfructum in bonis maternis ipsius Claudiæ, quia satis est, ipsam remansisse creditricem post mortem patris in prædicta summa 2000. ducatorum, cùm pater teneretur de suo dotare.

CANTVCCII.

Burgen. decimarum, Ven. 7. Nouembr. 1578.

SVMMARIA.

1 *Ambiguitas cadit circa verba & mentem.*

2 *Declaratio duplex est, ex verbis & mente.*

3 *Interpretatio priuilegij ad Principem spectat, siue principaliter, siue incidenter de ea agatur. nu. 5. & 6.*

Limita, vt num. 7.

4 *Interpretari eius est cuius est condere.*

6 *Iudex quilibet inferior à principe potest cognoscere de subreptione, seu capacitate priuilegij: secus si agatur de interpretatione ipsius priuilegij.*

7 *Inferior, vbi Princeps est in loco, non potest priuilegium interpretari etiam in casibus, in quibus alias posset.*

9 *Priuilegium, quod ex post facto tendit ad noxam, Principi proponendum est.*

9 *Reuocatio priuilegij non fit ipso iure, sed ad Principem recurrendum est, & nu. 11. ex communi.*

10 *Priuilegium de non soluendo decimas de possessionibus acquisitis, & in posterum acquirendis, non extenditur ad magnas possessiones in vna parochia acquisitas, per quod fieret Ecclesiæ parochiali enorme præiudicium.*

11 *Priuilegium si tendat ad læsionem iuris tertij, debet recurri ad Principem.*

12 *Congrua datur propter onus curæ, qua cessante, cessat etiam congrua.*

DECISIO LXXXIII.

ABbas & Monachi de Buxedo petebant moderationem, seu declarationem sententiarum Rotalium contra se latarum, vt non intelligantur in casu, in quo dicti Abbas, & Monachi terras loci de Salgnero proprijs sumptibus colunt. Abbas verò sancti Quirici, ad cuius fauorem d. sententiæ latæ fuerunt, prætendebat, non esse locum dictæ moderationi, siue declarationi, quia aliàs suum præstimonium remaneret sine fructibus, qui consistunt in tertia parte decimarum dict. loci de Salguero, & sic priuilegium dictorum Monachorum de nō soluendo decimas, quando proprijs sumptibus terras excolunt, efficeretur iniquum, & nimis læderet ius d. Abbatis sancti Quirici. ¶ Vnde die 7. Nouemb. 1568. Dubitatū, nunquid esset concedenda dicta moderatio, seu declaratio? Quod dubiū affirmatiue resolutum fuit, quia verba priuilegij sunt clara, nec vllam habent ambiguitatem. ¶ Et si Abbas sancti Quirici prætendit, ambiguitatē versari non circa verba, sed circa mentem, & intentionem, cōcedentis priuilegium, quasi noluerit illud extendi ad casum, in quo ad iniquitatem redigitur, & ius tertij nimis lædit.
(Ambiguitas † enim non solùm cadit circa verba, sed 1
etiam circa mentem, & voluntatem, l. in obscura voluntate, ff. de reg. iur. l. si quis intentione, ff. de iudic. ¶ Et de † du- 2
plici declaratione sumpta, vel ex verbis, vel ex mera mente, & intentione, bene per Soc. cons. 26. nu. 12. lib. 2.) Nihilominus Domini dixerūt pro huiusmodi declaratione, ad Principē recurrendum esse, quia † interpretatio priui- 3
legij ad Principē spectat, l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pup. l. Neratius, in fi. ff. de reg. iur. c. cùm venissent, de iud. c. ordinarij, §. si verò, de offic. ord. lib. 6. ¶ Nam † eius est 4
interpretari, cuius est cōdere, l. fin. C. de legib. c. inter alia, de senten. excom. c. fin. de concess. præben. lib. 6. c. sicut, §. ex his, 11. q. 3. Imol. in d. l. ex facto, nu. 3. Alex. num. 9. Aret. nu. 3. Ias. nu. 4. & Rip. nu. 6. glos. & omnes scribentes in d. c. cùm venissent. Cardin. cons. 52. in princ. Dec. in c. sanè, el secondo, in 1. not. vers. ideò etiam, de offi. deleg. Vnde aut
in casu nostro agitur † de interpretatione priuilegij prin- 5
cipaliter, & tunc certum est, recurrendum esse ad Papam, vt per Innoc. in d. c. cùm venissent, & ibi Host. post princ. vers. vnde. Henric. Boich. nu. 2. But. nu. 5. post med. Imol. ante nu. 4. Ægid. post princ. vers. aut quæritur de except. Abb. nu. 3. post prin. vers. & distinguendo, Felyn. ante nu.
1. & Dec. nu. 3. ¶ Aut † agitur incidenter, & tunc quoque 6
idem dicendum, quia nō agitur de capacitate priuilegiari, vel subreptione priuilegij, sed de mente cōcedentis priuilegium, & casus est dubitabilis, & Princeps potest adiri, & propterea intrāt tradita per Abb. in d. c. cùm venissent, nu. 3. circa med. vers. aut quæritur, & vers. si verò casus est dubitabilis, refert & sequitur ibi Aret. post med. vers. aut quæritur. & And. Sicul. nu. 14. vers. aut quæritur, & nu. 16. vers. aut casus est. Hoc idē voluit ibid. Felyn. nu. 1. vers. & ex hoc infero, vbi vult, † inferiorem, quando Princeps est 7
in loco, non posse priuilegiū interpretari etiam in casib. in quib. aliàs posset. Et casus noster decīditur à gl. in reg. decret. in gl. 1. in fi. de reg. iur. lib. 6. vbi inquit, † quæstionē 8
priuilegij, quòd ex post facto tendit ad noxam, Principi proponendam esse, & non debere cōtra illud propria auctoritate veniri. Hoc idem voluit gl. in c. suggestum, in gl. vlt. de

vlt.de decim.dicens, Principis esse æstimationem,quãdo
priuilegium ex post facto ad iniquum compendium redi-
gitur. Et idem tenent ibi Innoc.in fi. Host.pariter in fi.&
Abb.sub.nu.4. Hanc eandem sententiam sequitur Alex.
in d.l.ex facto.nu.9.vers.vbi autem,inquiẽs,priuilegium,
quòd ex post facto efficitur iniquum, seu ad iniquitatem
reducitur, non extingui ipso iure, sed ad Principem pro
eius reuocatione recurrendum esse, & cum hac quoque
opinione transit Vital.in clem.1.nu.78.de censib. firmãs,
restrictionem,& declarationem priuilegij, quãdo incipit
esse iniquum,& ad noxam rẽdere,relinqui arbitrio Prin-
cipis,quæ conclusio secundùm prędictos,clarè probatur,
in d.c.suggestum. ¶Non obstant in contrarium adducta.
¶Et in primis, quòd quando priuilegium incipit alteri
enormiter esse nociuũ,reuocatur, d.c.suggestum. ¶Quia
9 † reuocatio non fit ipso iure,sed ad Principem pro ea re-
currendũ est,vt in casu d.c.suggestĩ,factum fuit,& decla-
rat Alex. in d.l.ex facto,sub nu.9. ¶Secundò non obstant
trad.per Card in cle.1.nu.10. o.18.de censib.vbi vult, pri-
10 uilegium † concessum sororibus minorissis de non sol-
uendo decimas de possessionibus acquisitis,& in posterũ
acquirendis, non extendi ad magnas possessiones in vna
parochia acquisitas,de quib. decima Ecclesiæ parochiali
soluebatur, ita vt illi Ecclesiæ præiudiciũ enorme fieret,
& sequitur Imol.ibid. nu.9. in fi.& hoc idem latè deducit
Card.in d.c.suggestum,ante med.vers.quæro in eo. Et in
hac quoq; opinione residet Paul.de Castr.in d.l.ex facto,
nu.5.volens, priuilegio, vel beneficio Principis, quando
ex post facto incipit esse iniquum, nõ esse standum, quia
non censetur esse de voluntate Principis,vt ei stetur cum
præiudicio alicuius. ¶Siquidem pro responsione dicitur,
istos Doct.si excludunt recursum ad Principem,malè lo-
11 qui, quia † contra eos est communis opinio, & casus le-
gis,in d.c.suggestum.vbi nõ obstante, quòd priuilegium
ex post facto euasisset enormiter læsiuum iuris tertij, &
non vnius, vt in casu nostro, sed multorum virorum Ec-
clesiasticorum, nihilominus pro reuocatione, seu decla-
ratione priuilegij habitus fuit recursus ad sedem Aposto-
licam.Tertiò, & vltimò non obstat, quòd dicti Monachi
de Buxedo, etiam si propter eorum priuilegiorum nõ te-
nerentur soluere decimas, tamen cogerẽtur soluere con-
gruam substentationem beneficiatis Ecclesiæ parochia-
lis S.Cæciliæ existẽtis in d.loco de Salguero. ¶Quia cum
Abbas S. Quirici non sit adstrictus ad onus curæ, cùm
12 eius beneficium sit simplex, cessat † caussa siue funda-
mentum solutionis congruæ,quod est necessitas,& onus
curæ.vt per Rebuff. de congrua.nu.68. Et fuit resolutum
in pluribus caussis,& maximè in illa Legionen. congruæ
coram me.11.Octobris.1577.

CANTVCCII.

Bononien.Terrarum.Lunæ,17.Nouemb.1578.

SVMMARIA.

1 *Contractus cum minore factus sine solemnitatibus à statuto requisitis,dicitur nullus.*
2 *Statuto speciali non censetur derogatum ex clausula generali,non obstantibus quibuscunque.*
3 *Concessio siue licentia debet esse petitioni conformis.*
4 *Licentia de vendendo bona pupilli debet intelligi seruatis debitis solemnitatibus.*
5 *Decretum iudicis licèt non requiratur, vbi Princeps specialiter concessit licentiam vendendi rem pupilli, caussa tamen vendendi coram ipso iudice inquiri debet.*
6 *Minor,qui specialiter ius venditionis à Principe obtinuit, debet postea apud Præsidem probare, subesse ei alienum,nec aliàs commodius posse distrahi.*
7 *Præsumptioni locus non est, vbi constat de veritate in contrarium.*
8 *Solemnitas non præsumitur adhibita, de qua instrumento non fit mentio.*

DECISIO LXXXIIII.

DOmini tenuerunt,venditionem,de qua agitur, nul-
lam esse, quia in ea non fuerunt seruatæ † solemni- 1
tates statuti ciuitatis Bononiæ, de cõtract.cùm minor.fa-
cien. prout ex inspectione instrumenti liquidò apparet.
¶Non obstant allegata in contrarium pro parte Viuia-
norum, quæ ad duo potissimum rediguntur, nempe, ad
licentiam vendendi per Dominos Quadraginta Consi-
liarios status libertatis eiusdem ciuitatis, cum præsentia,
consensu & voluntate Reueren. Legati Carolo de Blan-
chettis pupillo concessam. ¶Et ad præsumptionem so-
lemnitatum ex diuturnitate temporis. ¶Nam quoad pri-
mum omissa disputatione potestatis Dominorum Qua-
draginta, *an potuerint prædicto statuto derogare, & eius so-
lemnitates per solam eorum licentiam de vendendo supplere,*
Domini dixerunt non constare de eorum voluntate,
quia principalis intentio ipsorum fuit, concedere licen-
tiam vendendi bona in confinibus existentia, quod qui-
dem ex pluribus deducitur. ¶In primis, quia derogarunt
solùm statuto prohibẽti alienationem rei immobilis po-
sitæ iuxta confinia,ex qua derogatione fit valde verisimi-
le, eos noluisse derogare statuto de contractibus mino-
rum,quia si ei derogare voluissent, vtique specialiter de-
rogassent,sicut statuto de non alienando bona iuxta con-
finia posita specialiter derogarunt: cùm non possit reddi
ratio diuersitatis, cur magis vni, quàm alteri statuto de-
berent specialiter derogare. Vnde si intentio Domino-
rum Quadraginta fuisset non solùm concedere licen-
tiam vendendi bona in confinibus existentia, sed etiam
supplere solemnitates statuti de contractibus minorum,
vtique verisimiliter vtrique statuto specialiter derogas-
sent.Et tãtò † magis,quòd sub illa clausula generali, non 2
obstantibus quibuscunque,non censetur derogatum sta-
tuto speciali.Roch.decis.1.sub num.2.de præben. in nou.
Fel.in ca.nonnulli, nu.23.de rescript. Secundò moti sunt
Domini ex instrumento promissionis de vendendo, vbi
D.Elisabeth mater & tutrix Caroli promisit vendere so-
lemniter,& legitimè,& cum solemnitatibus solitis,& re-
quisitis tam de iure,quàm ex forma statutorum,ac etiam
promisit tradere, & cõsignare futuris emptoribus decre-
tum,& licentiam obtentum,& obtentam à Reuer. Lega-
to, & à Dominis Quadraginta de re ipsa vendenda in
confinibus existente: & insuper aliud decretum,& licen-
tiam venditionis fiendæ propter minorem, & pupilla-
rem ætatem Caroli. Ex quibus verbis apertè colligitur,
licentiam Reuer. Legati, & Dominorum Quadraginta
fuisse solùm à matre Caroli petitam,& obtentam,ex quo
promisit illam futuris emptoribus tradere,& consignare.
Vnde si mater Caroli petiit huiusmodi licentiam, præsu-
mendum est, illam petiisse solùm ad effectum derogandi
statuto prohibitiuo alienationis bonorum iuxta confinia
positorum,non autem ad effectum derogandi statuto de
contractibus minorum, quia si petiisset ad effectum de-
rogãdi vtrique statuto,frustra postea promisisset vendere
cum solemnitatibus,tam de iure,quàm ex forma statuto-
rum requisitis, & obtinere decretum, & licentiam ven-
ditionis futuræ propter pupillarẽ ætatem Caroli: & pro-
pterea præsumendum est, Reuerend. Legatum, & Do-
minos Quadraginta concessisse † licentiam conformem 3
petitioni matris Caroli,arg.§.præterea. Inst.de inutil.sti-
pul. ¶Tertiò & vltimò, Domini intelligebãt,talẽ † licen- 4
tiam concessam fuisse seruatis debitis solemnitatib. arg.
l.si quando,& ibi Doct.C.de inof.test.Bero.cons.124.nu.
22.lib.1.& ad id etiam fuit allegata, glo.in l.2. C.quando
decret.op.non est.vbi vult,quòd † quãdo Princeps specia- 5
liter concessit licentiam vendendi rem pupilli, quo casu
non requiritur decretũ iudicis, nihilominus caussa ven-
dendi coram ipso iudice inquiri debet.sequuntur ibi Fab.
& Saly.& Æmil.Ferret.resp.43.nu.3. & hoc idem, & cla-
rius voluit Azo in summa eo tit.quãdo decret.op. nõ est,
in princ.

6 in princ. dicens,† minorem, qui specialiter ius venditio-
nis à Principe obtinuit, debere postea apud Præsidē pro-
bare subesse æs alienum, nec aliàs commodius posse di-
strahi, per l.pen.C.de his qui veni.æt.impet. Et his pro-
batis non esse opus decreto. ¶Nec obstat, quòd in prædi-
cta licētia fuerunt narrata ea, quorum ratio in alienatio-
ne rerum minorū haberi solet, nempe, sterilitas terreni, de
cuius alienādi licentia agebatur, modica eius vtilitas, pre-
tium à nemine maius oblatum, quā à Francisco Viuiano,
& Marco Ioanni de Donato, & caussa soluendi debita
hæreditatis paternæ, quibus Carolus grauabatur, quia
hæc omnia fuerunt narrata pro iustificatione licentiæ,
non autem pro supplēdis solemnitatib. minorū. ¶Quan-
tùm autem ad secūdum de præsumptione solemnitatum
7 ex diuturnitate temporis, Domini existimauerunt, † non
esse locum huic præsumptioni, quia in instrumento ven-
ditionis constat de veritate, videlicèt non fuisse adhibi-
tam præsentiam vnius Doctoris, & vnius agnati, vel co-
gnati, quæ præsentia est solemnitas, quæ debet interueni-
re in ipso contractu, non autem antea, vel postea: si enim
statutum de cōtractibus minorum præcipit, contractum
minoris fieri in præsentia vnius Doctoris, & vnius agna-
ti, vel cognati: ergo præsentia in ipso contractu est adhi-
benda, & tantò magis, quod idem statutum mandat de
tali præsentia credi scripturæ notarij. Vnde intrat, quod
tradit Dec.cons.409.num.12. vers. quia pro responsione,
8 quòd quando † in instrumento non apparet de solemni-
tate, verum est, quòd tempore confecti instrumenti, il-
lam solemnitatem adhibitam nō fuisse, præsumitur, quia
si interuenisset, verisimiliter de ea instrumento mentio
facta fuisset.

CANTVCCII.

Imolen. iurispatronatus. Vener. 28. Nouemb. 1578.

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus non acquiritur de iure, nisi de consensu ordinarij.*

2 *Licentia ædificandi Ecclesias extenditur etiam ad acquisitionem iurispatronatus.*

3 *Iuspatronatus prouenit & acquiritur ex ædificatione Ecclesiæ cum consensu ordinarij.*

4 *Licentia ædificandi Ecclesiam, videtur concedi ad finem acquirendi iuspatronatus per ædificantem.*

DECISIO LXXXV.

PRo parte Dominorum de Tartagnis prætendentium
iuspatronatus ad Capellaniam Sācti Sigismundi exi-
stentem in Ecclesia sanctæ Mariæ in regula Ciuitatis
Imolen. dicebatur, iuspatronatus fuisse ab eis acquisitum,
auctoritate & consensu Abbatis dictæ Ecclesiæ sanctæ
Mariæ. Pro parte verò D. Scipionis de Calderinis prouisi
1 Apostolici respondebatur, † iuspatronatus de iure non
acquiri, nisi de consensu ordinarij, c. nobis, & ibi omnes,
de iurepatr. Cald. de iurepatr. cons. vlt. ver. in contrarium
videtur. Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. q. 2. art. 3. nu. 1.
¶Nec aliter constare, Abbatem Ecclesiæ sanctæ Mariæ
habere ordinariam iurisdictionem ad effectum, de quo
agitur, qui est præstatio auctoritatis, & consensus super
creatione, & acquisitione iurispatronatus. Et rursus pro
parte illorum de Tartagnis replicabatur, de tali ordina-
ria iurisdictione prædicti Abbatis satis constare ex bulla
Innocentij Quarti, vbi inter alia voluit, vt nullus posset
ædificare aliquam Ecclesiam intra parochiam d. Abbatis
sine licentia summi Pontificis, vel ipsius Abbatis. Pro-
pterea die Vener. 28. Nouemb. 1578. dubitani, *an stante
Bulla Innocentij Quarti dicatur constare, dictum Abbatem
habere ordinariam iurisdictionem in casu, & ad effectum, de
quo agitur?* Quod dubium Domini affirmatiuè resol-
uerunt, quia cum dictus Abbas vigore Bullæ Innocen-
2 tij Quarti habeat † potestatem dandi licentiam ædifican-
di Ecclesias intra suam parochiam, vtique in quandam
consequentiam habebat etiam facultatem præstandi au-
ctoritatem, & consensum creationi, & acquisitioni iuris-
patronatus, cùm regulariter, & à communiter acciden-
tibus non soleant Ecclesiæ ædificari sine acquisitione iu-
rispatronatus, & sic potestas dandi licentiam construen-
di Ecclesiam trahit secum, tanquam quid consecutiuum
potestatem consentiendi acquisitioni iurispatronatus:
nam † ex ædificatione Ecclesiæ cum consensu ordinarij 3
prouenit, & acquiritur iuspatronatus, c. nobis, & ibi Doct.
de iurepatr. Host. Abb. & alij, de quibus per Lambert. vbi
supra, sub nu. 4. & potestas † dandi licentiam ædificandi 4
Ecclesiam videtur concedi ad finem, vt ædificans acqui-
rat iuspatronatus, vt post Calder. de iurepatro. cons. 3. in
prin. tradunt Gem. in c. vnic. col. pen. vers. 23. & ibi Franc.
nu. 9. post med. vers. 21. de maio. & obed. lib. 6. ¶Ex qui-
bus cessant deducta pro parte Scipionis.

CANTVCCII.

Caurien. iurisdictionis. Lunæ, 14. Nouemb. 1578.

SVMMARIA.

1 *Verbum, negotiis, in mandato limitato ad lites, & causas accipitur pro litibus & caussis.*

2 *Certioratus præsumitur dominus de his, quæ per eius procuratorem gesta sunt.*

DECISIO. LXXXVI.

FVit tentum, mandatum, de quo agitur, limitatum es-
se ad lites, & caussas, & exceptionē pariter limitatam
esse ad lites & caussas, non obstante, quòd loquatur de
negotiis, quæ † accipiuntur pro litib. & caussis, tum pro- 1
pter verba illa præcedentia, de dictis caussis & negotiis,
tum etiam, quia lites, & caussæ etiam propriè negotia di-
cuntur. c. forus. §. negotiū, de ver. sig. c. qui generaliter, in
prin. & ibi Frāc. nu. 1. de proc. lib. 6. Spec. in tit. de procur.
§. 1. num. 38. & ibi Io. And. in add. Alex. in l. procuratorib.
nu. 7. C. de proc. Bero. q. 20. n. 4. Inclinabāt tamen Domi-
ni pro validitate, & substentatione gestorum, de quibus
agitur, tum † ex præsumpta certioratione Militiæ, iuxta 2
cons. Roman. 481. ante protestationem Episcopi, tunc ex
ratificatione, quæ saltem operatur effectum declaratio-
nis voluntatis Militiæ, quòd huiusmodi caussa non fuerit
habita pro negotio graui, & effectum approbationis per-
sonæ substituti. Tum etiam (si hoc verum esset in facto)
ex recessu Episcopi à protestatione, quòd tolleret omnem
difficultatem. Et propterea firmandum erit factum: Ta-
men Domini noluerunt capere resolutionem, sed volue-
runt super his particulariter informari.

CANTVCCII.

Burgen. decimarum. Die 21. Nouemb. 1578.

SVMMARIA.

1 *Dispositio cap. suggestum, de decim. in. quo casu locum habeat, & quomodo intelligatur.*

DECISIO LXXXVII.

QVoad primam partem dubij, an in casu de quo agi-
tur, habeat † locum. c. suggestum, de decim. Domi- 1
ni negatiuè responderunt. Ibi enim tria concurrebant,
quæ hic cessant: nam in primis ibi priuilegium præiudi-
cabat Ecclesiæ parochiali, vt per Host. ibi in princ. & cla-
riùs in fi. ibi, & per cōsequens parochiales de paupertate,
si priuilegium obseruetur. Io. And. in princ. & ante med.
Card. post prin. ver. sol. intellige. Abb. nu. 2. ver. & intelli-
ge, hoc idem voluerūt Card. in Clem. 1. nu. 10. & ibi Imol.
nu. 9. de censib. ¶Secundò, in d. c. suggestum, præiudicium
erat graue & enorme, vt ibi communiter Dd. intelligunt,
In. Host. Io. And. Card. Bur. & Ab. & Card. & Imo. in d. cle.
1. Imò præiudicium erat adeò graue & enorme, vt scan-
dalum pareret, vt colligitur ex illis verbis, nulli poterat
de iure scādalum suboriri, & notat ibi Butr. in primo not.
¶Tertiò, ibi, multi viri Ecclesiastici sæpe conquesti fue-
rant, vt in vltimis verbis expressè dicitur. Quæ omnia
cessant in casu nostro, in quo non læditur Ecclesia paro-
chialis, sed præstimonium, siue Abbatia, cui Præstimo-
nium est annexum, & læsio non est grauis, sed modica,
cum

cùm fructus præstimonij sit modica pars fructum Abbatiæ, nec multi, viri conqueruntur, sed solùm Abbas, siue præstimonarius. ¶ Quantùm ad secundam pattem dubij, an sit recurrendum ad Principem pro declaratione priuilegiorum in casu, de quo agitur, Domini dixerunt, superfluam esse resolutionem illius, stante resolutione primæ.

CANTVCCII.

Roman, locationis domus. Mercurij, 10. Decemb. 1578.

SVMMARIA.

1 *Pensio certa seu merces, si non exprimatur in locatione, intelligitur illa, quæ consueuit præstari.*

2 *Conducens domum ad pensionem sine certa quantitate expressa intelligitur conducere, pro eadem quantitate, quam alij soliti erant præstare ex communi.*

Intellige, vt nu. seq. cum num. 11. & 13. & seq.

3 *Consuetudo etiam in contractibus attenditur, & suos operatur effectus.*

Intellige tamen: & declara, vt nu. 11. & 13.

4 *Actio præscriptis verbis, non autem ex locato datur fulloni, cui data sunt vestimenta polienda nulla mercede conuenta, sed postea conuenienda.*

5 *Merces solita habet etiam locũ in eo, qui locat operas suas.*

6 *Consuetudo, vel solitum non habet locum in substantialibus, quæ exprimi omnino debent.*

Declara tamen, vt nu. 8.

7 *Mercedis constitutio est de substantia locationis.*

9 *Merces solita dicitur merces conuenta tacitè.*

10 *Contrahentes censentur se conformare cum dispositione iuris communis, vel statuti, vel consuetudinis.*

Declara quoad consuetudinem, vt nu. seq. & 13.

11 *Consuetudo in contractibus, quatuor modis intelligi debet: & quænam sit attendenda. nu. 13. 14. & seq.*

12 *Morans in aliquo loco tanquam inquilinus debet præstare nomine pensionis tantum, quantum præstari consueuit, nec est necessaria habitatio, num. 16.*

14 *Consuetudo conductoris in præstando mercedem non est attendenda.*

15 *Domum inhabitans cessante consuetudine tenetur conditione sine caussa ad id, quanti conductum fuisset.*

17 *Ruin. consil. 24. num. 9. lib. 1. quo casu loquatur.*

18 *Venditio valet, in qua pretium, quod in rei veritate certum est à partibus ignoratur.*

19 *Locatio valet, cum merces in arbitrium tertij sit collata.*

20 *Locatio simpliciter facta sine expressione certæ mercedis, dicitur contractus innominatus, in quo datur actio præscriptis verbis.*

Intellige & declara, vt sub nu. 22. cum seq. & num. 26.

21 *Locatio domus si sit facta pro iusta mercede, quæ postea non non sit declarata, dicitur contractus imperfectus sub specie contractus innominati.*

22 *Locatio rei si sit facta pro mercede inter partes conuenienda, vel quæ erit iusta, vel quæ videbitur bono viro, datur actio præscriptis verbis.*

23 *Locatio, vt dicatur contractus nominatus requiritur declaratio mercedis ab initio, vel quod sit collata in arbitrium tertij.*

24 *Locatio non potest fieri sub mercede postea inter partes conuenienda.*

25 *Locatio, in qua sit appositus certus declarator, non est contractus innominatus ab initio, sed ex post facto mortuo declaratore, sine declaratione.*

29 *Locatio rei non solitæ locari, in qua non apparet de mercede conuenta, dicitur contractus innominatus.*

DECISIO LXXXVIII.

REuer. P. D. Franciscus Barberinus Francisco Sangalletto fratri R. D. Gulielmi domini domus, de cuius locatione agitur, scripsit apocham, siue epistolam, in qua inter alia continentur hæc verba: Quoniam voluissem, vt mihi faceres instrumentũ, siue scripturam locationis domorum ex nunc pro tempore post finitam locationem Dom. Horatij, sicut heri mane vnà cum fratre suo remansimus concordes. Et vlteriùs, quia præsupponitur in facto, domus, de quibus agitur, cõuenisse aliis locari pro annua pensione 270. scutorum, volui videre, *an sine dictis testium, & aliis in facto consistentib. posset caussa terminari ex sola apocha*, iuncta dispositione iuris communis, de qua per gl. & Doctor. in l. exceptio, C. locat. volentes, in locatione, in qua non est expressa certa merces, subintelligi solitam, & consuetam. Et propterea die Mercur. 10. Decembr. 1578. dubitaui præsuppositis verbis apochæ, siue epistolæ, & sine veri præiudicio, quòd domus, de quibus agitur, consueuerint aliis locari pro certa mercede 270. scutorum, ac resolutione in hac caussa facta, & circumscriptis dictis testium, & omnibus aliis hincinde deductis factum concernentibus, *an ex verbis epistolæ ex eo, quod in illa non fuit facta mentio de certa mercede, possit dici constare, locationem non fuisse perfectam, ita vt sit recedendum a resolutione iam facta.*
Domini dixerunt, locationem fuisse perfectam, non obstante, quod in apocha non fuit facta mentio de certa
pensione, & per consequens non esse recedendum à dicta resolutione. Et moti sunt ex communi Docto.
conclusione. quæ † habet, quod quando in locatione non ex- 1
primitur certa merces, intelligatur illa, quæ consueuit
præstari, ita gl. in d. l. exceptio, in verbo consuetudinẽ, per
illum text. ibi, iuxta præteritam consuetudinem, quam gl.
sequuntur ibi Barto. Bald. Alber. Salic. & Ang. qui nota-
biliter dicit, quòd si quis † conduxerit domum ad pensio- 2
nem, & de certa quantitate nullo modo conuenit, sicut
quotidie fieri videmus inter amicos, tunc conductor debet soluere illam pensionem, quam alij soliti sunt præstare. Hoc idem voluerunt Imol. consil. 12. in fin. versic. nec obstat. Castren. in l. 1. nu. 2. ff. locat. & latiùs in l. 1. §. si quis seruum, nu. 4. ff. depos. Andr. Sicul. in cap. quod ad translationem, nu. 36. de offic. legat. Alex. cons. 107. nu. 1. & 2. lib. 1. Cæpol. in l. quod si nolit, §. qui assidua, nu. 21, ff. de ædil. edict. Felin. in cap. ex literis, nu. 13. versic. & conducens, de fide instrum. Barbat. in cap. cùm M. Ferrarien. num. 152. & ibi Felin. nu. 6. post med. vers. & conductio simpliciter, & Dec. num. 6. vers. & idem in domo conducta, extra, de constitut. Ias. in l. vt liberis, nu. 12. C. de collat. Euerard. in loco ab vsitato, siue à solito, pag. 554. circa med. ver. sicut in simili. Neuizan. cons. 28. nu. 7. Ant. Gomes. de contract. cap. 3. nu. 4. vbi testatur, hanc esse communem opio. Et in propriis terminis locationis domus loquuntur Angel. Castren. Andr. Sicul. Cæpol. Felyn. Dec. Iason. & Neuiz. in locis præcitatis. Et prædictam opinionem cõmuniter receptam esse nullatenus est ambigendum, cùm contrarium tenentes paucissimi sint, nempe, Pet. de Bellaperti. in d. l. excepto, prope fin. vers. dico, quod in isto casu, dicens, quod si ego habeo domum, quam locari consueui, & loco eam tibi non expressa certa pensione, isto casu dubium est, vtrum locatio valeat, quia in locatione requiritur certa merces conuenta, aliàs non valet, sicut in venditione exigitur certum pretium conuentum, aliàs non tenet. Et contra communem sententiam latè tenet, & prosequitur Arrian. Pinell. in Rubr. C. de rescind. vend. par. 2. ca. 3. nu 4. 5. 6. 7. & 8. à cuius opinione non dissentiunt nouis. Hispa. dẽ iure emph. par. 1. q. 11. n. 10. prope fi. ¶ Et licèt tex. in d. l. excepto, varios recipiat intellectus, de quibus per Dd. ibi ita vt probabiliter dubitari posset, an expressè probet communiter cõclusionem, tamen quicquid sit, negari nõ potest, quin faciat in argumentũ ponderando illa verba, iuxta præteritam consuetudinem, &
comprobatur cõmunis opi. ex vi, & natura ipsa † consue- 3
tudinis, quæ etiam in contractib. attenditur, ac suos operatur effectus, vt latè per Barb. in c. cũ M. Ferrar. 145. vsq; ad nu. 150. & ibi Felyn. nu. 6. Dec. nu. 6. & 7. & Rip. nu. 39.

cum

cum plurib. seq. extra de const. idẽ Barb. in c. quod ad trã-
slationem, nu. 16. cum multis seq. de offi. leg. Felin. in c. ex
literis, no. 12. & 13. de fide instrum. Euerard. in loco à solit.
Ias. in l. certi condictio, §. si nũmos, nu. 11. ff. si cert. peta. &
in l. vt liberis, o. 8. cum seq. C. de collat. cum aliis latissimè
congestis per Gabr. lib. 6. de consuetud. conclus. 1. ¶ Non
obstant io contrarium deducta. ¶ Et in primis non obstat
text. in l. si tibi polienda, ff. de præscript. verb. & text. in §.
4 qua de caussa. Instit. locat. ex † quibus iuribus videtur
probari, quòd quamuis fullo sit solitus locare operas, ni-
hilominus ea vestimentis ei datis ad poliendum nulla
mercede conuenta, sed postea inter eos conuenienda,
non contrahitur locatio, sed datur actio præscriptis ver-
bis. ¶ Siquidem dupliciter respondetur. ¶ In primis, quòd
quamuis fullo soleat suas operas locare, tamen res, quas
poliendas, vel curandas accipit, sunt variæ, & difformes,
ita vt non possit cadere eadem & vniformis merces: &
propterea fullo in casu dictorum iurium, in locatione
operarum suarum, in curandis vestimentis, non poterat
prætendere mercedem solitam, quia nulla aderat, nec ad-
esse poterat merces solita, cùm vestimenta sint varia, &
difformia, & propterea eorum curatio & politio variam,
& difformem exigit mercedem. ¶ Præterea respondetur,
in casu dictorum iurium non posse subintelligi merce-
dem solitam, quia cõtrahentes expresè egerunt de mer-
cede inter eos postea conuenienda. ¶ Quintmo, † quòd
5 etiam in eo, qui locat operas suas, habeat locum merces
solita, patet ex eo, quòd tradit Iacob. de Aren. in d. l. exce-
pto, ad fin. vbi vult, quòd officialis electus ad aliquod of-
ficium sine taxatione salarij, intelligitur electus ad sala-
rium illud, quod aliis in eodem officio cõstitutis solitum
erat præstari. Quod dictum sequitur ibi Cyn. Alberic.
Bald. Salic. & Fulgos. idem Bald. in l. licèt, in fin. C. locat.
Barb. in cap. cum M. Ferrarien. nu. 151. in fi. de constitut.
Aleaand. consil. 206. num. 1. lib. 2. Cæpol. in l. quod si no-
lit, §. qui assidua, num. 22. ff. de ædil. edict. Aut. Gomes. d.
cap. 3. num. 4. circa med. Crem. in l. 2. num. 239. vers. facit
non minus, C. de rescind. vend. Et in terminis. quòd is qui
consueuit locare operas suas, censeatur locasse secundùm
litam consuetudinem, tradit expresè Bart. in l. 1. §. ludi, in
fin. ff. de var. & extraor. cog. per tex. in d. l. excepto, & se-
quitur Gabriel. de consuet. concl. 1. nu. 5. ¶ Secundò non
obstat, quòd consuetudo, siue solitum non habet locum
6 in substantialibus, quæ † omnino exprimi debẽt & omissa
vitiant, vt tradit Io. And. in addit. ad Specul. tit. de instru.
edit. §. instrumentum, nu. 13. in fi. in verbo, institutio. ver.
de substantialibus autem, inquiens, substantialia nõ posse
dẽ consuetudine suppleri: illa enim ab initio adeo insunt
contractibus, vt sine illis vitientur, per l. testamentum, C.
de testam. cap. tuæ, & cap. sequen. in fin. de spons. sequitur
Felin. in cap. ex literis, nu. 13. ante med. vers. sed ad hæc, de
fide instrumenti, idem Felin. in d. cap. cum M. Ferrarien.
num. 7. & ibi Deci. nu. 7. versi. limitatur tamen, & ibidem
Rip. nu. 44. idem Deci. in l. vt liberis, num. 18. in fin. C. de
collat. & in l. semper in stipulationibus, nu. 13. in fin. ff. de
reg. iur. Loffred. cons. 1. sub nu. 119. Gabriel. lib. 6. de con-
suetud. conclus. 3. n. 27. & hoc idem voluit Ang. in l. licèt,
sub nu. 1. versic. & ita exponendo, C. locat. Et negari non
7 potest, † constitutionem, siue cõuentionem mercedis es-
se de substantia locationis, l. 2. ff. loca. l. si conuenerit, in fi.
ff. com. diuid. l. si vir vxori, in fi. princ. ff. de don. inter vir. &
vx. & in princ. Instit. de locat. ¶ Verum respondetur, præ-
dictam conclusionem, quòd cõsuetudo non suppler sub-
8 stantialia, procedere, † quando substantialia omnino ex-
primi debent: Nam tunc prætermissa vitiant, nec aliter à
consuetudine supplentur. Et ita loquuntur Felin. Deci. &
Rip. in d. c. cùm M. Ferrariẽ. & clarè Ang. in d. l. licèt, vbi
inquit, quòd si de consuetudine apponenda sunt quædam
verba in instrumento, & quòd illud aliter non valeat, tũc
non suppletur instrumentum à cõsuetudine, idque bene
deducit Dec. in d. c. cum M. num. 7. vers. limitatur tamen.
Sed de substantia locationis non est expressio certæ mer-
cedis, sed conuentio, vel constitutio ipsius, quæ adest in
casu isto, aliàs si expressio esset de substantia sequeretur,
locationem verbis contrahi. ¶ Quòd autẽ in casu nostro
adsit merces conuenta patet ex eo, quòd † merces solita 9
dicitur merces conuenta non expresè, sed tacitè. Con-
ductor enim censetur tacitè conuenire de mercede soli-
ta, & propterea taciti, & expressi hoc casu eadem est vir-
tus, l. cum quid, ff. si cert. pet. Et ita in specie locationis ar-
gumentatur Imol. consil. 22. nu. 2. Et quòd merces solita
censeatur inter partes conuenta, tenet expresè Ant. Go-
mes. de contract. c. 3. sub num. 4. quod quidem comproba-
tur ex eo, quòd contrahentes † censentur se conformare 10
cum dispositione iuris communis, vel statuti, vel consue-
tudinis, ad trad. per Dd. in l. hæredes mei, ff. ad Trebell. la-
tè Brun. in statut. quod stante mascul. art. 5. n. 50. & 51. sed
ea dispositione iuris communis in locatione, in qua non
est facta mentio de certa mercede, intelligitur illa, quæ
solita est præstari, vt supr. deducta est. Meritò, &c. ¶ Ter-
tiò non obstant quatuor declarationes traditæ pro parte
R. D. Barberini ad communem conclusionem, de qua in
d. l. excepto. ¶ Quarum † prima est, vt intelligatur de con- 11
suetudine communi, siue generali regionis, vel loci, vt
bene declarat Anto. Gomes. de contract. cap. 2. num. 9. ad
fin. Cremen. in l. 2. num. 239. C. de rescind. venditio. Et de
consuetudine loci loquitur Imol. d. consil. 22. num. 2. &
bene Barto. in l. 3. C. loca. ibi standum est consuetudini re-
gionis in hoc, vt supra eodem, l. excepto. ¶ Secũda decla-
ratio est, vt intelligatur de consuetudine eiusdem condu-
ctoris, secundùm Petr. de Bellaperi. in d. l. excepto, in fin.
¶ Tertia declaratio est, vt intelligi debeat secuta habita-
tione domus, vel implemento ipsius locationis. Idq́ue vi-
detur colligi ex verbis Iacob. de Aren. in d. l. excepto, post
med. ver. vel dic. dicentis, ibi, colligi, quòd † quando ali- 12
quis moratur in loco aliquo tanquam inquilinus, quòd
debet præstare nomine pensionis tantùm, quantum præ-
stari consueuit. Et sic videtur intelligere, d. l. excepto, in
consuetudine mercedis præstari solitæ, secura tamen ha-
bitatione domus. Et hũc intellectum sequuntur ibi Cyn.
ad fi. Alber. nu. 1. & Fulgos. in princip. & Cæpol. in d. §. qui
assidua, num. 21. in fi. Et hoc idem voluit Ioan. de Plat. in
l. domini prædiorum, colum. 1. nu. 2. versic. & idem in do-
mo, C. de agric. & censit. lib. 11. dicens, pro domo mea ha-
bitata ab aliquo soluendam esse mihi certam mercedem,
prout illa domus consueuit locari. Et hoc idẽ videtur sen-
tire Bard. in d. l. excepto, nu. 2. versic. oppono, quod malè
dicit, & ibi Salic. circa med. vers. oppono, quod malè dicat.
Ioan. de Plat. in §. actionum, nu. 18. prope fi. & ibi Ias. nu.
167. ad finem. Institut. de action. dum dicunt, locationem
non expressa certa mercede censeri factam secundùm
præteritam, & consuetam mercedem. Idq́ue notandum
esse, quia multoties isti locatores debent conducere vo-
lenti, & de quantitate pensionis quærenti, vade intra, &
habita domum, quia de pensione erimus bene cõcordes.
¶ Quarta, & vltima declaratio est, vt prædicta commu-
nis conclusio procedat † data scientia consuetudinis in 13
conductore, per ea, quæ in terminis tradit Ruin. cons. 74.
num. 9. lib. 1. ¶ Cæterum nulla ex istis declarationib. Do-
minis placuit. ¶ Nam quoad primam de communi, siue
generali consuetudine, dixerunt, illam nõ esse admitten-
dam, quia omnes Dd. tenentes prædictam communem
conclusionem, loquuntur simpliciter de consuetudine,
nec se restringunt ad consuetudinem communem, siue
generalem. Et licèt Anto. Gomes. Cremen. Imol. & Bur.
in locis, de quibus supra, loquantur de consuetudine
communi, siue generali, & de consuetudine loci, vel re-
gionis, non tamen loquuntur restrictiuè, quasi d. l. exce-
pto, non habeat locum, nisi in consuetudine generali lo-
ci, vel regionis. ¶ Imò huiusmodi declaratio non potest
de iure

de iure subsistere, quia cùm Docto. exemplificent in locatione domus, oportet, eos intelligere de consuetudine particulari, cùm domus variæ, & difformes sint, & propterea varia & difformis in eis eadit pensio. ¶ Tunc autem haberet locum consuetudo communis, siue generalis, quando eadem & vniformis solueretur pensio, vt exempli gratia contingeret in locatione prædiorum, non ad corpus, sed ad mensuram, quia pro singulo rubro generaliter, & communiter vniformis pensio præstaretur, & in locatione operarum agricolæ, & in locatione equi conductitij, in quibus locationibus pro opere facto, & pro vsu equi singulis diebus generaliter, & communiter vniformis soluitur merces, ac etiam in locatione domorum, quarum pretia siue pensiones taxantur, vt fieri solet in aliquibus partibus Hispaniarum, vt testatur Anto. Gomes. de contract. cap. 2. nu. 9. in fi. ¶ Quoad secundam declarationem de consuetudine eiusdem conductoris, responsum fuit, illam minimè attendendam, tum
14 † quia Pet. de Bellaper. est solus in hac opinione, & contrarium expressè tenent Iacob. de Aret. Cyn. Albertic. & Angel. in d. l. excepto, dum loquuntur de mercede per alios præstari solita. Et idem voluit Anton. Gomes. d. c. 3. numer. 4. ¶ Tum quia Docto. firmantes prædictam communem opin. frustra fundarent se in consuetudine, si illam voluissent intelligere in persona eiusdem conductoris, tunc enim effectus iste tribuendus esset non consuetudini, sed tacitæ reconductioni, & sic intraret dispositio, l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locat. ¶ Quoad tertiam declarationem de habitatione, & implemento fuit pariter multipliciter responsum. ¶ Primò, quia omnes Docto. in d. l. excepto, & alibi simpliciter loquuntur, nec vllam prorsus de habitatione, vel implemento mentionem faciunt. ¶ Secundò, quia si requireretur habitatio, vel implementum, superflua esset consuetudo, nam ces-
15 sante consuetudine is, † qui inhabitauit domum, tenetur condictione sine caussa ad id quanti conductus fuisset, vt post Bartol. & Bald. tradit Ias. in d. §. actionum, numer. 165. & ibi Ioan. de Plat. num. 18. versic. locaui.
¶ Tertiò, quia cõtractus locationis cùm sit vnus ex contractibus, qui solo consensu celebrantur, non requirit habitationem, siue implementum. ¶ Non obst. quod exemplo dicitur, locationem, de qua agitur, esse contractum innominatum. Id enim negatur, vt inferius deducetur.
¶ Quartò in omnem euentum potest dici in casu isto interuenisse habitationem, quia cùm D. Barbianus aliquo tempore inhabitauerit, tamen si eius inhabitatio esset referenda ad sublocationem D. Horatij, sequitur, vt si postea finita sublocatione eiusdem D. Horatij non continuauerit habitationem, sibiipsi imputet, quia per ipsum stetit, quominus habitauerit, & sic perinde est ac si inhabitauerit, arg. leg. iure ciuili, ff. de cond. & demonst.
¶ Non obst. trad. per Iacob. de Aren. Cyn. Alb. Fulg. Cæ-
16 pol. Io. de Plat. & Ias. in locis superius. ¶ Quia † ipsi non loquuntur dispositiuè, & restrictiuè, quasi vltra consuetudinem necessaria sit habitatio, sed potius loquuntur narratiuè, & exemplificatiuè. Vltra quod Ioan. de Plat. & Ias. in d. §. actionum, loquuntur quando nulla præcessit locatio, sed habitatio tantùm, & tamen in casu nostro præcessit locatio, vt patet ex verbis apochæ. ¶ Quantùm ad quartam declarationem de scientia consuetudinis in conductore, Domini responderunt, Ruin. d. consil. 74.
17 num. 9. loqui † in pacto quodam extraneo solito per locatorem apponi, nempè quod conductores salinariæ vltimis sex mensibus conductionis non venderent sal subditis, nec forensibus, vltra eorum necessitatem pro dicto tempore. Præterea opin. Ruin. non subsistit per text. in l. hæc venditio. §. huiusmodi, ff. de contrah. empt. vbi valet
18 † venditio, in qua pretium, quod in rei veritate certum est, à partibus ignoratur, & videmus etiam valere loca-
19 tionem, cuius merces † in arbitrium tertij sit collata, l. si merces, in prin. ff. locat. §. pretium, in fi. Inst. de empt. & vend. & in princ. Insti. de locat. & tamen merces, donec à tertio arbitretur, partes ignorant. Imò si valet locatio hoc casu, in quo merces ab initio est incerta, & vtrique partium incognita, multò magis valere debet in casu nostro, in quo pensio ab initio erat in rei veritate certa, & solùm à conductore ignorabatur. ¶ Quartò & vltimò non obst. quòd quando fit locatio simpliciter non facta mentione certæ mercedis, quod † tunc sit contractus in- 20
nominatus, & habeat locum actio præscriptis verbis, etiamsi adsit merces solita, vt in specie voluit Ias. in d. §. actionum, num. 168. dicens, quod vbi aliqua res locatur simpliciter, non expressa certa quantitate, quo casu merces ex consuetudine præstatur, dict. l. excepto, quod tunc erit contractus innominatus, & agetur actione præscriptis verbis. Et hoc idem loquens per eadem verba voluit ante Ias. Alex. in addi. ad Bart. in l. 2. §. adeò in verbo, in contractu, vet. secus si certa. ff. locat. ¶ Quoniam pro responsione animaduertendum est, Ias. & Alex. moueri ex auctoritate Bald. in l. contractus, nu. 8. versic. modo, quæro, C. de instrum. vbi Bald. vult, † quòd si ego loeaui tibi do- 21
mum pro iusta mercede, nullo apposito declaratore, vel apposito, sed mortuo, & tu postea domum inhabitaueris, & ego puto mercedem, & tu dicis contractum imperfectum, quia non est certa merces, concludit Baldus, quòd iste contractus est imperfectus sub specie contractus innominati, & quod habet locum actio præscriptis verbis, vel in factum ex æquitate legis. Et mouetur Bald. ex auctoritate Azo. in sum. Instit. de locat. nu. 2. & Bald. & Azo. sequuntur etiam Roman. in l. sciendum, num. 33. & Alex. nu. 17. ff. de verb. oblig. & bene Soc. in l. si quis arbitratu, col. 6. nu. 19. circa med. vers. secundo modo, eo. ti. de verb. oblig. Vnde tota vis istius difficultatis pendet ab intelligentia opinionis Azon. cuius auctoritate nituntur Bald. Rom. Alex. Socin. & Ias. supra relati. ¶ Azo autem vult, quòd † si ego locauerim tibi rem meam pro mercede, quæ inter nos conuenerit, vel quæ erit iusta, vel quæ videbitur bono viro, datur actio præscriptis verbis. §. qua de caussa. Instit. de locat. Quod intelligit Azo expleto vsu 22
rei locatæ, propter quem conuenit dari actionem præscriptis verbis, & subdit, quod cùm contractus sit innominatus, potest primo vestiri ex parte agentis & sic Azo mouetur per text. in d. §. qua de caussa, qui est idem, quod rex. in d. l. si tibi polienda, in quo etiam se fundat Ias. in d. §. actionum. ¶ Verum huic obiecta respondetur, Azon. loqui in terminis longè diuersis à nostris: ideò enim contractus, de quo loquitur Azo, est innominatus, † quia 23
merces non fuit declarata ab initio, vel collata in arbitrium tertij, prout de iure requiritur, ad hoc vt locatio sit contractus nominatus. l. 2. & l. si merces. ff. locat. & Instit. eo in prin. & in vet. & qua supra, & in §. pretium. in fi. Instit. de empt. & vend. ¶. Nam in casu Azon. fuit conuentum, vt pro mercede daretur, quantùm postea inter partes conuenerit, vel quantùm esset iustum, vel quantum videretur bono viro, sub quibus formulis locatio contrahi non potest, non † enim potest fieri locatio sub mer- 24
cede postea inter partes conuenienda. d. l. si tibi polienda, & d. §. qua de caussa. ¶ Minus etiam potest fieri sub mercede, quæ erit iusta, vel quæ videbitur bono viro, vt est tex. in d. l. si merces. in princ. ¶ Ideò autem in casu Azo. datur actio præscriptis verb. quia erat expletus vsus, vel impletum factum. ¶ Sed in casu nostro locatio non potest dici contractus innominatus, quia merces non fuit reseruata declaranda ab ipsis contrahentibus, nec fuit generaliter collata in arbitrium alienum, sed fuit merces certa ab initio tacitè conuenta vigore consuetudinis. ¶ Non obst. quòd Bald. in d. l. contractus, velit † locatio- 25
nem, in qua sit appositus certus declarator, esse contractum innominatum ab initio, quia tunc loqueretur contra d. l. merces, in prin. ver. sin autem, & d. §. pretium. ¶ Sed

intelligit contractum innominatum ex postfacto mor-
tuo declaratore absque declaratione, tunc enim contra-
ctus nominatus locationis resoluitur, & pro nihilo ha-
betur. d. l. si merces. in fi. pr. Ideò autem in casu Bal. datur
actio præscriptis verbis ex æquitate legis, quia interue-
nerat habitatio domus. Præterea respondetur etiam ad
principale obiectum, quòd opinio Azo. Bal. & aliorum
26 procedit, † quando res non est solita locari, nec de mer-
cede conuenta apparet. Et ita Declarat Anto. Gomes. de
contract. c. 3. nu. 4. post med. vers. si verò illa res.

CANTVCCII.

Roman. lucr. dotis. die Lunæ, 15. Decemb. 1578.

SVMMARIA.

1 *Pecunia dicitur esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
2 *Decretum iudicis non est necessarium in alienatione rerum, quæ seruando seruari non possunt.*
3 *Dotis constitutio in pecunia numerata facta per mulierem minorem absq; decreto iudicis valet.*
4 *Iudicis decretum præsumitur in his, quæ ab eius sola voluntate dependent.*
5 *Tutorem habenti tutor dari non potest.*
Fallit, nisi habenti tutorem detur tutor in locum alterius tutoris excusati. nu. 6.
7 *Administratio non datur tutori non facienti inuentarium, nec iuranti, rem pupilli saluam fore.*
8 *Gesta per eum, qui pro tutore se gessit, valent.*
Imò etiam gesta cum tutore non legitimo, qui publice pro tutore se gerebat. nu. 9.
10 *Subscriptio facta ex mala auctoritate non potest postea ex bona sustineri.*
11 *Promissio dotis dicitur ratificata per matrimonium postea contractum.*
Imò etiam cogitatio de matrimonio in genere sufficit. nu. 12.
13 *Ratificatio ex verisimilibus, & communiter accidentibus colligi potest.*
14 *Tutor de iure accipitur pro curatore.*
15 *Tutor trahi potest ad curatorem, quod est minus.*

DECISIO LXXXIX.

IN caussa Roman. lucri dotis dubitaui, *an stante apocha
promissionis dotis, illius lucro ex forma statuti Urbis locus
esse possit?* In cuius dubij disputatione Domini duas con-
stituerunt difficultates principales. ¶ Prima fuit, *an dos
esset nulliter, vel valide constituta ratione persona Ioan. Fran-
cisci Pallauicini dotem constituentis.* ¶ Secunda fuit, *an
constaret de implemento conditionis donationis inter viuos
3000. scutorum, sub qua conditione dos promissa fuit.* ¶ Quo-
ad primam Domini dixerunt, dotem fuisse legitime con-
stitutam, quia à curatore in pecunia numerata constitu-
ta fuit, quo casu decretum iudicis non requiritur: pecu-
1 nia † enim est de rebus, quæ seruando seruari non pos-
sunt. l. Aristo. §. fi. cum l. sequen. ff. de iur. deliberan. §. con-
stituitur. Instit. de vsufru. late Tiraquel. post alios de vtro-
2 que retract. par. 1. §. 1. gl. 7. num. 104. ¶ Et † in alienatione
rerum, quę seruando seruari nō possunt, iudicis decretum
nō est necessarium. l. lex quæ tutores. in fine, & ibi omnes.
3 C. de admin. tut. ¶ Et in specie, constitutionem dotis in
pecunia numerata per mulierem minorē absque decreto
iudicis factam, validam esse voluerunt Curt. iun. consilio
168. sub num. 19. Rolan. de Lucr. dot. quæst. 45. num. 6. &
faciunt trad. per Neguf. de pignor. memb. 4. par. 2. nu. 75.
¶ Non obstant in contrarium adducta. ¶ Et in primis
non obstat, quòd non constat de legitimo impedimen-
to Francisci de Crescentus tutoris testamentarij, quia
4 præsumitur pro iudice, cùm † hoc casu iudicis absolu-
tio sufficiat. l. si tutor. C. de excus. tutor. & curat. ¶ Se
cundò non obstat, quòd Olimpia habeat alium tuto-
rem testamentarium, nempe Episcopum Gebennen. &
5 † tutorem habenti tutor dari nō potest. l. si quis sub con-
ditione. §. 1. ff. de testamen. tutel. cum simil. ¶ Nam hæc
6 † regula fallit, quando habenti tutorem datur tutor in
locum alterius tutoris excusati. text. est. clarus in l. penul.
Cod. in quibus cas. tut. vel cur. baben. sicut etiam in lo-
cum alterius tutoris suspecti, vel defuncti, vel relegati.
dict. l. penult. vel absentis. d. l. si quis sub condit. in fin.
¶ Tertiò non obstat, quòd Pallauicino non fuit decre-
ta administratio, nec † fecerit inuentarium, nec iurauc- 7
rit, rem pupilli saluam fore, quibus deficientibus non
competit administratio. l. fin. §. omnem. C. de admin. tut.
¶ Quia † administratio, & gesta nihilominus tenent, vt 8
post Bartol. tradit Abbas in capit. ex parte. *el secondo.* num.
6. & ibi Decius num. 5. de appellat. Aufrer. ad Capell.
Tholos. 288. latè Mandel. alios allegans, consilio 21. nu.
7. & 7. Pute. decis. 281. vel 284. incipit. in vna Bononiens.
& decis. 312. seu 315. incip. quinta Iunij. 1542. in vna Ro-
manens. lib. 1. Maximè † quia alias Rota tenuit valere 9
gesta cum tutore non legitimo, qui publicè gerebat se
pro tali, ne cum eo contrahentes decipiantur. Chassan.
decisio. 197. per consil. Socin. 153. nu. 3. & 4. lib. 2. ¶ Quar-
tò non obstat, quòd Pallauicinus apocham promissionis
dotis subscripserit tanquam tutor, & tamen Olympia
pupillarem ætatem excesserat, & propterea cùm Pallaui-
cinus in subscribēdo malam auctoritatem elegerit † non 10
potest eius subscriptio ex bona auctoritate sustineri. Mo-
hedan. decis. 101. & 204. Achil. decis. 7. de præsumpt. &
decis. 10. de appellat. ¶ Quia multipliciter fuit responsum.
¶ In primis, Pallauicinum non subscripsisse restrictiuè,
quod colligitur ex præcedentibus, & subsequentibus. Ex
præcedentibus, quia in corpore apochę denominatur cu-
rator: ex sequentibus, quia soluit partem dotis appel-
lando se curatorem. ¶ Secundò pro responsione non dis-
plicebat illud fundamentum, quòd Olympia promis-
sionem dotis ratificauerit, ex † quo postea matrimonium 11
contraxit. Nec obstat, quòd non probatur, Olym-
piam sciuisse huiusmodi dotis promissionem, sine qua
scientiæ ratificatio non potest induci, quia cùm matri-
monium regulariter sine dote non constituatur, sequi-
tur vt Olympia ratificando matrimonium ratificauerit
etiam quamcunque dotem sibi constitutam. Et † hoc 12
casu videtur hæc cogitatio in genere sufficere, vt bene
per Alexand. consil. 146. num. 12. lib. 5. maxime, quia vt
Alexand. ibi considerat. hæc dotis constitutio erat vtilis
ipsi Olympiæ, & tantò magis, quòd a solitis, & à verisi-
mili res huiusmodi dominis satis innotescunt, & † ratifi- 13
cationem ex verisimili, & ex communiter accidentibus
colligi, inquit Socin. iun. consi. 48. num. 11. lib. 2. ¶ Tertiò
responsum fuit, illud verbum, tutoris, positum in subscri-
ptione debere accipi pro curatore, tum propter subie-
ctam materiam, secundùm quam verba impropriantur:
tum quia † de iure tutor accipitur pro curatore. text. in l. 14
2. & ibi gloss. vltim. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. pater
Seuerinam. §. conditionum verba, & ibi etiam glo. in ver-
bo, non videbitur. ff. de condit. & demonstr. Albet. in di-
ctio. in verb. tutor. aliquando. Bart. in l. tutores. §. 1. versic.
sed ibi bene. ff. de admin. tutor. inquiens, tutorem bene
exponi pro curatore, quia † cùm tutor sit plus, ex quo da- 15
tur personæ, & rebus, potest trahi, ad id, quod est minus,
& sic ad curatorem, qui datur rebus tantùm. Et hoc idem
tenet ibi Cum. nu. 1. & sequitur Paul. de Castr. in d. §. con-
ditionum verba. num. 3. late Ias. in l. si quis in fundi voca-
bulo. nu. 46. & in l. qui quartam. in fin. ff. de leg. 1. & in l.
quod dicitur. nu. 12. vers. confirmatur optimè. ff. de verb.
obl. ¶ Quantùm ad secundam difficultatem Domini re-
seruarunt illam particulariter videndam.

CANTVCCII.

Bononien. damnorum, & interesse.

SVMMARIA.

1 *Conuentioni primæ nunquam censetur derogatum per secundam, nisi quatenus in secunda expressum reperiatur.*

2 Pœns

2 *Pœnitentia non habet locū in contractibus nominatis, etiam altera parte non obseruante, nec mora illos resoluit.*
3 *Interesse propter moram pacti, seu conuentionis, debetur, liquidandum iuxta aliqua requisita.*
4 *Pœna adiecta dationi quantitatis præsumitur in fraudem vsurarum apposita, ex communi, nu. seq.*

DECISIO XC.

QVoad primam partem dubij Domini dixerunt, Ve-
spasianum in soluendis affictibus recompensatiuis
fuisse in mora, stante interpellatione diei festi beatæ Ma-
riæ mensis Augusti solutioni affictuum præfixi. ¶ Nec
obstat responsio exemplo data, quòd dicta dies fuerit
nouata, ex quo, vbi priùs soluebantur affictus ad ratio-
nem quinque pro centenario, fuit postea alterata solutio
ad rationem sex, & sic inducta noua cōuentio. ¶ Quia pro
responsione dictum fuit, quòd cùm pactum de soluendis
affictibus sit correspectiuum ad pactū reseruationis do-
minij, donec residuum pretij soluatur, & per consequens
non sit restrictum ad tempus quadriennij, sed vlteriùs
duret, donec fiat solutio residui pretij, prout vltimo loco
resolutum fuit, sequitur, vt per nouam conuentionem
inductam ex solutione affictus quinti anni ad rationem
sex pro centenario, non censeatur derogatum priori con-
uentioni de soluendis affictibus in die festiuitatis beatæ
Mariæ mensis Augusti, nisi quoad quātitatem affictuum,
qui secundum priorem conuentionem soluebantur ad
rationem quinque, secundum posteriorem soluuntur ad
rationem sex, non autem quoad tempus solutionis, & sic
quoad diem festiuitatis beatæ Mariæ mensis Augusti,
1 quia † primæ cōuentioni nunquam censetur derogatum
per secundam, nisi quatenus in secunda expressum repe-
riatur, ita Barto. cons. 72. nu. 6. ante med. versic. sed posito.
argum. l. præcipimus, in fin. C. de appella. bene Dec. cons.
97. num. 5. quem refert & sequitur Purpur. in l. pacta no-
uissima, nu. 6. C. de pact. Rimin. iun. cons. 201. num. 18. lib.
2. Aym. consi. 61. num. 2. versicul. ad idem facit, quod scri-
bit. ¶ Quoad secundam partem dubij, Domini tenue-
runt, Vespasianum propter eius moram non fuisse pri-
uatum commodo pacti de soluendis affictibus ad ratio-
nem quinque pro centenario in contractu venditionis
2 appositi, quia in contractibus † nominatis non habet lo-
cum pœnitentia, etiam altera parte non obseruante, nec
mora illos resoluit, l. in ciuile, & ibi Bald. in princip. C. de
rei vind. l. non idcirco, C. de contrahend. empt. Docto.
communiter in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. Bar.
Angel. & bene Ias. in l. fina. C. de condit. ob caus. Afflict.
decis. 230. numer. 6. & 10. Ruin. consil. 168. num. 9. libr. 5.
latè Curt. iun. consi. 331. num. 20. in fin. vsque ad nu. 27.
vbi de communi, lib. 3. Put. decis. 316. libr. 5. Et fuit reso-
lutum coram Reuerendissimo Cotra in illa Romanen.
Casalis aquæ frigidæ de mense Iunij, 1575. ¶ Vnde Ve-
spasianus stante sua purgatione moræ ex deposito per
eum vltimo loco facto, quod ei suffragatur, vt iam reso-
lutum fuit, potest se iuuare beneficio dicti pacti, licèt
3 † propter moram teneatur ad interesse, liquidandum ta-
men iuxta requisita Paul. de Castr. in l. 3. §. fin. num. 3. ff. de
eo quod certo loco, & Mohed. decis. 208. ¶ Circa † pœ-
nam conuentionalem dupli Domini dixerunt, illam non
4 deberi, cùm sit adiecta dationi quantitatis, quo casu præ-
sumitur in fraudem vsurarum apposita, Docto. & præci-
puè Abb. num. 15. & Beto. num. 81. & 82. in c. dilecti. de
arbit. Doct. omnes, in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. peta. sum
Ange. in verbo, pœna, num. 12. ver. & præsumitur in frau-
dem, summa Syluest. in verbo, vsura, numer. 28. versic. 4.
quando est apposita, latè post alios Rebuf. in l. vnica. nu-
mero 270. vbi de communi, & numero 408. C. de sent.
quæ pro eo quod interest. Et hanc † esse communem, &
5 veram conclusionem inquit Purpur. dict. §. si tibi, nu-
mer. 79.

CANTVCCII.

Vlixbonen. matrimonij. Die 5. Iulij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Parochi assertioni in denuntiationibus matrimonij standum est, concurrente verisimilitudine prouenïente ex taciturnitate, & non reclamatione partium.*
2 *Iudicis assertioni standum est in pertinentibus ad eius officium.*
3 *Consummationem matrimonij seu carnalem copulam modi plures probandi traduntur cum nu. 4. 5. 6. 7. & 8.*
7 *Testis de auditu in probando copulam matrimonij, debet esse de auditu proprio non autem alieno.*
8 *Amor reciprocus inter virum, & mulierem est signum & adminiculum copulæ.*

DECISIO XCI.

LIcèt super expeditione caussæ Vlixbonen. matrimo-
nij inter Didacum de Piolenza, & Isabellam Heni-
quez die 5. Iulij. 1577. fecerim verbum in Rota. Et licèt
Domini auditis meritis caussæ, & dictis testium super
probatione copulæ carnalis, vtrisque per me fideliter re-
latis, dederint mihi licentiam expediendi caussam ad fa-
uorem Isabellæ, volentis monasterium ingredi, & reli-
gionem profiteri, absoluendo illam à molestijs sibi super
prætensa copula carnali per Didacum illatis: nihilomi-
nus cùm caussa expediretur per contradictas, volui pro
maiori sententiæ meæ iustificatione, quibus motus fue-
rim rationibus, & fundamentis, breuiter in his scriptis
testatum relinquere. ¶ Duo pro parte Isabellæ allega-
bantur, videlicet, nullitas matrimonij ob defectum pu-
blicarum denuntiationum iuxta formam Cōcil. Triden.
Item, defectus probationis copulæ carnalis, siue consum-
mationis matrimonij. ¶ Primum de nullitate matrimo-
nij, nec Dominis, nec mihi placuit, stante fide, & attesta-
tione Parochi, de qua in processu, fol. 155. vbi fidem facit,
& attestatur, inter Didacum, & Isabellam matrimonium
contractum fuisse legitimè, & in forma consueta San-
ctæ Matris Ecclesiæ coram testibus, & tam contrahen-
tes, quàm testes in libro matrimonij conscriptos fuisse, &
tres publicas denuntiationes in sua parochia præcessisse,
& prædicta de mandato Archiepiscopi fecisse, cuius qui-
dem Parochi † assertioni standum est, concurrente cum 1
ea verisimilitudine prouenïente ex taciturnitate, & non
reclamatione partium, argumento eius, quod in simili
† de assertione iudicis tradit Crauet. post Ancharan. de 2
antiq. tempor. part. 2. num. 22. & 23. ¶ Secundum de de-
fectu probationis copulæ carnalis fuit concorditer à Do-
minis approbatum: licet enim plures sint modi proban
di consummationem matrimonij, siue copulam carna-
lem, quorum † primus est confessio coniugum contitēn- 3
tium, copulam carnalem inter eos interuenisse, vt per
Soc. post alios, cons. 223. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 557. nu. 9.
vers. 3. principaliter. Fanut. de luc. dot. fol. 153. numer. 89.
¶ Secundus est † diuturna cohabitatio, ex qua copula 4
carnalis præsumptiuè probatur, vt post alios firmat idem
Phanut. vbi supra, fol. 156. num. 97. ¶ Tertius est testimo-
nium † de visu conueniens, hoc est, inferens præsumptio- 5
nes violentas per actus proximos copulæ, vtputa, quia
testes viderint in lecto solum cum sola, nudū cum nuda,
vel virum super fœmina, ca. literis, de præsumpt. ca. præ-
terea, de testibus, & vtrobique Docto. latè Phanu. præci-
tato loco, fol. 154. num. 90. vsque ad 97. ¶ Quartus & vlti-
mus † est testimonium de auditu, quod adminicula, & 6
fama coadiuuant, text. est in dict. capit. præterea. ibi, vel
etiam de auditu, & præsumptionem violētam fama con-
sentiens subministret, & alia legitima adminiculo suffra-
gentur, & ibi omnes Doct. not. & hæc etiam coniunctim
requiruntur, vt per Abba. in primo not. volentem, per
solam famam non probari copulam carnalem, nec per
solum testimonium de auditu, nec etiam per sola admi-
nicula, sed hæc tria simul iuncta probationem facere &

testimonium de auditu in hac materia non intelligitur de
7 † auditu auditus, seu de auditu alieno, sed de auditu pro-
prio, & propinquo ipsi copulæ: puta, quia testes dicant
se audiuisse aliquos commisceri. Ita declarant in dict. cap.
præterea. Ioan. Andr. ad fin. versic. tu verò Butr. numer. 9.
versicul. si testes deponant. Imol. num. 4. propè fi. Abb. nu.
4. post. med. ver capitur ergo. Felyn. nu. 3. ¶ Veruntamen
in casu nostro nullum ex istis quatuor generibus proba-
tionis copulæ carnalis interuenit. ¶ Nam de primo, se-
cundo & tertio genere in processus, quem ego diligenter
vidi, nullum verbum. ¶ Quoad quartum poterat prima
facie videri aliquam subesse difficultatem: nam per pri-
mum, & quartum testes, ac etiam per nonum super 15.
interrogatorio probantur aliqua signa facta per Isabel-
lam denotantia se velle, vt Didacus ad eam accederet.
¶ item, per primum & secundum testes clarè probatur re-
8 ciprocus † inter eos amor, quæ signa, & amor negari non
potest, quin sint adminicula copulæ, vt de amore tradit
Felyn. in dict. cap. præterea. numero 3. Ruin. consilio 53.
nume. 10. vet. & licèt lib. 5. ¶ Præterea secundus testis de-
ponit vidisse Didacum, & Isabellam sese recepisse in cu-
biculum, & audiuisse quendam rumorem tanquam ho-
minis, qui erat cum sua vxore. ¶ Cæterum nec istud quar-
tum genus in casu nostro verificatur, tum quia deficit fa-
ma, de qua testes nullum verbum: tum quia secundus te-
stis de auditu rumoris Didaci & Isabellæ intra cubiculũ,
est solus, nec alium habet contestem, & sic deficit testi-
monium de auditu, vt in terminis per Ruin. dict. consil.
53. num. 10. ante med. versi. nec obstat. Vltra quòd iste se-
cundus testis in hoc videtur inuerisimilia deponere, &
pugnare cum confessione Didaci facta in responsione ad
interrogatoria, vt patet in processu post prin.

CANTVCCII.

Roman. lucr. dotis. Veneris. 28. Nouem-
bris. 1578.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quominus consummetur, quando stat per vxorem, maritus dotem lucratur. ex communi.*
2 *Statuta semper intelliguntur in casu vero, non autem ficto.*
3 *Implementum descendens ex eo, quod non stat per implere debentem, non dicitur verum, sed fictum.*
4 *Casus verus & fictus quando æquiparantur, dispositio facta in casu vero, habet locum etiam in ficto.*
5 *Dispositio legis loquens in casu vero trahitur ad casum fictum eandem rationem habentem.*
6 *Implementum verum & fictum contingens ex eo, quod non stat per implere debentem, æquiparantur in iure.*
7 *Dispositio l. iure ciuili. ff. de cond. & demonstr. quomodo procedat & intelligatur. cum num. seq.*
9 *Lex, vel statutum, seu pactum deferẽs viro lucrum dotis in casum mortis vxoris sine filiis, procedit etiam in casum mortis ciuilis eiusdem vxoris per ingressum monasterij contingentis. ex communi.*
10 *Mors ciuilis æquipollet naturali, quando post mortem ciuilem frustra expectatur mors naturalis.*
11 *Monasterium quo casu non sit loco filij, seu liberorum.*
12 *Differentia inter ius ciuile & canonicum non est facienda in dubio.*
13 *Matrimonium non dissoluitur per ingressum monasterij vnius coniugis stante copula.*

DECISIO XCII.

DVbitaui in caussa Roman. lucr. dotis. stantibus pro-
testationibus pro parte Iulij factis, de quib. in actis,
& statutis vrbis, libr. 4. il primo capit. 21. & lib. 5. capit. 22.
¶ *An eidem Iulio debeatur quarta pars dotis ad effectum,
de quo agitur.* ¶ Quod dubium ob nimiam contumaciam
partis mulierum, quæ fuit ad informandum sæpiùs mo-
nita, ac etiam diu expectata, propositum fuit, Iulio tan-
tùm informante, qui prætẽdit sibi deberi quartam partem
dotis vigore dicti statuti vrbis, quod defert viro lucrum
quartæ partis dotis, vxore sine filiis præmoriente post
contractum matrimoniũ: & sic statutum videtur quinq;
copulatiuè requirere, videlicet, matrimoniũ, consumma-
tionem ipsius, dotem, mortem vxoris, & mortẽ sine filiis.
¶ De primo & tertio requisitis, videlicet de matrimonio,
& dote in casu nostro non est dubitandum, quia de ma-
trimonio iam constat, prout resolutum fuit, de dote verò
satis apparet in actis. Vnde disputatio dubij reducitur ad
reliqua tria requisita, super quibus tres difficultates con-
stitui possunt. Quarum ¶ Prima est, *an statutum, quatenus
requirit matrimonium consummatum, procedat in casu nostro
in quo matrimonium non fuit consummatum, sed per vxorem
stetit quominus consummaretur, quia voluit monasterium in-
gredi & religionem profiteri.* ¶ Secunda difficultas est, *an
dictum statutum, quatenus etiam requirit mortem vxoris, ha-
beat locum in morte ciuili ex professione religionis caussata.*
¶ Tertia difficultas est, *an monasterium sit loco filiorum,
ita, vt vxor non dicatur sine filiis præmortua fuisse.* ¶ Pri-
mam difficultatem Domini affirmatiuè resoluerunt, quia
communis Doctor. opin. est, vt quando stat per vxorem,
quominus matrimonium consummetur, † tunc maritus 1
dotem lucretur. per regul. l. iure ciuili. ff. de cond. & de-
monstr. & ita in his terminis tradit Bald. in l. non fine, an-
te num. 2. & ibi Corn. in fine. C. de bon. quæ liber. idem
Bald. consil. 110. post princip. lib. 2. bene Castrens. consil.
154. in fine, lib. 1. Alexand. consil. 129. ante num. 3. libr. 7.
Rip. ad rub. ff. solut. matrim. num. 69. prope fin. Boet. de-
cis. 32. nume. 39. Paris. consil 62. nume. 29. libr. 4. Roland.
consil. 10. nu. 7. lib. 1. de lucr. dot. quæst. 7. nu. 7. & qu. 106.
num. 40. & 41. bene Nat. consil. 282. num. 5. lib. 2. ¶ Non
obstat si diceretur, dictum statutum loquens de consum-
matione matrimonij debere intelligi de vera, & non de
ficta, cum † statuta semper intelligãtur in casu verò. l. 3. 2
§. hæc verba. & ibi Bart. ff. de neg. gest. idem Bart. in l. 1. ff.
de fonte. & in l. omnes populi. in 6. quæ prin. & ibi doct.
ff. de iust. & iure. late Brun. de stat. exclud. fœm. art. 6. nu.
181. cum duob. seq. At consummatio matrimonij prone-
niens ex eo, quòd non stat per maritum, sed per vxorem,
quò minus matrimonium consummetur, non dicitur
vera, sed ficta, cùm † implementum descendens ex eo, 3
quod non stat per implere debentem, iuxta reg. d. l. iu-
re ciuil. non dicatur verum, sed fictum, vt post Bal. in in l.
si pater, q. 3. n. 18. in fi. C. de iust. & substit. trad. in propriis
terminis Soc. cons. 8. num. 11. in fi. & nu. seq. lib. 3. ¶ Siqui-
dem pro responsione dicitur, quod, † quando casus ve- 4
rus & fictus æquiparantur, tunc dispositio facta in casu
vero habet locum etiam in casu ficto. ita Soc. cons. 262.
nu. 9. lib. 2 per tex. in c. ad audientiã, & in c. cùm dilectus.
de cler. non resid. & in l. cùm ex oratione. ff. de excus. tut.
& in l. cum adoptiuis. C. de adopt. Prob. in addit. ad Mo-
nac. in c. 1. nu. 36. de cler. & non resid. lib. 6. Nat. d. consil.
282. num. 9. ¶ Vel † dispositio legis loquens in casu vero 5
extenditur ad casum fictum eandem rationem haben-
tem, seu eundem effectum producentem. leg. Deo nobis.
cum ibi not. C. de Epis. & cler. bene Alex. cons. 178. nu. 20.
lib. 2. Soc. cons. 293. lib. nu. 3. lib. 2. Prob. & Nat. in locis, de
quibus supra ¶ Sed implementũ verum & implementum
fictum, inde contingens, quòd † non stat per implere de- 6
bentem æquiperantur in iure, eandem rationem ha-
bent & eundem operantur effectum. d. l. iure ciuili. &
ibi Doct. & tantò magis, quod d. l. iure ciuili, procedit
etiam in statutis. Rom. cons. 85. post prin. quem sequitur
Dec. cons. 70. n. 2. & in l. in iure ciuili. in prin. ff. de reg. iur.
Alc. de verb. signif. lib. 2. nu. 63. in fi. Et in terminis statuti,
quod implementum verum, & implementum fictum
caussatum ex eo, quod stetit per eum, cui erat implẽdum,
æquiparentur à iure antiquo per viam reg. d. l. iure ciuili
tradit expresè Ruin. in l. Iulianus, n. 3. ff. de cond. & dem.
¶ Et si replicaretur, d. l. iure ciuili, non procedere, quan-
do † di-

7 do † disponens voluisset id, de cuius implemento agitur,
adimpleri verè: tunc enim non sufficit, vt habeatur pro
impleto, ita Bal. in d. l. si pater, quæst. 3. num. 18. in fin. C. de
instit. & substit. Dec. in l. 1. num. 5. prope finem, C. eo. & in
l. in iure ciuili, num. 2. ff. de reg. iur. Et statutum vrbis lo-
quens de consummatione matrimonij videtur voluisse
illam verè adimpleri. cum statutum sui natura semper in-
telligatur in casu vero, vt supra diximus. ¶ Responsio es-
8 set in promptu, nempe, † tunc demum replicationē istam
procedere, si statutum expressè loqueretur de consum-
matione matrimonij, verè, & non per fictionem. Et ita
procedit doctrina Bald. & ita etiam respondet Ruin. in d.
l. Iulianus, num. 3. prope fin. vers. non obstat. ¶ Secundam
difficultatem Domini pariter affirmatiuè resoluerunt.
Nam vera & magis communis Doct. conclusio est, vt lex
9 † seu statutum, siue pactum deferens viro lucrum dotis
in casum mortis vxoris sine filiis, procedat etiam in casu
mortis ciuilis eiusdem vxoris per ingressum monasterij
contingentis, l. Deo nobis, in fi. prin. & ibi gloss. in verbo,
legiti. Bart. nu. 6. vers. sed iuxta hoc pone, Castren. in sum-
mario, & Fulgo. num. 6. versic. cùm enim matrimonium,
C. de Episcop. & cler. bonus text. in §. si verò constante, &
ibi glos. in verbo placitum, & bene Ang. in primo not. in
Authen. de sanctiss. Episc. gl. in §. illud, in verbo pactum,
& ibi Ang. num. 12. in Auth. de monach. Ang. Aret. in §.
fuerat, num. 68. Instit. de actio. Azo. in sua sum. fol. 1. col.
3. num. 9. latè Ias. consil. 135. in primo dub. libr. 1. asserens
hanc esse veram & communem conclusionem, idem Ias.
in l. decesserit, n. 11. ff. qui satisd. cogan. in auth. si qua mu-
lier, col. 2. circa fin. vers. ex prima parte, C. de sacrosan. Ec-
cles. & in l. ex ea. §. insulam, col. 2. ff. de verb. oblig. Ioan.
Bosch. de legit. nupt. lib. 4. col. 6. in prin. vers. & pactum de
dote. Fortun. Garz. in §. & quid si tantum, num. 65. & ibi
Crot. nu. 25. & Ruin. num. 17. versic. secundo vero casu. &
meliùs in secunda lectura, num. 2. post medium, vers. nam
respondetur, & Paris. nu. 52. vers. & eodem modo, plenè
Rolan. de lucr. dot. quæst. 95. num. 10. cum seq. vbi in fine
testatur de communi, & pleniùs Nat. d. cons. 282. nu. 7. 8.
& 9. Cassan. de consuet. Burgun. fol. 151. num. 10. in fine,
& num. seq. ¶ Et probatur hæc opinio vltra iura prædicta
10 ratione manifesta, quòd † mors ciuilis æquipollet natura-
li, quando post mortem ciuilem frustra expectatur mors
naturalis, ita post Pet. tradit Iacob. Butrig. in d. l. Deo no-
bis, col. 1. circa medium, vers. Petrus soluit, Cyn. num. 3. &
Bald. nu. 8. vers. Petrus, Ruin. in d. §. & quid si tantum, nu.
3. & ibi Gallia. l. num. 10. vers. breuiter, vbi de communi,
Nat. dict. cons. 281. num. 8. vbi latè hanc rationem dedu-
cit. ¶ Et licèt contrariam opin. tenuerit Auchar. consil.
273. per tot. quem sequitur Felin. ad rub. de sponsal. num.
2. Soc. d. cons. 8. num. 12. versic. vnde dicit. lib. 3. hoc idem
voluit Salic. in d. l. Deo nobis, ad fin. q. pen. Bald. nouel. in
l. 1. num. 426. ff. solut. matrim. & in tract. de dot. par. 7. pri-
uil. 51. num. 4. prope fin. versic. item quia, & num. 8. circa
medium, vers. sed tunc prędictis, latissimè Phanut. de lucr.
dot. in verbo, per mortem, nu. 11. vsque ad num. 23. alle-
gans, sub nu. 11. pro hac eadem opin. Petr. de Vbal. in ca.
Raynutius, col. 50. de testam. ¶ Nihilominus superior opi-
nio, vt ex Doctoribus supra cumulatis clarè colligitur,
est magis communis, à qua Domini noluerunt recedere,
& placuerunt eis responsiones ad fundamenta posterio-
ris opinionis deductæ, per Nat. d. cons. 282. nu. 7. in fin. &
nu. 8. & 9. ¶ Ad fundamentum verò Bald. nouel. respon-
derunt ea ratione, quòd si mulier, quæ sui natura solet
virum appetere, illum negligit ingrediendo monaste-
rium, multò magis censetur dotem & bona negligere.
¶ Quoad tertiam difficultatem licèt Bero. in cap. in præ-
sentia, nu. 477. versi. secundo dico, de probat. teneat, quòd
quando mulier est monasterium ingressa, sit locus pa-
cto de lucranda dote de iure ciuili, per d. l. Deo nobis, per
quam legem monasterium non habetur loco liberorum,
secus de iure canonico, secundùm quod monasterium est
loco liberorum. Et ita inquit Bero. declarari per Imo. &
Alexan. in l. si cùm dotem, in princ. ff. soluto matrimonio.
¶ Nihilominus contrarium decisum fuit, nempè † in hac 11
materia, monasterium non esse loco liberorum, & conse-
quenter vxorem monasterium ingredientem dici sine fi-
liis præmortuam fuisse, quia affirmatiua opinio, quòd
monasterium sit loco filij, quando verior & magis com-
munis esset, vt testantur Moder. Hispa. in tract. de success.
creat. §. 21. numer. 166. post medium, versi. sed prior opin.
tantùm procedit in vltimis volūtatibus, & in iis quidem,
non indistinctè, sed in casibus tantùm à iure expressis, vt
per Tiraquel. post alios, in l. si vnquam, in verbo, suscepe-
rit liberos, num. 46. C. de reuocan. dona. Vel etiam, quan-
do procederet generaliter, tam in vltimis voluntatibus,
quam in aliis dispositionibus: limitatur tamen in statutis,
ita Feder. de Sen. cons. 174. nu. 2. sequitur Tiraqu. vbi supr.
nu. 44. versi. & Federic. Et in terminis statutj vel pacti tri-
buentis marito lucrum dotis, si vxor decesserit sine libe-
ris, quod monasterium non habeatur locu liberorum, be-
ne deducit Fulgos. in d. l. Deo nobis, per illum text num. 7.
¶ Non obstat, quod scribit Bero. vbi supra. Quia † in du- 12
bio non est facienda differentia inter ius ciuile, & ius ca-
nonicum, ca. 1. & ibi Doct. de nou. oper. nunt. & Imo. &
Alex. quorum auctoritate ipse nititur, non dicunt id. ad
quod eos allegat. Nam Imo. in d. l. si cùm dotem, in princ.
ante nu. 3. & ibi Alex. num. 11. dicunt, quòd pactum resti-
tuendi vel lucrandi dotem collatum in casum mortis, tra-
hitur etiam ad casum ingressus monasterij alterius con-
iugis. Idque indistinctè de iure ciuili, siue secuta fuerit co-
pula carnalis, siue non per tex. in dict. l. Deo nobis, gene-
raliter loquentem: licèt secus sit de iure canonico, secun-
dùm quod per ingressum monasterij vnius coniugis, co-
pula carnali secuta, non dissoluitur matrimonium, & sic
casus mortis non verificatur in casu ingressus monasterij,
cùm non habeat eundem effectum. Deinde Imo. & Alex.
volunt, quod quando interuenit copula carnalis, altero
coniuge monasterium ingrediente, dissoluitur matrimo-
nium sicut per mortem de iure ciuili, per d. l. Deo nobis,
generaliter loquentem, ita vt pactum factū in casu mor-
tis extendatur ad casum ingressus religionis. Tamen se-
cus est de iure canonico, secundùm quod stante copula
† per ingressum monasterij vnius coniugis non dissolui- 13
tur matrimonium, c. verum, c. coniugatis, & cap. cùm sis,
extra, de conuers. coniugat. ¶ Ideóque esset expectanda
mors naturalis, cùm mors ciuilis non habeat eundem ef-
fectum. Et sic clarè patet, Imo. & Alexan. nullo modo di-
cere, nec etiam innuere id, quod præsupponit Bero. quòd
scilicet in materia pacti de lucranda dote monasterium
habeatur loco liberorum de iure canonico, licet secus de
iure ciuili.

CANTVCCII.

Bononien. terrarum. Die Lunæ, 12. Ianua-
rij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Actio spolij non datur contra possessionem translatam vigo-
re contractus nulli ex defectu solemnitatis statuti: secus
si ex defectu consensus, nu. 2. & 3.*

2 *Possessio non transfertur ex contractu nullo ex defectu con-
sensus: secus si ex defectu solemnitatis statuti, numer. se-
quen.*

3 *Pupillus non potest cum auctoritate tutoris sine decreto iu-
dicis rem immobilem alienare.*

*Fallit in transferenda possessione tam naturali, quàm ciui-
li, nu. 4. ex commun. nu. seq.*

5 *Pupillus solus potest perdere siue transferre possessionem na-
turalem, non autem ciuilem, nisi cum auctoritate tutoris,
ex veriori, & communiori.*

Limita in adulto, vt etiam ciuilem transferre possit. nu. seq.

7 *Mandatum legis an sit limitatum in tutore, vt non possit pupillo neque in dominio, neque in possessione rerum immobilium præiudicare. Quod non, num. seq.*

9 *Pupilli consensus an requiratur in transferenda possessione taliter, quod actus facti per tutorem excludi dicatur, quod non, nu. 11.*

10 *Tutor non potest transferre possessionem per actum fictum, sed bene per actum verum, num. seq.*

11 *Tutor per actualem traditionem potest possessionem transferre.*

12 *Colonus possessionem per traditionem transfert, licèt domino possideat.*

13 *Dispositio leg. qui fundum, §. si tutor, ff. de acquir. poss. quomodo procedat, & intelligatur.*

14 *Pupillo an competat remedium ca. reintegranda, de restitu. spol. pro re sua nulliter alienata ob non seruatas solemnitates, num. seq. quod non.*

DECISIO XCIII.

QVoniam in caussa Bononien. terrarum pro parte
Achillis prætendebatur, Carolo & consequenter si-
bi tanquam eius hæredi cōpetiisse, & competere actio-
nem spolij ad terras, de quibus agitur, ex quo illas Heli-
sabeth mater & tutrix ipsius Caroli pupilli vendidit Vi-
uianis nulliter ob non seruatas solemnitates statutarias:
è contra verò pro parte Viuianorum prætendebatur, A-
chillem nō posse agere spolio, quia licèt contractus ven-
ditionis ex defectu solemnitatū statuti sit nullus, tamen
possessio interueniente auctoritate tutricis fuit in Viuia-
nos translata, & sic pupillus ex facto tutricis à possessione
sua cecidit. ¶ Ideò dubitaui die Lunæ, 12. Ianuarij, 1579.
præsupposita nullitate contractus ob non seruatas so-
lemnitates statuti, *an in casu, de quo agitur, intret actio spolij.*
Domini cum præsupposito, quòd legitimè constaret de
tutela matris Caroli, & quòd ei decreta fuerit admini-
stratio, firmarunt regulam pro Viuianis, videlicet, actio-
1 ni † spolij locum non esse. Et ratio, quia moti sunt Domi-
ni, fuit, quia contractus, de quo agitur, fuit nullus, non ex
2 defectu consensus, quo † casu possessio non fuisset trāsla-
ta, vt per Achil. de reintegrat. decis. 1. ad fi. Put. decis. 277.
in vna Rom. domus, prope fi. lib. 3. ita intelligendo Alex.
consi. 69. nu. 14. lib. 5. post Bal. in l. non dubium, in decima
oppos. nu. 18. C. de legibus, & idem tradit Curt. iun. cons.
131. a † fin. & meliùs Rip. in l. is cui, num. 52. versi. vel cla-
rius, ff. de verb. oblig. ¶ Sed contractus in casu isto fuit
nullus ex defectu solemnitatum statuti, & interuenit au-
ctoritas tutricis, quo casu possessio translata fuit: nam li-
cèt † pupillus non possit cum auctoritate tutoris sine de-
3 creto iudicis rem immobilem alienare, l. 1. l. magis puto,
& per tot. ff. de reb. eorum, l. lex quæ tutores, C. de admi-
nist. tut. tamen cum † sola auctoritate tutoris absque de-
4 creto iudicis potest possessionem rei immobilis tam na-
turalem, quàm ciuilem in alium transferre. glo. in l. 2. §. si
à pupillo, in glo. magna. in 2. solut. versi. vel dic quod tra-
didit. & ibi Bart. nu. 3 versic. vel dic quod non tradidit, &
bene Imol. numer. 7. ff. pro empt. Iacob. de Aren. Nicol. de
Neapol. & Bal. in l. magis puto. in princ. & ibi Alber. in §.
1. vers. sed quæro, ff. de reb. eor. latè Cuman. multas huius
rei rationes assignans, in l. sed si pecunia, §. si ius habebat,
nu. 4. vers. sed pone. ff. eodem tit. de rebus eor. idem Cum.
in l. possessionem, circa med. vers. sed quia dixi, ff. de acqu.
possess. Pet. de Rauen. sing. 542. Aret. cons. 32. num. 3. vers.
nunc venio. Alex. in l. 1. § si vir vxori. nu. 4. vers. vnde licèt
pupillus, & nu. 13. prope fi. ver. coofirmo etiam, & ibi Ias.
nu. 14. Alc. num. 3. Guliel. Pontan. num. 8. versic. adde ta-
men. vbi de communi, ff. de acquir. possess. Salice. in leg.
fina. in 1. oppos. C. de fideins. minor. Negus. de pignor. 4.
par. nu. 18. post med. versic. sed in hoc. Cæpol. cons. crim.
4. num. 8. Alexan. in dict. l. possessinnem, num. 2. in fio. vet.
vel. secundùm gloss. & num. 3. vbi in fin. inquir, hanc opi-
nionem veriorem esse. Idem Alexander in dict. leg. is, cui
bonis, nu. 4. dicens, communem conclusionem esse, quod
† pupillus potest solus perdere, siue transferre possessio- 5
nem naturalem, ciuilem verò non nisi cum auctoritate
tutoris, Tiraquel. de legibus connub. gloss. 5. numer. 161.
in fin. & num. 170. versic. cæterum, Menoch. de adipisc.
possess. remed. 5. numer. 20. & 21, Ruin. consi. 137. numer.
12. vbi de communi, libr. 1. latissimè Moder. de Lamber-
teng. super stat. Mediolan. in gloss. 1. num. 95. 96. & 97. &
num. 116. vbi firmant hanc esse veriorem, & communio-
rem opin. † Quæ quidem, aliis omissis argumentis, & ra-
tionibus, expressè probatur, in dict. leg. possessionem ar-
guendo à contrario sensu. ¶ Nec dicatur cum Rimin. iun.
in §. nunc admonendi, num. 20. Insti. quibus alien. lic. vel
non. non posse sumi argumentum à contrario sensu, ex
dict. leg. possessionem, ne inducatur legum contrarietas,
vel correctio, quia negatur hæc legum contrarietas, vel
correctio, cum nulla lex reperiatur, quæ alienationem so-
lius possessionis prohibeat. Et propterea Alberic. in dict.
leg. magis puto, §. 1. versicul. sed quæro. mouetur & ea ra-
tione, quia in oratione Diui Seueri, de qua in l. 1. in prin.
ff. de rebus eorum, & in qua prohibetur rerum minorum
alienatio, nihil dicitur de possessione. ¶ Et licèt contra-
riam opin. tenuerit Bart. in l. creditores, sub num. 5. C. de
pignor. Aret. in dict. leg. possessionem, nu. 5. post med.
versic. & aduerte. & ibi Rom. num. 3. versi. contrarium ta-
men Cror. in dict. §. si vir vxori, numero 22. versic. infero
etiam, & ibi Claud. num. 4. in fin. & Paris. sub numer. 21.
& plenè Rimin. iun. in dict. §. nunc admonendi, num. 18.
19. & 20. ¶ Nihilominus prior opinio (vt superiùs satis
superque demonstratum est) absque vllo dubio magis
communis existit, quam alias in propriis terminis secu-
ta fuit Rota in vna Cauallicen. coram R. Dom. mea Sera-
phino 7. Maij, 1571. ¶ Non obstant modo, quæ exemplo
pro parte Achillis adducuntur. ¶ Et in primis non ob-
stat, distinguendum esse inter adultum, & pupillum, vt
adultus † possit transferre possessionem, pupillus verò 6
non possit, prout distinguit Ruin. cons. 137. num. 11. lib. 1.
quam distinctionem alias probabit Rota, vt per Put. dict.
decis. 277. libro 3. Quia verum est, pupillum solum non
posse transferre possessionem, prout potest solus adul-
tus, sed pupillus cum auctoritate tutoris & sine decreto
iudicis bene potest possessionem transferre. ¶ Secundò
non obstat, quòd tutor solus non potest ex contractu
nullo transferre possessionem, quia potestas tutoris pen-
det à mandato legis, quod † est limitatum, vt scilicet tu- 7
tor non possit pupillo, neque in dominio, neque in pos-
sessione rerum immobilium præiudicare, d. l. magis puto,
§. si pupillus. Et propterea consensus tutoris stante eius
mandato limitato non potest sufficere ad transferendam
possessionem, ad l. diligenter, ff. manda. ¶ Siquidem re-
spondetur, negando mandatum tutoris esse limitatum,
etiam quoad † possessionem, cùm (vt supra diximus) 8
nulla lege prohibeatur alienatio solius possessionis.
¶ Præterea respondetur, quod si id verum esset, sequete-
tur, vt nedum tutor solus, sed nec etiam vnà cum pupil-
lo posset sine decreto iudicis possessionem transferre:
& tamen in contrarium est communis opinio, vt supra
ostensum fuit. Meritò, &c. ¶ Tertiò non obstat, prædi-
ctam communem opin. procedere, quando pupilli con-
sensus interuenit, secus † quando non interuenit, prout 9
in casu nostro. Et ratio est, quia non tutor, sed pupillus
possidet, l. quamuis, §. 2. ff. de acqui. poss. ideóque non po-
test possessio sine consensu pupilli transferri. Bart. Cum.
Imo. Rom. Aret. Alex. Ias. Rip. Claud. & alij, in l. 1. in prin.
ff. de acquiren. possess. Rip. in rubr. de interdict. num. 11.
latè Tiraquell. de constit. possessor. limit. 15. ¶ Quo-
niam † pro respōsione dicitur, tutorem non posse trans- 10
ferre possessionem per actum fictum, puta per aspectum
vel constitutum, vel per alium finalem. Et ita loquun-
tur Doct. prævallegati. ¶ Sed bene potest tutor transfer-

re pos

re poſſeſſionem per † actum verum, videlicet per actua-
lem traditinnem, vt per Alex.in d.l.1.in prin.nu.90.in fi.
Rip.nu.67.in fin.Ruin.in vltimis verbis.Soc.iun.no. 461.
aſſerens,id ab omnibus teneti. Quod quidem poteſt pro-
11 bari exemplo coloni, qui † non ſibi, ſed domino poſſi-
det, & tamen per traditionem poſſeſſionem transfert, l.
3.§.quid ſi ſeruus.ff.de acquir poſſeſſ.ita etiam dicendum
eſt de tutore. qui eodem modo non ſibi, ſed pupillo poſ-
ſidet,l.1.§.per procuratotem.ff.eod.tit.¶ Quartò non ob-
ſtat text.in l.qui fundum.§.ſi tutor.ibi, nó cùm pupillum
12 ſpoliat.ff.eod. ¶ Quia ille text. procedit, † quando tutor
ſubripuerit rem pupilli,& ſic eum ſpoliauerit, quia actus
ſubripiendi geritur à tutore, non tanquam à turote, ſed
tanquam à fure, & extraneo. Et ita illum text. bene de-
clarat Syluest.Aldobran.in §.fin.in fine. Inſtit. de auctor.
turor. At ſecus, quando actus geritnr à tutore tutorio
nomine, licèt malè, prout in caſu noſtro, quia nunc ad-
miniſtrat, & loco domini habetur.d.§.ſi tutor. & l.inter-
dum,la ſeconda.§.qui tutelam.ff.de furt.& de mala admi-
niſtratione tenetur actione tutelæ. ¶ Quintò non ob
ſtat, quòd pupillo competit remedium cap. reintegran-
13 da.pro re ſua nulliter alienata † ob non ſeruatas ſolemni-
tates,vt in terminis voluerunt Neuiz.conſ.85.nu.13.Me-
noch.de recuper.poſſ.remed.15.num.191.& ſequen.Nat.
conſ.162.nu.34.verſ.circa modum.lib. 1. ¶ Quia Neuiz.
14 & Menoch. mouentur † ſolùm auctoritate Alex. qui id
non dicit,conſ.1.ad fin.lib.4.& Nat. incidenter loquitur.
¶ Minùs obſtat Bero.conſil.48.numer.14.& 15.lib.3.Rol.
conſil.60.num.21.lib.4. quia ſolùm nituntur auctoritate
Alexao.in d.§.ſi vir.vxori,ſub nume.4.vbi.in verſic. vnde
licèt pupillus. loquens in terminis noſtris contrarium te-
net. ¶ Sed tamen Domini regulam iſtam actionis ſpo-
lij excluſiuam ſupra pro Viuianis firmatum,limitauerunt
in caſu noſtro, in quo ſtatutum fidem inſtrumento ven-
ditionis aufert, & ſic ex eo translatio poſſeſſionis non
probatur. De qua limitatione ſi ſuper ea Viuiani volue-
rint audiri,poterit particulariter videri.

CANTVCCII.

Roman.exhæredationis de Vitellis.Lunæ:9.
Februarij,1579.

SVMMARIA.

Infirmitatis periculum ob aeris intemperiẽ, præſtat excuſationem veniendi in locum.

2 *Negligentia in defendendo doloſa vel culpoſa operatur ingratitudinem.*

Idem in negligentia accepta pro omiſſione feſtinationis, quæ opponitur negligentia.nu,3. & 4.

4 *Culpa leuiſſima eſt deuiatio à maxima diligentia.*

Lata verò dicitur magna negligentia.nu.ſeq.

5 *Feſtinationis omiſſio ſcienter & de induſtria facta operatur ingratitudinem.*

6 *Filius debet per ſe ipſum & per alium quàntùm poteſt, feſtinare ad liberationem parentis, & nu.7.*

8 *Defenſio parentis per præuentionem an poſſit fieri.quod non. numer.9.*

10 *Vaſallus non tenetur expellere vxorem offendentem dominum,ſicut tenetur expellere filium.*

11 *Homo relinquet patrem & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ.*

Intellige tamen quoad carnalem copulam, non quoad ſubuentionem.num.ſeq.

12 *Filius tenetur magis aſſiſtere & ſubuenire parẽtibus quàm vxori.*

13 *Filius in caſu neceſſitatis tenetur magis ſubuenire patri vel matri,quam eius proprio filio.*

14 *Amor magis deſcendit quàm aſcendit quoad ordinem dilectionis,non quoad effectum obligationis.*

15 *Filium quilibet præſumitur magis diligere quam vxorem.*

DECISIO XCIIII.

CVm in cauſſa Rom. exhæredationis de Vitellis poſt plures reſolutiones in ea factas circa iuſtitiã,& probationem cauſſæ exhæredationis Illuſtr. D. Iacobi per Illuſt.D.Angelam eius matrem in ſuo teſtamento expreſſæ, ſuperesſet diſputandum de excuſationibus eiuſdem D. Iacobi, quas particulariter videndas Domini in prima reſolutione reſeruarunt: ideò die Lunæ, 9. Februarij, 1579.dubitaui ſtantibus dictis teſtium, tam pro parte D. Iacobi, quàm pro parte hæredum D. Angelæ examinatorum, particula teſtamenti Dom. Angelæ circa ingratitudinem D.Iacobi, literis miſſiuis Do. Iacobi, & breue abſolutionis fe. re. Pij V. *An D. Iacobus excuſetur à dicta ingratitudine, ita vt exhæredatio matris ſibi non noceat?* In cuius dubij diſputatione Domini duo conſiderarunt tempora. ¶ Primum tempus fuit, quando D. Iacobus de menſe Iunij. 1570. paulò ante carcerationem D. Angelæ diſceſſit ab Vrbe cauſſa aſſociandi Illuſtr. D. Liuiam Vrſinam eius vxorem euntem ad terram Solofrę,vt matrem ſenio confectam ibi exiſtentem viſitaret, vt per primum & tertium teſtes ſuper ſecundo, quod quidem tempus Domini protrahebant quouſque intemperies aeris ibi durabat, & periculum infirmitatis illinc diſcedentibus, & ad vrbem venientibus imminebat. ¶ Secundum tempus fuit poſt ceſſationem intemperiei aeris, & periculi infirmitatis vſque ad menſem Decembris & vltra, vſque ad quod tempus contra Do. Angelam fuit ſemper ſuper pluribus & diuerſis delictis capitalib. criminaliter proceſſum. ¶ Circa primum tempus Domini dixerunt, quòd ſi illud conſideretur ſolùm & ſeparatum à ſecundo, Do. Iacub.poſſet excuſari, ita vt matris exhæredatio ſibi non noceret: exiſtimabant enim diſceſſum ab Vrbe D. Iacobi, & ſic initium primi temporis excuſatione dignũ fore propter periculum indignationis Illuſtriſſ. Cardinalis Vrſini, in cuius opera, auxilio, & fauore D.Iacobus maximam ſpem defenſionis maternæ debuerat collocaſſe. Quod quidem indignationis periculum ex eo colligi poterat, quod Cardinalis cupiens Dominam Liuiam eius ſororem à Domino Iacobo aſſociari, enixè rogauit illum, vt vellet id facere, promittens ſi contra D.Angelam procederetur, ſe omnimodam eius defenſionem tam apud felicis rec. Pium Quintum, quàm alios quoſcunque iudices ſuſcepturum, & ſe magis Do. Angelæ quàm ipſemet D.Iacobus profuturũ, vt deponunt teſtes primus ſuper tertio, tertius ſuper ſecundo & tertio quartus iuxta 21. & ſuper tertio, & Do.Iacobus timebat, ne Cardinalis ægrè ferret eique indignaretur ſi aſſociationem vxoris ab eo enixe petitam illi denegaret, propterea decreuit ei morem gerere, vt matri maiorem fauorem compararet, rogans illum, vt vellet protectionem & defenſionem matris apud ſummum Pontificem,& alios quoſcunque iudices omnino ſuſcipere, vt probant primus & tertius teſtis ſuper quinto. ¶ Et licèt forte Cardinalis etiam Domino Iacobo in Vrbe remanente eandem defenſionem,& protectionem ſuſcepiſſet, nihilominus ſat eſt, Dominum Iacobum habuiſſe iuſtam cauſſam timendi indignationem Cardinalis, ac inſuper credendi rem matris vtilius & conſultius agi Cardinali obtemperando, quàm contra eius voluntatem in Vrbe remanendo. ¶ Quo vero ad reſiduum primi temporis. & ſic quouſque durabit intemperies aëris, & periculum infirmitatis, † Domini pariter D.Iacobũ excuſabant. arg. l.ſi præ- 1
ſes.C.de ſeruit.& aqua.Rol.poſt alios.conſ.5.n.56.& 57. lib.3. ¶ Circa ſecundum tempus poſt ceſſationem intemperiei aëris,& periculi infirmitatis, & ſic poſtquam D.Iacobus tuto ad Vrbem redire poterat. Domini tenuerunt, illum excuſandum non eſſe, & propterea matris exhæredationem ſibi nocere. Et ratio, qua moti ſunt Domini,fuit quia Dominus Iacobus poſtquam ceſſauit intemperies aeris. & periculum infirmitatis, nedum non feſti-

nauit ad Vrbem redire, sed neglexit id facere non solùm
per aliquot dies, sed per plures menses, in quibus contra
D. Angelam super multis & diuersis delictis capitalibus
adhuc criminaliter procedebatur. ¶ Et hoc secundum
tempus Domini: adeò fuit visum inexcusabile, vt plu-
res ex eis, & quidem maior pars censuerit etiam primum
tempus ratione secundi minimè excusandum fore, quia
secundùm istos Dominos negligentia secundi temporis
influebat in primum, ac insuper arguebat Dominum
Iacobum non habuisse verè animum festinandi, & ad-
hibendi omnem diligentiam, & faciendi totum cona-
tum suum in primo tempore. ¶ Nec debuerat Domi-
nus Iacobus expectare sibi per literas Illustriss. & R. P.
D. Iulij fratris sui indicari præsentiam suam in Vrbe fore
necessariam, sicuti per priores literas suas illum præmo-
nuerat, quia si de iure tenebatur festinare, tenebatur
etiam sponte, sine alio nuntio vel indicatione, ad Vrbem
cùm primùm poterat redire. ¶ Non obstant modo de-
ducta pro parte Domini Iacobi. Et in primis non obstat,
quòd negligentia in defendendo tunc demùm operatur
2 ingratitudinem, † si est dolosa, vel culposa. Soc. consilio
153. numero 36. vers. quarto, quia videtur. lib. 2. latè Nat.
consil. 462. nu. 2. & 3. lib. 2. ¶ Nam respondetur, negligen-
tiam, de qua loquitur text. in §. si vnum, de prædictis, in
3 Auth. vt cũ de appell. cognos. accipi pro simplici † omis-
sione festinationis, vt probatur ibi, in versiculo si autem,
vbi liberi priuantur hæreditate patris per illorum negli-
gentiam non liberati, & in captiuitate defuncti, quia non
festinauerunt. Et hæc omissio festinationis, nihil aliud
est, quàm omissio maximæ diligentiæ. quia festinatio ista
fit ad procurandam celeriorem parentum liberationem,
vt patet ex illis verbis, quia nõ festinarunt eius redẽptio-
nem citius procurare. ¶ Quæ festinatio & celerior libera-
tionis procuratio, negari non potest, quin requirat ma-
ximam diligentiam, & sic omissio festinationis, & per
consequens negligentia in ista materia, est leuissima cul-
4 pa, quæ † est deuiatio à maxima diligentia. ad trad. per
Doct. in l. quod Nerua. ff. depos. bene Bal. in l. quæ fortui-
tis, nu. 13. C. de pign. actio. ¶ Non obstat Soc. d. cons. 153.
5 sub num. 36. Quia loquitur † de omissione scienter, & de
industria facta, per tex. in l. 2. §. non solum. ibi, si data ope-
ra hoc fecit. ff. ad Tertul. ¶ Minùs obstat Nat. dict. consil.
462. numer. 2. cum seq. ¶ Quia non loquitur de culpa le-
uissima, sed de culpa lata, & sic de magna negligentia. leg.
magna. ff. de verb. signific. Et ita intellexit text. in d. l. indi-
gnum. ff. de his quibus vt indig. vt per eum, nu. 4. vers. &
dicendum est fortiùs. ¶ Secundò non obstat, quòd D. Ia-
cobus relinquens Cardinalem Vrsinum in defensorem
& protectorem matris, reliquerit ei maiorem defensio-
nem & protectionem, quàm ipse præsens præstitisset,
sicut ipse Cardinalis postea opere compleuit, quod ver-
bo promisit: & multò magis operatus fuit, quàm ipse
Dominus Iacobus fecisset, vt probant testes, 1. 2. 3. 4. & 5.
super 9. & idem quartus iuxta 13. 31. & 44. ¶ Siquidem
pro responsione fuit dictum, huiusmodi rationem ma-
ioris defensionis per Cardinalem Vrsinum præstitæ, quo-
ad secundum tempus minimè intrare, tum quia impe-
dimento associationis vxoris, intemperie aëris, & peri-
culo infirmitatis cessantibus, Do. Iacobus debebat sta-
tim ad Vrbem redire, & defensioni Cardinalis adiunge-
re etiam suam, & aliorum, quia si tenebatur festinare, &
liberationem matris citius procurare, tenebatur etiam
nedum per se ipsum, sed etiam per alios quoscunq; non
priuatiuè, sed cumulatiuè matrem defendere, cùm ex
defensione propria vnà cum illa Cardinalis Vrsini, &
aliorum, præsertim plurium & magnorum virorum ma-
tris liberatio citiùs procuraretur. ¶ Tum etiam, quia si
D. Iacobus in Vrbe præsens fuisset, vtique potuisset ad
summos Principes personaliter recurrere, ab eisque vali-
das preces, & intercessiones apud summum Pontif. pro-
curare, quod Cardinalis Vrsinus facere non poterat
¶ Tertiò non obstat, quòd text. in d. §. si vnum de prædi-
ctis. non † dicit filiũ debere festinare per se ipsum, & pro- 6
pterea non excludit festinationem filij per alium. ex reg.
potest quis per alium. de reg. iur. in 6. ¶ Quoniam respon-
detur, filium † debere festinare, vt parentem citius libe- 7
ret, vt in d. §. si vnum. & non est dubiũ, citiùs liberari, si fi-
lius nedum per alios, sed etiam per se ipsum festinauerit:
tunc autem posset per alios tantùm id facere, quando
non posset per se ipsum, legitima caussa interueniente,
quæ in casu nostro in secundo tempore omnino defi-
ciebat: vltra quòd etiam præsentia Domini Iacobi ne-
cessaria erat, vt posset ad summos Principes personaliter
ire, ad eorum preces & intercessiones impetrandas.
¶ Quartò non obstat ratio præuentionis Illustriss. Do.
Iulij in suscipiendo defensionem † matris. per tradit. per 8
Alex. consil. 123. numer. 4. lib. 7. Rol. de lucr. dot. quæst 36.
numer. 6. 7. & 8. & q. 67. per tot. Quia † est contra text. in 9
d. §. si vnum. ibi, siue omnes siue vnus. ¶ Quintò non ob-
stat. quod Dom. Iacobus discesserit ab vrbe caussa asso-
ciandi vxorem, vt dicunt testes super secundo, & quod
propterea excusandus sit ab ingratitudine. ad trad. per
Bal. in c. 1. §. insuper, num. 1. in fi. de prohib. feud. alien. per
Feder. vbi vult, † vasallum non teneri expellere vxorem 10
offendentem dominum, sicut tenetur expellere filium, &
sic magis debemus vxori quam filio, & facit illud Genes.
2. relinquet † homo patrem suum, & matrẽ & adhærebit 11
vxori suæ. ¶ Siquidem respondẽt, quoad dictum Bald. il-
lud non facere ad propositum, & procedere in diuersis
terminis. ¶ Quo vero ad illud Genes. 2. respondetur, il-
lud debere intelligi quo ad vnionem carnalis copulæ &
cohabitationis, non autem quoad subuentionem, cùm
filius † teneatur magis assistere & subuenire parentibus 12
quàm vxori. vt bene deducit D. Thom. secunda, secundæ,
quæst. 26. artic. 11. vers. ad primum dicendum. quem re-
fert & sequitur Fortun. Garz. in l. veluti, nu. 36. ff. de iust.
& iure. ¶ Idque confirmatur ex eo, quòd si quis in casu
necessitatis habeat patrem vel matrem, item & filium, &
non possit vtrique, sed vni tantùm succurrere, tenetur
magis † subuenire patri vel matri quàm filio. vt post Iac. 13
de Rauen. firmat Cyn. in leg. 2. in vltim. quæst. C. de patr.
qui fil. distrax. D. Thomas 2. 2. quæst. 26. artic. 9. in fi. Fort.
Garz. in d. l. veluti. num. 36. vers. item potiùs. Sum. Tabien.
in verbo, filius, nu. 13. prope fin sum. Syluest. in verbo, filij,
numer. 26. & Pet. Leonar. de priuil. Doct. part. 4. quæst. 59.
¶ Nec obstat, quod † amor magis descendat quàm ascen- 14
dat. l. isti quidem. §. fin. ff. quod met. cau. l. liberorum. ff. de
verb. signif. ¶ Quia id verum est quoad ordinem dilectio-
nis, non autem quoad effectum obligationis, qua filius
erga parentes astringitur. prout sum. Syluest. & Leonard.
vbi supra bene deducũt. ¶ Vnde si caso necessitatis tene-
mur prouidere parentibus magis quàm filiis, ergo mul-
tò magis quàm vxori. quilibet enim † præsumitur magis 15
diligere filium quàm vxorem. arg. l. acutissimi. C. de fidei-
com. l. generaliter. C. de instit. & substit. tradunt gloss. in l.
Lucius, in verbo, non ad matrem. & ibi Bart. ante numer.
secundum, vers. sed præsumptio. ff. de vulg. & pupil. Ang.
cons. 144. col. 1. vers. nec enim. glo. in l. precib. in l. vlt. in fi.
& ibi Alberic. num. 67. in fin. & Bal. ad fi. de impub. & aliis
subst. Alex. cons. 66. n. 6. ante med. lib. 2. Aret. cons. 40. n. 2.
vers. in contrarium. & cons. vlt. nu. 1. Corn. consil. 239 nu.
3. vers. & multò fortius, lib. 2. Ias. in l. si pater. ante fin. ff. de
vulg. & pupil. Bertran. cons. 40. num. 3. lib. 2. part. 1. Tiraq.
in l. si vnquam, in præfat. num. 12. vers. quamuis, & in ver-
bo, libertis, num. 117. C. de reuoc. donat. ¶ Præterea in
omnem euentum ista excusatio Do. Iacobi sumpta ex ne-
cessitate associationis vxoris non inseruiret pro secundo
tempore, sed solùm pro initio primi. ¶ Ad reliqua non est
opus respondere, vel quia non applicantur huic materiæ,
vel quia ex præmissis tolluntur.

CANTVC

CANTVCCII.

Vlixbonen. matrimonij. Veneris, 13. Februarij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Vxor tenetur vitam maritalem facere cum viro, nec potest religionem ingredi.*
2 *Copula carnalis, ex quibus probetur indiciis & adminiculis, cum pluribus seq.*
3 *Assertio mariti iuncta cum aliis coniecturis & præsumptionibus copulam carnalem probat: aliàs secus.*
4 *Matris vxoris attestatio cum iuramento maximum præstat adiuuamentum probandi copulam carnalem.*
5 *Testis de auditu propinquo carnalis copulæ eam probat.*
6 *Amor reciprocus est magnum copulæ carnalis adminiculum.*
7 *Accessus de nocte ad domum mulieris cum commemoratione plurimum arguit copulam carnalem.*
8 *Copula carnalis ex solitudine maris & fœminæ præsumitur, licèt non probetur.*
9 *Fornicationis præsumptio inducitur ex diuersitate sexuum & loci solitudine.*
10 *Carnalis copulæ præsumptio maxima oritur inter sponsum & sponsam ex commoditate horæ.*
Imò ad probationem delicti, quando quis est repertus in camera cum muliere sola, sufficit commoditas horæ, numer. 11.
12 *Carnalis copula non potest verè, directo, & concludenter probari, potest tamen per violentam præsumptionem, nu. seq.*
13 *Copulæ probatio admittitur per violentam præsumptionem.*
Imò sufficit probari per coniecturas & indicia, numer. 14.
Imò etiam debent sufficere probabilia argumenta, numero 15.
16 *Carnalis copula est difficilis probationis.*
17 *Probationes leuiores admittuntur ob difficultatem probandi.*

DECISIO XCV.

FVit tentum, Isabellam teneri facere vitam maritalem cum Didaco, nec aliter posse religionem ingredi. Nam de matrimonio inter eos contracto satis constat ex eorum confessione, fide patochi, & depositionibus plurium testium de visu. ¶ Et copulam carnalem inter eos intercessisse colligitur ex plurib. indiciis & coniecturis, de quibus infra. Et propterea stante matrimo-
1 nio & copula † subsecuta, habet locum dispositio, c. verum, de conuer. coniug. c. cum caussa, & ibi Abb. & Ioan. de Ana. de rapt. Paris. cons. 170. num. 14. libr. 4. cum simil.
2 ¶ Copulam † autem carnalem in casu nostro dixerunt Domini probari non ex sola assertione Didaci, etiam iuramento firmata, iuxta cap. continebatur, de dispen. impuber. & cap. si quis acceperit, 33. quæst. 1. quia non sufficit sola assertio mariti, etiam iurata, sed requiritur etiam cohabitatio mariti & vxoris per aliquod tempus. Et ita procedit text. in d. ca. continebatur, vbi consideratur traductio vxoris ad domum viri, ibi, & ab ipso traducta, quæ traductio præsupponit postea cohabitationem per aliquod tempus. Et ad id clarior est text. in d. cap. si quis acceperit, ibi & habuit eam aliquo tempore. Et vltra assertionem iuratam mariti requiri etiam cohabitationem, voluerunt Card. in dict. cap. continebatur, num. 5. Abb. num. 7. in gloss. 1. & Præpos. num. 5. ante med. & Didac. in 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 14. versic. prima tamen opinio. ¶ Sed Domini dixerunt, huiusmodi copulam carnalem sufficienter probari ex pluribus adminiculis & præsumptionibus in hoc casu concurrentibus, & omnibus simul iunctis, videlicet ex iurata assertione Didaci
3 asserentis se carnaliter Isabellam cognouisse, quæ † quidem assertio iuncta cum aliis coniecturis & præsumptionibus copulam carnalem probat dict. cap. continebatur, & ibi Doctores. ¶ Secundò, ex attestatione matris Isabellæ de eadem carnali cognitione in eius querela medio
iuramento attestantis, quæ † matris attestatio debet hoc 4
casu non parum operari, arg. cap. videtur, qui matr. accus. poss. & c. super eo, il 2. & ibi Doct. de testibus. ¶ Tertiò, ex depositione Gundisalui secundi testis dicentis ad fin. 1. artic. se accessisse ad hostium cubiculi Isabellæ, ibique audiuisse rumorem inter eam & Didacum, tanquam in-
ter virum & vxorem, qui † testis cùm sit de auditu pro- 5
pinquo ipsi copulæ, probat. cap. præterea, & ibi Doct. de testib. ¶ Quartò, ex reciproco amore inter Didacum & Isabellam, quem probant primus & secundus testis super
primo, qui reciprocus † amor est magnum copulæ car- 6
nalis adminiculum, Felin. in d. ca. præterea, num. 3. Ruin. cons. 53. num. 3. vers. & licèt lib. 5. ¶ Quintò, ex multiplicato accessu Didaci post mediam noctem ad domum Isa-
bellæ, † & commoratione illius ibi per aliquot horas, 7
prout deponunt testis, primus, secundus, quartus, & septimus super primo, quæ duo copulam carnalem plurimum arguunt. ¶ Sextò & vltimò, ex solitudine Didaci & Isabellæ in loco commodo, prout probant testes, quartus, septimus & nonus super secundo. Ex solitudine enim
maris & fœminæ copula carnalis † licèt non plene pro- 8
betur, tamen præsumitur, vt inquit Butr. in cap. 3. loco, per illum text num. 4. de præsumpt. Imò Imol. ibi pariter, num. 4. vult; huic præsumptioni standum esse donec contrarium probetur, inquit enim, ex solitudine maris & fœminæ copulam præsumi, licèt necessario non probetur, cùm veritas possit esse in contrarium, sed in dubio præsumi donec contrarium probetur. Et Imol. refert & sequitur Ang. de Vbal. iun. inter cons. matrim. diuers. con-
sil. 43. num. 33. Crot. consi. 413. num. 27. lib. 3. ¶ Et ex † lo- 9
ci solitudine & diuersitate sexuum induci præsumptionem fornicationis, tradit Abb. in dict. cap. tertio loco, ante num. 2. quem sequitur Ferret. cons. 389. num. 10. in fin.
libr. 2 Ex commoditate † autem horæ inter sponsum & 10
sponsam maximam oriri præsumptionem carnalis cognitionis, asserit Martin. Laud. consil. 17. numer. 9. versic. præterea. inter cons. matrim. diuers. & est bonus text. in dict. cap. literis, ibi, locis ad hoc commodis, & horis ele-
ctis, de præsumpt. ¶ Imò commoditatem † horæ quando 11
quis est repertus in camera cum muliere sola, satis sufficere ad probationem delicti, firmat Abb. dict. cap. 3. loco, numer. 4. versi. vnde puto, & sequitur Ferret. dict. consil.
389. numer 10. ¶ Vnde cùm † copula carnalis non possit 12
verè, directo, & concludenter probari, Docto. dict. capit. præterea, de testibus, ca. literis, & ca. sequen. de præsumpt.
capit. nec aliqua. 27. quæst. 1. & † propterea admittitur 13
eius probatio per violentiam præsumptionem, sicut in filiatione, vt per Ioan. And. in dict. ca. præterea, in fi. quem
ibi cæteri sequuntur, imò † sufficit probari per coniectu- 14
ras, & indicia, secundùm Anchar. in d. cap. literis, num. 2.
¶ Quin † etiam debent sufficere probabilia argumenta, 15
cùm non quærantur testes, nec lux, sed tenebræ ad hoc aptæ, vt inquit Hostien. in dict. cap. præterea, colum. 2. in
prin. vers. vix tamen accidit. Et ideò dicitur difficilis pro- 16
bationis, ex quo ad eam solent quæri latebræ, secundùm Card. in dict. cap. præterea, post med. vers. solutio regulariter, & dict. capit. tertio loco, prope fin. & latè Socin. iun. cons. 32. num. 13. 14. & 15. libro secundo, benè Dec. consil.
577. ante num. 3. & numero 12. dicens † admitti leuiores 17
probationes ob difficultatem probandi, & tota illius probatio circumspecto ac discreto iudicis arbitrio committitur, vt est text. in dict. capit. præterea, in fine, & ibi omnes. ¶ Idcirco Domini ex tot tantísque præsumptionibus & coniecturis supra relatis & simul iunctis arbitrati sunt, copulam carnalem, de qua agitur, satis sufficienter probari.

CAN

CANTVCCII.

Foroliuien. præsidij. Veneris. 13. Februatij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Factum ex duplici potestate, si non valet ex vna, valebit ex altera.*

2 *Iudex eligens viam incompetentem actum vitiat iurisdictionalem*

DECISIO XCVI.

DOmini dixerunt, sententiam Præsidis Romandiolæ ad fauorem Hippolytæ latam, iustam & validam esse. De iustitia constat ex eo, quòd cùm eidem Hippolytæ in testamento Ghinulphi relicta fuerint scuta, sexcenta pro augmento suarum dotium cùm nupserit, cum facultate accipiendi de bonis existentib. in villa sancti Martini tantum, quod sit æquiualens dictæ summæ, quatenus nuptiæ sequantur, & hæres recuset soluere dictum legatum, cumque purificata sit conditio nuptiarum, vt ex actis constat, vtique recusante hærede soluere dict. legatum, iusta fuit sententia Præsidis fauentis voluntati testatoris. De validitate autem eiusdem sententiæ apparet, quia de citatione & mandato non dubitatur: de iurisdictione autem, ad cuius defectum informantes pro Capitaneo Bartholomæo se restringunt, Domini præsupposuerunt constare ex facultatibus Præsidis, qui licèt processerit, & pronuntiauerit taoquam delegatus à sacra Consulta, nunquam tamen se restrinxit ad facultatem delegatam, sed vsus est etiam facultate ordinaria nominando se Præsidem, ex qua facultate ordinaria processus &
1 sententia sustinetur: quoties enim † id, quod fit ex dupli-
ti potestate, non valet ex vna, valebit ex alia. Bal. in l. 3.
per illum text. ff. de re milit. ¶ Non obstat Anchar consil.
2 357. nume. 2. Quia loquitur † in iudice eligente viam incompetentem, ex qua electione, inquit, actum iurisdictionalem vitiari. per cap. cùm super Abbatia, de offic. delegat. quod non accidit in casu nostro, in quo Præses non eligit potestatem delegatam se ad illam restringendo, sed vtraque simul tam ordinaria quàm delegata vsus est Meritò, &c. ¶ Reseruarunt autem Domini particulariter videndum, an executio dictæ sententiæ sit attentata.

CANTVCCII.

Bononien. demolitionis molendini. Lunæ, 23. Februarij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Iudicia diuersa cumulatiuè proposita ad se inuicem compatiuntur nec sibi præiudicant.*

2 *Possessorium retinendæ priùs intentatum quàm petitorium priùs etiam est expediendum.*

Declara & intellige, vt num. seq.

4 *Obtinens in possessorio summariissimo non potest petere discussionem possessorij plenarij.*

5 *Iudicium demolitionis est penitus diuersum in pacto precarij.*

6 *Exceptio non implementi impedit litis ingressum.*

Fallit, nisi agatur diuerso iure, non autem ex eodem contractu, num. 7.

8 *Exceptio periurij repellit à limine iudicij.*

Intellige quoad iurantem, non quoad successorem, numero sequent.

9 *Iuramentum non transit ad successores quoad vinculum periurij.*

10 *Periurus agere potest ex alio contractu, quàm ex eo, ex quo incidit in periurium.*

DECISIO XCVII.

FVit resolutum die Lunæ, 23. Februarij, 1579. per iudicium pacti precarij appositi in instrumentis locationum olim per Dominos de sancto Petro Dominis Creditoribus factarum, non posse suspendi sioe impediri iudicium demolitionis molendini. Quæ resolutio fuit postea die Veneris, 20. Martij eiusdem anni confirmata.

¶ Et ratio, qua moti sunt Domini, fuit, quia iudicium
pacti precarij, & iudicium demolitionis molendini sunt
iudicia diuersa, † & competunt pro diuersis rebus, nec 1
vnum est præiudiciale ad alterum: & propterea non potest vnum retardare, & impedire alterum, vt per Aym. cons. 253. num. 2. ante medium, vers. respondeo quod imò ista duo, & latiùs deducunt informantes pro parte Dominorum Capitom. ¶ Non obstant adducta pro parte Dominorum de sancto Petro. ¶ Et in primis non obstat, quòd iudicium demolitionis molendini non possit cumulari cum possessorio retinendæ priùs per Dominos de
sancto Petro intentato, ex quo, quando † priùs intenta- 2
tur possessorium retinendæ, & deinde petitorium, priùs debet expediri possessorium. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 27. versiculo si verò primo propositum fuit. ff. de acquiren. possessio. & cum Barto. cæteros pertransire testantur Ias. ibi, num. 145. Bologn. part. 2. sub num. 370. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 535. ¶ Nam
respondetur, tunc priùs terminandum esse possessorium,
quando actor contendit de possessione: at † secus quan- 3
do non contendit, nam tunc vtrumque iudicium procedit. vt per Bart. in dict. §. nihil commune, numer. 26. Rub. numero 331. Fernand. cap. 3. numero 38. Bulong. 2. parte, num. 359. Menoch. dict. remed. 3. nume. 354. Sed Domini Capita non contendunt de possessione, sed prætendunt, Dominos de sancto Petro non posse habere tot molendina. Meritò, &c. ¶ Et ex hoc etiam tollitur id, quod dicitur, solum summariissimum possessorium fuisse terminatum, plenarium autem adhuc durare. ¶ Quia hoc procederet, si Domini Capita vellent prosequi plenarium: sed cum ipsi intentauerint petitorium demolitionis, iam recesserunt ab omni possessorio. Et ideò Do-
mini de sancto Petro postquam obtinuerunt in † pos- 4
sessorio summariissimo, non possunt petere discussionem possessorij plenarij, cùm illi Domini Capita renuntiauerint per introductionem petitorij demolitionis. Bart. in d. §. nihil commune. num. 27. in fine. Rip. nu. 167. Menoch. d. remed. 3. num. 845. inquiens, hanc esse magis communem. ¶ Secundò non obstat, quòd Domini de sancto Petro molestantur in camera. ¶ Quia molestantur ad instantiam Commissarij Cameræ: & est iudicium diuersum. Tertiò non obstat, quòd Domini Capita ratione pacti precarij non debent audiri super iudicio demolitionis, nisi refectis damnis, expensis & interesse.
¶ Quia † (vt supra deductum fuit) iudiciom demolitionis 5
est penitus diuersum, & Domini de sancto Petro possunt ad damnū & interesse agere via ordinaria, iuxta decis. Put. 61. libr. 3. Idque non debet retardare iudicium de-
molitionis. ¶ Quartò non obstat, quòd exceptio † non 6
implementi impedit litis ingressum, vt latè per Aym. consil. 151. numer. 10. & Domini Capita in instrumento locationis promiserunt reficere expensas, damna, & interesse passa, & patienda occasione litis motæ super molendino, & propterea illis non refectis non debent audiri in iudicio demolitionis. ¶ Quia tunc huiusmodi exceptio non implementi impediret iudicium demolitionis, si Domini Capita agerent ex eodem contractu loca-
tionis: sed cùm † ipsi agant ex diuerso iure, vtique talis 7
exceptio non obstat. Felyn. in cap. 3. nume. 5. de iureiuran.
¶ Quintò non obstat, quòd Domini Capita sint periuri, ex quo non seruauerunt iuramentum per eos præsti-
tum in instrumento locationis, & † exceptio periurij 8
repellit à limine iudicij. cap. verum, de iureiurand. Paris. consi. 26. numer. 98. lib. 3. ¶ Quia vltra, quod hodierni Domini Capita non iurarunt, sed sunt successores iu-
rantium, & † iuramentum est personale, & non transit 9
ad successores quoad vinculu periurij. Bald. in leg. etiam, in fine. ff. de iureiuran. Cassa. decisio 2. numeru 8. 9. & 10. de iureiurand. Paris. consil. 75. numer. 23. lib. 3. ¶ Accedit,
quòd † periurus potest agere ex alio contractu, non au- 10
tem ex

tem ex eo, ex quo incidit in periurium, vt per Rom. sing. 499. nu. 2. vbi additio.

CANTVCCII.

Asculan. damnorum & interesse. Lunæ, 9. Martij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Confessio partis habet vim instrumenti publici, & in probando idem operatur, quod instrumentum publicum.*
Imò est efficacior probatio, quàm instrumentum publicum, & cetera probationes, num. 2.
3 *Statuto requirenti præsentationem instrumenti publici ad probationem debiti, dicitur satisfactum per confessionem partis.*

DECISIO XCVIII.

FVit resolutum, statutum non intrare, quia in eo excipitur casus, quando de debito constat per instrumentum publicum, & in iudicio præsentatum, quæ exceptio secundùm Dominos verificatur in casu, de quo agitur. Nam licèt tempore subhastationis nõ fuerit productum instrumentum manu Ser. Francisci Marij publici notarij rogatum, ex quo de debito Amodæi in tumulis 104. grani apparebat, nihilominus stante confessionem eiusdem Amodæi facta in iudicio, de qua constat in mandato indicis facto de anno 1551. 25. Maij, ibi, Medeo Iacobi Antonij præsenti & confitenti, &c. non requirebatur alia
1 productio prædicti instrumenti, quia † confessio partis habet vim instrumenti publici, & in probando idem operatur, quod instrumentum publicum text. est in l. cum te, *la* 2. & ibi Bald. in princ. Salic. in primo notab. Cuma. nu. 2. Curt. sen. num. 5. Ias. pariter, nu. 5. Claud, de Seisel. nu. 4. Dec. alia iura ad id congerens, nu. 7. Riminal. nu. 3. & Alciat. num. 8. C. de transact. Alexan. in l. fin. num. 21. versic. & secundùm Bald. C. de edict. diui Adrian. tollen. Paris.
2 cons. 99. nu. 12. lib. 3. ¶ Imò † confessio est efficacior probatio quam instrumentum publicum & cæteræ probationes, cap. 1. de confess. lib. 6. latè Ias. in d. l. cum te, num. 5. 6. 7. & 8. Dec. sub numer. 7. Alciat. numer. 8. Canonist. in rub. de confess. & in rubr. de probatio. & alibi per Docto.
3 ¶ Et in terminis † statuti requirentis præsentationem instrumenti publici ad probandum debitum, vt dicto statuto & formæ illius dicatur satisfactum per confessionem partis, tradit Paris. dict. cons. 99. num. 11. & 12. Vnde cùm confessio æquipolleat instrumento publico, & confessio Amodæi facta fuerit in iudicio, perinde est, atque si instrumentum continens debitum Amodæi in iudicio præsentatum esset. ¶ Nec obstat, quòd Ioannes petierit procedi secundùm formam statutorum Castri sancti Poli. ¶ Quia respondetur, illum non se restrinxisse ad viam statuti, quod ostenditur ex clausula, omni meliori modo. Præterea ipse petiit proecdi secundùm formam statutorum, prout iuris: sed de iure non erat procedendum secundùm formam statuti, cùm iste fuerit casus exceptus à statuto, vt patet ex præmissis, Meritò, &c.

CANTVCCII.

Imolensis iurispatronatus. Lunæ, 23. Martij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Auctoritas siue consensus præstandus in reseruatione seu creatione iurispatronatus residet penes Episcopum, & quare, num. 5. 6. & 7.*
Idem in assignatione dotis Ecclesiæ, num. 9.
2 *Extensio non fit de actu ad actum.*
3 *Vicarius qui potest dare iuspatronatus ex constructione, non potest dare ex dotatione in Ecclesia prius constructa.*
4 *Ædificationi nouæ capellæ qui potest cõsentire, potest etiam iurispatronatus.*
7 *Spiritualia non possunt à laicis propria auctoritate tractari.*
8 *Abbas, ædificationi Ecclesiæ cõsentiendi facultatem habens, censetur etiam eandem habere consentiendi dotationi.*
9 *Dos Ecclesiæ an sit constituta, vel congrua, ad Episcopum spectat cognoscere.*
10 *Dotatio Ecclesiæ retrotrahitur ipsius fauore ante consecrationem.*
11 *Matrimonij fauore geniti ante contractum matrimonij finguntur geniti post.*
12 *Lamber. opin. lib. 1. par. 1. q. 6. art. 1. nu. 8. in fi. vers. dicerem & aliud est reprobata.*
13 *Ecclesiam iam constructam & consecratam dotare licet de iure communi, quando dotem non habuit.*

DECISIO XCIX.

DOmini pro maiori parte dixerunt, resolutionẽ vltimo loco factam in casu, de quo agitur, intrare non obstantibus deductis pro parte Scipinnis Calderini, quæ ad duo potissimum rediguntur. Vnum est, quod ille consensus Abbatis, sine quo nemo potest construere capellam intra confines parochiæ ipsius Abbatis, iuxta bullam Innocentij Quarti, debet intelligi pro interesse eiusdem Abbatis, ne sibi præiudicetur in constructione alicuius capellæ intra limites suæ parochiæ, quoad concursum, oblationes, & alia: non autem debet intelligi pro aucto-
ritate siue consensu præstando † in reseruatione iurispa- 1
tronatus, qui residet penes Episcopum, cap. nobis de iurepat. ¶ Alterum, quòd prædicta bulla loquitur de consensu Abbatis in capella construenda, & ideò non debet trahi ad capellam iam constructam, prout erat ista, de
qua agitur, quia non † fit extensio de actu ad actum. Pa- 2
ris. consi. 17. nu. 151. lib. 1. Aymon. cons. 55. in prin. Mohedan. decis. 224. Et in terminis tradit Lambert. de iurepatr.
lib. 1. pat. 1. q. 6. ar. 1. nu. 8. in fi. fol. mihi 50. tenens, † Vica- 3
riam, qui potest dare iuspatronatus ex constructione, non posse dare ex dotatione in Ecclesia priùs constructa. ¶ Quoad primum fuit dictum, consensum Abbatis requiri etiam pro auctoritate in reseruatione iurispatronatus, tum quia, qui vult consequens, vult etiam suum ne-
cessarium antecedens. ¶ Vnde si Papa † voluit, Abbatem 4
posse consentire ædificationi nouæ capellæ, voluit etiam in necessariam antecedentiam, cum posse consentire iuripatronatus, sine quo ædificans non ædificaret: tum etiam quia aliàs Papa præbuisset occasionem rettahendi laicos ad ædificationem Ecclesiæ, quia potuisset cõtingere, quòd Episcopus nollet consentire reseruationi iurispatronatus, & Abbas nollet consentire ædificationi.
¶ Tum etiam & tertiò, quia in casu nostro in persona Abbatis militat ratio, cur auctoritas, siue consensus Episco-
pi in creatione iurispatronatus requiratur: nam † siue illa 5
sit, quia ad Episcopum spectat examinare locum erectionis Ecclesiæ, & dotem, &, disponere, qualiter sit regenda vel gubernanda, secundùm Calder. cons. vlt. vers. & ratio.
de iurepatr. siue † sit illa, quòd Episcopi consensus requi- 6
ratur fauore Ecclesiæ, ne contingat opus incoari, & non consummari, vel non sufficienter postmodum dotari, quia fortè vires patrimonij ędificantis minime sufficiant, secundum Abbatem, cons. 89. numero 2. versicul. tamen
illud, libro secũdo, siue † etiam ea sit, quòd ista spiritualia 7
non possunt à laicis propria auctoritate tractari, secundùm eundem Abb. consic. 59. sub numer. 3. ante medium. versicul. satis enim, lib. 2. quas rationes refert & sequitur Rocch. de iurepatron. in verbo, pro eo, quod de diœcesani consensu. quæst. 3. num. 7. vers. tunc ratio est. Omnes istæ rationes bene conueniunt ei, qui debet consentire ædificationi Ecclesiæ, iuxta text. in cap. nemo, de consecrat. distinct. 1. ¶ Quo vero ad secundùm, Domini dixerũt, quòd Papa, dando Abbati facultatem consentiendi ædifica-
tioni, censetur † etiam dedisse facultatem consentiendi 8
dotationi,

dotationi, cùm sine dote Ecclesia ædificari nequeat, di-
cto capit.nemo.Præsertim,quia hoc casu viget eadem ra-
tio, cur consensus Episcopi in assignatione dotis requi-
9 ratur, vt scilicet † videat, quomodo dos sit constituta,
& an sit congrua,vt post Caldet.d.cons. vlt. not. Rocch.
in verbo,& dotauit,quæst.10.num.18. versi. præterea di-
gnum. Non obstat si dicatur, id procedere in donatio-
ne facta ab initio, non in donatione facta post consecra-
tionem, prout in casu nostro. ¶ Quia respondetur, fa-
10 uore † Ecclesiæ dotationem retrotrahi & fingi Ecclesiam
dotatam ante consecrationem, vt quis inducatur ad do-
tandum propter acquisitionem iurispatronatus, ita Ioan.
Andr.in cap.1.col.vlt.in princ. versic. & tunc fauore Ec-
clesiæ fingamus,de iurepatron.Car.ad rub.eod.tit.quæst.
6.versic.dic primum verius.Abb.in cap.3.num.9.in fin.&
ibi Bero.n.71.vers.non obstat quod res sacra.eod.tit.Abb.
dicto cons.59.num.3.versic.quod tamen limitauit, lib. 2.
Rocch.in verbo,& dotauit,nu.4. ad finem. vers. non ob-
stat igitur. Paul. de Cittadin. de iurepatron. parte tertia,
caus.2.quæst.13.nu.77.versi.& fauore Ecclesiæ.Lambert.
lib.1.q.6.artic.1.nu.6.vers.nec obstat fundamentum. fol.
mihi 50. ¶ Et omnes mouentur per simile cap.tanta, qui
11 fil.' sint legit. vbi fauore † matrimonij, geniti ante con-
tractum matrimonij finguntur geniti post. ¶ Minùs
12 † obst. quod scribit Lambert.lib.1.parte 1.quæst.6. artic.
1.num.8.in fine.versi. dicerem & aliud. Nam eios opinio
non videtur de iure subsistere. In primis enim noo est
verum, consensum Episcopi super dotatione facta post
constuctionem, & consecrationem Ecclesiæ, esse priui-
legiatiuum, ita vt dotans efficiatur patronus quasi ex
priuilegio. ¶ Quia huiusmodi consensus non potest es-
13 se priuilegiatiuus, cùm † de iure communi liceat dotare
Ecclesiam iam constructam & consecratam, quando do-
tem non habuit, vel quando dos habita perierit. Et ista
est communis opinio, de qua testatur Rocch. in verbo,
& dotauit,n.4.circa med. & magis communis secundùm
Bero.in cap.3.nume.69.de iurepat. ¶ Deinde ratio, qoia
mouetur Lambert. quia scil. agitur de præiudicio Epi-
scopi, non videtur magis militare in casu dotationis Ec-
clesiæ iam consecratæ, quam in casu ædificationis. Et si
dicatur, Ecclesiam iam constructam liberam esse, & per-
tinere ad collationem Episcopi: respondetur, illam esse
sine dote & consequẽter sine ministris; & ex hac respon-
tione introductum esse fauore Ecclesiæ.vt fingatur dota-
ta ab ipso initio. Præterea in casu nostro obseruantia sub-
secuta id declarauit.

CANTVCCII.

Callaguritana bonorum. Lunæ,23.Martij.1579.

SVMMARIVM.

1 *Linea vna semel admissa semper durat admissio, donec su-
perest aliquis eiusdem lineæ, etiam si alij alterius lineæ in
pari,vel proximiori gradu extant.*
Declara,vt num.3.& 4.
2 *Qualitas exclusiua iuris alterius debet adesse tempore eue-
nientis casus successionis, aliàs nihil operatur contra se-
mel admissum.*
3 *Interpretatio est semper facienda, vt non repugnet volun-
tati testantium.*
4 *Mens testantium non debet interpretari, vt voluerint re-
stringere successionem ad vnam lineam semel admissam,
quando in alia linea existeret aliquis habilior.*
5 *Hæres potest declarare voluntatem defuncti.*
6 *Declaratio tacita idem operari debet quod expressa.*
7 *Hæredes legitimi dicuntur propriè venientes ab intestato.*
8 *Qualitas expressa in testamento censetur repetita in codicil-
lis, nisi noua qualitas in codicillis adiiciatur.*
9 *Qualitas requisita in aliquo extenditur etiam ad eius de-
scendentes,*

DECISIO C.

PRoposui Lunæ,23, Martij, causam in Callaguritan.bo-
norum, super eodem dubio, super quo aliàs proposi-
ta fuit die 13. Ianuarij,1576.additis solum dictis testium
pro parte Fraocisci vigore remissoriæ examinatorum. In
quo dubio Domini perstiterunt in decisis, nempè, Bar-
tholomæum tanquam habiliorem ratione maioris ætatis
& sacerdotij præferendum esse Francisco in successione
bonorum, de quibus agitur, ex deductis in decisione fa-
cta sub die 13.Ianuarij 1576. ¶ Non obst. quæ nunc de
nouo pro parte d. Francisci adducuntur. ¶ Et in primis
non obst. quòd † vna linea semel admissa semper durat 1
admissio, donec superest aliquis eiusdem lineæ, etiamsi
alij alterius lineæ in pari, vel proximiori gradu existant,
vt per Bald. Castrens. & Benedict. de Benedict. firmat
Com.consi.263.nu.10.lib.1.Nat.post alios consil. 22.nu.
1.lib.1.Ruin.cons.9.nu.4.in fine,& consil.165,nu.14. lib.
1.Pedemon.decis.23,nu.34. ¶ Vnde cùm ad bona,de qui-
bus agitur, fuerit admissus Ioannes, vt qui erat maioris
ætatis,quàm Sanctius, cúmque de linea Ioannis sit Fran-
ciscus, qui est illius nepos, sequitur, vt Franciscus præ-
feratur Bartholomæo,qui est alterius lineæ; nec Ioannes
admissus excludebatur à Sanctio ob qualitatem clerica-
tus sibi postea superuenientem, quia † oportebat illam 2
adesse tempore euenientis casus successionis, ad tradita
per Bald.Isern.Aluarot.Præposit.& Affict.in cap.1.de eo
qui sibi vel hæred.suis, & latius per Mandell. consil. 106.
ferè per tot.& maximè nume.12. ¶ Sed huic fundamento
pluribus respondetur modis. ¶ Imprimis, quod si in casu
nostro haberet locum regula, quod linea semel admissa,
&c.posset dari casus,in quo de linea semel admissa solùm
superesset fœmina,vel minor natu,vel laicus:ex alia verò
extaret vel masculus,vel maior natu,vel clericus,& sic se-
queretur, vt fœmina præferretur masculo,vel ætate mi-
nor præferretur ætate maiori, vel laicus præferretur cle-
rico, quod † expresè repugnat voluntati & intentioni 3
testantium. ¶ Secundò respondetur, ex obseruantia sub-
secuta. Nam Sanctius propter qualitatem clericatus sibi
superuenientem exclusit Ioannem iam admissum, cui
exclosioni non constat, nec Ioannem, nec postea Dida-
cum eius filium per spatiom ferè quadraginta annorum
reclamasse. ¶ Vnde ex hac eorum taciturnitate, siue non
reclamatione,colligitur tacita quædam † declaratio,siue 4
interpretatio mentis testantium, quod non restrixerint
successionem ad vnam lineam semel admissam, quando
in alia linea existeret aliquis habilior. Et pro huiusmodi
obseruantia faciunt trad. per Aym.consilio 101. numero
tertio & quarto, vbi loquitur in casu huic nostro consi-
mili.Et certum † est, hæredem posse declarare volunta- 5
tem defuncti.vt per Dec.post Bart. in l.edita, numero 50.
versic.his tamen non obstantibus,C.de eden.Et maximè,
non in præiudicium alterius, sed proprium, & suorum
hæredum,prout in casu nostro,vt bene Ruin. consil.128.
numer.15. versic. etiam non obst. libro 2. ¶ Et hæc tacita
† declaratio idem operatur, quod expressa, l. cum quid, 6
ff.si cert.pet. Præsertim, quòd taciturnitas Ioannis & Di-
daci durauit per spatium ferè quadraginta annorum.

¶ Tertiò respondetur, tunc tractari de succedendo
Sanctio, non autem Ioanni, tum quia Sanctius, etiamsi
forsan non potuerit de iure ob superuenientẽ qualitatem
clericatus excludere Ioannẽ iam admissum, nihilominus
post mortem Ioannis excludebat Didacum eius filium:
tum quia Sanctius erat ætate maior & clericus, & per
consequens habilior Didaco. Tum etiam, quia Francis-
cus quando petiit huiusmodi bona, asseruit illa pertine-
re ad ipsum per mortem Sanctij, & propterea non intrat
in casu nostro regula,quod linea semel admissa, &c.

¶ Secundò non obst. quòd in Regno Hispaniarum vi-
geat stylus & consuetudo, vt anniuersaria perpetua,qua-
le est

le est istud, de quo agitor, iudicentur, & regulentur ad instar maioricatuum & fideicommissorum, prout testes deponuot. Et propterea, quemadmodum in maioricatibus & fideicommissis habet locum regula, quòd linea semel admissa, &c. ita etiam diceodum est de anniuersario isto, vt latè hic per informantes Francisci. ¶ Siquidem respondetur, consuetudinem prædictam procedere in simplici anniuersario, non autem in eo, in quo testator aliàs deposuit, prout declarât testes, quartus & octauus super primo. arti. ac primus, 3.6.8.& 9. iuxta tertium interrogatoriom Et ideò bene dicuot tertius iuxta decimumquintum, & quartus iuxta decimumsextũ, non posse firmare aliquam certam regulam, quia dispositiones testatorum solent esse differentes. ¶ At in casu nostro tam ex verbis testantium, quàm codicillorum, clarè constat de voluotate & dispositiooe testantium in contrarium ex supra deductis. Meritò, &c. ¶ Tertiò non obstat, qoòd tam in testamento, quàm in codicillis vltra qualitates maioritates, masculinitatis. & clericatus, consideratur etiam qualitas hæredis, quæ qualitas non videtur concurrere in Bartholomæo, nec respectu Ioannis grauati, quia non est de eius linea, nec respectu fundatoris anniuersarij: quia cùm linea Mariæ, ex qua Bartholomæus descendit, fuerit iam per masculos exclusa, censentur exclusi omnes eius descendentes ex eadem linea exclusa, & sic etiam Bartholomæus. ¶ Quoniam pro responsione dicitur, quòd cum agatur de successione Sanctij, qui fuit vltimus possessor, Barthulomæus dicitur etiam hæres Sanctij, cùm sit illi in pari gradu cum Francisco. ¶ Præterea sufficit, Bartho-
7 lomæum esse hæredem ab intestato, quia † in casu nostro fuerunt vocati hæredes legitimi, qui sunt propriè venientes ab intestato, l. 1. & per tot. tit. C. de leg. hæredib. Alex. cons. 56. num. 4. lib. 2. Deci. consi. 32. num. 2. & 3. ¶ Quartò noo obstat, quòd substitutiones, qualiats maioris idoneitatis, & cætera contenta in codicillis sunt nulla & inualida, tum quia sunt disposita vltra tempus præfixum à legibus partitæ & Tauri, tum etiaoi, quia sunt contra expressam illarum dispositionem, in eo, quòd prohibent alias substitutiones fieri à Commissario generali, qualis videtur fuisse Gundisalous senior, vt per insormantes Francisci. ¶ Nam respondetur, huiusmodi leges casui nostro minimè applicari. Qoia leges partitæ loquuntur in mero executore testamentario: leges verò Tauri loquuntur in eo, qui simpliciter debet pro alio testamentum condere, non autem in eo, qui habet facultatem addendi & emendandi testamentum vxoris suę, prout in casu nostro. ¶ Accedit etiam, quòd leges Tauri non habent locum in testamento, de quo agitur, cùm fuerint editæ postea per annos vigintiquinque, vt hic per informantes Bartholomæi. ¶ Quintò non obstat, quòd qualitas habilioritatis expressa in codicillis ibi, & magis idoneo, sit restricta ad lineam transuersalem ipsius codicillantis, & propterea non sit trahenda ad filios & descendentes Catharinæ. Et ratio diuersitatis videtur esse, quia filij & descendentes Catharinæ sunt magis dilecti, quàm transoersales ex linea testatoris: quòd inde colligitur, quia fuerunt primo loco vocati. ¶ Vnde qualitatem habilioritatis non videtur testator requisiuisse in filiis, & descendentibus Catharinæ tanquam magis dilectis.

¶ Quoniam respondetur, negando qualitatem habilioritatis fuisse solùm expressam in codicillis, cùm fuerit etiam considerata in testamento, dum in eo cauetur, vt in successione bonorum, de quibus agitur, masculus præferatur fœminæ, maior natu præferatur minori, & clericus præferatur laico. ¶ Quæ quidem qualitates maioris ætatis, masculinitatis, & clericatus non potuerunt aliam ob caussam considerari, nisi ad constituendam habilioritatem, quæ versatur circa administrationem anniuersarij, prout alias resolutum fuit. ¶ Sextò non obstat, quòd qualitas clericatus expressa in testamento non est repetita in codicillis, & propterea censeatur ab illa recessum.
¶ Quia † tunc qualitas expressa io testamento non cen- 8
setur repetita in codicillis, quando noua qualitas adiicitur in codicillis: at secus est, si in codicillis noua qualitas non est apposita, tunc enim in eis censetur repetita qualitas in testamento expressa, vt post Angel. consil. 294. nu. 6. vers. & iu contrarium, & nu. 8. vers. 1. quia, rectè declarat Deci. cons. 190. nu. 6. vers. 3. hoc tradit. & Cephal. cons. 156. nu. 19. lib. 2. Sed in codicillis de quibus agitur, non est apposita noua qualitas. Meritò, &c. ¶ Septimò non obstat, quòd qualitas clericatus sit restricta ad filium Catharinæ, & propterea non videtur exteodenda ad descendentes illius. Quia negatur huiusmodi restrictio. Il-
lud † enim, quod dicitur de filio Catharinæ, intelligitur 9
de omnibus eius descendentibus, prout iam resolutum fuit coram Dom. meo Lancelloto, 18. Martij. 1575.

CANTVCCII.

Roman. lucr. dotal. Lunæ, 6. Aprilis. 1579.

SVMMARIA.

1 *Fæmina ad coitum sunt procliuiores quàm masculi.*
Et eò magis, vbi coitus est licitus propter matrimonium, num. 2.
3 *Uxor inuita à viro carnaliter cognita, potest religionem ingredi.*
4 *Vxor, quæ stetit cum viro per tres noctes, licèt matrimonij consummatio non sit secuta, non potest monasterium ingredi.*
5 *Consummatio matrimonij præsumitur ex dormitione viri & vxoris in eodem lecto per tres noctes. Admittitur tamen probatio in contrarium. nu. seq.*
6 *Præsumptio violenta, & iuris, & de iure admittit probationem in contrarium per confessionem partis in eius præiudicium.*
7 *Papa non potest dispensare & dissoluere matrimonium carnali copula consummatum.*
8 *Vir post tres noctes, quibus dormiuit cum vxore, matrimonio non consummato potest abstinere à coitu secutus consilium Carthag.*
9 *Cohabitatio per triennium inter virum & vxorem, requiritur ad effectum dissoluendi matrimonium, ex caussa merè spirituali.*
10 *Positionem negans non potest in ea se fundare.*
Fallit in iudice, qui potest ex officio se fundare in positione negata. num. 11.
12 *Mora vxoris nolentis cohabitare cum marito, caussa monasterium ingrediendi ex interpellatione sibi facta, an possit dici cum culpa mariti, vel ne.*

DECISIO CI.

Domini dixerunt, Iulium non probasse, quòd steterit per Olympiam, & nõ per eum, quominus matrimonium inter eos cõtractum consummaretur. Nã Iulius est actor petens lucrum dotale vigore statuti Vrbis, quod inter alia requirit cõsummationẽ matrimonij: & propterea cũ fundet se in statuto Vrbis, debet eius requisita concludenter probare. Et sic tanquam fuodamentum intentionis suæ tenetur probare consummationem matrimonij, hoc est, per eum non stetisse, sed per Olympiam, quin matrimonium consummaretur, quod ex hactenus deductis non probauit: imò potiùs contrarium, quòd steterit per eum, præsumendum videtur. ¶ Siquidem stante, quòd tribus noctibus dormiuit cum Olympia in eodem lecto, vt ipsemet cõfessus est in suis articulis, & stãte, quòd matrimoniũ non consummauit, id quod constat tam ex eius confessiooe facta coram Sanctissimo D. N. quàm etiam ex eo, quòd Olympia ingressa est monasterium, & religiooem professa fuit, quod quidem faciendi licentiam nunquam obtinuisset, si matrimonium fuisset consummatum, cùm matrimonium carnali copula consummatum non valeat dispensatione Pontificis dissolui, vt in-

1 ferius dicetur. Et stante etiam, quod † fœminæ soleant
virú appetere, & ad coitum procliuiores esse quàm mas-
culi, vt per Tiraq. latissimè de legib. connub. l. 9. nu. 79. vs-
vsque ad 128. & præsertim nu. 89. in fi. & nu. 90. 91. 92. &
2 93. Et tantò † magis, quando coitus est licitus propter
matrimonium, vt in casu nostro. Et in terminis præsu-
mendum esse, sponsam de præsenti semper voluisse car-
naliter cognosci, tradit Collect. in cap. ex publico, nu. 4.
3 de conuer. coniugat. firmans, vxorem, † quæ inuita à viro
carnaliter cognita fuit, posse religionem ingredi, sed
oportere de hoc constare, quia spósa de præsenti semper
præsumitur voluisse. ¶ Stantibus igitur istis, videtur præ-
sumẽdum, potiùs stetisse per Iulium quá per Olympiam,
quominus matrimonium consummaretur, cum nó con-
stet de retinentia Olympiæ circa carnalem cognitionem,
neque de eius arctatione, quòd scilicet fuerit adeô arcta,
vt non potuerit in spatio trium noctium reserari, neque
de infirmitate, vel alio eius impedimento, siue obstaculo,
propter quod matrimonium non potuerit consummari.
¶ Non obstant deducta pro parte Iulij ¶ Et in primis non
obstant trad. per Bald. in l. non sine, nu. 1. in fine, quem se-
quitur ibi Corn. in vlt. verbis, C. de bon. quę liber. idẽ Bal.
cons. 110. post prin. lib. 2. Castr. cons. 154. in fi. lib. 1. Alex.
consil. 129. nu. 2. in fin. lib. 7. Rip. ad Rubr. ff. solut. matri-
mon. nu. 69. prope fin. Boer. decis. 32. nu. 39. Paris. cons. 62.
num. 29. lib. 4. Roland consil. 10. num. 7. lib. 1. & de lucr.
dot. quæst. 7. num. 7. & quæst. 106. num. 40. & 41. Natt.
4 cons. 282. num. 5. lib. 2. ¶ Quia † isti Doct. non loquun-
tur in terminis, in quibus nos sumus, quando scilicet ma-
ritus dormiuit cum vxore per tres noctes, & sic quando
præcessit experiẽtia copulæ carnalis, & tamen matrimo-
nij consummatio secuta non est. ¶ Nam tunc, si mulier
velit monasterium ingredi, non videtur stetisse per eam,
quin matrimonium consummaretur. Sed Bal. & cæteri
Docto. supra relati, loquuntur in terminis diuersis à no-
stris, quando scilicet vxor nõdum traducta erat ad domú
viri, volens potiùs monasterium ingredi, quàm matri-
monium consummare, & sic quando nulla præcesserat
experientia copulæ carnalis. ¶ Secundò non obstat, quòd
stante dormitione Iulij cùm Olympia in eodem lecto per
5 tres noctes præsumitur † cõsummatio matrimonij, iuxta
text. in cap. literis, de præsumpt. ¶ Quia hæc præsumptio
tollitur per probationem contrariá resultantem ex con-
fessione Iulij facta coram Sanctissimo D. N. ad cuius in-
terrogationem fassus fuit matrimonium non consum-
masse. Licèt enim præsumptio d. cap. literis, sit violẽta, &
6 iuris & de iure, vt ibi per Dd. tamen † admittit probatio-
nem in contrarium ex confessione in præiudicium ipsius
confitentis, glos. in §. fin. autẽ, in Auth. de qualit. dot. & in
l. in contractib. in verbo, nullo modo. C. de non num. pe-
cun. Doct. in auth. sed iam necesse, D. de donat. ante nupt.
Bald. cons. 2. nu. 5. lib. 3. Felyn. in c. quoniá cõtra, nu. 30. in
5. fallent. vers. bene facit, extra de probat. Ruin. cons. 128.
num. 9. lib. 2 & cons. 95. nu. 3. lib. 5. Alc. de præsumpt. in 2.
part. nu. 5. ¶ Accedit, quòd Olympia nó fuisset admissa ad
professionem, stante consummatione matrimonij, cùm
7 Papa non † possit dispensare & dissolnere matrimonium
carnali copula cõsummatum, glos. Host. Io. Andr. Cardin.
Butr. Abb. & alij in cap. ex publico, de conuers. coniugat.
Arclud. in cap. quia propter, 27. quæst. 2. Lap. alleg. 86. ad
finem. Bald. in l. Deo nobis, nu. 7. C. de Episc. & cleric. &
in cap. lator, ante nu. 2. de sentent. & re iudic. Arch. cons.
237. nu. 2. in fine. & cons. 409. nu. 4. vers. circa autem ma-
trimonia, & in repet. cap. 1. de constit. fol. 7. col. 1. in fin. &
colum. seq. in princ. Præpos. in cap. fin. in fin. vbi post lon-
gam disputationem ita concludit. extra, de spons. duor.
Dec. cons. 112. num. 2. ad fio. & num. 3. Anton. de Rosel. in
tract. de Codic. §. videmus modo si Papa possit dispensa-
re in matrimonio. Marsil. de bannit. fol. 367. num. 32. Co-
uarru. in 4. decretal. parte 2. cap. 7. §. 4. num. 15. & hanc
esse communem, inquit Abb. in d. ca. ex publico, nu. 14. in
fin. vbi Sap. fatetur eam esse veriorem, & magis commu-
nem opinionẽ. ¶ Tertiò non obstat, quòd Iulius in prima
nocte, ac etiam duabus sequentibus, quib. dormiuit cum
Olympia potuerit † à coitu abstinere, secutus consilium 8
Concilium Carthagin. de quo in ca. vltimo, 23. distinct. &
in cap. aliter, & in cap. sponsus, 30. quæst. 5. ¶ Quia non
constat, Iulium sacerdotalem benedictionem accepisse,
pro cuius reuerentia possunt coniuges eadem nocte, ac
etiam biduo, vel triduo de consilio a coitu abstinere, &
castitatẽ obseruare. ¶ Quartò non obstat, quòd non suf-
ficiebat illa trium noctium dormitio, sed requirebatur
cohabitatio † per triennium, iuxta cap. laudabilem, & c. 9
fin. in fine, de frig. & malefi. ¶ Quia illa iura procedunt ad
effectum dissoluendi matrimonium, & sic quando agitur
de caussa merè spirituali, quæ censetur publica, & magni
ponderis: at secus, quando agitur de consequendo lucro
dotali, & sic de mero iure priuati, vt istis terminis bene
deducit Ias. consil. 58. colum. fin. versic. non obstat etiam,
lib. 1. refert, & sequitur Phanut. de lucr. dot. pag. mihi, 165.
num. 4. in fin. & num. sequen. ¶ Quintò, & vltimò non
obstat, quòd Olympia positionem Iulij continenta præ-
dictam trium noctium dormitionem negauerit, & pro-
pterea † non potest se fundare in tali positione negata, 10
ca. ex eo. de regul. iur. in 6. cùm latè deductis per Gabriel.
lib. 6. de regul. iur. conclus. 1. num. 2. ¶ Quia omissis aliis
responsionibus, de quibus hic per informantes Olym-
piæ, plana responsio est, quòd † iudex ex officio potest se 11
fundare in prædicta positione negata, Bart. in l. post lega-
tum, nu. 8. ff. de his, quibus vt indig. cum aliis cumulatis
per eundem Gabriel. vbi supra, num. 58. & 59. ¶ Reserua-
runt autem Domini particulariter videndum, an mora
Olympiæ inducta ex interpellatione, & instantia sibi an-
te ingressum monasterij facta, vt iret ad cohabitandum
cum marito, & præstandum ea, quæ vxores tenentur præ-
stare maritis, possit † dici cum culpa, vel sine culpa mari- 12
ti, iuxta cons. Bal. 110. lib. 2. Boer. decis. 32. num. 39.

CANTVCCII.

Amerin. domus. Lunæ 4. Maij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Mulier renuntians bonis paternis, vel maternis, vel fraternis, stante enormissima læsione potest venire contra tales renuntiationes, non obstante iuramento, decreto iudicis, auctoritate tutoris, vel curatis, vel interuentu consanguineorum, & aliis clausulis, & cautelis adhibitis, ex magis communi, & quare, num. seq.*

2 *Dolus præsumitur ratione enormissimæ læsionis, & sub numer. 12.*

3 *Dolus præsumptus, vel re ipsa contingens, æquiparatur dolo vero, & ex proposito.*

4 *Dispositio auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. & alia similia iura, non procedunt in dolo præsumpto resultante ex enormissima læsione, & sub nu. 12.*

5 *Renuntiatio facta in fauorem patris, censetur facta metu reuerentiali, propter quem rescinditur officio iudicis, absque alia probatione minarum præcedentium, stante enormissima læsione.*

6 *Læsio nulla cadit in donatione simplici: secus in donatione ob caussam, vel in recompensationem, nu. seq.*

Fallit item, nisi dolus, vel metus, vel seductio interuenerit, num. 8.

Item fallit in donante ignorante id, quod donat, num. 10.

9 *Donatio ex capite læsionis non rescinditur, si donans sciat id ab initio, quod donat: secus si ignoret, cum numero sequ.*

11 *Ignorantia quantitatis dotis maternæ in filia præsumitur.*

12 *Renuntiatio facta per filiam minorem, præsumitur ratificata post quadriennium, quod datur minoribus ad peten*

petendam restitutionem in integrum, nisi dolus in contractu interuenerit.

13 *Dolus remitti non potest sine eiusdem notitia.*

14 *Dispositio l.fin. C. si maior fact. &c. quomodo procedat, & intelligatur.*

15 *Confessio dotis facta constante matrimonio non probat numerationem in præiudicium tertij.*

Fallit, nisi lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, num.16.

17 *Confessionis instrumentum probat concurrentibus indicijs & coniecturis.*

18 *Reuocandi donationem facultas est personalis, & non transit ad hæredes: secus in iure rescindendi renuntiationem.*

19 *Absolutio à iuramento nõ requiritur in hæredibus iurantis.*

DECISIO CII.

DOmini die Lunæ, 4. Maij, 1579. resoluerunt, hæredes Claudiæ posse impugnare ac rescindere ex capite enormissimæ læsionis renuntiationẽ eiusdem Claudiæ, quæ existens ætatis 14. annorum in circa, ob factam sibi promissionem per patrem, & auum paternum de soluendis, & numerandis pro dote, & dotis nomine, quando maritabitur, vel marito tradetur, ducatis 500. de Carl. ducatorum 50. de bonis maternis, alijs verò de bonis auitis seu paternis, renuntiauit ad fauorem patris omnibus iuribus, & actionibus sibi competentibus & competituris in bonis, & hæreditate Hortensiæ matris suæ, quæ habuerat bis mille ducatos de Carlenis, mille quingentos pro dote, reliquos verò pro Aceoncio, & sic constat de excessiua, & enormissima læsione d. Claudiæ. ¶ Et nulla est dubitatio, quin magis communis opin. Docto.
1 sit, mulieres † præsertim minores renuntiantes bonis paternis, vel maternis, vel fraternis, stante enormissima læsione, posse venire contra tales renuntiationes non obstante iuramento, decreto iudicis, auctoritate tutoris, vel curatoris, interuentu consanguineorum, & alijs cautelis & clausulis adhibitis, vt per Doct. congestos per Didac. in c. quamuis, par. 3. §. 4. n. 3. de pact. lib. 6. & plenius per Gabriel. lib. 3. de iure dot. concl. 1. nu. 8. & cumulatissime per Modernum de Marzar. cons. 19. in vltimo dub. pag. mihi 189. ver. qua conclusione. Et in casu huic nostro cũsimili, videlicet, in renuntiatione filiæ, quæ pro 500. sibi dandis de bonis maternis ad eam spectantib. renũtiauerit in manibus patris residuo eorundem bonorum maternorum, quod ascendebat ad triplum, quod talis renuntiatio possit rescindi, eique contrauenire, non obstante iuramento, decreto iudicis, & alijs cautelis adhibitis, late & egregie deducit Paul. de Cast. cons. 174. per tot. l. 1. quem sequuntur Socin. consil. 263. nu. 2. 3. & 4. lib. 2. Ias. cons. 233. num 8. post. med. vers. istud idem in filia, lib. 4. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo, duas habens filias, n. 264. post med. ver. idem consuluit, extra, de testam. & alibi Dd.
2 passim. Et ratio est, quia † ratione enormissimæ læsionis dolus præsumitur, l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cre-
3 dit. l. si superstite, in fi. C. de dol. qui dolus presũptus, † siue re ipsa cõtingens æquiparatur dolo vero, & ex proposito, l. si quis cùm aliter, & ibi Doct. tradunt. ff. de verb. obl. Et
4 propterea stante huiusmodi dolo cessat † dispositio, auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. cap. quamuis, de pact. in 6. & cap. cùm contingat. de iureiuran. & bene per Deci. post alios cons. 45. numer. 1. & cons. 180. nu. 4. circa med. & num. 5. 6. & 7. & optimè Couar. d. §. 4. nu. 3. ¶ Ac-
5 cedit etiam, quòd † renuntiatio ista cùm sit facta ad fauorem patris, censetur gesta metu reuerẽtiali, propter quem rescinditur officio iudicis, absque alia probatione minarum præcedentium, stante enormissima læsione. vt bene per Castren. dict. cons. 174. nu. 2. late Socin. dict. cons. 263. num. 3. & 4. cui se subscripsit Corne. cons. 124. nu. 2. in fin. & num. 3. & 4. lib. 3. Aret. consil. 94. num. 9. versic. in contrarium vltra allegata. idem Corn. cons. 140. ad fin. col. 3. Dec. in l. pactum, quod dotali, nu. 7. ad fi. vers. & tali casu, C. de colla. Rip. lib. 3. respons. de donat. reuoc. c. 15. nu. 8. Curt. iun. cons. 141. nu. 11. Grat. cons. 109. nu. 18. lib. 1. fusè Ruin. cons. 60. nu. 18. & 19. lib. 3. Crauet. cons. 11. n. 12. Mãdel. cons. 77. nu. 21. & cons. 100. nu. 4. Didac. d. §. 4. nu. 7. & melios in epith. ad §. decret. part. 2. cap. 3. §. 6. nu. 14 vers. secundo vero omnes. ¶ Non obstat modo, quæ pro parte hæredum Ægidij adducuntur. ¶ Et in primis non obstat, quòd renuntiatio, de qua agitur, fuerit facta per
viam donationis, in † qua nulla cadit læsio, vt in terminis 6
per Soc. iun. cons. 67. num. 23. 24. 25. 26. & 27. lib. 2. Bero. cons. 49. nu. 24. 25. & 26. & cons. 50. nu. 82. lib. 1. Gabriel. lib. 3. de iur. dot. conclus. 1. nu. 20. Anch. cons. 443. in fin. Crauet. consil. 114. num. 12. Cephal. alios allegans cons. 467. nu. 57. lib. 4. Dec. cons. 381. num. 4. Maudec. cons. 11. num. 6. & 7. ¶ Nam pluribus respondetur modis. ¶ In primis negando, renuntiationem, de qua agitur, factam fuisse per viam donationis, cùm in instrumento renuntiationis nullum sit verbum de donatione. ¶ Secundò, quando etiam hæc renuntiatio facta fuisset per viam donationis, nihilominus in ea caderet læsio, quia non fuisset facta per viam donationis simplicis, vel ex mera liberalitate proueniens, sed fuisset facta per viam donationis
ob caussam, & in recompensationem † promissionis do- 7
tis 500. ducatorum de Carlen. ¶ Vnde cùm non fuisset simplex donatio, sed correspectiua, potuisset Claudia facilè errare ac decipi: nam quando quis donat sine caussa, vel recompensa, scit quid facit, & non ita decipitur, prout qui donat propter caussam, vel recompensam non condignam, quia potest credere non adesse tantam disproportionem, vt in terminis declarat Corn. cons. 161. nu. 8. vers. dato autẽ, lib. 3. & cons. 179. nu. 11. vers. dato autem lib. 4. sequitur Alba. cons. 81. num. 55. & hoc idem voluit Curt. iun. cons. 141. nu. 14. ac etiam Bart. cons. 90. num. 2. dicens, non considerari læsionem in renuntiatione facta per viam donationis simpliciter, non respectiuè ad aliquid datum, vel receptum, & sic vult Bart. in donatione correspectiua posse cadere læsionem, & Bart. refert, & sequitur Aret. in l. qui superstitis, col. 5. in fin. sub num. 4. ver. pro 1. dicto. ff. de acquir. hæred. ¶ Tertiò etiam in simplici donatione consideratur læsio, quando verisimiliter
interuenit † dolus, vel metus, vel seductio, vt per Corn. 8
cons. 124. nu. 5. lib. 3. Soc. iun. cons. 50. no. 8. vers. nec dicatur, lib. 3. Mandel. cons. 77. nu. 22. consi. 81. nu. 56. & cons. 100. num. 5. ¶ Quartò & vltimò respondetur, obiectum
procedere in † donatore sciente ab initio, quod donat, & 9
sic damnum in quo læditur, quia volenti, & scienti non infertur deceptio, vt in l. cùm donationis, C. de transact.
secus in donãte, & ignorante à principio † id quod donat. 10
& sic læsionẽ, quam patitur. Et ita in specie post Felyn. in c. in præsentia, nu. 8. in fi. de prob. respõdet Gram. dec. 103 nu. 54. ver. & ex hac tollitur. & nu. 55. Curt. iur. cons. 141. nu. 16. Guliel. de Bened. in c. Rayn. in verbo, duas habens filias, nu. 265. de testam. Et hanc eandẽ respõsionem post Alex. in quodam cons. nõ impresso, tradit Ruin. cons. 170 num. 21. & 22. lib. 2. & consil. 50. num. 24. lib. 3. quibus in locis distinguit inter donationem certę rei vel speciei, aut certæ quantitatis, & donationem vniuersitatis bonorum & iurium, vt in primo casu donatio non possit infringi, secundo vero possit, nisi constet, donantem habuisse notitiam æstimationis iurium, & bonorum, prout latiùs per eum, & sequitur Cæpol. cons. 122. sub nu. 26. lib. 1. ¶ Et in his terminis, quando scilicet constat mulieres renuntiantes per viam donationis, habuisse scientiam valoris rerum donatarum, loquuntur Soc. iun. Bero. & alij supra relati. ¶ Sed in casu nostro non fuit facta renuntiatio, siue donatio rei, vel quantitatis certæ, sed vniuersitatis iurium, & bonorum maternorum, nec aliter constat, Clau-
diam habuisse notitiam valoris illorum: imò † potuit 11
ignorare, dotem maternam fuisse tantæ quãtitatis, prout

ignorantia in ea præsumitur, vt in specie deducit Corn. consf.124.num.4.circa med.ver.animaduerte etiam,lib.3. Ruin.d.conf.120.sub nu.21.& conf.6.nu.24.& 25.verf. & quod præsumatur, Cur.iun.d.conf.141.nu.16.verf.nec obstat,& bene Iaf.conf.133.nu.10.libr.4. ¶ Secundò non obstat,quòd Claudia si viueret, non posset infringere renuntiationé,de qua agitur, quia † cùm tacuerit per quinquiennium,postquam effecta fuit maior 25.annis,censetur illam ratificasse,l.fin. C.si maior fact. ¶ Siquidem respondatur,dispositionem d.l.non procedere, quando do-
12 lus in contractu minoris interuenerit, per text. in l.1.vbi Bar.Salic.& alij,C.si maior fact.ret.habuer.lib.2.Curtius iun.conf.50.nu.8.Parif.conf.49.nu.5.conf.100.nu.69.lib. 1.Gabriel.lib.2.de minor,concl.4.nu.8.Menoch.de recuper.possess.remed.15.nu.177. ¶ Sed in casu nostro propter enormissimam læsionem interuenit dolus, qui licet præsumptus,& re ipsa contingens : tamen in hac materia renuntiationis enormiter,vel enormissimè lęsiuæ,vt Doct. communiter,& passim admittunt , æquiparatur dolo vero,& ex proposito commisso. Meritò, &c. ¶ Et in terminis doli præsumpti resultáte ex læsione enormi,vel enormissima,vt eo interueniente cesset dispositio d.l.si.voluit Roman.conf.54.num.3.prope fin.vers.contrarium puto, iuncto num.4.Barb.conf.42.colum.6.nu.5.ver. præterea ad hoc adduco,li.1.& conf.71.col.3.vers.& licet ista non sint colorata,lib.3.Ruin.conf.170.nu. 28.ver. sed vnum, & nu.29.lib.1. ¶ Sed quia hæc opinio in dolo præsumpto forsan non transit sine difficultate ex his, quæ scribit Paris.contrarium tenens,& latè deducens, d.l.1. C. si maior fact. &c. loquitur in dolo vero, & non in præsumpto, in d. conf.49.nu.38.cum plurib.sequen. & nu.56. & Menoch. d.remed.15.num.132.& latius num.179. cum duobus sequen. ¶ Idcirco potest aliter responderi, nempe non intrate hanc tacitam ratificationem Claudiæ per lapsum quinquennij post maiorem eius ætatem, quia nó constat
13 illam habuisse notitiam huius doli præsumpti, quæ † notitia est necessaria, quia sine ea non potest dolus remitti, & sine remissione doli non potest hæc tacita ratificatio induci,vt post multos bene deducit,& firmat Paris.d.cófil.49.num.44.ver.tunc vera est conclusio,& num. 45. Et d.l.fina.C.si maior fact.&c.procedere,quando minor fa-
14 ctus maior †sciuit id,quod continebat suam læsionem,& præiudicium:secus si ignorauit, voluit Soc. iun. conf.59. nu.5.lib.1.Ant.Gabriel.d.conclus.4.nu. 12. hoc idem firmat Corn.conf.207.nu.8.lib.3,Ruin.conf.63.num.23.in fin.lib.1.decis.Pedem.179.post nu.23.Nat.conf. 162. numer.33.lib.1.plene Roland.conf.72.nu.18.19.& 20.lib.4. ¶ Ex quibus patet impedimentum ratificationis nó prouenies ex dolo, sed ex ignorantia ratificantis : nam data eius scientia dolus cẽsetur remissus, vt rectè declarat Paris.d.consil.49.num.54. ¶ Sed in casu nostro non constat de scientia Claudiæ, imò eius ignorantia præsumitur, vt supra deductum fuit. Meritò, &c. ¶ Tertiò non obstat, quòd in renuntiatione, de qua agitur, non posit aliqua læsio considerari, quia non constat, dotem Hortensiæ
15 fuisse numeratam , sed tantùm confessatam , quæ † confessio tanquam facta cóstante matrimonio, & nulla,probata præcedente promissione,nó probat numerationem, maximè in præiudicium tertij,ad not.per Dd. in authent. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Afflict. decis.42.
16 num.2. ¶ Quoniam † pro responsione dicitur,confessionem mariti de dote recepta præiudicare etiam creditoribus, quando lapsa sunt tempora opponédi exceptionem non numeratæ dotis,vt per Bar.in l.assiduis,nu.11.quem ibi sequuntur Bald.Ang.Salic.& alij, C. qui pot.in pign. habean.Aretin.consil.86.nu.3.Soc.conf.82. num. 1.lib.3. Bald.conf.456.in 1.dub.libr.1.Mathes.not.193. Alexand. consil.90.nu.5.lib.3.consil.97.nu.7.lib.7.Gozadin.consil. 42. sub num. 13. versic. item & secundo. Rube.Alexand. consil.78.num.9.Bart.Nouel.de dot.num.12.& in l.1.nu. 206.ff.solut.matrim.Afflict.d.decis.402.num.10.ver.item verò,latè Aym.consil.40.num.5.& 6. ¶ Et hanc esse communem dicunt Aretin. Socin. Rub. Afflict. Bald.Nouell. & Aym.in locis præcitatis. ¶ Et maximè, quia distinctio Alexand.tradita in hac materia,cum qua pertransit Boer. decis.330.num.3.& multi alij ibi per eum ad fin. decis.relati , bene applicatur casui nostro. ¶ Et præsertim etiam, quia in casu nostro alia concurrunt indicia , inter quæ illud videtur esse præcipuum , quòd si pater Claudiæ verè dotem non habuisset, vtrique renuntiationem, de qua agitur, verisimiliter non procurasset. Et non est dubium † instrumentum confessionis probare concurrentibus 17
indicijs & coniecturis,vt post Bald.tradit Socin.d. consil. 82.num.3.Dec.consil.437.post num. 10.Gram.decis. 103. num.6.Neuizan.conf.37.sub nu.9.Gozadin. qui de communi consil.42.nu.13.vers. quarto instrumentum, Aym. alios citans conf.40.num.4. ¶ Quartò & vltimò, non obstat,quod ius impugnandi,& rescindendi renũtiationem, de qua agitur,† ad hæredes Claudiæ minimè transiit,arg. 18
tex.in l.fi.in fi.vbi late Rip.qu.61.C.de reuoc.dona.Nam illa facultas reuocãdi est personalis, & non transit ad hæredes,vt per Hostien.in sum.tit.de dona.§.qualiter, versi. hæ autem reuocationes , late Tiraquel.in l.si vnquam,in verbo suscepérit liberos,nu.121.cum seq.C.de reuoc.donat. At secus est in casu isto , in quo quemadmodũ Claudia,si viueret,posset contra suam renuntiationem venire, ita etiam debent posse eius hæredes, qui eadem persona cum illa reputantur.Imò multò magis,quia iuramentum Claudiæ ad eius hæredes non porrigitur. Et sic † absolu- 19
tio à iuramento , quæ in persona Claudiæ fuisset necessaria,in eius hæredibus non requiritur, c.veritatis, de iureiuran.Et ita in proprijs terminis nostris tradit Dec. conf. 203.prope fi.ver.ex quibus omnibus,post Com. conf.27. nu.11.ver.sed nos loquimur,libr.4.Et hoc idem in specie voluit Aymo.conf.142.in fin.

CANTVCCII.

Spoletan.hæreditatis.Die.Ven.22.Maij,1579.

SVMMARIA.

1 *Notarius creatus à Papa,vel ab Imperatore,vel ab alius Apostolicam vel Imperialem auctoritatem habentibus,potest vbique locorum instrumenta conficere , ex communi.*

2 *Populi immediatè subiecti sedi Apostolicæ non possunt condere statutum in præiudicium notariorum Apostolicorum,ac Imperialium,& num.4.*

3 *Inferior non potest derogare facto superioris , & eius leges tollere.*

4 *Priuilegium conficiendi vbique instrumenta à Papa, vel Imperatore , vel ab alijs Apostolicam, vel Imperialem auctoritatem habentibus concessum notarijs ab eis creatis, non potest per statutum inferioris tolli, vel restringi. Limita,vt num.05.*

5 *Statutum non valet in præiudicium , & derogationem priuilegij per superiorem concessi.*

6 *Iudicare nemo potest de priuilegio,nisi concedens.*

7 *Collegia approbata possunt statuta condere in concernentibus artem,& professionem suam, non tamen in præiudicium alterius,seu contra ius commune,vel statuta ciuitatis,ex communi.*

8 *Collegia approbata possunt habere propria statuta à iure communi discrepantia , condita super factis illius artis vel professionis, non super alijs.*

9 *Statuta collegiorum contraria iuri communi non valent,nisi inter collegiatos,& in eorum præiudicium.*

10 *Statuta alteri præiudicialia sunt reprobata tanquam monopolium continentia.*

11 *Monopolium quo casu committatur.*

12 *Statuta facta ad vsurpationem alicuius priuati commodi, dicuntur monopolium continere.*

13 *Statutum disponens circa personam habilitando, aliàs inhabilem, vel è contra, non comprehendit personam forensis, ex communi.*

Declara tamen, vt num. 14.

15 *Statutum prohibens instrumenta confici per notarium non matriculatum valet confirmatum à supremo Principe.*

16 *Statutum prohibens notariis forensibus confectionem instrumentorum, nisi sint matriculati, & de collegio, an dicatur validum, & num. 17. & 18.*

17 *Statutum inhabilitans personam simpliciter, & absolutè non comprehendit forensem, secus si cum modificatione.*

19 *Statutum inhabilitans personam non simpliciter, sed cum modificatione respiciente solemnitatem actus, ligat etiam forenses, & de ratione differentiæ, num. 22.*

20 *Actus solemnis, siue sit extraiudicialis, siue iudicialis, sortitur naturam, & essentiam secundum legem loci, vbi fit.*

22 *Solemnitas actus pertinet ad iurisdictionem eius, in cuius territorio actus explicatur.*

23 *Descriptio in matricula concernit personam notarij, non solemnitatem actus.*

24 *Statutum conditum ex iusta caussa sine aliquo dubio validum est.*

Fallit, nisi caussa fuerit potiùs colorata, quàm vera, numero 25.

26 *Statutum prohibens ire ad molendina extra ciuitatem ad euitandas fraudes, & ob publicam vtilitatem, dicitur continere caussas potiùs coloratas, quàm veras.*

27 *Confirmatio statutorum facta à superiore, non comprehendit statuta illicita, & inhonesta, & iuris communis contraria.*

28 *Legatus de latere non potest condere statuta iuri communi contraria.*

29 *Statutum inhabilitans personam forensem solemnizantem actum ab alio dispositum, valet: secus si inhabilitat personam forensem disponentem actum ipsum.*

30 *Notarius non adhibetur ad disponendum actum, sed ad solemnizandum actum ab alio dispositum.*

Declara, vt num. 32.

31 *Statutum disponens de solemnitate actus trahitur etiam ad forenses celebrantes actum in territorio statuentium.*

Idem si disponat circa personam notarij, ad forenses quoque trahi debet.

32 *Notarij persona legitimè creati reperitur inter alias solemnitates, quæ requiruntur ad substantiam instrumenti publici ex communi.*

33 *Notarius quis præsumitur eo ipso quòd reperitur descriptus in matricula, ex communi.*

34 *Descriptio notarij in matricula est necessaria ad hoc, vt dicatur de collegio.*

35 *Descriptio in matricula respicit personam notarij, non solemnitatem particularis actus, qui à notario geritur.*

36 *Statutum inhabilitans personam forensem simpliciter, quare non valeat.*

DECISIO CIII.

STatuto noui collegij Notariorum terræ Mercaniæ Spoletan. diœc. sub rub. 3. de modo matriculandi notarios, cap. 1. cauetur, vt nullus notarius in futurum, qui in matricula dicti collegij descriptus non sit, possit acta, instrumenta, & sententias recipere in rogitu in dicta terra, siue eius territorio, etiam quod auctoritate Apostolica, vel Imperiali similia instrumenta posset conficere, sub pœna, &c. ¶ Et alio statuto d. collegij sub Rubr. 7. de mercede offic. in expeditione caussarum, & aliarum materiarum per rogitum instrumentorum, cap. 9. prohibetur omnibus de dicta terra, & in ea habitantibus, contrahere & disponere inter vltimas voluntates, vel alium actum facere per instrumentorum confectionem extra dictam terram, & territorium, & per notarios forenses, aliàs instrumentum aliter rogatum nullius sit momenti, nullam probationem faciat, nullúmque ius ex eo acquiratur. ¶ Stantibus istis statutis Do. Io. Baptista Ciccelus de dicta terra volens impugnare testamentum conditum à Pantaleone fratre suo pariter de d. terra, & in ea habitante, in quo instituit hæredes vniuersales personas extraneas nempe, Clementiam, & alias filias Marini Villiei habitantis in territorio d. terræ, & colētis possessionem d. Pantaleonis, prætēdebat vigore dictorum statutorum instrumentum d. testamēti, quod fuit rogatum manu cuiusdam notarij forensis de terra Montis Falchi, Apostolica tamē auctoritate creati, nullius esse momenti, nullámque fidem facere, & propterea bona, & hæreditatem d. Pantaleonis ad se tanquam hæredem ab intestato pertinere: dicta verò Clementia, & litis consortes prætendebant, d. statuta esse inualida, & dicto testamento minimè obstare. ¶ Vnde caussa mihi extra Rotam commissa, dubitaui, stantibus dictis statutis, literis Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis de Medicis tunc temporis Gubernatoris perpetui d. terræ Mercaniæ, breui facultatum eiusdem D. Cardinalis, & instrumento consilij publici vniuersitatis, & hominum d. terræ: *An d. statuta sint valida in casu, & ad effectum, de quo agitur?* ¶ Quod quidem dubium bis in Rota propositum, scilicet 4. Iulij, 1578. & 27. Maij, 1579. negatiuè resolutum fuit, nempe, statuta prædicta valida non esse. ¶ Et resolutionis ratio multiplex fuit. ¶ In primis, quia vera, & communis Dd. conclusio est, vt notarius † creatus à Papa, siue 1
ab Imperatore, vel ab aliis Apostolicam, siue Imperialem auctoritatem habentibus, possit vbique locorum instrumenta conficere, Spe. de instr. edit. §. testat. n. 25. Rota deci. 5. de fide instr. in nou. Ægid. decis. 246. conf. 42. col. prope fi. ver. sed his nō obstantib. & cons. 43. col. 3. post prin. ver. & quoad primum, Imol. in c. cum P. Tabell. nu. 5. post med. ver. sed contrariam, & ibi Fel. nu. 17. ver. sed contrarium, vbi alios allegat, de fide instru. latè Abb. post Anch. Calder. & Card. per eum citatos, in c. sicut, nu. 12. ad fin. & nu. 13. 14. & 15. ne cleric. vel monach. But. in c. per venerabilem, nu. 22. ver. sed dubium est, & ibi Præpos. in §. quod autem, nu. 130. qui fil. sint legit. Bart. in l. 1. ad fi. ff. de offi. procons. Ias. cons. 168. nu. 11. lib. 4. Purpur. in l. 1. n. 387. ff. de offic. eius, bene Rui. cons. 69. nu. 8. ver. sed vbi, li. 3. cum aliis, de quibus per Gabr. lib. 1. de fide instru. concl. 1. nu. 5. & hanc opin. communiter teneri, & seruari inquit Imol. vbi supr. & magis cōmunem esse testatur Boer. decis. 242. num. 4. ¶ Ex hac conclusione infertur, vt † homines di- 2
ctæ terræ Mercaniæ, qui sedi Apostolicæ immediatè sunt subiecti, non potuerint condere statuta in præiudicium notariorum Apostolicorum, ac Imperialium, & tollere, seu corrigere ac restringere priuilegiū, & facultatem instrumenta vbique conficiendi Apostolica, seu Imperiali auctoritate eis concessam; nam inferior † non potest de- 3
rogare facto superioris, & eius leges tollere, c. cùm inferior, de maior. & obed. c. inferiori, 21. dist. clem. ne Romani, §. 2. de elect. Doct. in c. quæ in Ecclesiarū, de const. glo. Bar. Bald. Salic. Paul. & alij, & maximè Ias. num. 3. in auth. quæ supplicatio, C. de precib. Impe. offer. Paris. cons. 118. nu. 6. libr. 1. cum aliis simil. Et ita argumentatur in terminis statuti prohibētis à notario forensi instrumenta confici, nisi fuerit matriculatus, & de collegio, Ias. cons. 122. col. 2 post prin. vers. idem collegium, li. 4. & Dec. cons. 17. num. 2. circa med. versic. & tale videtur statutum, vbi ampliat etiam si adsit clausula annullatiua. ¶ Et quòd † pri- 4
uilegium instrumenta vbique conficiendi a Papa, vel Imperatore, vel ab aliis Apostolicam, vel Imperialem auctoritatem habentibus cōcessum notariis ab eis creatis non possit per statutum inferioris tolli, vel restringi, tenet Ruin. consil. 21. num. 3. in fin. & nu. 4. lib. 1. motus aucto-

titate Baldi,in repet.l.cunctos populos,cart.2.C.de sum-
5 ma Trinit,&c. vbi inquit, non valere † statutum in præ-
iudicium & derogationẽ priuilegij per superiorem con-
6 cessi,cum † de priuilegio nemo possit iudicare, nisi con-
cedens,c.cum venisset,de iudic.& Bal. sequitur etiã Cac-
cialup.in d.l.cunctos populos,ante nu.186.vers.& subdit.
¶ Secundo,quia alia vera,& cõmunis est conclusio,quod
7 collegia approbata possint statuta † condere in concer-
nentibus artem, & professionem suam, non tamen pos-
sunt aliquid statuere, quod tendat in præiudicium alte-
rius, & quod sit contra dispositionem iuris communis,
vel statuti ciuitatis.¶ Et hæc conclusio probatur.¶ In pri-
mis ex decis.Barto.in l. fin. num. 20.ff. de colleg.illic.vo-
lentis, collegia posse facere statuta super his, quæ perti-
nent ad artem suam,& non super aliis,l.fin. & ibi not. C.
de iurisd.omn.iud.ita tamen,vt non faciant statutum,per
quod alteri præiudicetur,puta si statuerent,vt certæ per-
sonæ tantum,& nõ alij possint artem illam exercere:nam
huiusmodi statuta sunt reprobata,l.1.C. de monopol. &
Bart.sequuntur Salic.in l.2.prope fi.q.pen.C.de const.pe-
cu.Fel.in c.cum omnes,n.14.ante med.vers.& quod vni-
uersitates,extr.de constit.Caccialup.in l.omnes populi,n.
21.& ibi Crot.nu.30.vers.infero,& Bologn.num.53.ff.de
iust.& iur.Ias.d.cons.122.nu.1.colum.2.ad fin.& col.seq.
lib:4.Bero.cons.71.nu.3. lib.3. Natt.cons.575.nu.26.li.3.
Boss.in sua pract.crim.tit.de vnionib. & colligat. sub nu.
4.fol.mihi 229.& melius, quã quisquam alius Curt. iun.
consil.349.nu.19.lib.3.inquiens,decis.Bart.esse commu-
niter approbatam. ¶ Deinde prædicta communis con-
clusio firmatur ex his,quæ scribit Bal.in d.l.omnes popu-
8 li,col.4.nu.8.in fi.ver.solutio inter ipsos.Vbi vult,† colle-
gia approbata posse habere propria statuta à iure cõmu-
ni discrepantia,cõdita super factis illius artis, vel profes-
sionis,non super aliis:hæc tamen statuta nõ nocere aliis,
quam ipsismet collegiatis,& eorum hæredibus.Et Bal.se-
quitur Archi.in rep.c.1.de constit.fol.20.secundum paru.
impres.col.1.ver. de tertia quæstio. Caccial.in d.l.omnes
populi,nu.15.circa med.ver.sed idem, & ibi Ias.in 2.lect.
nu.37.in fi.Curt.iun.d.cons.349.nu.19.circa med. Et hoc
9 idem voluit Alber.de statut.part.1.qu.6.dicens, † statuta
collegiorum contraria iuri communi nõ valere,nisi inter
collegiatos,& in eorum præiudicium:sed statutum terræ
Mercaniæ disponens, vt nullus notarius in futurum, qui
in matricula collegij non sit descriptus,possit instrumẽta
rogare in dicta terra,seu territorio, etiam si sit Apostoli-
ca, siue Imperiali auctoritate creatus, est absque dubio
contrarium iuri communi, secundum quod (vt supra di-
ximus) notarius Apostolicus,vel Imperialis potest vbique
locorum instrumenta conficere. Merito statutum istud
non valet,& notariis Apostolicis,& Imperialib.non præ-
iudicat. ¶ Tertiò statuta huiusmodi videntur sapere mo-
10 nopolium, tum quia † sunt alteri præiudicialia, nempe,
notariis Apostolicis, & Imperialib. quo casu sunt repro-
bata per l.1.C.de monop.vt inquit Bart. communiter re-
ceptus,in d.l.fina.nu.20.ff.de colleg.illicit. ¶ Tum etiam,
quia auferunt iisdem notariis Apostolicis, & Imperiali-
bus liberam licentiam,& facultatem instrumenta vbique
11 locorum conficiendi, quo † casu monopolium commit-
titur,per ea quę scribit Bero.cons.131.nu.13.lib.3.dicens,
tex.in d.l.1.C.de monopol. procedere, quando negotia-
tores alicuius artificij faciunt statutum, per quod aufer-
tur aliis libera facultas artificium illud exercendi. ¶ Tum
etiam,& tertio, quia respiciũt commodũ priuatum ipso-
rum notariorum terræ Mercaniæ, consistens in eo, quòd
ipsi lucrantur mercedem pro rogitu illorum instrumen-
torum,de quibus in ipsa terra Mercaniæ,vel eius territo-
rio possunt rogari notarij forenses, præsertim circumui-
12 cini. Et † statuta facta ad vsurpationem alicuius priuati
commodi dicuntur monopolium continere, secundum
Bald.in d.l.1.nu.4.C.de monopol.Socin. cons.272. nu.6.
lib.2.Rebuff.ad constit.reg.gall.to.2.tit.de magistr. artif.
& monop.probib.art.4.glo.2. nu.17.fol.310.Et præmissa
corroborantur ex multis exemplis monopolium conti-
nentibus,de quibus per eundem Rebuff. d.glo.2. per tot.
¶ Quartò & vltimò,accedit communis conclusio, quòd
statutum disponens circa personam † habilitando alias 13
inhabilem,vel inhabilitando alias habilem non compre-
hendit personam forensis,cùm non sit subdita statuenti-
bus.Bart.in l.1.nu.8.per illum tex.in fin.ff.de tut. & cura.
dat.ab his,idem Bart.in l. 1.nu.26.& 41.prope fin. versic.
sed dispositio,& ibi Bal.nu.13.Salic.col.5.post med.vers.
quia proximè dicta Aret.num.14.post med.vers.sed quia
visum est,Ias.in secunda lect.nu.86.& ibi. Caccialup.nu.
89.C.de summa Tri.& fide Catho.Auch,in rep. ca.1.fol.
mihi 41.colum.4.in fi.ver. secundo casu,de constitu. latè
Ias.cons.59.col. 2.ver.nec obstat,libr. 3.Soc.cons.131.nu.
2.vers.est etiã aduertendum, libr.4.& in terminis nostris
tradit Castr.consil.226.in prin.lib. 2. & pariter in eisdem
terminis firmat Corn.cons.64.propè fi.ver.vnde videtur,
li.3.vbi asserit hanc esse communem theoricam, & ab ea
neminem discrepare,inquit Ias.d.cons.59.col.3. in princ.
¶ Atqui statutum disponens, vt notarij non possint con-
ficere instrumenta, nisi sint matriculati, & approbati in
collegio notariorum,dicitur statutum inhabilitans, per-
sonam,vt per Bald.in d.l.1.nu.12.in fin.C.de sum.Trinit.
Meritò, &c. ¶ Nec † dicatur, istud non procedere, quan- 14
do statutum non simpliciter, & absolutè inhabilitat, sed
cum modificatione,prout in casu nostro, videlicet, nisi
sit notarius in matricula collegij descriptus: nam tunc
comprehendit etiam forensem. ¶ Quia pro responsione
dicitur, tum illam certam mundificationem operari, vt
statutum afficiat forensem, quando illa certa modifica-
tio respicit solemnitatem actus,vt inf.latius deducemus.
¶ At secus in casu nostro,in quo modificatio, siue quali-
tas illa, vt notarius sit descriptus in matricula, respicit
personam notarij, non autem solemnitatem actus, qui à
notario geritur.vt optimè declarat Corn.d. cons.64.n.8.
circa med.vers.sed videtur. ¶ Non obstant modo in con-
trarium adducta.Et in primis non obstat,Bald.Ang.Fulg,
Specul,& Dec.in locis citans per Nat.cons.672.n. 46.47.
48.&49.lib.4.Ang.in repet.l.si vacantia,nu.66.C.de bon.
vac.lib.10.Ale.in l.fin.nu.4. C.de testam. ¶ Quia pro re-
sponsione animaduertendum est, istos Dd. non disputa-
re,an valeat statutum prohibens instrumenta confici per
notarium nõ matriculatum, sed loquuntur semper præ-
supposita validitate ipsius statuti, quia † scilicet esset ex- 15
pressè confirmatum à supremo Principe. Et ita in specie
respondet Ias.d.cons.122.col.3.in prin.vers.non obstat,&
ita etiam respondetur ad cons.Bero.89.nu.7.libr.3. ¶ Se-
cundò non obstat, quòd quando statutum prohibet no-
tariis forensibus confectionem instrumentorum nõ sim-
pliciter & absolutè,sed † cum certa modificatione, vide- 26
licet,nisi sint matriculati,& de collegio,quòd tunc statu-
tum dicatur validum,vt per Soc. cons.97.sub nu.1.versi.
etiã in specie,li. 2.quem refert, & sequitur Rui. cons.201.
nu.6.cum seq.lib.1.Rol.cons.91.nu.25.& seq.lib.3. Rim.
iun.cons.196.num.44.45.& 46.libr. 2. ¶ Quia omnes isti
Dd.mouẽtur auctoritate Bal.in d.l.cunctos populos,in 7.
car.ver.tertio casu,vbi inquit,† quòd aliquãdo statutum 17
inhabilitat personam simpliciter & absolutè, puta, quòd
minor 20.annor.non possit testari, & tunc non compre-
henditur forensis:aliquando vetat cum aliqua modifica-
tione,puta,quod pater non posit inter liberos testari,nisi
cum sex testib.tunc ligat forẽsem,& allegat not.in l.2.C.
quemad.testam.aper ¶ Verùm † hæc auctoritas Bal. non 18
facit ad propositũ,quia loquitur de modificatione respi-
ciente solemnitate in actus, videlicet, solemnitatẽ sex te-
stium adhibendam in testamento inter liberos. ¶ Vnde
intrat cõmunis conclusio, quòd † statutum inhabilitans 19
personam non simpliciter,& absolutè,sed cum modifica-
tione

tione respiciente solemnitatem actus, ligat etiam foren-
20 ses, quia † actus solemnis, siue sit extraiudicialis sortitur
naturam, & essentiam secundum legem loci, vbi fit, l. 1. C.
de emanc. liber. ita post Bald. in quadã repet. l. fin. ff. de iu-
risd. om. iud. tradit Anch. in rep. c. 1. q. 12. fol. mihi 42. col.
1. in fi. vers. quod dices de obl. de const. sequitur Aret con-
sil. 54. col. 2. prope fi. vers. ista sententiæ confirmatur. & la-
tius cons. 73. n. 6. & 7. Ias. cons. 59. colum. vlt. vers. 2. & no-
tabilius respondetur. lib. 3. Crot. in l. omnes populi. n. 253.
cum seq. ff. de iust. & iur. Soc. cons. 131. n. 2. vers. est etiam
aduertendum. li. 4. Caccialup. in d. l. cũctos populos. n. 90.
Ruin. cons. 201. nu. 8. lib. 1. Tiraq. de legib. connub. glos. 8.
nu. 226. Gabriel. lib. 6. de statutis. conclus. 8. nu. 15. ¶ Nec
mirum, si est differentia inter statutum inhabilitans per-
sonam simpliciter, & absolute, & statutum inhabilitans
personam cum modificatione, si non fuerit certa sole-
mnitas seruata, quia ratio differẽtiæ est in promptu: ideo
21 † enim primo casu statutum non afficit forensem, quia
non potest disponere de persona sibi nõ subdita. ¶ Secun-
22 do verò casu ideo ligat forensem, quia † solemnitas actus
pertinet ad iurisdictionem eius, in cuius territorio actus
explicatur: & propterea variatur secundum diuersitatem
locorũ, l. 3. in fin. ff. de testib. l. 2. ff. quemad. testa. aper. cum
simil. sed persona vbique est vniformis, & non potest sta-
tutum circa eam disponere, nisi sit subdita, vt per Bart. in
d. l. cunctos populos. n. 26. quem sequitur ibi Salic. colum.
5. post med. vers. quia proximè. Aretin. num. 14. prope fin.
vers. breuiter. Ias. in 2. lectur. num. 86. vers. nota perpetuo.
idem Ias. cons. 59. colum. 2. post med. vers. istud idem. lib.
3. Ancharan. in repet. d. c. 1. fol. 41. colum. 4. prope finem,
versic. quare autem. ¶ Sed statuta, de quibus agitur, licèt
inhabilitent notarios forenses, non simpliciter, sed cum
modificatione, nisi sint in matricula descripti, tamen ista
modificatio non respicit solemnitatem actus, sed respi-
23 cit personam notarij. ¶ Nam † descriptio in matricula
concernit personam notarij, non solemnitatem actus,
quia notario rogatur, vt bene declarat Corn. d. cons. 64.
prope fin. vers. sed videtur. & hoc idem post Bald. in rep. d.
l. cunctos populos. bene deducit Ruin. cons. 201. n. 2. pro-
pe fin. versicul. item infero. lib. 1. ¶ Et ex hac responsione
tollitur etiam, quod scribit Christoph. de Castel. cons. 23.
numer. 6. & 7. ¶ Tertio non obstat, quod statutum sub
rub. 7. cap. 9. fuerit factum ad euitandas fraudes, & remo-
uendas falsitates, & sic statuentes disposuerunt ex iusta
24 caussa, quo † casu non videtur dubitandum de viribus
statuti, vt tradit Natt. dict. consil. 672. num. 49. circa med.
vers. & de hoc nõ videtur, & Christoph. de Castel. d. cons.
25 23. numer. 8. ¶ Quia † pro responsione potest dici, caus-
sam remouendi fraudes, & falsitates potius fuisse colora-
tam, quàm veram. Et hæc responsio potest probari ex
his, quæ in simili dicunt inter cons. Anchar. Calder. con-
sil. 12. num. 4. & Colleg. Bonon. consi. 13. post med. versic.
26 nec obstant, quòd scilicet, statutũ † prohibens ire ad mo-
lendina extra ciuitatem ad euitandas fraudes, & ob pu-
blicam vtilitatem cõtinet potius caussas coloratas, quàm
veras, quæ duo consil. approbantur ab Alexan. consil. 211.
ad fin. lib. 2. Socin. cons. 272. sub nu. 8. lib. 2. Rip. lib. 1. resp.
cap. 11. n. 4. Felyn. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. sub. nu. 104.
de constit. ¶ Sed vera vel verisimilis caussa fuit, ne inse-
ratur præiudicium collegio notariorum, vt patet ex illis
verbis, in præiudicium dicti collegij. Merito. ¶ Quartò
non obstat, confirmatio Illustrissimi Cardinalis de Me-
dicis. ¶ Quia † cùm sit generalis, non comprehendit
27 statuta illicita, & inhonesta, & iuri communi contraria,
Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. per tex.
in cap. 1. de iureiur. lib. 6. Bald. in l. 1. nu. 1. versic. item nec
generalis confirmatio. C. de monop. latè Caccialup. in l.
omnes populi. n. 12. ff. de iust. & iur. Ias. d. cons. 122. col. 3.
vers. nec etiam obst. Dec. d. cons. 17. nu. 2. post. med. versi.
nam in generali. bene Alexand. cons. 59. num. 9. lib. 1. fusà
Paris. cons. 19. nu. 14. lib. 1. consil. 33. num. 53. lib. 3. & con-
sil. 106. num. 6. eodem lib. 3. Socin. iun. cons. 32. nu. 53. lib.
3. ¶ Maximè, quia in casu nostro clarò constat de volun-
tate, & intentione eiusdem Illustrissimi Cardinalis ex suis
literis, in quibus mandat creari collegium notariorum
cum capitulis regulatis: & non est dubium, statuta, de
quibus agitur, cùm sapiant monopolium, non posse di-
ci regulata. ¶ Præterea respondetur, quòd licet facul-
tates ipsius Illustrissimi Cardinalis fuerint ad ampliori-
bus, quæ gubernatoribus perpetuis solitæ sint concedi,
nihilominus non fuerunt maiores facultatibus Legati
de latere, qui † tamen nõ potest condere statuta iuri com- 28
muni contraria, Innocent. Bald. Butr. Imol. Abb. & alij in
cap. fin. de offic. leg. Roman. cons. 2. sub nu. 2. Corn. consi.
121. num. 5. lib. 3. Socin. cons. 60. nu. 1. lib. 2. Ias. in l. omnes
populi. in prima lectur. nu. 30. ff. de iust. & iur. Boer. in tra-
ctat. de potest. legat. a later. n. 44. vers. licèt enim Gambar.
de offic. & potest. lega. de later. lib. 8. rub. 4. n. decimoquar-
to, vbi hanc esse communem opin. asserit. ¶ Sed dicta sta-
tuta sunt contraria iuri communi, secundum quod no-
tarij apostolici, & imperiales possunt vbique locorum
instrumenta conficere. Merito. ¶ Quintò, & vltimò non
obstat, quod ego vltra informantes Ioan. Baptistæ, pro
eo quandoque considerabam, quod scilicet valet † statu- 29
tum inhabilitans personam forensem solemnizantem
actum ab alio dispositum, qualis est persona notarij, licèt
non valeat statutum inhabilitans personam forẽsem dis-
ponentem actum ipsum, vt in terminis nostris distinguit
quidam aduocatus Florentin. in quodam consilio inserto
inter consilio Corn. consilio 64. numero 3. & 6. lib. 3. &
post eum latius Ruin. d. consil. 201 num. 6. lib. 1. & melius
cons. 69. num. 9. versic. & si forte dicatur. lib. 3. & vterque
mouetur auctoritate Bart. in d. l. cunctos populos. nu. 41.
ap fi. vers. item in notario, vbi inquit, † notarium non ad- 30
hiberi ad disponendum actũ, sed ad solemnizandũ actum
ab alio dispositum: deinde subdit, in notario eandem esse
rationem, quæ est in solemnitate actus. ¶ Vnde, stante se-
cundum Bart. hac identitate rationis, sequitur, vt statu-
tum disponens de persona notarij, æquiparetur statuto
disponenti de solemnitate actus, ita vt quemadmodum
statutum † disponẽs de solemnitate actus, trahitur etiam 31
ad forenses celebrantes actum in territorio statuentium,
Docto. in d. l. cunctos populos. & in hoc omnes commu-
niter concordant, vt inquit Corn. dict. cons. 64. nu. 8. circa
med. ita etiam statutum disponens circa personam nota-
rij ad forenses quoque porrigi debet. ¶ Sed pro respon-
sione animaduertendum est. ¶ In primis verum non
esse, quod dicit Bart. videlicet, notarium adhiberi ad so-
lemnizandum actum ab alio dispositum, quia re vera no-
tarius interuenit ad solemnizandum publicum instru-
mentum continens actum ab alio dispositum, cùm † in- 32
ter alias solemnitates, quæ requiruntur ad substantiam
instrumenti publici, reperiatur persona notarij legitimè
creari, vt per Doct. cõmuniter in c. 1. de fide instrument.
¶ Tunc autem notarius adhiberetur ad solemnizandum
actum, quando pro substantia ipsius actus requireretur
publicum instrumentum. ¶ Præterea descriptio in ma-
tricula non solùm non respicit solemitatem actus, sed
nec etiam solemnitatem instrumenti publici, quia ma-
tricula non facit, quem esse tabellionem, quæ qualitas ta-
bellionatus est vna de solemnitatibus substantialibus in-
strumẽti publici, vt modo diximus, sed facit præsumptio-
nem tabellionatus: præsumitur † enim quis notarius eo 33
ipso, quod reperitur descriptus in matricula, Bald. Sali-
cet. Roman. Paul. Cor. Dec. & Rimi. in l. scriniarios, C. de
testam. milit. Dec. in d. ca. 1. nu. 18. de fide instrument. Ias.
in l. Barbarius, nu. quinquagesimosexto, vbi inquit hanc
esse veram, & communem opin. ff. de offic. prætor. licèt id
quoque non transeat sine difficultate, cùm non desint
plures contrarium tenentes, quos citat Alciat. reg. 3. præ-

sumpt. 17. sub num. 5. versic. contrarium. vbi subdit, hanc
34 opin. veriorem esse. Descriptio † igitur notarij in matricula est necessaria ad hoc, vt dicatur esse de collegio, vt per Bald. in d. l. scriniarios. sub n. 1. & ibi Rim. n. 2. ver. pro quo facit. ¶ Vnde bene loquitur Corn. d. consil. 64. nu. 8.
35 circa med. lib. 3. inquiens, descriptionem † in matricula respicere personam notarij, non solemnitatem particularis actus, qui à notario geritur, & male eum reprehendit Ruin. d. consil. 201. num. 6. vers. & quamuis, quia non est verum (vt ipse præsupponit) quod persona notarij solemnizata a statuto per viam approbationis, & receptionis in collegio, & descriptionis in matricula habeat se tanquam forma ad actum ab alio dispositum, cùm notarius (vt modo diximus) sit de forma, siue solemnitate substantiali instrumenti publici, non autem actus ab alio dispositi. ¶ Nec obstat si dicatur, esto quòd notarius non adhibeatur ad solemnizandum actum, tamen sat est, eum non adhiberi ad disponendum actum, quia tunc non valet statutum inhabilitans personam forensem, quando
36 ipsa disponit actum. ¶ Quia † respõdetur, statutũ inhabilitans personam forensem ideò nõ valere, quia non potest disponere de persona sibi non subdita, vt supra deductum fuit. ¶ Vnde siue sit persona disponens actum, siue non, nihil refert, dummodo non sit persona solẽnizans actum, quia tunc statutum potest disponere de ea, non ratione personæ, sed ratione solemnitatis actus, quæ solẽnitas (vt supra diximus) pertinet ad iurisdictionem eius, in cuius territorio actus explicatur, &c.

CANTVCCII.

Bononien. terrarum. Die Veneris, 29. Maij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Possessio præsumitur ex titulo magis proximo quamuis nullo.*

2 *Statutum potest instrumẽtis vim probationis auferre, etiam si in illis iuramentum contineatur.*

Imò potest inualidare instrumentum, & probationem ipsius etiam sine caussa.

Imò etiam si sit interpositum iuramentum super validitate ipsius instrumenti.

3 *Tractatus dicitur principium rei adeò, quòd qui tractat de vendendo dicitur vendere.*

4 *Propositum præcedens de vendendo facit præsumi venditionem postea fuisse sequutam.*

Contrarium vide nu. 6. cum seq. & declara, vt ibi.

5 *Actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus.*

6 *Contractus nõ probatur neque præsumitur ex tractatu præcedenti.*

7 *Tractatus præcedens præsumitur executioni mandatus, quando constat de longa possessione.*

8 *Præsumptionum plurium concursus non datur.*

9 *Roman. consil. 394. numer. 3. cum sequent. quomodo intelligatur.*

10 *Reproductio instrumenti operatur approbationem, & confessionem in eo contentorum.*

Fallit tamen, nisi facta sit impugnatiuè. nu. 11.

12 *Pluralitas præsumitur in rebus siue corporibus, nisi probetur identitas.*

13 *Pluralitas factorum non præsumitur, vbi est probata identitas rei, vel corporis.*

14 *Confinium identitas probatur, vel per testes de notitia, vel per famam. nu. seq.*

15 *Identitas confinium per famam probatur, quando ob longinquitatem temporis cohærentia & confinia sunt mutata.*

16 *Obseruantia subsequuta contractus, vt suum operetur effectum, quidnam attendi debeat.*

DECISIO CIV.

CVm Domini die Lunæ, 12. Ianuarij, 1579. cum præsupposito, quòd legitimè constaret de tutela Elisabeth matris Caroli pupilli, cuius Achilles est successor, nec non de administratione et decreta, firma uerint regulam pro Viuianis, nempe Achili non competere actionem spolij ad bona, de quibus agitur, etiam stante nullitate venditionis illorum factæ per Elisabeth ipsis Viuianis, quo facto tutricis pupillus a possessione sua cecidit. ¶ Cumque Domini limitauerant regulam ad fauorem Achillis in casu isto, in quo non probatur translatio possessionis ex instrumento venditionis, cui ex dispositione statuti fides adimitur. ¶ Ideò particulariter dubitaui, *an constet de translatione possessionis in casu, & ad effectum, de quo agitur?* ¶ Cuius dubij resolutio pendebat ab eo, *an probetur dicta venditio ex pluribus adminiculis simul iunctis pro parte Viuianorum deductis?* Quia si probaretur, vtiq; ipsi Viuiani præsumerentur hodie † possidere bona, 1
de quibus agitur, ea dicta venditione præcedenti, etiam nulla, vt in terminis bene deducit Ruin. consil. 139. nu. 11. vers. nec obstat. lib. 1. ¶ Nam indubitatum erat apud Dominos, dictam venditionem non probari ex eius instrumento, cum ei statutum fidem auferat: & certi iuris, † sta- 2
tutum posse instrumentis vim probationis auferre, vt per Cast. cons. 71. post princ. vers. præterea per statutum. lib. 2. vbi inquit, per statutum posse instrumentum annullari, ita, vt nullam fidem faciat, etiam si sit iuratum, quia sicut non probat contractum, ita nec iuramentum, sequitur Alciat. in cap. cum contingat, num. 149. de iureiurand. hoc idem post Ioan. And. voluit Alexand. consi. 170. nu. 1. & 2. lib. 7. dicens, statutum posse inualidare instrumentum, & probationem ipsius etiam sine caussa, quia probatio instrumenti est de iure positiuo, non diuino. Et istud idem tradit Abb. in d. cap. cum contingat. numer. 26. versic. dicit statutum, vbi vult, quòd stante statuto, quòd nullum instrumentum probet sufficienter, nisi de eo duo notarij rogati fuerint, quod instrumentum etiam iuratum, de quo vnus notarius tantùm rogatus fuerit, non fidem facit, & sicut non probat contractum, ita nec iuramentum, & Abb. sequitur Socin. cons. 97. num. 5. lib. 1. & cons. 120. num. 19. eodem lib. 1. Corn. cons. 64. num. 7. prope fi. vers. hinc est lib. 3. Brun. de form. fol. 62. colum. 4. ad fin. versi. aliquando vero. Marsil. sing. 700. Ruin. consil. 201. nu. 14. libr. 1. & consil. 9. nu. 12. post med lib. . Roland. cons. 43. num. 3. & 4. lib. 3. & est decis. Put. 15. de constitut. & Mohed 226. ¶ Vnde idem dubium super adminiculis fuit pluries, & pluries propositum, & ob difficultatem materiæ non potuit priùs capi resolutio, quam in sexta positione, quæ fuit die Lunæ, prima Iunij, 1579. ¶ In qua maior pars Dominorum fuit, ex dictis adminiculis etiam simul iunctis dictam venditionem non probari, & consequenter non constare in casu isto de translatione possessionis. ¶ Nam discurrendo singula adminicula secundùm ordinem, de quo in epilogo pro parte Viuianorum vltimo loco dato. ¶ Primum adminiculum deducitur ex tractatu præcedenti, nempe ex licentia de vendendo Viuianis terras, de quibus agitur, obtenta per matrem, & tutricem Caroli a Legato, & Quadraginta viris. ¶ Item ex instrumento promissionis de vendendo per eandem tutricem ipsis Viuianis factæ, & † tractatus dicitur prin- 3
cipium rei, adeò, quod qui tractat de vendendo, dicitur vendere, vt dicit Bald. in cap. in caussis. nu. 1. de elect. Tiraquel. de retract. conuent. ad fin. nu. 31. vers. & quod tradit. Et † propositum præcedens eius, qui quærit empto- 4
rem, & declarat se velle vendere, multum facit ad præsumendum, venditionem fuisse postea secutam, idem Tiraquel. de retract. lignag. §. primo, gl. 14 n. 24. Et † actus 5
qui sequitur, præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, late Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 24. ¶ Sed hoc adminiculum Dominis non placuit, quia vtrumque instrumentum, tam licentiæ, quàm promissionis subiacet dispositioni statuti. ¶ Nam quoad instrumentum promissionis res est clara, cum illa facta

fuerit

fuerit tutoris nomine , & pro obseruatione contento-
rum in ea fuerint obligata omnia , & singula bona pupil-
li. Quo vero ad instrumentum licentiæ , videtur & illud
compreheodi sub illis verbi statuti , seu scripturis exinde
confectis,sub quibus verbis statutū videtur voluisse com-
prehendere omnes scripturas caussa & occasione con-
tractus minoris confectas. ¶ Præterea ex tractatu præ-
cedeodi non probatur neque præsomitur contractus:
6 multa † enim tractantur , quæ postea non fiuot , vel quæ
non veniunt ad conclusionem & finalem effectum , vt
inquit Bald.in l.multum interest.ante numerum tertium,
vers.quandoque probatur contractus.C. si quis alteri vel
sibi.idem Bald.io cap. final. sub num. 8. de iuram. caluio.
Alex.cons.13.nu.17.& consi.82.nu.3.lib.1.& cons.88.sub
nu.5.lib.4.Dec.in c.fina.ad fi.de probat.in l.si ego. sub nu.
3.& in l.non omnis.sub n.2.ff.si cert.petat.& cons.11.sub
num.1.Aym.de antiq.tempor.part.1.sect.vidimus.nu.13.
7 ¶ Et si diceretur , † quod quando constat de longa pos-
sessiooe , prout in casu nostro , tunc tractatus præcedens
præsumitur mandatus executioni , secundum Bald. in d.
l.multum interest.num.2. in fin. ¶ Responderetur , quòd
si in casu oostro licentia de vendendo ex longa possessio-
ne præsumeretur executa , & per consequens præsume-
retur venditio , & postea præsumeretur possessio ex titu-
8 lo præcedenti præsumptæ venditionis , vtique † daretur
præsumptio præsumptionis,vel cōcursus plurīū præsum-
ptionum ,contra l.primam,C. de dot.promis. ¶ Non ob-
stāt trad.per Bald.Tiraq.& Alciat.in locis,de quibus supr.
quia si tractatus est principium , siue Pars venditionis,er-
go subiacet statuto , & propositum præcedens quærentis
emptorem , & facientis rem venalem non facit præsumi
venditionem, sed facit præsumi,contractum subsecutum
non esse permutationem , sicut in instrumento dicitur,
sed venditiooem , & ita loquitur Tiraq. Et ratio est, quia
actus,qui sequitur , præsumitur conformis tractatui præ-
cedenti , & in eius executionem factus, & sic ista duo in-
ter se valde differunt , quod ex tractatu præcedenti præ-
sumatur contractus,vel quod cuntiactus subsequens tra-
ctatum præsumatur illi cōformis, & in eius executionem
factus. ¶ Secundum adminiculum est instrumentum so-
lutionis pretij : sed nec istud ad rem facit , quia cadit sub
9 dispositione statuti. Nec † intrat cons.Roman.394.nu. 3.
cum seq. ¶ Quia Viuiani non debebant dictum prætium:
tunc enim intraret cons. Roman. si facta fuisset venditio
valide secundum formam statuti , & Viuiani debuissent
pretium,& illud postea soluissent : tunc enim ex necessi-
tate iuris potuisset eis sine solemnitate statuti fieri quie-
tatio. Vnde aut ista quietatio fuit facta simpliciter ob so-
lam receptionem pecuniarum , & tunc valet , sed non fa-
cit ad rem : aut fuit facta ob receptionem pecuniarum
non simpliciter , sed ob caussam venditionis futuræ , &
tunc non valuit, quia nec etiam valuit ipsa venditio,aliàs
si fuisset valida quietatio, oportuisset etiam valere vendi-
tionem , & in huc præiudicatū fuisset pupillo. ¶ Tertium
adminiculum est reproductio instrumenti venditionis
10 factæ pro parte Achillis , ex qua † reproductione videtur
approbasse, & confessus fuisse contēta in ipso instrumen-
to reproducto , & sic venditionem ipsam. ¶ Sed hoc ad-
11 miniculum tollitur ex eo , quòd † reproductio ista facta
fuit impugnatiue , quo casu nulla oritur approbatio , vel
confessio,vt per Aym.consil.175.nu.7.sequitur Rim. iun.
consil.18.nu.174.lib. 1. ¶ Nec obstat responsio , quòd re-
productio dicti instrumenti facta fuit particulariter ad
probandam malam fidem Viuianorum prouenientem
ex eo , quod ipsi emerunt scienter rem pupilli sioe solem-
nitatibus statuti , idque ad effectum tollendi exceptio-
nem præscriptionis pro parte eorundem Viuianorum
oppositam.¶ Quia hæc quoque reproductio fuit facta ad
demonstrandum esse locum dispositioni statuti volentis,
nullam adhiberi fidem instrumentis contractuum pupil-
lorum & minorum sine solemnitatibus statuti celebrato-
rum. ¶ Attamen fuit facta impugnatiuè ad impugnan-
dam fidem instrumenti, quia constito ex eo solemnitates
non fuisse seruatas , statim intrabat dispositio statuti , &
per consequens auferebatur fides ipsi instrumento , & ita
etiam hæc secunda reproductio facta fuit impugnatiuè
ad impugnandam dictam exceptionem, quia cunstitu de
mala fide, statim tollebatur dicta exceptio. ¶ Nec dica-
tur , Achillem se iuuasse dicto instrumento in eo , quòd
per illud probauit malam fidem Viuianorum. ¶ Quia re-
spondetur, quod huiusmodi iuuamen probationum non
includit approbatiooem , siue non excludit impugnatio-
nem ; sicut videmus in simili in produceote acta graua-
minis,qui ducitur producere impugnatiue ad effectū im-
pugnandi senteotiam primi iudicis, vt per Aym.vbi supr.
& tamen se illis iuuat in eo,quòd per ea probat grauamen
ipsum. ¶ Quartum adminiculum sententiæ , & quintum
appellationis eodem modo impugnatiuè intelliguntur.
¶ Sextum adminiculum est intimatio facta per Viuia-
nos Carolo de lite eis mota per Comitem Alphonsum
de Musto super quadam petia terrę alias ab eodem Caro-
lo eis vendita mediante Elisabeth matre, & tutrice ipsius
Caroli,vt in instrumento intimationis dicitur, quam pe-
tiam terræ si Viuiani non emissent , non est verisimile,
quod talem litem intimassent. ¶ Sed hoc adminiculum
non concludit,quia nō constat,buna , quæ in instrumen-
tu intimationis litis narrantur , esse illamet , de quibus
agitur,imò præsumendum est potius esse diuersa , cùm in
instrumento venditionis , & instrumento intimationis
litis diuersa asignentur confinia , & † in rebus , siue cor- 12
poribus præsumitur pluralitas, nisi probetur identitas , vt
post Ioan. And.& alius tradit Aym.consil.112.nu.3.in fin.
¶ Nec obstat , quòd † non præsumitur pluralitas facto- 13
rū,Dec.in c.in præsentia.in 9.not.de prob.Aym.cons.112,
num.4.& latiùs cons.198.sub num.primo , & instrumen-
tum intimationis litis refert venditionē factam Viuianis
per Elisabet matrem & tutricem Caroli,quia id procedit
probata identitate rei , siue coporis , quia tunc non præ-
sumitur pluralitas venditionum,nisi probetur , & ita de-
clarat Aym dict.consi.112.num.4.vers. respondeo. ¶ Nec
obstat , quòd diuersitas confinium contingit ob diutur-
nitatem temporis , cùm à die venditionis vsque ad diem
intimationis litis fluxissent 42. anni. ¶ Quia nihilomi-
nus erat † probanda identitas, vel per testes habentes no- 14
titiam vtrorumque tam antiquorū , quàm modernorum
confinium,Bartol.in l.demonstratio falsa.in princip.ff.de
condit.& demonstrat.Aym consilio 57.numero 7.vel per
famam , per quam † probatur identitas , quando ob lon- 15
ginquitatem temporis cohærentiæ , & confinia sunt mu-
tata , vt per Bald.consil. 265 in princip.lib.2.Aym.d.con-
silio 57.numer.7. idem Bald. in cap. vasallus. *il primo*, nu-
mero 9.ad fi.vers.tu dic.si de feud.fuer.controuers. Ruin.
cons.50. sub nu. 16. libro primo. ¶ Septimum adminicu-
lum est transactio inter Carolum maiorem 14. cùm in-
teruentu eius matris , & Achillem & Ioan. Baptistam de
Blanchetris , vbi fit conuentio , vt Ioan. Baptista pro
emendatione defectus mensurarum , & quantitatum cer-
torum terrenorum vocatorum , li Carumari, teneatur ad
refectionem lib.150. & sic iste defectus mensuræ , relatus
ad defectum mensuræ tornaturarum 400.in instrumentu
venditionis enuntiatum , arguit veritatem ipsius vendi-
tionis. ¶ Sed istud adminiculum non suffragatur , tum
propter diuersitatem valoris turnaturarum , siue terre-
norum deficientium : tum quia communio bonorum,
de quibus est transactum , excludit relationem defectis
mensuræ,de quo in transactione , ad defectum mensuræ,
de quo in venditione , vt hic per informantes Achillis.
¶ Octauum adminiculum est obseruantia subsecuta.
¶ Sed nec istud Dominis satisfaciebat , quia non con-
stat , Carolum habuisse notitiam instrumenti venditio-
nis,

nis,& defectus solemnitatum, quæ iuxta formam statuti
16 in ea requirebantur. ¶ In ista enim † obseruantiæ habenda est ratio, an is, cõtra quem allegatur, sciuerit vel ignorauerit ipsam scripturam,& defectum solemnitatis illius, vt bene deducit Aym.de antiq.temp.part.1.sect.4.limitatus.nu.19.vers. rursus in ista obseruantia. ¶ Vltimum adminiculum est duorum testium singularium deponentium se audiuisse à Carolo, quòd sui vendiderant Viuianis bona, de quibus agitur. ¶ Sed istud adminiculum non sufficit, nec suppleuit saltem sufficienter ex aliis adminiculis. ¶ Et in omnem euentum Domini dicebant, ex tot adminiculis non posse colligi veram venditionem, sed solùm præsumptam: & propterea dicere, quòd Viuiani hodie præsumuntur possidere, ex ista præsumpta venditione præcedenti nil aliud sit, quam dare præsumptionem præsumptionis, vel concursum plurium præsumptionum.

CANTVCCII.

Romanensis fideicommissi domus. Die quinta Ianuarij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Domicilium constituere incolatum dicitur.*

2 *Domicilium in dubio per assiduam in loco habitationem contrahitur.*

3 *Assiduè in loco habitare quando quis dicatur. cum numero seq.*

4 *Arbitrarium est iudici terminare, quando quis dicatur assiduè in loco habitare.*

5 *Vxorem ducens in loco, quam alio nunquam transtulit, dicitur ibi continuè habitare.*

6 *Exemptus à iurisdictione non dicitur in loco habitare, si opponat exceptionem: secus si non opponat.*

7 *Iudicis processus habentis iurisdictionem per exceptionem elidibilem, valet & tenet, si exceptio non opponatur.*

Ampliatur etiam si iudex sciuerit suam iurisdictionem ope exceptionis elidibilem.nu.8.

Limita, nisi exceptio sit talis, quæ consensu partium remitti non possit.nu.9.

DECISIO CV.

Resolutum fuit tam ex capite commissionis, de qua in decimo sexto præsupposito, quam ex capite motus proprij Iulij Secundi, de quo in 18.præsupposito, acta & probationes factas coram secundo Collaterali subsistere, & in caussa huiusmodi attendi debere. ¶ Nam quoad caput commissionis res secundùm Dominos non videtur habere difficultatem, quia caussa committitur in eisdem statu, & terminis, in quib⁹ reperitur, & cum eisdem actis, & probationibus coram secundo Collaterali quomodolibet factis, & commissio est signata de consensu partium. ¶ Nec obstat, quòd consensus Alexandri est præstitus circa iurisdictionem tãtum, quia in commissione omnia præmissa continentur, & commissio non fuisset de consensu Alexandri signata, nisi fuisset citatus coram Referendario, vt moris est, & transmissa sibi copia commissionis, idque confirmatur ex aliis commissionibus postea pro parte dicti Alexandri obtentis, in quibus mandatur, vt in caussa procedatur iuxta formam aliarum commissionum. ¶ Minus obstat protestatio facta per procuratorem Alexandri, quòd non intendit consentire commissioni obtentæ, nisi quoad iurisdictionem, non autem quoad alia. ¶ Quia ista protestatio nihil releuat, cũ prius Alexander consenserit expeditioni commissionis, quam debebat reformare, si non erat expedita iuxta suum consensum. ¶ Quantum verò ad caput Bullæ Iulij Secundi res quoque ex isto capite Dominis visa fuit clara. Bulla enim tribuit curiæ capitolinæ iurisdictionem in omnes incolas Romæ habitantes, & non est dubiũ, Alexandrum esse incolam, & Romæ habitãtem, ac quòd ibidẽ vxorem duxerit, & retinuerit, per quam habitationem, & vxoris ductionem, ac retentionem absque dubio domicilium
contraxit, & consequenter effectus est incola, cùm † do- 1
micilium constituat incolatum, l.pupillus, §.incola.ff.de
verb.signif.l.ciues, C.de incol.li.10. ¶ Nam † domicilium 2
in dubio per assiduam in loco habitationem cõtrahitur,
l.2.C.vbi senat. vel.clariss. Menoch de arbit.iud. quæst.9.
cas.86.num.11.12.13.& 14. Vbi ita omnes tenere asserit.
¶ Et licèt dubitatio sit, quando quis dicatur † assiduè in 3
loco habitasse, & plures Doct. senserint decennij cursum
sufficere, vt per gl.Bal.Hostien. Alex.Rui.Ang.& alios relatos per Menoch.vbi supra nu.15.Tiraq.de præscri.pag. 34.vers.10.Soc.iun.cons.7.num.6.lib.2.latè Rolan. cons. 79.nu.51.in fine,52.& 57.vbi de communi lib. 3.post Bar. Alcia.Paris.Aret.Bero.Cephal.Felin. & alios per eum ci-
tatos. ¶ Aliqui † verò tenent, id iudicis arbitrio terminan- 4
dum esse, vt Abb.Mar.Soc.Felin.Dec.&Paris.quos refert, & sequitur Menoch.vbi supra,n.16.& 17. ¶ Nihilominus quicquid sit, in casu nostro cessat omnis dubitatio, tum quia Alexander nedum per decennium, sed etiam per vi-
cennium continuum in vrbe habitauit: tum etiam, quia
† vxorem ibi duxit, quam alio nunquam transtulit, ita 5
Dec.cons.283.sub nu.11.Alciat.cons.719. nu.5.Menoch.
d.cas.86.sub num.28. ¶ Nec obstat, quòd Alexander esset
officialis, & † per consequens exẽptus à iurisdictione cu- 6
riæ capitolinæ, prout in eadem Bulla Iulij Secũdi. ¶ Quia hanc exceptionem exemptionis Alexãder coram secundo Collaterali nunquam opposuit, & propterea acta, &
probationes coram eo factæ valere debent: Nam proces- 7
sus iudicis habentis iurisdictionem per exceptionem elidibilem, valet & tenet, si exceptio nõ opponatur, ita gl.in Clem.2.in verbo, competenti, quam ibi sequuntur Card. q.3.vers.ad secundum, Imol.nu.5.Anchar.nu.7. Abb.nu. 4.vt lit.pend.Imol.in cap.si duobus, nu 4. vers.sed sciret, & colum.fin.in fine, de appella.& ibi Franc.num.17.vers. sed tu limita.Præpos.num.5.in fine,& num.17. pariter in fin.nu.6.prope finem, vers.considera tria,& nu.12.versic. quinimo videtur late Dec.nu.3.& 4.& nu.8.ad fin. & nu.
14. ¶ Idque † procedit non solùm si iudex ignorauit, sed 8
etiam si sciuerit iurisdictionem suam ope exceptionis elidibilem esse, vt per Imol. Præpos. Felin. & Dec. in citatis
locis. ¶ Dummodo † exceptio sit talis, vt consensu partis 9
remitti possit, vt bene per Præpos. vbi supra.

CANTVCCII.

Regien.hospitalis. Die 10.Iunij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Hospitale possessum per longum tempus à laico præsumitur laicale.*

Litera Apostolica super prouisione clericorum, an comprehendant hospitalia Ecclesias habentia, vide distinctionẽ.

2 *Possessio, per quam possumus alterum praeligere, est attendenda.*

3 *Concessio instituendi personas, & custodiendi Ecclesias vacantes, præsumitur realis, non autem personalis, si persona prætendens ius, & eius antecessores fuerint in quieta possessione instituendi, & custodiendi.*

4 *Commissio multiplex curæ, & regiminis hospitalis facta laicis operatur præsumptionem laicalitatis.*

5 *Denominatio loci multum operatur ad præsumendam qualitatem laicalitatis.*

6 *Hospitale magis præsumitur quàm beneficium.*

7 *Delictum nec error nunquam præsumitur.*

8 *Scientia status siue diœcesis præsumitur in ordinario.*

DECISIO CVI.

Dedi dubium de ordine Dominorum in caussa Regien.hospitalis, præsuppositis quibusdam bullis, & instrumentis, qualis fuerit primæuus status loci, in casu, & ad effectum, de quo agitur. Illudque proposui parte

Boiardi

Boiardi tantum informante, quia pars Corradini fuit
multum contumax, etiam si pluries fuerit monita & re-
quisita, ac etiam diu expectata. ¶ Et die Merc. decima
Iunij, 1579. resolutum fuit præsumptiuè constare, quod
primæuus status loci, de quo agitur, fuit laicalis. ¶ Et po-
tissima resolutionis ratio fuit, quia constat, locum istum
per decem & octo annos fuisse à laico vxorato possessum.
¶ Nam Carolus de Boiardis, cui regimen, & guberium
huius loci ante annum 1454. commissum fuit, & quem
constat fuisse laicum vxoratum, ab anno 1472. vsque ad
annum 1490. rexit, & gubernauit locum istum vsque ad
eius obitum, qui fuit de eodem anno 1490. Et postea ad
huoc locum tanquam per obitum Caroli vacantem fuit
præsentatus Georgius de Boiardis, prout de his omnibus
1 coostat ex 3. 4. 5. 6. & 7. præsuppositis. ¶ Vnde † ex ista
18. annorum possessione Caroli laici vxorati præsumeo-
dum est, locum de quo agitur, fuisse laicalem, Calder. con-
sil. 4. circa med. vers. item etiam oratorium. Roman. cons.
477. num. 10. Felyn. in c. in iuramenta. sub nu. 9. vers. de se-
cundo. de rescrip. facit gl. in Cl. per literas. in verbo, Eccle-
sias. de præb. vbi quærens, nunquid literæ apostolicæ su-
per prouisione clericorum comprehendant hospitalia
Ecclesias habentia, distinguit, quod aut Ecclesia est prin-
cipalis, & hospitale accessorium, & tunc comprehendant:
aut è contra hospitale est principale, & Ecclesia accesso-
ria, & tunc secus: aut sumus in dubio, & tunc, si apparet
2 † possessio, per quam possumus alterum præ ligere, eam
sequemur, & glos. sequitur ibi Card. quæst. 17. Imol. nu. 15.
vers. deinde quæro. & nu. 16. Abb. num. 5. Vital. sub num.
22. Rebuff. de nomin. q. 15. versic. vel si appareat possessio.
¶ Hisque accedit, quod in simili dicunt glos. & Doct. in
c. cum venissent. per illum text. de instit. vbi volunt, quòd
3 † concessio instituendi personas, & custodiendi Ecclesias
vacantes facta per quoscunque prædecessores Archiepi-
scopi Eboracen. quibusdam Archidiaconis Richiman-
diæ præsumitur realis, non autem personalis, si Archidia-
conus Richimandiæ, & eius antecessores fuerint in con-
tinua, & quieta possessione instituendi, & custodiendi,
ita glos. ibi. in verbo, probatum. *ol primo*, quã sequitur Abb.
num. 7. circa med. Imol. num. 19. vers. item quia, vbi sub-
dit, titulum Archidiaconi præsumendum esse realem,
quia status possessionis apparebat realis, ex quo Archi-
diaconus, & eius antecessores fuerant in possessione, But.
n. 7. vet. nota quod quasi possessione, & latiùs n. 28. vbi in-
quit, quòd stante controuersia noo super concessione, sed
super qualitate ipsius, an sit realis, vel personalis, inspici-
tur status possessionis, ita vt si possessionis status sit vt rea-
lis, præsumitur concessio realis prout ibi, si verò possessio-
nis status sit, vt personalis, præsumitur concessio perso-
nalis. Et hoc idem voluit ibi Anchar. nu. 15. vers. sed dices,
inquiens, quòd licèt concessiones factæ personis de bo-
nis Ecclesiasticis personales præsumantur, cap. veniens. de
transact. c. nisi essent. de præben. tameo ibi possessio conti-
nuata plurium Archidiaconorum faciebat præsumere
concessionem realem, quia cum descenderit exercitium
iuris instituendi, & custodiẽdi successiuè in plures, præsu-
mitur realis concessio: talis enim descensus non potest
adaptari ad personalem concessionem, quæ morte fini-
tur, dict. cap. nisi essent. ¶ Ita dicendum in casu nostro, in
quo non dubitatur de existentia hospitalis, sed de quali-
tate ipsius, an sit laicale, vel Ecclesiasticum: ideò inspici
debet status possessionis subsecutæ, qui cùm fuerit, vt lai-
calis, vt patet ex possessione Caroli, qui tanquam laicus
vxoratus per 18. annos hospitale istud possedit, quæ pos-
sessio laici vxorati non potest conuenire hospitali Eccle-
siastico, meritò præsumendum est, dictum hospitale fuis-
se laicale: & tantò magis, quod plura hic concurrunt.
¶ In primis narratiua Bullæ Ioannis 23. de anno 1412. ibi,
quandoque per clericos, quandoque per laicos consueuit
gubernari, quæ narratiua multum iustificatur ex obser-
uantia subsecuta, videlicet ex possessione 18. annorum
Caroli laici vxorati. ¶ Secundò, multiplex † commissio 4
curæ & regiminis dicti hospitalis, iuxta Clem. quia con-
tingit, de relig. dom. Felin. in c. de quarta, sub nu. 13. versi.
adde quod Doct. de præscrip. Gemin. in c. final. col. vltim.
vers. quæro, an habeat locum in hospitali, nu. 20. de elect.
in 6. Card. in Clem. vltim. quæst. 13. in fine, de procurat.
¶ Tertiò, denominatio loci, qui semper est denominatus
hospitale, quæ † denominatio ad præsumendam qualita- 5
tem laicalitatis multum operatur, iuxta glos. in d. Clem.
per literas, in versic. Ecclesias, versi. quid in dubio, quàm
ibi Imol. & Abb. sequuntur. Rebuff. d. quæst. 15. n. 25. vers.
vel si appareat. ¶ Quartò, quia in dubio, quando non ap-
paret, an sit hospitale, vel beneficium, magis † præsumen- 6
dum est hospitale, quàm beneficium, vt per eandem gloss.
quam sequitur Imol. nu. 16. versic. si verum noo apparet,
Ancharan. nu. 10. versic. quid in dubio, Abb. num. 5. in fin.
Barbat. cons. 67. nu. 11. lib. 3. Pauin. de offic. & potest, cap.
sede vacan. part. 2. quæst. 1. nu. 6. Mohed. decis. 343. Rebuf.
q. 15. num. 15. ¶ Nec dicendum est, quòd Carolus potue-
rit ab initio obtinere hunc locum, tanquam clericus sim-
plex, deinde potuit contrahere matrimonium, & conti-
nuare possessionem de facto, siue per errorem. ¶ Tũ quia
† non debet præsumi, nec delictum, l. meritò, ff. pro soc.
nec etiã error, l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. igno-
rant. Alciat. reg. tertia, præsumpt. 21. nu. 1. ¶ Tum etiam,
quia si alterutrum istorum fuisset, vtique † ordinarius, in 7
quo præsumitur scientia status suæ diœcesis propter an-
nuam visitationem, ad quam tenetur, non permisisset
hunc locum, si fuisset beneficium, per tot annos ab vxo-
rato teneri, ca. ordinarij, de offic. ordin. lib. 6. & ita arguit
Ancharan. consil. 162. num. quarto, vers. 3. propter scien-
tiam, & Cassad. decis. 2. numero tertio, de caus. possess. &
propriet.

CANTVCCII.

Vlixbooen. professionis. Lunæ, 22. Iunij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Furiosus & mentecaptus in quid differant, & quis vterque sit. num. seq.*
2 *Mentecaptus quis dicatur, ad differentiam furiosi.*
3 *Testi deponenti de dementia, seu mentiscaptione, non creditur, nisi reddat rationem dicti sui, etiam si non fuerit interrogatus. cum nu. seq.*
4 *Furor est difficilis probationis.*
5 *Furor & dementia probatur ex factis. ex communi.*
6 *Iudex adhibere debet medicos, qui furorem, & dementiam cognoscant.*
7 *Furor & mentiscaptio sunt passiones cerebri, quas physicus cognoscit.*
8 *Religiosi magnam præstant auctoritatem ad probãdam dementiam.*
9 *Demens præsumitur qui proprium nomen ignorat.*
10 *Tempus probationis potest arbitrio iudicis restringi, & ampliari, ex rationabili caussa. cum nu. 11.*
12 *Testes singulares admittuntur ad probandum quid in genere.*
13 *Professio religionis facta à demente nulla est.*
14 *Furiosus non potest contrahere matrimonium carnale.*
Imò nec spirituale. nu. 16.
Ampliatur etiam in mente capto. nu. 17.
15 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale validum est.*
17 *Furiosus & mente captus æquiparantur.*
18 *Mentecaptus non potest religionem profiteri.*
19 *Argumentum de reputatione ad non reputationem, vel contrariam reputationem validum est.*
20 *Confessionis actus, & communicationis excludunt dementiam.*
21 *Actus loquendi ad propositum non excludit dementiam,*

quando

quando demens est in conspectu umbrata quietis constitutus.

22 *Dementes quandoque ex factis conuincuntur licèt ex verbis prudentes appareant.*

23 *Furiosi & mentecapti faciunt multoties signa, & loquuntur, vt prudentes.*

24 *Professio religionis, vt nulla dicatur ex capite dementia, debet probari eam tempore emissionis professionis fuisse.*

25 *Dementia medio tempore præsumitur, probatis extremis.*

26 *Demens & furiosus post, præsumitur etiam fuisse furiosus & demens retro.*

27 *Coniectura aliqua, vel præsumptio si concurrat vltra statum præsentem inferens retro, præsumitur ex præsenti in præteritum.*

28 *Dispositum in mente capto, vel furioso non procedit in fatuo simplici, substupido, & hebetis ingenij.*

29 *Dementia impediens contractum matrimonij debet esse talis, vt auferat vsum rationis.*

30 *Testis volens probare priuationem intellectus in aliquo, debet reddere rationem dicti sui.*

31 *Animi qualitas si debeat probari, testis debent testificari per actus exteriores quos viderint.*

32 *Exteriora iudicant secreta animi.*

33 *Testes quando dicantur iudicare, non autem testificari.*

34 *Testis deponens de furore ob eiectionem lapidum, quomodo deponere debeat, & nu. seq.*

DECISIO CVII.

DVbitaui in vna Vlixbonen. professionis, *an ex probationibus factis pro parte Dom. Ludouici Aluares sit probata eius intentio circa nullitatem professionis, & dementiam D. Margaritæ in casu, & ad effectum, de quo agitur.* ¶ Quod dubium Domini resoluerunt ad fauorem Dom. Ludouici, nempè eius intentionem satis probatam esse tam circa nullitatem professionis, quàm circa dementiam Do. Margaritæ. ¶ Et pro maiori huius resolutionis dilucidatione, quia informantes hincinde copiosè scripserunt, & multa inculcarunt, potest distingui materia in quatuor difficultates, vt: Prima sit, *qualis sit dementia Do. Margarita, furor ne, vel mentis captio?* Secunda, *an sufficienter probetur?* Tertia, *an sit talis, vt professionem per eam in monasterio de Odiuellas emissam annullauerit.* ¶ Quarta versabitur circa responsionem, & remotionem eorum, quæ pro parte Domini Antonij Telles deducuntur.

¶ Quoad primam difficultatem Domini dixerunt, *Dom. Margaritam fuisse, & esse mentecaptam, non autem furiosam, quia signa, verba, & actus particulares, de quibus deponunt testes, quorum summarium pro parte D. Ludouici datur, non probant rabiem, & impetum furoris, sed carentiam mentis, intellectus, & animi iudicij absque alia extrinseca furoris demonstratione: vel non probant furorem patentem, sed latentem.*

1 ¶ In hoc enim differunt † furiosus & mente captus, quod furiosus est, qui rabie, vel impetu furoris concitatur, vel qui furorem habet patentem. ¶ Mentecaptus verò is est,
2 cui † mens & animi iudicium deficit, & extrinsecus nullum furorem ostendit, vel qui furorem habet latentem, ita Bald. in l. qui furiosi, num. 2. versicul. mente captus est, C. de nupt. in l. 2. ante num. 1. C. de mat. fur. in l. humanitatis, num. 15. C. de impuber. & aliis substitutio, sequitur Alex. consil. 54. nu. 2. lib. 2. Ias. in l. furiosum, nu. 2. ibi Dec. nu. 1. & 2. & Rimin. nu. 1. C. qui test. facere poss. Grammat. cons. crim. 16. nu. 14. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, in verbo, adiecti impuberi, nu. 76. de testamen. idem Dec. in l. humanitatis, sub num. 1. versic. secundo accipitur, vbi etiam subdit differentiam istã potiùs procedere ex communi vsu loquendi, quàm de iure, & ibi sequitur Coras. sub num. 1. C. de impub. & aliis substit. ¶ Circa secundam difficultatem conclusum fuit dementiam siue mentiscaptionem Dom. Margaritæ ex dictis testium, de quibus in summario Domini Ludouici, sufficienter probari.

¶ Nam licèt furor siue dementia sit quid inuisibile, quod non sensu corporis, sed iudicio intellectus percipitur, etiam si in facto consistat, & propterea in eius probatione perspicax inquisitio requiritur, quia testes facile possunt errare, & ideò eis non creditur, nisi caussam † sui di- 3
cti manifestam faciant, vt inquit Bald. in l. solum, colum. prima, versicul. & idem dicitur, Cod. de testibus, idem Bald. in d. l. furiosum, circa med. versic. est autem difficile, C. qui testament. facere poss. dicens, † furorem esse diffi- 4
cilis probationis, nec testibus super eo deponentibus credendum esse, nisi assignent rationem dicti sui, etiam si non fuerint interrogati. Et Bald. sequuntur Doctor. in dicta l. furiosum, Fulgos. ad fin. versicul. quinimo, Castrens. num. 3. versic. ideò testis, Ias. num. 6. Dec. num. 28. versic. quod quidem non videtur, Socin. consil. 42. num. 4. lib. 1. Cum. cons. 21. num. 5. lib. 2. cons. 216. nu. 16. lib. 3. & consil. 22. nu. 23. & 10. cum sequ. libro quarto, bene Alexand. cons. 147. numero decimosexto, libr. 7. Dec. cons. 448. nu. 31. & 32. Curt. iun. cons. 151. num. 1. 2. & 8. Bertrand. cons. 48. num. 29. versic. tum quia, & numer. 30. & 31. lib. 2. parte prima, latè Paris. consil. 88. num. 54. 55. 56. & 57. vbi de communi libr. 3. ¶ Et insuper Doctores communiter dicunt, † furorem, & dementiam probari ex factis, l. qui- 5
dam in suo, ff. de condit. instit. vel ex verbis, l. ob quæ initia, in princ. ff. de ædilit. edict. capi. legimus, 93. distinct. & exemplificant signa, & actus particulares, quibus furor ostenditur in eo, qui fatua vel deridenda loquitur, qui lapides proiicit, qui habet memoriam inordinatam, vt quia vnum dicit, mox contrarium, qui habet loquelam inordinatam, nesciens exprimere quid velit vel non velit, qui vel à patre, vel ab aliis coniunctis, vel communiter ab omnibus reputatur pro furioso vel demente, qui iubet corpus suum in mare proiici, qui nomen suum ignorat, qui in compedibus siue custodia retinetur, qui in infirmitate non vult mederi. De quibus signis & actibus, per Alexand. dicto consil. 64. numer. 2. consilio 141. numer. 2. circa medium, lib. 1. & cons. 86. nu. 10. libr. 2. bene Barbat. in cap. fin. num. 8. de success. ab intest. latiùs idem Alex. in l. si cùm dotem, §. si maritus, nu. 7. ff. solut. matrim. Corn. cons. 22. nu. 6. & 7. lib. 4. Socin. cons. 42. num. 2. & 6. libr. 1. Bertrand. consil. 48. nu. 20. 21. 22. & 23. lib. 2. part. 1. Guliel. de Bened. d. cap. Raynutius, in verbo, adiectæ impuberi, num. 77. vsque ad 81. Dec. cons. 86. num. 7. & latiùs consil. 448. num. 1. 2. 3. & 4. Ias. in d. l. furiosum, nu. 4. & ibi. Dec. num. 28. & 29. & Riminal. prope fin. Marant. in repet. l. is potest, num. 128. ff de acquir. hæred. Bauer. late in §. item furiosi colum. penult. versic. extra gl. Instit. quibus non est permiss. facere testam. plenè Paris. alios citans, cons. 87. nu. 4. 5. 6. & 7. & cons. 88. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. & bene Ferret. cons. 207. num. 12. libr. 1. ¶ Nihilominus testes in casu nostro non dicunt simpliciter, Dominam Margaritam fuisse stultam, dementem, vel mentecaptam, nec aliis vtuntur verbis, ex quibus posset dici eos iudicare, sed assignant bonas rationes, & referunt quamplurima signa & actus particulares concludentes ad dementiam & mentiscaptionem Margaritæ. Quòd autem res ita se habeat, multifariam ostenditur. ¶ In primis ex verbis fatuis, & deridendis, quia Domina Margarita dicebat, se esse infirmam in vno capillo, tertius super nono interrogatorio, dicebat sibi apparere quandam faciem in vno foramine, quæ sibi videbatur Maurus incantator. Idem tertius super 13. dicebat se nescire, an iret ad communicandum, vel ad abluendam faciem, aut ad recitandum primam. Duodecimus super secundo dicebat etiam alia insulsa & ridicula, de quibus infra. ¶ Secundò, probatur ex pluribus factis & gestis clarè dementiam & insaniam ostendentibus, quia ibat ad chorum in camisia, septimus, nonus, duodecimus super septimo, implebat faciem luto, dicendo se ideò ita facere, quia nares sibi multum fulgebat, se-

primus

primus,§.9.10.11.12.& 13.super septimo,verrebat domũ
manica tunicæ, quintus super primo, ponebat excre-
menta narium in vno baculo, & postea illa comede-
bat. Idem quintus super primo, vrinabat in vna patina,
& illam publicè omnib. ostendebat, & illis dicebat,quod
illi veniebant medullæ,tertius super septimo,quartus su-
per nono, proiiciebat cucullam in latrinis, 23. super 10.
proiiciebat cucullam & habitum, 28. super 8. vtebatur
pro speculo vno pitali immundo, secundus super nono,
ridebat sæpè sæpiùs sine proposito, tertius super septi-
mo, sextus super primo, 34. super decimo, ponebat car-
nem crudam in sinu, & cibum in manica, secundus su-
per nono, vociferebatur tempore silentij, nonus super
septimo in fine, trãsmittebat oua per filum vel per lignũ,
secundus super nono, noo comedebat per duos vel tres
dies. Idem secundus super nono, spuebat in vna patina
parua, dicendo, quod ibi recipiebat medullam. Idem se-
cundus super nono, post acceptum syrupum volebat ire
ad sumendum sacramentum Eucharistiæ, tertius super
septimo, id quod dabat, illicò & eodem instanti repete-
bat. Idem tertius super septimo, accipiebat lapides & ba-
culos, & cum illis percutiebat quos inueniebat, quintos
super primo existebat in porta vnius cameræ in camisia
sine velo,& cum mitra in capite, idem quintus super pri-
mo. ¶Tertio probatur prædicta dementia & insania Do-
minæ Margaritæ ex eo, quia in domo ab omnibus tene-
batur & reputabatur pro insana & demente, sextus super
primo, 17. super primo, & in monasterio de Speranza
erat tenta generaliter ab omnibus pro muliere stulta
decimus, vndecimus, & decimustertius super secundo,
in fin. & in monasterio de Odiuellas publicè dicebatur
& reputabatur insana, 18. super decimo, 19. super octauo
& super 14. vigesimus super octauo, io fin.& 22.super 18.
ad finem. Et non est dubium, de iure furorem siue de-
mentiam probari etiam ex communi reputatione, vt su-
pradictum fuit. ¶Quartò, ista dementia Dominæ Mar-
garitæ probatur iudicio duorum Physicorum, qui sunt
testes, 29.& 30.super decimo, qui facta congregatione, &
communicato inuicem colloquio vna cum aliis Physicis
decreuerunt,& iudicauerunt Dominam Margaritam in-
sanam, quorum Physicorum iudicio standum est, quia, vt
inquit Bal. post. Iacob. de Aret. in l. obseruare. ff. de cur. fu-
6 rio. Iudex † debet adhibere medicos, qui furorem & de-
mentiam cognoscant, per l. semel. C. de re milit. lib. 12. se-
quitur Alexan. cons. 86, nu. 5. in fin. lib. 2. Mayn. in l. furio-
sum, nu. 6. ff. de reg. iur. Petr. à Plaz. alios citans in epito. de-
7 lict. libr. 1. cap. 29. num. 2. Furor † enim & mentiscaptio
sunt passiones cerebri, quas Physicus cognoscit, vt inquit
Barbat. in ea, fin, num. 8, in fin. de success. ab intest. ¶Et eo-
dem modo standum est iudicio duorum patrum societa-
tis Iesu, qui sunt testes. 33.& 35. super decimo, qui sensim,
particulariter & per spatium temporis Margaritam allo-
cuti, iudicarunt eam incapacem confessionis & aliorum
sacramẽtorum vsum rationis requirentium, Quod idem
iudicauit frater Antonius ordinis sancti Bernardi, qui
est testis 26. super sexto, dicens, audiuisse Dominam
Margaritam in confessione, & inuenisse illam non genu
flexam, sed stantem & spuentem, & ridentem versus mo-
niales, & propterea iudicauit illam incapacem susceptio-
nis sacramenti Eucharistiæ, qui tres religiosi, cùm sint
8 multum timoratæ conscientiæ, magnam præstant † au-
ctoritatem ad credendam dementiam Margaritæ, vt in
his terminis rectè cõsiderat Roderic. Suarez. alleg. 1. sub
nu. 13. ¶Quintò comprobatur etiam dementia prædi-
9 cta Dominæ Margaritæ ex eo, quòd † nomen proprium
ignorabat, iuxta l. fin. C. de hæred. instit. prout attestantur
duo notarij in quibusdam interrogatoriis illis factis de
mandato D. Vicarij Vlixbonen. ¶Sextò, præmissa con-
firmantur ex eo, quòd moniales monasterij de Speranza
post annum nouitiatus in circa D. Margaritæ noluerunt
eam ad professionem admittere, reiicientes illam tan-
quam inhabilem & incapacem professionis, propter eius
insaniam & dementiam, non obstante, quòd eam in mo-
nasterio recepissent ad instantiam & intercessionem Se-
reniss. Regis Portugalliæ tunc temporis Cardinalis In-
fantis, cuius voluntati obtemperare valde verisimile est
eas summopere desiderasse, quia erat monasterij supe-
rior, id quod non fecisse eas ob meram impossibilitatem
& dementiam Margaritæ prouenientem dici oportet.
¶Septimò, accedit nimia breuitas temporis trium die-
rum ad profitendum ipsi Margaritæ indulti. Licèt enim
tempus † probationis, quod regulariter ad annum. c. ad 10
Apostolicam, & c. statuimus, de regular. possit restringi,
vt in cap. ex publico, de conuers. cõiug. & hæc restrictio
possit arbitrio iudicis fieri maior vel minor bimestri, vt
per glos. ibi, in verbo, intra duorum. & ibi Inno. vers. licèt
credamus. Host. colum. 2. vers. hinc ergo fatemur Io. And.
colum. 2. versic. Innocen. verò dixit. Henric. Boich. nu. 1.
versic. fatemur ergo. Butr. num. 12. & Abb. num. 11. ¶Ni-
hilominus hæc † restrictio secundùm Docto. prædictos 11
non fit sine rationabili caussa, prout in d. c. ex publico, vbi
sponsæ volenti religionem ingredi tempus bimestri ad
profitendum conceditur, ne sponsus, qui fortè carnis sti-
mulis resistere non poterat, & propterea cupiebat matri-
monium contrahere, cogeretur expectare lapsum anni.
¶Et hinc est, quod prædicti Doct. dicunt, quod si spon-
sus consentiat sponsæ circa ingressum religionis, dabitur
regularis terminus anni, quia cessat caussæ illum restrin-
gendi, vt benè Abb. in d. cap. ex publico, nu. 11. prope fin.
¶Sed in casu nostro nulla suberat caussa restringendi an-
nuum tempus professionis: imò maxima vigebat ratio
illud integrum indulgendi, vt scilicet monasterium pos-
set mores Margaritę experiri, iuxta tex. in d. c. ad Aposto-
licam. Et tãtò magis, quòd Priorissa illius temporis excla-
mauit, ne Margarita in monasterio reciperetur, quia erat
insana & tanquã talis fuerat reiecta à monasterio de Spe-
ranza, & insania Margaritæ ab initio ante professionem
cœpit manifestari monasterio de Odiuellas, decimusno-
nus super 17. duodecimus super octauo, 23. super octauo.
¶Vnde restrictio ista præsertim tam magna & extraor-
dinaria non aliam ob caussam fieri potuit, nisi, ne magis
detegeretur insania & dementia Margaritæ, & sic, ne ex-
cluderetur à professione, prout accidit in monasterio de
Speranza. ¶Nec obstat testes, de quibus supra, in dictis
suis esse singulares. ¶Quia ad probandum furorem siue
dementiam tanquam ad probandum quid, in genere te-
stes † singulares admittuntur, vt in terminis tradit Alex. 12
cons. 141. nu. 2. lib. 1. cons. 91. nu. 20. lib. 5. & consi. 147. nu.
20. lib. 7. Dec. in d. l. furiosum, nu. 30. Bertrand. cons. 48. nu.
22. lib. 2. part. prima. Paris. cons. 87. nu. 8. lib. 3. Rum. cons.
67. num. 9. lib. 1. Boer. decis. 23. num. 44. Marant. in l. is po-
test, num. 130. ff. de acquir. hæred. bene Pet. à Plaz. in epit.
delict. lib. 1. cap. 29. num. 9. Gabriel. lib. 1. de testib. con-
clus. 2. num. 44. Et hæc quoad secundam difficultatem.
¶Quantum autem ad tertiam, resolutum fuit, professio-
nem per Do. Margaritam in monasterio de Odiuellas
emissam, nullam † fuisse, tum per text. in c. sicut tenor. de 13
reg. qui licèt loquatur in eo, qui positus erat extra men-
tem & extra seipsum propter grauissimã infirmitatem, vt
innuunt verba illa, & de præsenti vita desperet, & in his
terminis intelligit Abb. ibi, tamen ratio tex. fundatur in
priuatione mentis: quæ ratio cùm sit generalis, ampliat
decisionem tex. etiam in eo, qui non ex morbo, sed aliun-
de mente caret, ad l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 3.
¶Tum etiam, quia quemadmodum furiosus † non po- 14
test contrahere matrimoniũ carnale, c. dilectus, de spon-
sal. c. neque furiosus. 32. q. 7. l. patre furioso. ff. de his qui
sunt sui vel alien. iur. l. furor. ff. de spõsal. l. oratione. §. fi. ff.
de rit. nupt. ¶Ita nec spirituale, cùm valeat argumentũ † à 15
matrimonio carnali ad spirituale, cap. quoniã frequenter.

§.porto, vtit. non contest. Doct. in auth. nisi rogati, C. ad
Treb. late Euctard. in loc. a matri. carnal. ad spirituale. Et
16 in specie † quòd furiosus nequit matrimonium spirituale
contrahere, sicut nec carnale, tradit præpos. in d. cap. dile-
ctus, nu. 3. Alex. cons. 54. in princ. libr. 1. Enctar. vbi supra,
in sexto exemplo. Et quod dicitur de furioso, procedit
17 etiam in mentecapto, cùm † inter se æquiparentur, §. hæc
dicimus, in auth. vt hi qui oblig. se hab. l. 2. vbi Bald. C. de
curat. fur. l. si furiosi, & ibi Doct. C. de nup. Scriben. in l. ex
facto, ff. de vulg. & pupil. Alex. cons. 54. in princ. libr. 2. &
in l. si cum dotem. §. si maritus, ad fin. nu. 8. ff. soluto matr.
Cum. cons. 22. nu. 7. lib. 4. late & egregiè Fulgos. cons. 79.
nu. 1. 2. & 3. bene Præpos. in c. dilectus. nu. 4. de sponsal. fu-
se Soc. cons. 47. nu. 8. lib. 3. & plene Ias. in l. patre forioso,
nu. 3. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Dec. cons. 112. post
princ. & in d. l. furiosum, nu. 7. vbi alios citat. Paris. cons.
87. nu. 21. & cons. 88. nu. 6. & 7. libr. 3. Curt. iun. cons. 151.
nu. 9. post medium, versic. ita quia, & num. 10. Grammat.
cons. crim. 16. nu. 13. Et in terminis, quod text. in d. c. dile-
ctus, loquens in furioso, procedat etiam in mentecapto,
firmat Præpos. ibi, nu. 3. vers. nunquid sequitur Soc. cons.
47. nu. 8. libr. 3. Alex. d. cons. 54. in princ. Dec. cons. 112. in
prin. Curt. iun. d. cons. 151. n. 9. vers. hinc dicimus, Conat.
18 in quarto decretal. part. 1. cap. 2. nu. 9. Et in specie, † quòd
mentecaptus non possit religionem profiteri, ponit Ias.
in d. l. patre furioso, ante nu. 3. Dec. cons. 86. nu. 7. vers. &
ista omnia, per tex. in d. c. sicut teoot. c. fi. de succes. ab in-
test, c. Grisaldus. 17. q. 1. & latius And. Sicul. cons. 59. lib. 2.
nu. 5. in fine, vers. & si quispiam, & nu. 6. vbi allegat præ-
dicta tria iura. Et paulò post, in versic. licet ergo, inquit,
mentecaptam existentem in monasterio, licèt fecerit
actus congruentes personæ sanæ mentis, non propterea
censeri fecisse professionem, quia mentecaptus reputa-
tur mortuus. d. l. furiosum, & l. Diuus, ff. de offic. præsid.
Ergo non potest in eū cadere professio, quia Deus ad ali-
quem sibi obligandum animum & cor respicit, c. si quid
inuestiti, 14. q. 5. & mentecaptus nec animum, nec cor ha-
bet, & postea nu. 7. post D. Thom. & Ioan. And. subdit ad
obligandum aliquem ex voto tria requiri, videlicet, de-
liberationem, propositum, & promissionem, eáque non
cadere in furiosum vel mentecaptum, & per consequens
nec etiam votum intrādi religionem, & sic sublatis prin-
cipiis tolli principiata, prout latiùs per eum. ¶ Circa
quartam & vltimam difficultatem, quòd scilicet non ob-
stent, quæ exemplo pro parte D. Antonij allegantur, de-
ducitur. Et in primis quoad illud, quòd Dominus Ludo-
uicus procurauit, vt Domina Margarita eius soror mo-
nasterium de Sperāza ingrederetur, ibique professionem
faceret, deinde vt matrimonium contraheret, vt depo-
nunt testes D. Ludouici: quod quidem facere non po-
tuisset, si habuisset illā pro dementi, vnde oportuit ipsum
credere illam non esse stultam: & quemadmodum repu-
tatio consanguineorum, vt supra diximus, operatur pro-
bationem dementiæ, ita etiam contraria reputatio de-
bet contrarium operari. Et † ita videtur argumentari
19 Dec. cons. 448. num. 33. & 34. dicens, quod, si pater in ca-
su suo filium mētecaptum reputasset, verisimiliter aliam
prouisionem ei fecisset. ergo in contrarium, vt ipse sub-
dit, nō facta alia prouisione, magna insurgit presumptio,
quòd non fuerit mentecaptus. ¶ Sed pro responsione
dicitur negando, D. Ludouicum credidisse Dominam
Margaritam non esse stultam, cùm ante eius ingressum
in monasterio de Speranza, in domo D. Beatricis sororis
consobrinæ ipsius Domini Ludouici, tenebatur & repu-
tabatur ab omnibus pro insana & demente. ¶ Nec ob-
stat, quòd scribit Dec. vbi supra, quia (vt videri potest)
loquitur in terminis longe diuersis à nostris. ¶ Secundò
non obstat, quòd Margarita, quando existebat in mona-
sterio de Speranza, faciebat multos actus conuenientes
personæ sanæ mentis, videlicet confitebatur, communi-
cabat, canebat in choro, legebat, scribebat, suebat, acu
pingebat, & ad propositum loquebatur. Et † in terminis 20
actus confessionis ad excludendam dementiam, ponde-
rat Dec. d. consil. 448. nu. 26. in fine. ¶ Nam respondetur,
quantùm ad actum confitendi & communicandi, Mar-
garitam fuisse incapacem, prout plures viri religiosi iu-
dicarunt, & fuerunt etiam illi denegata sacramenta, vi-
gesimussecundus super 18. & 23. iuxta interrogatoria.
¶ Quo vero ad actum cantandi, legendi, scribendi, suen-
di & acu pingendi. ¶ Respondetur, illos actus non consi-
stere in intellectu, sed in sensu, vt bene deducunt infor-
mantes Domini Ludouici. ¶ Demùm circa actum lo-
quendi ad propositum, respondetur, non mirum, si Mar-
garita interdum ad propositum loquebatur, quia † erat 21
constituta in conspectu vmbratæ quietis, vt inquit tex. in
l. quod meo. §. si furioso, ff. de acquit. posses. glo. in d. c. di-
lectus, in verbo. furore, vers. sæpe enim. & ibi Card. ante
nu. 2. & dementes † quandoq; ex factis conuincuntur li- 22
cet ex verbis prudentes appareant, vt inquit Card. cons.
57. num. 4. vers ex coniecturis autem. Et Com. consil. 69.
nu. 12. versic. maximè quia, lib. 1. dicit, † furiosus & men- 23
te captos facere multoties signa, & loqui vt prudentes, &
tamen non propterea desinere esse furiosos & mente
captos, quia etiam infantes sæpè ac sæpiùs verba pruden-
tia loquuntur, & faciunt actus conuenientes prudenti-
bus, & tamen non sunt. Et idem Com. consi. 75. nu. 3. post
medium, vers. tamen attento, lib. 1. inquit, furiosos &
mentecaptos sæpenumero respondere ad propositum,
& immiscere verba & facta conuenientia homini sanæ
mentis, prout & pupilli faciunt. Et hoc idem expresse fir-
mat Bertrand. cons. 48. num. 31. versic. nec moueri debet,
lib. 2. par. 1. Grammat: cons. crim. 16. num. 9. Paris. cons. 87
nu. 44. lib. 3. Imò vt inquit Roder. Suarez. alleg. 1. nu. 17.
circa mediū, nullus est ita stultus, qui aliqua verba non
proferat, quæ iudicentur hominis sanæ mentis. ¶ Tertiò
non obstat, quòd dementia Margaritæ non probatur de
tempore emissionis professionis per eam factæ in mo- 24
nasterio de Odinellas, prout † de iure requiritur, d. cap.
sicut teñor. ibi. si tamē eo tempore, de regular. ¶ Siquidem
omissa illa difficultate, an & quando præteritus furor, vel
dementia præsumatur durare. ¶ Respondetur, in casu
nostro constare de dementia Margaritæ tam antequam
post dictam professionem: nam testes deponunt de eius
insania in pluribus & diuersis temporibus, videlicet de
tempore ante ingressum monasterij de Speranza. Item
de tempore, quo ibi per annum in circa permansit. Item
de tempore multorum annorum post dictam professio-
nem. Vnde ex probatione vtriusque dementiæ tam præ-
cedentis, quàm subsequentis dictam professionem † præ- 25
sumitur dementia medio tempore, & sic tempore ipsius
professionis, quia probatis extremis præsumuntur me-
dia, prout in terminis furoris argumentatur Ancharan.
cons. 5. nu. 5. sequitur Ruin. inter cons. Curt. iun. cons. 29a.
num. 26. lib. 3. ¶ Accedit etiam, quòd furiosus & demens
post præsumitur † etiam fuisse furiosus & demens re- 26
tro, & sic etiam tempore actus, vt in terminis firmat A-
lexand. consil. 92. nu. 23. & 24. libro quinto. Motus ea
ratione, quòd ex præsenti præsumitur in præteritum,
quando præsens status potest concurrere cum naturali
veritate status præteriti: sed præsens status furoris potest
concurrere cum naturali veritate ipsius originarij status.
quia potuit nasci demens. Meritò &c. ¶ Et licèt de hac
opin. Alex. possit dubitari ex iis, quæ scribunt Castrens.
& Aret. vterque in p[...]n. in l. qui testamēto §. nec furiosus.
ff. de testam. prout animaduertit Ruin. qui illam non fir-
mat. d. cons. 292. num. 22. vers. sed plus, cum sequent. iun-
cto num. 25. ¶ Nihilominus in casu nostro opin. Alexan.
optime procedit, quia quāuis in illa materia, an & quan-
do ex præsenti præsumatur in præteritum, variè à Do-
ctor. regulæ tradantur, vt per Alciat. reg. 2. præsumpt. 26.
quando

quando tamen vltra statum præsentem concurrit aliqua
27 † coniectura vel præsumptio inferens retro, tunc absque
dubio ex præsenti præsumitur in præteritum, ita Salyc. in
l. ex persona, prope fi. C. de probatio. Alex. cons. 16. nu. 3.
lib. 5. Soc. cons. 89. nu. 19. lib. 1. Alciat. vbi supra, nu. 5. id-
que tempore meo fuit tentum in Rota in pluribus caus-
sis. At in casu nostro vltra præsentem statum dementiæ
concurrit recusatio Monialium monasterij de Speranza,
quæ recusarunt admittere Margaritam ad professionem.
Item concurrit nimia & extraordinaria breuitas tempo-
ris trium dierum ad profitendum in monasterio de Odi-
uellas. Itémque concurrit plena probatio dementiæ ante
ipsam professionem. Meritò &c. ¶ Quartò non obstat,
quòd Margarita erat puella simplex, parum prudens, &
non erat insana, nec stulta in totum, vt deponunt primus
super septimo, nonus super secundo, decimus super ter-
tio, & duodecimus super primo. Vnde intrat communis
conclusio, vt illud, quod dicitur de mentecapto vel fu-
28 rioso, non † procedat in fatuo simplici, substupido & he-
betis ingenij, qui intellectu non caret, licèt integrum ani-
mi vigorem non habeat, vt per Castrens. in l. si frater, in
princip. C. qui testam. facere poss. Fab. in §. præterea. & ibi
Aret. nu. 3. Inst. quibus non est permiss. facere testam. Vi-
gli. in §. item furiosi, nu. 2. Instit. eod. tit. Dec. cons. 112. nu.
2. cons. 448. nu. 21. & 22. Ias. in d. l. furiosum, nu. 2. in 5. li-
limit. & ibi Dec. nu. 8. latè Paris. d. cons. 88. nu. 37. 38. 39. &
29 40. Et, quòd dementia, † quæ impedit contractum ma-
trimonij, debeat esse talis, vt auferat vsum rationis, tra-
dit Socin. cons. 47. nu. 9. lib. 3. per ea quæ scribit Henric.
Boich. d. c. dilectus, nu. 4. Galliau. in l. 1. in princ. nu. 69. ff.
de verbor. obligat. Paris. d. cons. 88. sub num. 40. Ergo talis
quoque debet esse dementia impeditiua professionis re-
ligionis, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale, vt
supra dictum fuit. ¶ Nam pro responsione dicitur, præ-
dictis testibus credendum non esse, cùm non assignent
rationem aliquam dicti sui, cur Margarita erat mulier
30 simplex nec in totum stulta: testes † enim volentes pro-
bare priuationem intellectus in aliquo, debent reddere
rationem dicti sui, aliàs eis non creditur, vt inquit Bald.
in d. l. furiosum, circa medium, versic. est difficile quem
ibi communiter Doctores sequuntur. ¶ Accedit, quod
31 † quando agitur de probanda aliqua qualitate animi,
prout in casu nostro, tunc testes debent testificari per
32 actus exteriores quos viderint: nam exteriora † indicant
secreta animi, glos. in l. is qui. §. Diuus, in verbo sermoni-
bus. & ibi benè Bart. in fin. Bald. & Cuman. ff. de tut. & cu-
rat. dat. ab his. Soc. cons. 42. sub nu. 6. lib. 1. Alex. d. consil.
157. num. 16. circa medium, lib. 7. ¶ Vnde prædicti testes
cùm nullam assignent rationem, nec etiam referant ali-
qua signa vel actus extrinsecos, ex quibus appareat, Mar-
33 garitam fuisse simplicem, & non stultam in totum, † di-
cunt indicare, non autem testificari, vt in terminis post
Bart. tradit Socin. cons. 42. sub nu. 5. lib. 1. Dec. consil. 448.
ante num. 32. Paris. d. consil. 88. num. 59. ¶ Imò prædicti
testes testificantur per quosdam actus exteriores conclu-
dentes ad totalem insaniam, & stultitiam: nam nonus
super septimo, dicit, Margaritam quadam die ingressam
fuisse chorum in camisia, & semel vidisse illam vocife-
rantem tempore silentij, decimus super septimo, inquit,
sæpe vidisse Margaritam existentem in monasterio cum
facie immunda & naribus plenis luto, duodecimus super
secundo, deponit, Margaritam dixisse, quod nesciebat si
iret ad communicandum aut abluendum faciem, aut ad
recitandum primam, & super septimo, quòd Margarita
habebat faciem immundā luto. quódq; ideò ita faciebat,
quia sibi lucebāt nates, & quod ibat ad chorum in cami-
sia. ¶ Quintò & vltimò nō obstat, quòd Margarita non sit
iudicanda demens, nisi clare constet, ipsam fecisse actus,
de quibus supra, tanquam dementem. Nam dicunt Dd.
34 quod non sufficit, testem † deponentem aliquem esse fu-
riosum, dicere, eò quia lapides proiiciebat, nisi diceret
lapides proiecisse more insanorum, quia etiam prudentes
aliquando proiiciunt lapides pro tuitione corporis sui,
vel alia rationabili ex caussa, ita post Bald. in d. §. item fu-
riosi. tradit Alexand. in l. si cùm dotem, §. si maritus, nu. 7.
Ias. in d. l. furiosum. nu. 5. & ibi Dec. nu. 29. circa medium.
Paris. d. cons. 88. nu. 68. ibi. 3. idem Dec. d. cons. 448. nu. 33.
Crot. de testib. part. 7. nu. 97. & est text. in l. ob quæ vitia.
ibi, more insanorum. ff. de ædil. edict. ¶ Siquidem respon-
detur, obiectum procedere in actibus æquiuocis, qui pos-
sunt conuenire tam † personæ sanæ mentis, quàm furio- 35
so & dementi, prout est deiectio lapidum, quæ si fiat cum
caussa, puta pro tuitione corporis, tunc deponat pruden-
tiam, & sanam mentem: si verò fiat sine caussa, tunc ar-
guit insaniam & dementiam. Sed in casu nostro actus
probantes dementiam Margaritæ sunt tales, vt non nisi
dementibus conuenire valeant. Et propterea oportuit,
Margaritam illos fecisse tanquam dementem.

CANTVCCII.

Foroliuien. legati. Die Vener. 26. Iunij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Commissio iudicis facta cum clausula in hac parte, & caussa denotat restrictionem.*
2 *Iudex habens duplicem potestatem, ordinariam & delegatam, potest in vna parte processus vti vna potestate, & in alia potest vti alia.*
3 *Voluntas & intentio agentis colligitur ex modo & forma procedendi.*
4 *Officij nomen oppositum in eadem subscriptione sententiæ censetur caussa demonstrationis personæ.*
5 *Clausula, omni meliori modo, posita sine copula, & in fine sententiæ, nihil operatur.*
6 *Intelligentia sumenda est, quæ rei, de qua agitur, conuenientior est, & per quam actus ipse in tuta validitate collocatur.*

DECISIO CVIII.

VAliditatem sententiæ Præsidis Prouinciæ Roman-
diolæ ad fauorem Hippolytæ latæ, habuerunt Do-
mini pro valde turbida, quia licèt in alia positione huius
caussæ sub die Lunæ, prima Iunij, 1579. dixerunt, senten-
tiam posse sustineri ex capite iurisdictionis ordinariæ,
quia Præses in subscriptione sententiæ non se restrinxit
ad iurisdictionem delegatam, sed vtraque æquè princi-
paliter vsus est, subscribendo se tāquam Præsidem & Iu-
dicem commissarium delegatum, non obstante, quòd in
citatione ad sententiam se restrinxerit ad iurisdictionem
delegatam, dicendo, de mandato Præsidis Prouinciæ Ro-
mādiolæ, & in hac parte & caussa Iudicis delegati a sacra
consulta, &c. Quæ † verba, in hac parte & caussa &c. de- 1
notāt restrictionē, vt per Alciat. de præsumpt. reg. 3. præ-
sumpt. 35. num. 6. vers. secus si dixisset. Et propterea cùm
Præses in vna parte processus, videlicet in citatione ad
sententiam vsus fuerit iurisdictione delegata, in alia verò
parte, scilicet in sententia vsus fuerit etiam ordinaria, in-
trat communis cōclusio Doct. in c. cùm ex officij, de præ-
script. quod † iudex habens duplicem potestatem, ordi- 2
nariam & delegatam, potest in vna parte processus vti
vna potestate, in alia parte potest vti alia potestate, ita In-
noc. ibi num. 3. vers. item posset. Host. colum. penult. circa
medium, vers. posset tamen eligere. Ioan. Andr. colum. 2.
in princ. vers. item posset. Card. ad fin. Imol. num. 11. vers.
item potest. Abb. num. 18. prope fin. vers. item secundum
eum. Felyn. nu. 23. & Paris. nu. 28. ¶ Nihilominus Domi-
ni in vltima positione huius caussæ sub die Veneris, 26.
Iunij, eiusdem anni, dixerunt, quòd cùm præses in pro-
cedendo in hac caussa restrinxerit se ad iurisdictionem
delegatam, vt constat ex citatione ad sententiam, & ex
mandato executiuo, in quibus processit tanquam iudex
delegatus à sacra Cōsulta vigore literarum illius, quæ ta-
men non alterabant, sed excitabant eius iurisdictionem,

cenſeatur etiam eioſdẽ intentionis fuiſſe in ſubſcriptio-
ne ſententiæ, vtendi ſcil. ſolù iuriſdictione delegata, cùm
3 ex qualitate, modo, & forma procedendi colligatur † vo-
luntas & intẽtio agentis, Rom. conſ. 369. nu. 7. Alex. conſ.
55. nu. 8. lib. 5. Aym. ad rub. de leg. 1. nu. 126. & præſuma-
tur apposuiſſe in eadem ſubſcriptione ſententiæ nomen
4 officij, hoc eſt Præſidis, cauſſa † demonſtratione perſonæ,
arg. l. iuriſgentium, §. pactorum. ff. de pact. & in terminis
per Alc. vbi ſupra, nu. 6. verſ. imò præſumitur. & latè Ro-
man. conſ. 343. num. 10. verſ. nunc igitur, & num. ſequent.
5 ¶ Ad clauſulam, † omni meliori modo, poſitã in fine ſen-
tentiæ, Domini reſponderunt, illam non ſuffragari, quia
deficit copula, &c. ¶ Cæterum aliqui ex Dominis ſuſtine-
bant ſententiam ex capite iuriſdictionis ordinariæ, quia
nomen Præſidis poſitum in ſubſcriptione ſententiæ, po-
teſt duplicem habere intelligentiam, vel vt præſumatur
adiectum gratia demonſtrationis perſonæ, vel vt deno-
6 tet iuriſdictionem ordinariam. ¶ Ideò † ea intelligentia
ſumenda eſt, quæ rei, de qua agitur, conuenientior eſt, &
per quam actus ipſe in tuta validitate collocatur, vt in ſi-
mili inquit Rom. d. conſ. 343. n. 10. ad l. quoties ff. de verb.
oblig. l. quoties. ff. de reb. dub. cum ſimil. ¶ Vnde ſtãte iſta
dubietate ſiue turbiditate validitatis ſententiæ, Domini
iudicarunt, bonum eſſe, vt tota poſſeſſio, de qua agitur,
vna cum fructibus ponatur ſub ſequeſtro, vel vt Capita-
neus Bartholomæus deponat realiter ſcuta 600. iuxta
qualitatem legati, vel det ſchedulam bancariam pro ea-
dem ſumma, & ſequeſtrum, vel depoſitũ, aut ſchedulam
poſuerũt in electione ipſius Capitanei Bartholomæi. ¶ Et
inſuper per viam prouiſionis decreuerunt debere nunc
ſubminiſtrari Hippolytæ ſcuta 30. vel de fructibus ſeque-
ſtratis, vel alias de bonis vel pecuniis eiuſdem Capitanei
Bartholomæi, præſtita priùs cautione per eandem Hip-
polytam de illis reſtituendis in euentum ſuccumbentiæ.

CANTVCCII.

Imolenſis iuriſpatronatus. Venetiis, 19. Octobris. 1579.

SVMMARIA.

1 *Iuſpatronatus amittitur per non vſum præſentandi per patronos.*
2 *Libertas, vt præſcribatur, quot requirantur.*
3 *Negligentia non vtentis, ſiue non vſus requiritur in præſcriptione libertatis.*
4 *Bona fides in præſcriptione libertatis exigitur.*
5 *Libertas ſeruitutis habentis cauſſam diſcontinuam præſcribitur ſpatio 20. annorum etiam inter abſentes.*
6 *Bona fides, non vſus, & tempus decem vel viginti annorum in præſcribẽda libertate ſufficiunt, nec requiritur titulus.*
7 *Imò nec etiam ſcientia, & patientia aduerſarij. num. 7.*
8 *Seruitus iuriſpatronatus comparatur magis ſeruituti vrbanæ quàm ruſticæ.*
9 *Negligentia non vtentis, ſiue non vſus non ſufficit in præſcribenda libertate ſeruitutis vrbanæ, ſed requiritur factum directè contrarium ſeruituti.*
10 *Ciuitas ſi habeat iuriſdictionem in caſtrum, illámque per centum annos non exercuerit, non dicitur caſtrum præſcripſiſſe libertatem ſeruitutis iuriſdictionalis, niſi pro libero ſe geſſerit.*
11 *Scientia & patientia aduerſarij vltra bonam fidem, tempus & factum ſeruituti contrarium requiruntur in præſcriptione libertatis ſeruituti vrbanæ.*
12 *Scientia & patientia patronorum, & intentio ordinarij ad acquirendum libertatem aduerſus iuſpatronatus requiritur.*

DECISIO. CIX.

DVbitaui in cauſſa Imolen. iuriſpatronatus, *an ex quo in facto conſtat de pluribus prouiſionibus liberè factis per ordinarium ab anno 1543. vſque ad annum 1575. quo tempore fuit facta prouiſio Apoſtolica Scipioni de Calderinis in forma dignum, poſſit dici, patronos amiſiſſe iuſpatronatus per non vſum tanti temporis, videlicet 32. annorum, & conſequenter ordinarium præſcripſiſſe libertatem ſeruitutis iuriſpatronatus.*
Nam patroni † per non vſum præſentandi amittunt iuſ- 1
patronatus, & Eccleſia contra eos libertatem præſcribit,
vt in terminis tradit Abb. conſ. 106. colum. 2. circa med.
verſic. & prætereà ex quo dictæ capellæ ſteterunt, lib. 2.
refert, & ſequitur Lambert. de iurepatr. lib. 3. 7. q. princip.
art. 8. fol. mihi 31. ſecundum nou. impreſſ. ¶ Hic autem
† concurrunt omnia requiſita ad præſcribendam liberta- 2
tem. ¶ In primis adeſt non vſus iuriſpatronatus, ſiue ne-
gligentia patronorum in præſentando: in † præſcriptione 3
enim libertatis non vſus, ſiue negligentia non vtentis
requiritur. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. l. ſi ſic conſti-
tuta. & l. ſi partẽ. §. ſi per fundũ. ff. quemad. ſeru. amit. Ang.
in l. hæc autem, nu. 3. verſ. & prædicta intellige. & ibi Flo-
rian. nu. 1. verſ. & ratio diuerſitatis. & Paul. de Caſtr. ſub
nu. 3. ff. de ſeru. vrb. præd. Abb. & Lambert. vbi ſupra. ¶ Se-
cundò, adeſt bona fides, † quæ in præſcriptione liberta- 4
tis exigitur, Balb. de præſcript. 3. part. 4. part. princ. q. 3. in
fine. vbi poſt Canoniſt. in c. fi. de præſcript. ita concludit
bene Martin. Laud. in repet. l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut.
¶ Adeſt autem bona fides præſumptiuè, quia in præſcri-
benda libertate communiter tenetur, bonam fidem præ-
ſumi, vt inquit Abb. in c. ſi diligenti, nu. 21. de præſcript.
Et ratio eſt ſecundum eum, quia præſcribens habet fun-
damentum præſumptionis iuris pro ſe: debuit enim cre-
dere rem talem eſſe, qualis naturaliter eſſe debet. ¶ Ter-
tiò, concurrit tempus 32. annorum, licèt ſatis fuiſſet ſpa-
tium 20. nam in præſcriptione libertatis ſeruitutis ha-
bentis cauſſam continuam requiruntur 10. anni inter
præſentes, & 20. inter abſentes. ¶ In † præſcriptione ve- 5
rò libertatis ſeruitutis habentis cauſſam diſcontinuam,
prout videtur eſſe ſeruitus iuriſpatronatus, non requi-
runtur 40. anni inter abſentes, ſed ſufficiunt 20. indiſtin-
ctè tam inter præſentes, quàm inter abſentes. gl. & Doct.
in d. l. ſi ſic conſtituta. & maximè ibi Paul. de Caſtr. ante
nu. 1. Balb. aſſerens hanc eſſe communem d. part. 3. 4. part.
princ. quæſt. 1. nu. 1. circa medium, verſic. aut verò agitur.
Martin. Laud. in dicta l. ſeruitutes, nu. 20. in fin. vbi etiam
de communi. ¶ Et iſta tria non vſus, bona fides, & tempus
10. vel 20. annorum in præſcribẽda † libertate ſufficiunt, 6
nec aliter requiritur titulus, Balb. vbi ſupra, quæſt. 4. in fi.
Lauden. in dict. l. ſeruitutes, num. 21. ¶ Nec etiam requi-
ritur † ſcientia, & patientia aduerſarij, text. eſt. in in dict. 7
l. ſi partem. §. 1. vbi glo. & Doct. Balb. dicta q. 1. nu. 1. & 2.
Lauden. d. l. ſeruitutes, nu. 24. vbi de communi. bene Di-
dac. in reg. poſſeſſ. ſecunda parte, in initio, nu. 8. verſ. ſen-
tentia communis, vbi duplicem huius rei rationem red-
dit: vnam, quod res ad priſtinum ſtatum reuertitur: al-
teram fauore libertatis, quæ in caſu noſtro eſt fauorabi-
lis duplici fauore, vno ratione ſui, altero ratione adiun-
cti, hoc eſt, Eccleſiæ. ¶ Vnde ſtãtibus præmiſſis, 16. Octo-
bris. 1579. propoſui dubium cum quibuſdam præſuppo-
ſitis, *an conſtet de tali præſcriptione libertatis ad fauorem capellæ, de qua agitur, vt fuerit ſublatum iuſpatronatus in caſu, & ad effectum, de quo agitur?* ¶ Super quo dubio Do-
mini dixerunt, non conſtare de præſcriptione liberta-
tis, & conſequenter non eſſe ſublatum iuſpatronatus.
¶ Conſiderarunt enim † ſeruitutem iuriſpatronatus ma- 8
gis comparari ſeruituti vrbanæ quàm ruſticæ. Nam in
præſcribenda libertate † ſeruitutis vrbanæ non ſufficit 9
non vſus, ſiue negligentia non vtentis, ſed requiritur fa-
ctum directè contrarium ſeruituti, l. hæc autem. & ibi
omnes. ff. de ſeru. vrbã. præd. Coraſ. in l. ſeruitutes, *la quarta*, nu. 41. verſ. requiritur ſecundo. ff. de ſeruit. Et ex d. l.
hæc autem, inferunt Doctor. in argumentum, quòd ſi
ciuitas † habet iuriſdictionem in caſtrum, illamque per 10
centum annos non exercuerit, caſtrum non dicitur præ-
ſcrip

scripsisse libertatem seruitutis iurisdictionalis, nisi pro libero se gesserit, & sic sceerit actum directè contrarium seruituti, ita Bald. in d. l. hæc autem. vers. vnde est. Angel. nu. 2. Fulgos. ad fin. Flerian. nu. 3. Paul. de Castr. nu. 4. vers. propter quod patet. ¶ Ita in proposito ordinarius non dicitur præscribere libertatem aduersus seruitutem iurispatronatus per simplicem non vsum præsentãdi, vel per solam negligentiam patronorum in præsentandu, sed requiritur factum eiusdem ordinarij directè contrarium seruituti iurispatronatus, hoc est, libera collatio. ¶ Vnde stante, quod seruitus iurispatronatus potiùs est similis seruituti vrbanæ quàm rusticæ, sequitur, quòd in casu nostro non eõeurrant omnia requisita ad præscribẽdam
11 libertatem. ¶ Quoniam † in præscriptione libertatis seruitutis vrbanæ vltra bonam fidem, tempus 10. vel 20. annorum, & factum ipsi seruituti directè contrarium, requiruntur etiam duo alia, nempe, scientia & patiẽtia aduersarij, text. est. in l. & si fortè. §. sciendũ, in fin. & ibi Pau. de Castr. nu. 4. ff. si seruit. vindic. Ang. in d. l. hæc autẽ, nu. 3. post med. vers. requiritur etiam ad acquirendum. & nu. 4. vers. quarto & vlt. & ibi Paul. de Castr. nu. 3. Coras. d. l. seruitutes, num. 41. in fin. ¶ Præterea requiritur etiam & aliud, vt ille, qui facit actum seruituti contrarium, faciat iure libertatis, non autem ex gratia vel necessitate, & sic requiritur intentio præscribentis ordinata ad acquisitionem libertatis, ita vt exeludatur gratia, & necessitas, ita trad. Ang. in d. l. hæc autem num. 3. ad fin. vers. requiritur etiam & num. 4. versic. tertio intento ordinata. & allegat. notata per Innoc. in c. bonæ. el 2. sub nu. 1. versic. quæritur cum lex dicat, de postulat. prælar. & hoc idem firmat Coras. in d. l. seruitutes, nu. 41. versic. tertio desideratur. ¶ Sed in casu nostro non constat de scientia & patientia patro-
12 oorum, neque etiam de intentione † ordinatij ordinata ad acquirendam libertatem, aduersus iuspatronatus, ita vt eollariones quas fecit, iure libertatis, & animo illam acquirendi fecerit. Et ad id fuit allegata decis. Ægid. 107. & 212. & Put. decis. 6. de iure pat. & placuit etiam auctoritas Rip. in c. cùm Eeclesia Sutrina, num. 64. vers. & ideò Episcopus, de eaus. poss. & propriè. ¶ Non obstant superiùs in eontrarium allegata, quòd scilieet noo requiratur scientia & patientia aduersarij, & quod sufficiat nõ vsus, siue negligentia non vtentis. Quia procedunt in præscribenda libertate seruitutis rusticæ.

CANTVCCII.

Roman. pallatij. Veneris, 23. Octobris. 1579.

SVMMARIA.

1 *Hæres potest venire contra factum defuncti nullum & inualidum.*

2 *Vendens potest venire contra factum suum, quando venditio non valeret fauore alterius, quam vendentis. & nu. 7.*

Item alios casus, quibus quis potest venire contra factum suum, vide nu. 7. cum seq.

3 *Alienatio facta contra expressam prohibitionem defuncti dicitur nulla ipso iure & ab initio.*

4 *Hæres potest venire contra factum defuncti alienantis rem prohibitam alienari.*

5 *Hæres & defunctus reputantur vna & eadem persona.*

6 *Venire nemo potest contra factum proprium in contractibus nominatis, in quibus non habet locum pœnitentia.*

Limita tamen aliquibus casibus. vt. nu. 7. 8. 9. 10. & 11.

12 *Conseruatio familiæ respicit fauorem publicum.*

13 *Factum proprium quando est à iure prohibitum propter publicam vtilitatem, siue principaliter, siue secundario, potest illi contrauenire. cum nu. 14. 15. 16. 17. & seq.*

17 *Bart. in l. si quis pro eo, num. 8. ff. de fideiuss. quo casu loquatur.*

18 *Iuramentum firmat actum nullum fauore publico secundario. ex commum.*

Limita non habere locum in præiudicium tertij. num. 19.

20 *Maritus potest venire contra alienationem dotis per ipsum factam non obstante iuramento de non contraueniendo.*

21 *Iuramentum non ligat in præiudicium tertij.*

22 *Filius hæres alienantis rem relictam familiæ, & alienari prohibitam non admittitur contra alienationem, sed filij exhæredati.*

Intellige tamen, vt nu. seq. vsque ad fin.

23 *Dispositio §. cum pater. in l. filiusfamilias de lega. 2 quomodo intelligatur, & quo casu procedat, cum diuersis Doct. opinionibus relatis & conciliatis. cum num. seq. vsque ad fin.*

25 *Dominium non transfertur in re legata prohibita alienari, nec quoad domini translationem alienatio dicitur ipso iure valida.*

26 *Testator potest legare etiam rem subiectam fideicommisso, & restituendam ipsi hæredi.*

27 *Legatum rei fideicommisso subiectæ, & legatum rei alienari prohibitæ differunt.*

28 *Alienatio rei prohibitæ alienari facto per viam legati, non est simpliciter nulla, sed valet, quoad æstimationem ipsius rei.*

Fallit in alienatione facta per viam contractus. num. 29.

32 *Fideicommissarius si efficiatur hæres alienantis, an possit ipsam alienationem reuocare, vbi de intellectu multorum iurium. & nu. seq.*

33 *Fideicommissum conditionale siue res subiecta restitutioni post mortem grauati, & expressa prohibitio alienationis differunt. & quare nu. seq.*

34 *Alienatio rei alienari prohibitæ est nulla ab initio, & ipso iure: alienatio verò rei subiectæ fideicommisso conditionali facta pendente conditione resoluitur purificata ipsa conditione. ex commum.*

DEISIO CX.

GAspar de Garzonibus de anno 1523. suum condidit testamentum, in quo Quirinum eius filium suum vniuersalem hæredem instituit, eique expresse prohibuit alienationem palatij, de quo agitur, quia volebat semper illud remanere apud familiam suam. Deinde Quirinus de anno 1539. vendidit palatium istud bon. mem. Petro Vortio. Demum Gaspar de Garzonibus iunior & filius & hæres Quirini tanquam fideicommissarius egit contra hæredes Petri Vortij pro recuperatione huius palatij impugnando venditionem per patrem factam contra expressam prohibitionem, & formam testamenti Gasparis senioris Hæredes Petri Voatij prætendunt Gasparem iuniorem non posse contra hãc alienationem venire, cùm ipse sit hæres Quirini alienantis, nee in actis cõstet eum esse hæredem eum beneficio legis & inuentarij, & sic obiiciunt de reg. l. cùm à matre, C. de rei vind. & in specie de dispositiune tex. in l. filiusfamilias. §. eum pater. de leg. 2. loquẽtis in propriis terminis rei extra familiam alienari prohibitæ ¶ Vnde die Ven. 23. Octobr. 1579. cum presupposito, quod Gaspar iunior sit hæres Quirini, & quod sine veri præiudicio non constet, eum esse hæredem eum beneficio legis & inuentarij, dubitatu, an in easu & ad effectum, de quo agitur, obstet eidem Gaspari regula dictæ l. cum à matre. & dispositio d. cũ pater. ¶ Quoad primam difficultatem de regula d. l. eùm à matre. Domini tenuerunt, eam nõ obstare. Et omissis aliis limitationibus, amplexi sunt illam, quod † d. regula nõ habet locum, quan- 1
do factum defuncti est nullum & inualiduni, tunc enim hæres potest contra illud venire, ita Socin. eonsil. 79. nu. 47. lib. 4. Grat. consil. 91. num. 24. in fin. & num. 25. & 26. lib. 1. Soc. iun. consil. 77. num. 134. versic. respondetur in primis, lib. 1. Curt. iun. cons. 155. num. 10. in fio. Paris. consil. 33. nu. 96. lib. 3. Grammat. decis. 93. nu. 8. Aret cons. 123. ad fin. Aym. consil. 200. nu. 7. versic. amplius si pater. Afflict. decis. 240. num. 8. & in eap. si Tirius, num. 15. & 16. si

de feud.fuer.contr. Gabr.lib.6.de reg.iur. conclus.11.nu.
31.& 32.Dec.pedemont.180.in princ. Pinel.in l.1. par.3.
nu.83.in 10.limit.& nu.99.in fin.vbi de communi.& be-
ne Speeul.à nemine citatus de empt.& vēd.§.5.sub nu.9.
¶Et hæc conclusio comprobatur ex his, quæ scribit A-
2 lex.cons.109. num.4.& 7.lib.4.vbi vult, †regulam l.vio-
dicantem.ff.de euictio.non habere locum, vbi cōtractus
venditionis non valeret fauore alterius quàm vēdentis,
quia tune quamuis vendēs teneatur de euictione,tamen
potest venire contra contractum suum,per tex.in l.si ti-
bi.C.de euict.sequuntur Rip. in l.qui Romæ.§. duo fra-
tres,nu.43.vers.habetis etiam. ff.de verb.obl. Dec. cons.
185.nu.7.& cons.445.nu.29.ante medium, vers.& etiam
ipse Rub.Alexand. consil. 84.nu.7.in fine. Andr. ab Exe.
3 de pact.num.229. Sed † alienatio in casu,de quo agitur,
fuit nulla ipso iure, & ab initio propter expressam pro-
hibitionem testatoris de non alienando, vt communiter
Doct.tradūt in l.filiusfamilias.§.diui,de leg.1. Et fuit re-
solutum in hac caussa 8. Martij, 1577. Et alienatio fuit
nulla fauore alterius quàm alienantis, nempe fauore fa-
miliæ de Garzonibus, & per consequens fauore ipsius
4 Gasparis,qui est eiusdem familiæ. Merito &c.¶ Et † in
specie rei prohibitæ alienari, quòd hæres possit venire
contra factum defuncti alienare prohibiti, tenet Gram-
mat.d.decis.93.Grat.d. cons.91. & bene Bero. cons. 129.
nu.17.& 18.lib. 2. Et fuit dictum in illa Roman. vinca-
rum, coram R. D. meo Decano. ¶Non obstat, quod
exemplo dicitur,quòd quamuis à Doct.plures reddantur
rationes ad reg. d. l. cùm à matre.de quibus per Paul. de
Castr.ibi,n.2.& 3.& per Ioan.Nicol.in l.generaliter, nu.
120.in fi.cum duob.seq. C. de secund.nupt.nihilominus
verior & receptior ratio videtur esse illa, quòd ideò hæ-
res non potest veoire contra factum defuncti, quia hæ-
5 res † & defunctus reputārur vna & eadem persona, iux-
ta princ.in auth.de iureiuran. à mor. præstit. Et hanc ra-
tionem not.glos. & Doct.in d.l cùm a matre. & maximè
Paul. de Castr. num. 3. vbi bene deducit, alias rationes
non semper habere locum sicut ista, idem Paul.de Cast.
cons.197.nu.2.vers.nam ratio,lib.2.Fulgos.consil.67.nu.
2.circa medium,vers.sola igitur.vbi inquit rationem re-
gul.d.l.cùm à matre.hanc solam esse. Bertrand. cons. 18.
nu.7.lib.1.part.1.Goffred.cons.1.nu.168.Ioan. Nicol. in
d.l.generaliter,nu.122.Gabriel.lib.6.de reg.iur. conclus.
11.nu.2. latè Roder. Suarez. in l.quoniam in prioribus,
in 7.ampliat.nu.9.in fine, vers.ratio est.& num. sequent.
vbi asserit, hanc rationem ab omnibus approbari, & vl-
terius deducit,non esse sufficiētem rationem illam,quod
quem de euictione tenet actio, &c. Sante hac conclu-
sione sequitur, quòd quemadmodum Quirinus defun-
ctus non posset,si viueret, venditioni palatij per eum fa-
6 ctæ contrauenire, quia † non potest quis venire contra
factum proprium in contractibus nominatis, in quibus
nō est locus pœnitentiæ,Doct,cōmuniter in l.post mor-
tem.ff.de adopt.per l.sicut.C.de actio.& obl. Ita nec etiā
Gaspar hæres Quirini poterit eidem venditioni contra-
uenire, & ita arguunt Doct. in d.l.cū matre.& præsertim
Castrens.nu.3.& alij Doct.supra citati.& bene Nat.cons.
214.nu.2.lib.1.vbi etiam ad id adducit bonum text. in l.si
tertios.§.fin.ff.de aqua plu.arcen. ibi, quod autem is cui
successi,fecit, perinde est, quasi ego ipse fecissem. ¶ Sed
huic obiecto multipliciter potest satisfieri. ¶ In primis,
quòd quando contractus vēditionis non valet fauore al-
7 terius, quàm vendentis tunc, † quamuis vendens tenea-
tur de euictione, potest tamen contra contractum suum
venire,vt per Alex.d.cons.109.nu. 4.& 7.lib. 4. quem se-
quuntur Rip.Dec.Rub.Alexand.And.ab Exe.in locis su-
pra citatis, & venditio palatij in casu nostro fuit nulla
non fauore Quirini venditoris,sed fauore alterius, vide-
licet, familiæ de Garzonibus, & consequenter fauore
Gasparis, qui est eiusdem familiæ. Meritò &c. ¶Secundò

respondetur,quòd potest quis facto proprio contraueni-
re,quando † contrauenit nomine alieno, siue ex persona 8
aliena,ita Bart.in d.l.post mortem,circa medium,vers.3.
casu licitum,est.& ibi Bald.post med.vers. secundo casu,
& Alberic.ibidem, nu.3.versic.nam alieno, & nu.5. post
princ.vers. secundo casu. Et videmus in simili, quod se-
cundùm † aliquorum opinionem maritus vendens fun- 9
dum dotalem potest venire contra factum proprium ex
persona vxoris,glos. Dyn.Angel. Castr.in l.cùm vir.ff. de
vsucap. Riminald.in princ.Inst.quibus alien.lic. vel non.
num.34.Imò,vt inquit Alberic.in d.l.post mortem, nu.3.
post med.vers.nam alieno,indistinctè licèt alieno nomi-
ne contrauenire facto proprio. ¶Tertio respondetur,
quod quis potest venire contra factum proprium, quan-
do † est nullum fauore publico,ita Bart. in d.l. post mor- 10
tem,circa medium, vers.secundo casu.& ibi Bal.nu. 2.&
Fulgos.nu.3.circa medium. Ias.in l.iurisgentium. §.si pa-
ciscat,sub nu.4.ff.de pact.bene Imol.in l.cùm vir,nu.7.ff.
de vsucap.& in cap.cum contingat,nu.19.ante medium,
versic.quia regula est,de iureiurand. Bald. nouel. de dot.
parte 7.priuileg.1.limit.12.nu.15.vers. nec obstat regula.
Riminald.in princ.Instit.quibus alien.lic.vel non.nu.333
& not.Canonist.in cap.nosti, de elect.& in c.diuersis fal-
laciis,de cleric. coniug. Et potest † qui venire contra fa- 11
ctum proprium,quando est ipso iure nullum, ita Alexan.
cons.123.nu.6.lib.primo. vel quando non tenet lege im-
pediente, idem Alexand.in l.si donatione. nu. 10. in fine.
& ibi Ias.nu.7.versic.istam limitationem.C.de collat. At
in casu nostro vēditio palatij fuit ipso iure nulla propter
expressam prohibitiooem alienationis. Doct.communi-
ter in d.§.diui. Et fuit in hac caussa resolutum,prout su-
pra diximus, & fuit nulla fauore publico, quia prohibi-
tio alienationis fuit facta caussa conseruandi familiam de
Garzonibus:conseruatio † autem familiæ respicit fauo- 12
rem publicum,l.1.§.denuntiare.vers.publicè.ff.de ventre
inspic.l.super statu.Cod.de quæstio. Brun. super stat fœ-
min.exclud.artic.3.sub num.7.Georg. Natt. in cap.quam
uis,nu.91.post med.vers.secundo hoc confirmo, de pact.
lib.6.Couar.variar.resolut.lib.3. cap.5.num. 5. circa me-
dium, versic. quod vero diximus. ¶Non obstat, quòd
exemplo replicatur, † quòd tunc potest quis venire coo- 13
tra factum proprium, quando est nullum fauore publico
principaliter,non secundario,vt in terminis declarat Me-
noch.cons.89.nu.85.lib.1. Bene post Bart. in l.si quis pro
eo,nu.8.ff.de fideiuss.quem sequuntur communiter Do-
ctor.tam ibi, quam in cap.cum contingat, de iureiur. vbi
Imol.nu.35. & Ale. nu.75.fatētur hanc esse communem.
& idē etiam fatetur Corn. io auth.sacramenta puberum,
nu.29.C.si aduers.vendit.tradit Couar.in d.c.quamuis.in
2.part.§. 1. num. 1. cum seq. Quod etiam videtur ex eo
colligitur,quod Bart.in d.l.post mortem.Alexan.& Ias.in
d.l. si donatione. Imol.in d.l.si vir. & in d.c. cum contin-
gat. Alex.d.cons.123.nu.6.lib.1. moouentur præcipuè ex l.
quemadmodum.C.de agric.& censit.lib.11.qui tex.con-
tinet fauorem publicum principaliter,prout ad id allega-
tur per Bart.in d.l.si quis pro eo.no.8.& per alios eum se-
quentes. & latè deducit Couar.d.§.1.nu.2. ¶Non obstat
inquam hæc replicatio. Quia potest tolli vel ex eo, quòd
conseruatio familiæ concernit fauorem publicum prin-
cipaliter, prout aliqui ex Dominis sentiebant,vel ex eo,
quod sufficit fauor publicus secundario ad hoc, vt quis
valeat contrauenire facto proprio nullo fauore publico.
Quod quidem deducitur, tum quia Bart.Bald.& Fulgos.
in d.l.post mortem.Ias.in d.§.si paciscatur.sub nu.4.Imol.
& Bald.nouel.in locis,de quibus supra,loquūtur, simpli-
citer de fauore publico, nec aliter requirunt illum prin-
cipaliter.¶Tum etiam quia Bart.in d.l.post mortem.vers.
secundo casu.vltra l. quemadmodum. allegat etiam not.
in §.primo.Inst.quib.alien.lic.vel non. vbi agitur de alie-
natione fundi dotalis, quæ est nulla fauore publico se-
cundario,

cundario, prout mox dicemus, Et sic Bar. in d. l. post mor-
tem, noluit constituere differentiam inter fauorem pu-
blicum principalem & secundarium. Si enim voluisset,
vtique expressisset, sicut fecit. in d. l. si quis pro eo, nu. 8.
¶ Quod autem quis possit facto proprio contrauenire,
quando est nullũ fauore publico secundario, patet exem-
14 plo alienationis † fundi dotalis: si enim maritus vendat
fundum dotalem, potest illum vindicare & facto proprio
contrauenire, glos. in l. vnica, §. & cum lex, in verbo, alie-
nare, quem ibi sequuntur Cyn. Bald. Salyc. & alij, C. de re.
vxor. actio. glo. in princ. in verbo, interdicta, quam ibi se-
quuntur Ioan. de Plat. nu. 5. Aret. nu. 7. & Riminald. num.
332. Instit. quib. alien. lic. vel non. Bart. in l. cùm vir, nu. 13
& latè Imol. nu. 7. Idem Imol. in cap. cùm cõtingat. nu. 11.
Bald. Nouel. de dot. part. 7. priuil. 1. nu. 15. Bapt. de S. Bla-
sio. in tract. de priuileg. dot. centur. 3. nu. 74. Alber. in d. l.
post mortem, nu. 6. in fin. Alexand. consil. 109. num. 2. &
3. lib. 4. Et hanc esse commun. opin. fatentur. Imol. Aret.
Bald. Nouel. Alexan. & Rimin. in prædictis locis. Et præ-
cipua ratio Doct. maximè Alberic. Imol. Bald. Nouel. &
Rimin. vbi supra est, quòd, quando factum proprium † est
15 à iure prohibitum propter publicam vtilitatem, tunc po-
test illi contraueniri, & alienatio dotis est interdicta
propter publicam vtilitatem, l. 1. ff. solut. matrim. iuncta
16 l. lex Iulia, ff. de fund. dotal. Et tamen publica vtilitas † in
prohibitione alienationis dotis non consideratur princi-
paliter, sed secundario. Bart. in l. 1. nu. 25. vers. tertia est, ff.
solut. matrim. quem ibi Doct. communiter approbant, vt
testantur Claud. nu. 37. in fine. & Paris. nu. 210. prope fin.
idem Bart. in d. l. si quis pro eo, num. 9. cum quo cæteri
transeunt tam ibi, quàm in d. c. cùm contingat, prout de
cõmuni post alios testatur Couar. in d. cap. quamuis, par-
te 2. §. 1. nu. 5. ¶ Quemadmodũ igitur maritus potest do-
tem per eum alienatã vindicare, & sic facto proprio con-
trauenire ea ratione, quia alienatio dotis est nulla, siue à
lege prohibita fauore publico, qui tamen non est princi-
palis, sed secundarius: ita etiam res prohibita alienari pro
conseruatione familiæ, & sic fauore publico, si alienetur,
poterit repeti, & sic facto proprio contraueniri, etiam si
fauor publicus conseruandi familiam non sit principa-
lis, sed secundarius. ¶ Non obstat. Barto. in d. l. si quis pro
17 eo, nu. 8. Quia loquitur † in diuersis terminis: vult enim
ad hoc, vt actus à lege prohibitus, siue nullus fauore pu-
blico non possit iuramento firmari, vt fauor publicus sit
principalis: at secus est, quando agitur de contrauenien-
do facto proprio nullo fauore publico, quia tunc sufficit
etiam fauor publicus secundarius. ¶ Prætereanon obstat,
quòd venditio Palatij facta per Quiritum, ex quo fuit
nulla fauore publico secundario, poterit eius iuramento
18 firmari. Communis est enim conclusio, quòd † iuramen-
tum firmat actum nullum fauore publico secundario.
Bart. in d. l. si quis pro eo, num. 9. quem Dd. communiter
approbant, vt per Couar. post alios d. §. 1. num. 5. ¶ Siqui-
dem pro responsione dicitur, iuramẽtum in casu isto non
potuisse operari hanc firmitatem in præiudicium Gaspa-
ris fideicommissarij, cùm † iuramentum non liget neo
19 operetur in præiudicium tertij, d. c. cùm contingat, in fin.
& d. c. quamuis, pariter in fine. ¶ Nec enim iuramentum
vnius alteri nocere potest, l. 3. §. pen. ff. de iureiuran. Tiraq.
post alios in l. si vnquam, in præfat. nu. 92. post med. C. de
reuocan. donat. & latè Rimin. in d. princ. nu. 338. ¶ Et facit
20 simile alienationis dotis factæ per maritum, cõtra † quam
ipse venire potest, non obstante eius iuramento de non
contrauueniendo, quia talis alienatio non est prohibita in
sui fauorem, sed tertij, id est, mulieris, ne remaneat indo-
21 tata, l. 1. ff. solut. matrim. Et ideò † tale iuramentum non
ligat in præiudiciũ tertij, d. c. cùm contingat, in fin. à con-
trario sensu. Et ita in specie firmat. Imol. in d. l. cũ vir, nu.
7. in fin. vers. & intellige, & in d. c. cùm contingat, nu. 19.
post med. vers. & intellige prædicta. Bald. Nouell. de dot.
part. 7. priuileg. 1. num. 15. post princip. vers. quod etiam
Aret. in princ. Instit. quibus alien. lic. vel non. sub num. 7.
& ibi Riminal. num. 338. Et hæc quantùm ad primam
difficultatem. ¶ Quoad secundam, orientem ex disposi-
tione d. §. cùm pater, vbi videtur probari, quòd † in rebus 22
familiæ relictis, alienarique prohibitis filius hæres alie-
nautia non admittitur contra alienationem, sed filij ex-
hæredati: Domini ad euadendam hanc difficultatem,
multipliciter illum text. intelligebant. ¶ Et in primis † ali- 23
qui putabant, ibi non agi de expressa prohibitione alie-
nationis, sed de simplici fideicommisso, qui intellectus
suaderi videtur ex eo, quod ibi simpliciter dicitur, fidei-
commisisset, ne fundum alienaret, & vt in familia relin-
queret, quorum verborum sensus videtur esse, quod te-
stator petiisset à filio suo hærede, vt curaret, ne fundus è
familia exiret, iuxta text. in l. is qui cõplures, de leg. 3. nec
in d. §. cùm pater, adest verbum aliquod probibitiuum,
prout in §. diui, immediatè præcedenti. ibi, qui testamen-
to vetant aliquid alienari. Et quod d. §. cùm pater. loqua-
tur in re subiecta restitutioni, non in re probibita aliena-
ri tenet Couar. in cap. filius, nu. 3. vers. idem erit si testator
legauerit, iuncto seq. vers. sed si illa esset prohibita, extra,
de testam. ¶ Præterea & secundò, quando etiam d. §. cum
pater, loqueretur de expressa alienationis prohibitione,
tamen † eius dispositio procedit, prout alij Domini in- 24
telligebant, quando alienatio est facta per viam legati. Et
ita intelligit Ruin. consil. 112. sub num. 13. & 14. lib. 4. vbi
bene deducit, quòd † quando legatur res prohibita alie- 25
nari, quamuis dominium non transferatur, dict. §. diui, &
quoad dominij translationem non dicatur alienatio ipso
iure valida, iuxta not. in l. cùm pater, §. libertis, de lega. 2.
tamen legatum valet, & tenet, non quoad rem ipsam, sed
quoad eius æstimationem. Et comprobat exemplo legati
rei minoris, vel rei dotalis, vel rei Ecclesiasticæ, quæ rerũ
genera sunt prohibita alienari, & tamen possunt legari,
& valet earum rerum legatum, nõ quantùm ad ipsas res,
sed quantùm ad earum æstimationem, iuxta tradita per
omnes, in l. apud Iulianum, §. constat, ff. de legat. 1. & latè
post alios firmat Couar. in d. cap. filius, num. 5. circa med.
vers. præterea legatum vsque ad nu. 6. Et † sicut testator 26
potest legare rem hæredis, l. vnum ex familia. §. si rem. ita
etiam potest legare rem subiectam fideicommisso, & re-
stituẽdam ipsi hęredi, tex. est in l. cùm pater, §. cùm pater,
& ibi Bart. Bald. & Imol. de leg. 2. Alexand. cons. 9. nu. 16.
ad finem, lib. 1. Ias. in authen. res quæ, ante num. 3. limit. 8.
C. commun. de leg. bene Bellon. consil. 9. nu. 10. Couar d.
cap. filius, num. 3. versic. idem erit, latissimè Socin. iunior
cons. 67. nu. 5. cum pluribus sequent. lib. 4. In eo † tamen 27
differunt legatum rei fideicommisso subiectæ, & lega-
tum rei alienari prohibitæ, quod illud valet, quoad rem
ipsam, hoc vero, quoad æstimationem, quia res alienari
non potest, & propterea æquiparatur legato rei dotalis,
rei minoris, & rei Ecclesiæ. ¶ Cùm igitur † alienatio rei 28
prohibitæ alienari facta per viam legati non sit simplici-
ter nulla, sed valeat, quoad æstimationem ipsius rei, ideò
non mirum, si hæres hoc casu non potest impugnare fa-
ctum defuncti, vt bene declarat Ruin. d. cons. 112. nu. 14.
vers. quia ergo. & ita etiam declarat Andr. ab Exe. de pact.
num. 229. post princip. versic. & hæc sublimitatio. vbi
limitationem illam, quòd quando contractus est nullus,
hæres potest venire contra factum defuncti, sublimitat,
eam procedere respectu alienationis factæ inter viuos,
non respectu alienationis factæ in testamento. Vnde
cùm in casu nostro alienatio rei prohibitæ alienari non
sit facta in testamento, sed inter viuos per viam vendi-
tionis. Et sic † alienatio sit simpliciter, & ipso iure nul- 29
la Doct. in dict. §. diui, & fuit resolutum in hac caussa. 8.
Martij, 1577. vtique cessat dispositio dict. §. cùm pater.
¶ Non obstant duo exemplo deducta contra intellectum
Ruini, quorum alterum est, quòd dictus §. cum pater,

loquitur etiam in alienatione inter viuos; ponderando
illa verba, quòd euenit, & si viuus filius emancipasset, &
postea fundum alienasset. Quod verbum, alienasset, com-
prehendit vtramq; alienationem tam inter viuos, quàm
inter vltimas voluntates, l. alienationis verbū, ff. de ver-
borum signif. præsertim, quia text. dicit, & si viuus, & sic
loquitur de alienatione facta in vita. ¶ Alterum est, quod
si verum esset, quod legatum, de quo in d. §. cùm pater,
valeret quoad æstimationem, fideicommissarius posset
petere fideicommissum, & solùm teneretur præstare æsti-
mationem legatario, & tamen in text. negatur, fideicom-
30 missarium posse petere fideicommissum. ¶ Nam, † quoad
primum pro responsione dicitur, negando, d. §. cùm pa-
ter, loqui de alienatione inter viuos, quia imò loquitur
semper de alienatione facta per viam legati, & illud ver-
bum, alienasset, debet intelligi per viam legati, quia cùm
in præcedentibus, & subsequentibus semper agatur de
alienatione per viam legati, illud verbum, viuus, intelli-
gitur respectu verbi, emācipasset, nō respectu verbi, alie-
nasset. Ita ampliatio, de qua in d. vers. quod euenit, non fit
respectu modi alienandi, quia in hoc retinetur idem the-
ma, scilicet, alienatio per viā legati, sed fit respectu qua-
litatis filiorum emancipatorum. ¶ Quantùm ad secun-
dum respondetur, quo duo filij exhæredati possunt pete-
re fideicommissum, prout tibi expressè cauetur: ideò au-
tem tertius filius hæres institutus non potest petere fidei-
commissum, quia illud penes se habet, licèt teneatur sol-
uere eius æstimationem legatario. Et sic text. non abro-
gat, quin fideicommissarius hæres institutus ab hærede
grauato teneatur ad æstimationem rei prohibitæ alienari
extraneo legatæ. ¶ Tertio & vltimo loco aliquibus ex
Dominis placebat intellectus traditus per Roder. Suarez.
in l. quoniā, in prioribus, in 7. ampliat. nu. 5. circa. fin. vers.
31 ratio prædictorum, C. de inof. testam. vt † scilicet ratio, d.
§. cùm pater. consistat in virtute cuiusdam tacitæ cōpen-
sationis: nam eo ipso, quòd testator instituit hæredem
eum, cui tenebatur restituere rem aliquam, quam extra-
neo legat, videtur velle inducere quādam compensatio-
nem, nempe, vt hæres compenset hæreditatem sibi reli-
ctam, cum re sibi debita, & extraneo legata. Et hāc ratio-
nem reddit. I. C. in l. vnum ex familia, §. sed si vno, in fin.
ibi, nam quæ ratio cæteros admittit, eandem tacitam in-
ducit cōpensationem, ff. de leg. 2. Quæ ratio tacitæ com-
pensationis cessat in casu nostro, in quo Quirinus alienās
decessit, intestatus, cùm de aliquo eius testamento non
constet, & sic nullā reliquit Gaspari hæreditatē, cum qua
compenset palatium sibi debitum. ¶ Nec obstat, quod
exemplo dicitur, quòd Quirinus quamuis decessisset in-
testatus, non ideò minùs saltem per viam intestati totum
patrimonium Gaspari reliquit. Quia hęc tacita compen-
satio procedit, quando in testamento instituitur hæres
is, cui testator tenebatur restituere id, quod in alium
alienat. Et ita loquitur, d. §. sed si vno. ¶ Et hæc quoad se-
cundam difficultatem. ¶ Quantùm verò attinet ad au-
ctoritates quamplurimas exemplo allegatas, ex quibus
prætenditur posse colligi veram & communem conclu-
32 sionem, quod † fideicōmissarius, si efficiatur hæres alie-
nantis, non possit ipsam alienationem reuocare, vtique
non loquuntur in terminis expressæ prohibitionis alie-
nationis, in quibus non versamur: sed loquuntur, aut se-
cundū terminos d. §. cum pater, aut in simplici fideicom-
misso, aut paucissimi sunt, qui loquuntur in terminis ex-
pressæ prohibitionis alienationis, & eorum aliquæ mo-
dicæ sunt auctoritatis. Idque deducitur, singulas auctori-
tates discurrendo. ¶ Nam Bart. Bald. Ang. Cuma. Florian.
Imò. Paul. de Castr. in d. l. filiusfamilias, §. cùm pater. Ro-
der. Suar. in l. quoniā in prioribus, in 7. ampliat. nu. 2. post
med. vers. accedat elegans text. C. de inof. testam. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 49. vers. & est optimus text.
Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 81. in 6. ampliat. nu. 92. vers. infertur
tertio, & nu. 99. vers. obstat etiā; C. de bon. mater. loquun-
tur secundum terminos d. §. cum pater, cū illum text. alle-
gent, & ex eo præcipuè moueantur Roman. cons. 18. nu. 3
& 4. Fulg. cons. 67. sub nu. 1. Alex cons. 32. nu. 3. lib. 3. Ruin.
cons. nu. 13. in fin cons. 7. nu. 39. & cons. 42. nu. 12. lib. 1. &
cons. 25. num. 11. lib. 2. Bertran. cons. 18. nu. 7. lib. 5. part. 1.
Soc. iun. cons. 68. nu. 12. & 14. lib. 4. Aym. cons. 131. nu. 6.
ver. & si dicas. Ant. Gabr. lib. 6. de reg. iur. concl. 11. nu. 6.
Crot. cons. 18. nu. 9. & n. 12. cū duob. seq. lib. 1. Porr. Imol.
cons. 40. nu. 7. Rolan. cons. 71. nu. 36. lib. 2. & cons. 34. nu.
71. & seq. lib. 4. omnes † isti Doct. loquuntur in simplici 33
fideicommisso conditionali, siue in re subiectæ restitu-
tioni post mortem grauati, non autem loquuntur in ex-
pressa prohibitione alienationis. Et diuersitatis ratio est
in promptu: nam † alienatio rei, alienari prohibitæ, est 34
nulla ab initio & ipso iure, vt supra diximus. Alienatio
verò rei subiectæ fideicōmisso conditionali facta pēden-
te conditione, resoluitur, purificata ipsa conditione. l. fin.
§. sin autem sub cōditione, C. commu. de leg. Et propter-
ea ante eius purificationē valet, & tenet alienatio, vt be-
ne deducit Crot. d. cons. 18. nu. 12. & 13. ¶ Quantùm verò
ad Albam. cons. 73. num. 1. & 3. ipse loquitur in alienatio-
ne facta in testamento per viam Legati. & ita etiam lo-
quitur Menoch. cons. 89. vt apparet in princ. cons. & nu.
79. versic. diuersum est. ¶ Solùm igitur in terminis pro-
hibitionis alienationis loquitur Crot. d. §. diui. num. 146.
vers. primus casus est, quem referunt & sequuntur Fer-
dinand Loaz. ibidem. nu. 191. prope finem, vers. quod ta-
men est verum. Paris. cons. 48. nu. 3. lib. 3. Socin. iuo. cons.
107. nu. 58. lib. 3. & hoc idem voluit Pier. Ant. Anguissel.
cons. 63. nu. 7. versic. quo vero ad hæredem, cum aliis se-
quen. lib. 6. ¶ Sed Crotus stante communi conclusio-
ne, quod alienatio rei prohibitæ alienari ab initio, & ipso
iure est nulla, loquitur contra limitationem superius fir-
matam, quod hæres potest venire contra factum defun-
cti, quando est nullum & inualidum, præsertim fauore
publicò, vt in casu nostro. ¶ Quantùm ad auctoritatem
Anguiss. non est habenda in consideratione, & loquitur
contra communes conclusiones, prout modo diximus.

CANTVCCII.

Tusculen. Vineæ. Lunæ. 29. Octobris. 1579.

SVMMARIA.

1 *Falsitas non committitur sine aliqua caussa.*
2 *Falsitatem committens circa acta caussæ perdit caussam: secus si circa testes & instrumenta. ex commun.*
3 *Falsitas etiam potentia nociua est punibilis.*

DECISIO CXI.

DOmini dixerunt, ex schedula, de qua agitur, non
constare de tali suspicione falsitatis, vt Tullia. ex
parte cuius fuit producta, posse dici fouere malā caussam,
eique perpetuum silentium sit imponendum. ¶ Moti sunt
autem, tunc quia † falsitas non committitur sine aliqua 1
caussa. Aym. consil. 75. num. 13. post Cornel. consil. 157.
ante num. 7. lib. 4. Roland. consil. 38. num. 39. lib. 1. ¶ Hic
autem nulla alia potest considerari caussa, propter quam
falsitas, de qua agitur, potuerit committi, nisi vt exclu-
deretur probatio solutionis & satisfactionis mutui factæ
in tritico, oleo, & vino in illis duobus annis 61. & 62. quæ
caussa cessat in casu isto, quia nulla prorsus fuit facta pro-
batio percutiens annum 61. & 62. ¶ Tum quia facta fuit
mutatio & alteratio dictæ schedulæ etiam in data dici,
quod non potuit fieri caussa excludendi prædictam pro-
bationem. ¶ Tum etiam & tertio, quia licèt committens
falsitatem circa acta caussæ perdat caussam, secus † tamen 2
est in committente falsitatem circa testes & instrumenta,
prout in casu isto: tunc enim nulla incurritur caussæ
amissio. nat. in l. in fraude, §. quoties. ff. de iure fisci, Imo. in
c. cum venerabilis, nu. 22. vers. nota etiā. Abb. nu. 30. vers.
quod dicimus. Felyn. nu. 19. Dec. nu. 21. Paris. nu. 13. cum
seq.

ſeq.de except.Boer.dec.291.nu.3.Iaſ.in l.Diuus, nu.16.ff.
de re iudic.Clar.in pract.crim. §.falſum, verſ.itẽ propter.
Couar.in c.quamuis, part.1.§.7. nu.6.verſ. item punitur.
Et hanc eſſe communem opio.teſtaotur.Decis.Parif.Co-
uar.& Clar. vbi ſupra. ¶Nec obſtat, quòd falſitas dictæ
ſchedulæ debet puniri, ex quò in potẽtia eſt nociua, quia
poſſet probari ſolutio & ſatisfactio mutui facta de illis
duobus annis 61. & 62. Et † falſitas nedum actu, ſed
3 etiam potentia nociua eſt punibilis. Bald.in l. ſi falſos, in
vltimis verbis, C.de fal.Soci.conſil.60.in fin. lib.4.Corn.
conſil.149.nu.6.lib.3.Gabriel.lib.7. de crimin. concluſ.5.
num.18.& eſt text.clarus.io l.5.§.Prætor ait,ff.de his,qui
deiecer. vel effuder. Quia falſitas ſiue actu, ſiue potentia
nocina non eſt punibilis, quoad pœnam amiſſionis cauſ-
ſæ,ſed quoad pœnam ordinariam falſi. Et ita loquuntur
Doct.præallegati.

CANTVCCII.

Bononienſis terrarum.Mercurij,4.Nouemb.1577.

SVMMARIA.

1 *Melioramenta faciens facit fructus ſuos pro rata meliora-mentorum.*

2 *Sententia ſecundùm ius commune intelligitur, & ab eo recipit interpretationem.*

3 *Iudicis mens talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.*

DECISIO CXII.

Domini dixerunt, inhibitionem moderandam eſſe,
quia ex reſolutionibus in hac cauſſa factis conſtat
de bono iure Achillis. ¶Nec obſtat, quòd ſententia Buc-
camatij,quatenus condemnat Viuianos in fructibus per-
ceptis, & mandat cum illis compenſari pro concurrenti
quantitate melioramenta per eoſdem Viuianos facta, ſit
ex eiſdem actis notoriè iniuſta,ex quo ex teſtib.pro parte
ipſorum Viuianorum examinatis de melioramentis in
genere conſtat, & de iure melioramenta non compen-
ſantur cum fructibus, prouentibus, & melioramentis:
1 qui † enim fecit melioramenta,facit fructus ſuos pro ra-
ta melioramentorum,ita io terminis Afflict.decis.87.nu.
6.in fin.& nu.7.& eſt decis. Pur.276.in vna Roman. dno-
rum Gallorum,in fin.lib.3.Siquidem pro reſponſ.Domi-
ni dixerunt, ſententiam Buccamatij intelligendam eſſe
de fructibus perceptis ex re ipſa, non de fructibus proue-
2 nientibus ex melioramentis.Et ſententia † ſecundùm ius
commune intelligitur,& ab eo interpretationem recipit,
l.Herennius,ff.de euict.l.miles,§.decem.ff.de re iudic. A-
lex.coof.36.in 1.dub.lib.5. Veronen.conſ.57.ou.5. Aym.
conſ.74.nu.9.& conſ. 188. nu.8. Et talem fuiſſe mentem
& intentionem ipſius Boccamatij, præſumendum eſt,
quia talis de iure eſſe debebat:mẽs † enim iudicis talis eſ-
3 ſe præſumitur,qualis eſſe debet, vt inquit Bal.in l.1.nu.2.
in fi.C.de neg.geſt.Dec.conſ.43.nu.5. ¶Quo vero ad re-
tentionem terrarum ratione melioramentorum, iſta erit
cognitio iudicis executionis,qui bene nouerit,de iure re-
gulariter concedi retentionem rei propter melioramen-
ta,etiam in genere tantùm probata, niſi præfixus fuerit
terminus pro illorum liquidatione.

CANTVCCII.

Romanenſis Palatij.Ven 6.Nouemb.1579.

SVMMARIA.

1 *Sententia ferenda eſt ſuper tota re hereditaria, non autem pro parte, vbi non conſtat niſi tantùm de vno herede.*

2 *Obligatio ad intereſſe ſuccedit in obligationibus facti.*

3 *Diſpoſitio §. Cornelio Felici, in l. Statius Florus, ff.de iure fiſci, non procedit in re expreſſè alienari prohibita.*

4 *Legitima non poteſt detrahi ex re expreſſè alienari prohibita ſtantibus aliis donis liberis.*

DECISIO CXII.

Domini ex deductis in memorialibus pro parte hæ-
redum Petri Vortij datis, & per me die Veneris, 6.
Nouemb.1579.loco cauſſæ propoſitis, plures collegerũt
difficultates. ¶Prima fuit, *an ſit ferenda ſententia ſuper
toto palatio, vel ſolum ſuper duabus partibus ex nouem tangen-
tibus Iodocum & Ioannem heredes Vortij, de quorum legitimo
mandato in actis conſtat.* ¶Secunda, *an Gaſpar teneatur de
euictione, ex quo eſt heres Quirini venditoris palatij, qui de
euictione promiſit.* ¶Tertia, *an heres Vortij, quibus promiſſa
eſt euictio, poſſint palatium retinere, eiuſque penſiones percipe-
re, quouſque heres Quirini viuit, iuxta l. Statius Florus, §.
Cornelio Felici, ff.de iure fiſci.* ¶Quarta, *an Quirinus alie-
nando palatium dicatur in eo ſuam legitimam ſibi elegiſſe.*
¶Quinta, *an heredibus Vortij ſit danda retentio palatij pro
melioramentis in eo factis.* ¶Quoad primam, Domini
dixerunt, enuntiationem aliorum hæredum Vortij in in-
ſtrumento mãdati factam non nocere Gaſpari, nec con-
ſtare de aliqua illorum nominatione per Illuſtriſsimum
Cardinalem Albanum inquilinum palatij. Et † propter- 1
ea ſententiam ſuper toto palatio ferendam eſſe, niſi ta-
men de iſtis aliis hæredibus in actis aliter conſtaret, quo
caſu ſententia non poſſet ferri, niſi pro partibus Iodo-
cum & Ioannem duntaxat tangentibus. ¶Quoad ſecun-
dam, Domini ſteterunt varij. Aliqui volebant pro parte
Gaſparis melius informari. Aliqui contra eum faciebant
difficultatem ex eo, quòd Quirinus promiſit facere con-
ſentire quemcunque prætendentem habere intereſſe ſu-
per palatio, quæ promiſſio afficit Gaſparẽ tanquam hæ-
redem Quirini. Aliqui verò ſentiebant, non poſſe expedi-
tionem cauſſæ impediri, nec hæredes Vortij poſſe repel- 3
lere Gaſparem exceptione euictionis propter obligatio-
nem Cameralem, nec agere contra Gaſparẽ de euictione
& ad intereſſe, ad quod tenetur etiã ex eo, quòd ipſe tan-
quã hæres Quirini non facit conſentire ſe ipſum haben-
tem intereſſe ſuper palatio, cùm † in obligationibus facti 2
ſuccedat obligatio ad intereſſe. Et ita Domini reſponde-
bant ad prædictã difficultatem. Et hæc omnia ipſi intelli-
gebant cum præſuppoſito, quòd promiſſio de euictione,
conſtitutio hypothecę, & promiſſio de faciendo cõſenti-
re, ſtent æquè principaliter cum venditione palatij, ita vt
non corruant, illa nulla exiſtente. ¶Circa tertiã, Domini
dixerunt, diſpoſitionẽ d.§.Cornelio Felici, hic nõ intrare,
tum quia † loquitur in hærede grauato fideicõmiſſo, & 3
non in fideicõmiſſario, tum quia non procedit in re ex-
preſsè alienari prohibita. Alex.conſ.23.nu. 18. & per tot.
lib. 1. cuius opinio eſt communis, & vſu recepta, vt per
Curt.iun.conſ.120.nu.10.Boſſ.de publicat.bonorum.nu.
34.& 42. ¶Quantùm ad quartã Domini dixerunt, Quiri-
num nõ potuiſſe pro ſua legitima eligere palatium, qood
eſt expreſsè prohibitum alienari, cùm † legitima nõ poſ- 4
ſit ex re expreſsè alienari prohibita ſtantibus aliis boois
liberis detrahi. Paul.de Caſt.conſ.247.nu.4.lib.1.ſequun-
tur communiter Doct.in l.filiusfamilias,§.Diui.ff.de leg.
1.vbi Iaſ.in 2.lectura.nu.30.Rip.nu.29. Crot.nu.15.Ferd.
Loaz.nu.21.in fine,& num.ſequen.Ruin.num.58.Socin.
iun.num.35.verſic. ſecundo limita. Alciat.nu.30. verſic.
certior eſt illa limitatio.Socin. conſil. 75. num. 11. lib 1.
Grammat.decis.93.num.7.Natt.conſil.238.num.5.lib.2.
Et dubium iſtud de legitima fuit aliàs reſolutum 14.No-
uembris,1578.prout etiam reſolutum fuit 27.Maij.1579.
alia bona libera tempore venditionis palatij adfuiſſe.
Quoad quintam, Domini dixerunt non eſſe locum re-
tentioni ratione melioramentorum, quia de illis nec
etiam in genere conſtat.

CANTVCCII.

Regien. hoſpitalis, Veneris, 13.Nouemb.1582.

SVMMARIA.

1 *Hoſpitale laicale, ex quibus ſignis cognoſcatur. & num.3.*

2 *Rector hoſpitalis Eccleſiaſtici, quod datur in titulum beneficij facit fructus ſuos, ſicut de aliis beneficiis.*

4 *Hoſpi*

4 *Hospitales accessorie vnitum Ecclesia debet conferi beneficium.*

5 *Beneficium alteri vnitum non dicitur vacare.*

6 *Principale quod sit, & quod accessorium, ex denominatione cognoscitur.*

7 *Dispositio clem. per literas, de elect. lib. 6. quomodo procedat, & intelligatur.*

Item, quo casu potest euitari, nu. 12.

8 *Hospitale annexum Ecclesia principaliter, non autem accessoriè, non cadit sub literis impetratis ad beneficia, & habet locum clem. per literas, de electio. in 6. & nu. seq.*

Ampliatur etiam si nescitur, quod sit principaliter annexum, an hospitale, an Ecclesia. num. 10.

11. *Statu qui nititur, debet illum probare, si probabiliter negetur per aduersarium.*

13 *Beneficium annexa hospitali sequitur ipsius naturam, & non comprehenditur in literis beneficiorum.*

DECISIO CXIIII.

Domini dixerunt, præsumptionem illam aliàs in vltima resolutione firmatam, quod, scilicet, in dubio
magis præsumendum est hospitale, quàm beneficiũ, non
esse sublatam per Bullam Episcopi Regien. emanatam ad
fauorem Blasij, ad quam Bullã dubium vltimo loco propositum restrictum fuit. Imù Domini dixerunt, bullam
potius arguere statum laicalem, cùm habeat multa signa
1 laicalitatis. ¶In primis † enim habet verbum, committens, quod proprium est hospitalis laicalis, cùm in laicalibus fiat commissio. Genin. in c. fin. num. 20. de elect. lib. 6.
Felyn. in cap. de quarta, num. 13. vers. adde quod Doct. de
præscript. ¶Secundò, habet iuramentum Blasij de alendo, & nutriendo pauperes secundùm debitas facultates
dicti hospitalis: nam distributio reddituum hospitalis in
alimoniam, & nutritionem pauperum non conuenit nisi
2 rectori hospitalis laicalis. ¶Rector † enim hospitalis Ecclesiastici, quod datur in titulum beneficij, facit fructus
suos, sicut de aliis beneficiis, ita per Card. in clem. per literas nu. 2. circa med. vers. quæro de ratione. ibi, vt sunt hospitalia, de elect. lib. 6. Mil. in verbo, hospitalia licet habeant, nu. 5. vers. prædicta intellige. Sarn. in reg. de triennal. q. 7. n. 3. vers. secundus casus, bene Vital. in clem. quia
contingit, nu. 11. 12. & 13. & num. 92. versic. præterea, de
3 relig. domib. ¶Tertiò, habet † iuramentum eiusdem
Blasij de faciendo inuentarium bonorum omnium dicti
hospitalis, quæ inuentarij confectio fit ab eo, cui hospitalis laicalis gubernatio & administratio committitur,
prout expresse cauetur in d. clem. quia contingit, §. vt autem, prope fin. vers. illi etiam. ¶Non obstant in contrarium adducta pro parte Cotradini. Quia (excepto capite
vnionis, cui etiam fuit per Dominos plenè satisfactum,
vt ex mox infra dicentis ostendetur) reliqua visa sunt Dominis leuia, & responsione non indigere. Et in omnium
euentum placuerunt Dominis responsiones deductæ per
D. Coronatum. ¶Quo vero ad caput vnionis enuntiatæ
in bulla Episcopi Regien. prætenditur pro parte Corra-
4 dini, quod dictum hospitale † ex eo, quòd fuit vnitum
Ecclesiæ nuncupatæ, plebi de Bagno, debeat censeri beneficium, vt per Ægid. decis. 387. Rebuff. de nominat. qu.
15. num. 15. ¶Sed domini dixerunt, in casu nostro non
cõstare, quòd dictum hospitale fuerit accessoriè vnitum
Plebi de Bagno, imò constare de vnione æque principaliter. ¶Primò, quia in dicta bulla narratur dicti hospitalis
vacatio, quæ non poterat dari, si hospitale fuisset accesso-
5 riè vnitum plebi de Bagno, cùm † beneficium alteri vnitum non dicatur vacare. Rot. dec. 13. nu. 2. vt lit. pend. in
nou. decis. 24. ad fi. vers. nec obstat. de præben. in nou. decis. 1. vers. idem est, de concess. præben. in antiq. ¶Secundò, quia ex dominatione facta in tam dicta bulla, quàm
in instrumẽto inuentarij colligitur, vnionem fuisse æque
principaliter, prout patet ex verbis bullæ ibi, vacante Ecclesia nuncupata, plebi de Bagno, nec non hospitali canonicè vnitis. Et ex verbis inuẽtarij, ibi, plebs & Ecclesia,
& hospitalis de Bagno canonicè vnita. & pluribus in locis, tam in bulla, quàm in inuentario denominatur æquè
principaliter plebs & hospitale. Vnde si hospitale fuisset
accessoriè vnitum plebi, vtique in bulla, & in inuentario
diceretur, hospitale plebis, quo casu plebs principaliter
denominaretur, vt benè declarat Imol. in d. clem. per literas, versic. respondet gloss. dicens, per denominationem
† posse discerni, quod sit principale, & quod accessorium, 6
quia si dicitur, Ecclesia talis hospitalis, tunc principaliter
hospitale denominatur. ¶Tertiò, quia stante enuntiatiua bullę & inuentarij, quod plebs & hospitale fuerint canonicè vnita, intrant trad. per gio. in d. clem. per literas, in
verbo Ecclesias, in fin. dum inquit, dictam † clemen. ha- 7
bere locum, quando non constat, hospitale esse accessorium Ecclesiæ, sed hospitale & Ecclesia esse annexa ita, vt
neutrum sit principale, per not. in ca. 1. ne sede vacan. &
& glos. sequitur Mill. in verbo, hospitalia licèt habeant,
nu. 5. Imol. in d. clem. per literas, nu. 16. vers. si verò non
apparet dicens, quòd † si non constaret, quòd hospitale 8
esset accessorium Ecclesiæ, sed quod essent principaliter
annexa Ecclesia & hospitale ita: quod neutrum accederet alteri, quod haberet locum dicta clemen. Et quòd
hospitale non caderet sub literis impetratis ad beneficia,
idem tenet ibi Cardi. q. 17. referens, idem voluisse Paul. &
Zenzell. Et benè hoc idem firmat Abb. ibi, sub num. 5.
vbi inquit, † quòd si hospitale & Ecclesia sunt annexa ita, 9
quod neutrum sit principale, tunc habet locum dicta
clemen. Et quòd hospitale non comprehenditur sub literis beneficiorum. Et subdit † idem esse, si nescitur, quod 10
sit principale, quia impetrans debet fundare intentionem suam. Et hoc idem expresse vult ibi Ancharan. sub
nu. 10. prope finem, vbi post Baldum in quodam consilio
per eum relato concludit, quod si dubitatur, vtrum Ecclesia sit annexa hospitali, velècontra, hospitale Ecclesię,
quid tunc habet locum clemen. & concordat cum gloss.
Et subdit impetrantem debere probare statum, quem intentat, cùm sit de substantia suæ impetrationis, tum propter regulam generalem, quia ea, quæ sunt fundamenta
intentionis, debent probari per intentantem, tum † quia, 11
qui nititur statu, debet illum probare, si probabiliter, negetur per aduersarium, per not. in l. qui duos, in fin. ff. de
rebus dub. & hoc idem optimè deducit Vital. in d. clem.
num. 23. & 24. vbi vult, † quod ad hoc, vt non habeat 12
locum illa clemen. necesse est, quòd constet, hospitale esse iure accessionis vnitum Ecclesiæ, & quòd de hoc constet expresse, vel ex annexione, vel ex possessione, & nu.
24. versic. vbi ego, subdit, quod si impetrans est actor,
oportet eum probare, quod hospitale sit annexum, vel
habeatur pro annexo Ecclesiæ, vel alteri beneficio, iure
accessionis: si verò impetrans sit reus, necesse habet
idem probare. Et ratio est, quia ius commune facit pro
actore contra ipsum reum impetrantem, & sic non prodest sibi possessio, nisi qualificata iure accessionis. & Vital. refert & sequitur Rebuff. d. quæst. 15. num. 15. circa
medium, versic. limita quod essent. ¶Non obstat decis. 4.
de testibus, in antiq. Quia facit in contrarium, cum loquatur de Ecclesia annexa hospitali, quo casu † talis Ec- 13
clesia non comprehenditur in literis beneficiorum, vt per
gloss. in dicta clemen. per literas, in verbo, Ecclesias, post
princip. versicul. & aduerte. quem sequuntur ibi Cardin.
quæst. 17. Anchar. numero decimo. Imol. numero 15. versicul. deinde quæro. Vital. num. 21. & Abb. num. 5. vbi inquit, quòd Ecclesiæ accedentes hospitalibus non debent in titulum conferri, sed sequuntur naturam hospitalium.

CANTVCCII.

Romanensis Palatij. Veneris, 29. Nouembris. 1579.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Retentio est magis quàm actio & compensatio, & competit etiam aduersus executionem sententiæ.*

2 *Retineri vna res pro alia non potest.*

Limita tamen, vt nu. 3. & 4.

DECISIO CXV.

MEmorialibus in caussa Roman. Palatij die Vene-
ris, 20. Nouembr. 1579. loco caussæ propositis, Do-
minis non placuerunt deducta pro parte hæredum Petri
Vorrij circa obligationem Cameralem. ¶Et propterea
aliqui dixerunt, meliùs vtrinque informari, quia neutra
pars bene, & in terminis, de quibus agitur, tangit mate-
riam retentionis. ¶Nonnulli enim sentiebant, in casu isto
locum esse retentioni Palatij propter restitutionem pre-
tij, pœnam dupli, damna expensas & interesse per Qoi-
riuum in instrumento venditionis promissa, ad quæ Gas-
1 par eios hæres tenetur, quia † retentio est multum fa-
uorabilis, & magis, quàm actio, & compensatio, & com-
petit etiam aduersus executionem sententiæ, vt latè per
Aym. post alios cons. 148. nu. 2. & retentionem fauorabi-
lem esse compensatione, ex eo patet, quod licèt nõ com-
petat compensatio, tamen competit retentio. Paris. cons.
vlt. nu. 36. lib. 2. post Corn. cons. 61. nu. 17. prope fi. ver. est
etiam aduertendum. lib. 3. & tradit etiam Aym. post alios
cons. 148. nu. 2. ver. imo prohibita, & faciũt trad. per Brun.
cons. 1. n. 11. & 12. & cons. seq. nu. 4. 5. & 6. & latius Gram.
decis. 58. nu. 1 2. 3. 4. & 5. multa deducẽs ad fauorẽ reten-
tionis, plenè Capyc. decis. 129. per tot. Rolan. cons. 17. nu.
5. 6. 7. 8. & 9. lib. 4. ¶Aliqui enim ex Dominis constituebãt
2 regulã pro Gaspare, quòd † vna res pro alia retineri non
possit iuxta text. & ibi Doct. in l. fi. C. cõmod. & in l. si non
inducta, C. in quib. cas. pign. tacit. contrah. Doct. in l. si nõ
sortẽ, §. si centum, & maximè Ias. sub nu. 10. ff. de condict.
indebit. Negusant. de pignor. membr. 5. part. nu. 10. ¶Sed
3 contra † Gasparem facit vna limitatio, quòd licèt res, de
cuius retentione agitur, non esset obligata, nec quasi ei,
qui vult retinere, sed peruenisset ad eum occasione, &
caussa illius debiti, cuius prętextu eam vult retinere: nam
tunc permittitur retentio, ad text. in d. §. si centum, & ibi
Bart. & alij, & in l. elegãter, §. qui reprobos, ff. de pign. act.
& in l. si cum anum, ff. de solut. & firmat etiã Salyc. in d. l.
fin. C. cõmod. & Negus. vbi supra, n. 4. licèt hæc limitatio
declaretur per Paul. de Castr. in l. petenti, nu. 3. ff. de pig.
act. quem refert. & sequitur. Negus. vbi supr. nu. 4. ver. in-
tellige tamen, vt scilicet procedat, quãdo res, de cuius re-
tentione agitur, fuit ei, qui vult retinere, data in solutum,
vel in pignus pro illo debito, licet hęc datio in solutũ, vel
pignoratio alio respectu non valeret: tamen secus est, si
res de cuius retentione agitur, nõ per modum dationis in
solutum, vel pignorationis, sed aliter occasione illius de-
biti, ad creditorem peruenisset, quia tunc pro debito illo
retineri posset. ¶Quæ euidem declaratio videtur facere
4 pro Gaspare. ¶Sed contra † ipsum potest, & alia limita-
tio induci, vt scilicet regula prædicta non habeat locum,
quando res esset alicui tradita pro debito putatiuo, quia
tunc potest pro debito vero retineri. ita post glos. in d. l. si
non sortem. §. libertus, in glos. 1. iunct. text. & ibi Bart. &
alij, limitat. Ias. d. §. si centum, in vltimis verbis, & in d. §.
libertus, num. 20. ¶Sed omnia fuerunt dicta potius per
viam discursus, quam animo aliquid firmandi, maximè,
quia informantes circa hanc materiam nihil dicunt. ¶Et
propterea Domini mandarunt dari particulare dubium,
an sit locus retentioni Palatij in casu, & ad effectum, de
quo agitur.

CANTVCCII.

Neapolitan. census. Veneris, 4. Decembr. 1579.

SVMMARIA.

1 *Pretium iustum rei dicitur illud, ad quod ascendit annuus redditus 20. annorum.*

2 *Locatio non probat dominium, nec possessionem, nec etiam valorem annui redditus.*

3 *Impetrans vt excusetur ab expressione falsi valoris, & à pœna regulæ de valore, tria copulatiuè concurrere debent.*

4 *Solutio quando censeatur facta pro vsura pecuniæ, & non pro pensione rei.*

5 *Simulatio contractus quando præsumatur.*

6 *Caussa originalis attenditur ad præsumendum contractum fœneratitium.*

Declara & intellige, vt nu. 7.

8 *Venditor, ad probandum contractum simulatum, quid necesse habeat probare.*

9 *Simulationis præsumptio inducitur ex remansione in possessione.*

Limita, nisi ex alio titulo sit remansio. num. seq.

10 *Dispositio §. superuacuum, l. sicut, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solua. quando non proced. 11. & nu. 12.*

11 *Simulationem contractus non licet parti allegare, sed tertio.*

DECISIO CXVI.

DOmini dixerunt, Reuerend. D. Episcopum in inte-
grum restituendum non esse, tum quia non cõstat,
dationem in solutum fuisse simulatam, ex quo pro parte
Domini Episcopi non probatur modicitas pretij. ¶Tum
quia Consilium Regium Neapolitanum, vbi caussa si-
mulationis per 17. annos perpẽdit, nunquam voluit hanc
in solutum dationem simulatam declarare. ¶Non ob-
stãnt exemplo deducta. ¶Et primò non obstat, quòd
Fundacus, de quo agitur, statim eodem met die, quo da-
tus fuit in solutum cum pacto de retrouendendo, fuit
etiam locatus pro annuis scutis 60. qui in 20. annis con-
stituunt summam ducatorum 2200. ¶Et sic constat pre-
tium ducatorum 60. fuisse modicum, cùm † iustum pre- 1
tium rei sit id, ad quod ãscẽdit annuus redditus 20. anno-
rum, vt per Doct. in l. 2. vbi Cagnol. asserens hãc esse ma-
gis cõmunem, nu. 18. C. de rescind. vend. ¶Quia respon-
detur, quòd † locatio sicut non probat dominium, nec 2
possessionem, l. ad probationem, C. loc. c. inter dilectos, in
fi. o. cũ ibi not. de fide instrum. Cassãd. super reg. decis. 20.
nu. 2. Sarn. in reg. de valore, q. 11. in prin. ita nec etiam va-
lorem annui redditus. Imò si ad excusandum † impetran-
tem ab expressione falsi valoris, & à pœna regulæ de va- 3
lore, tria copulatiuè concurrere debẽt, videlicet, plura ar-
rendamenta, fama, & gratiæ antecessorũ sub eodẽ valore
expeditæ. Sarn. d. q. 11. nu. 6. Peregrin. decis. 52. & 183. lib.
2. Ioan. Paul. decis. 51. Multò minus in casu nostro vna
tantùm locatio ad effectum simulationis poterit valo-
rem annui redditus dicti Fundaci probare. ¶Secundò
non obstat, quòd D. Lucretia, cui Fundacus datus fuit in
solutum, statim locauit D. Episcopo pro annua pensione
constituta ad rationem 10. pro centenario: fuit enim da-
tus in solutum pro ducatis 600. & locatus pro annuis du-
catis 60. & sic pensio magis commensuratur pretio pecu-
niæ, quàm æstimationi Fundaci, siue eius redditibus, ita,
† vt illi ducati 60. dicantur soluti pro vsura pensionis, &
non pro pensione Fundaci, ita in terminis Bald. cons. 311. 4
nu. 11. lib. 5. Aym. cons. 156. n. 12. bene Anch. cons. 257. nu.
4 prope fi. vers. itẽ pro duobus annis. Nat. cons. 198. nu. 13
& 14. lib. 1. ¶Siquidẽ pro responsione dicitur istos Doct.
loqui in casib. in quibus constat, pro re vendita, & vendi-
tori postea locata minorem pensionem solui, quam de-
beretur. ¶Nam Bald. loquitur in casu, in quo emptor, &
locator potuisset pro re empta & vẽditori locata maiorẽ
pensionem habere, quàm ei præstaretur, quam ideò non
curauit habere, quia non maior erat vsura sibi debita, &
propterea venditio non fuit vera, sed simulata, & pensio
non fuit verè pensio, sed vsura. Anch. etiam loquitur in
casu, in quo pro fundo valente 300. & empto pro centum
soluebantur decẽ pro pensione: tũc enim illa 10. intelli-
gebantur

gebantur solui pro vsura pecuniæ,non pro redditib. fundi,quia pro eis maior pensio debebatur. Nat. quoque & Aym. loquuntur in simili casu. ¶ At secus est in casu nostro, in quo non constat de valore Fundaci tẽpore dationis in solutũ ita, vt dignosci possit,an pensio ducatorum 60. magis proportionetur pretio ducatorum 600. quam æstimationi Fundaci,& eius redditibus.¶ Vnde non constito de valore Fundaci,in dubio credendum est, pensionem fuisse verè pensionem, & non vsuram debitam,quia forte in ciuitate Neapolitana Fundaci, siue domus solent locari ad rationem decem pro centenario. ¶ Tertiò non obstat,quòd D. Lucretia non curauit Fundacum, antequam sibi in solutum daretur, videre, & de eo informationem suscipere, an valeret ducat. 600. sed solùm contenta fuit annua responsione 10. pro centenario, quòd
5 † præsumptionem simulationis præstat. Veron.de simul. contract.præsumpt.18.nu.64. Affli.decis.50.nu. 19.prope fin.vers.item est alia præsumpt. Paris. cons.54.n.70.lib.1. Nat.d.cons.198.nu.9. ¶ Quia respondetur non constare in facto, quod D. Lucretia neglexerit videre Fundacum, eiúsque informationem capere, & forte hæc visio, & informatio nõ erat necessaria,cùm qualitates,& valor Fundaci D. Lucretiæ tanquam sorori D. Episcopi verisimiliter innotuerant. ¶ Quartò non obstat, quòd D. Lucretia non habuit intentionem emendi Fundacum, sed potius mutuandi, vt colligitur ex instrumento dationis in solutũ,vbi sit mentio de pecuniis mutuatis per D. Lucretiam. ¶ Vnde datio in solutum debet censeri simulata, ex quo
6 eius † originalis caussa multum facit ad præsumendum contractum fœneratitium, ita post Odofre. tradit Bal.in l.emptione, post princ. C. plus valere, quod agit, & c. sequuntur Rom. cons.423.n.12.& sing.368.Dec. cons.167. sub num.2. ver.nam originalis caussa. Curt. iun. in l.2.§. mutui datio,nu.20.in fin. ff. si cert.pet.Bologn.ad Ioan.de Anan.cons.58.prope fin. Veronen.alios citans, de simul, contra.in 2.præsump.n.15.prope fi.vers.item præsumitur, & nu.seq.Catel.Cot.in suis memorab.in verb.pactum de
7 retrouendendo. ¶Quia † pro responsione animaduertendum est, Bald. loqui in terminis longè diuersis è nostris, nempe,in casu,in quo tu petebas à me mutuo centum, & ego eram paratus illa numerare,sed volebam, vt pro istis centum vẽderes mihi prædium in pacto de retrouendendo post decennium pro eodem pretio:nam hoc casu contractus venditionis fœneratitius iudicatur, quia originalis caussa fuit mutuum, licèt instrumentum de contractu venditionis loquatur. At secus est in casu nostro, in quo pecuniæ fuerant mutuo receptæ ferè per quinque annos ante dationem in solutum,vt patet ex partita Banchi Rauascheriorum,quæ fuit de anno 1541.die 9. Aprilis,& datione in solutum,quæ fuit de eodem anno die vlt. Augusti.Cùm igitur in casu isto post receptionem pecuniarum ex caussa mutui secuta fuerit datio in solutum nõ in continenti, sed ex interuallo, ad probandum contractum simulatum,oportuisset,D.Episcopum prius dixisse, & protestatum fuisse, quod non intendebat dare in solutum:& si contingeret eum in futurum dare in solutum, intendebat,quod esset pignus,per ea,quæ post Iacob. Butrig. tradit Batt.in l. pacta nouissima, num.2. C.de pact.vbi vult,
8 †quòd venditor ad probandũ contractum simulatum necesse habet probare,quòd tempore venditionis fuerit dictum,quòd non esset venditio,sed pignus:tunc venditio, si statim est secuta,præsumitur simulata : si verò ex interuallo,secus:quia videtur venditor pœnituisse illius protestationis: & propterea oportebit eum probare se dixisse,& protestatum fuisse,quod non intendebat,quod esset venditio:& si contingeret ipsum in futurũ vendere, intendebat quod esset pignus, & ibi sequuntur Bal. nu.6. Ang. nu.3.vers.& ex hoc dico, Castren.nu.7. Alex. alios citans, nu.4.Dec.nu.10. vet. & ex prædicto intellectu. vbi etiam alios allegat. Purpur. asserens hanc esse communem, nu. 25.idem Bar.in l.item quia,§.fin.nu.2.& 3.& ibi Bal.nu.5. Ang.num.1.vet.& per hunc tex.Fulg.n.8.& late Iac.de S. Georg.in 1.lect.nu.2.& in 2.lect. num.1.ff.de pact. Veronen.de simul contr.præsumpt. num. 15. Ita in proposito, etiam si ab initio tempore mutui D.Lucretia non habuerit forte intentionem accipiendi Fundacum in solutum, imò etiam si dixisset,quòd datio in solutum esset pignus, nihilominus, quia non statim, sed ex interuallo datio in solutum secuta fuit, videretur eam pœnituisse illius protestationis. ¶ Quintò non obstat, quòd Episcopus post dationem in solutum remansit in possessione,quod inducit † præsumptionẽ simulationis,l.sicut,§.superuacuum,
9 ff.quib.mod.pig.vel hypoth. solut. Veron. de simil. contract.præsumpt. 24.nu.70.Paris. cons.54.nu.71.lib.1.cum simil. ¶Quia d.§.superuacuum,non habet locũ,vbi † venditor remansit in possessione ex titulo conductionis, vt 10
bene deducit Rom. cons. 304.nu.3.circa med.ver.secũdo potest responderi.Imol.in c.ille vos,n.17.ad fi.vet.re vera tamen, de pign. Præsertim, quòd in casu isto non tertius creditor, sed ipsemet Episcopus, qui dedit in solutum ex eius remansione in possessione, dicit contractum simulatum,quod † ei non permittitur,per ea,quæ in d.c.illo vos, 11
tradunt Flor.Card.in 2.no,vers.est alia,& Abb.n.5.ver.& aduerte.¶ Et quod d.§.superuacuum procedat,† quando 12
is,qui alienauit, possidet non mutata caussa possessionis: sed quando caussa possessionis est mutata , prout in casu nostro,in quo superuenit caussa conductionis,quod tunc non præsumitur simulatio,tradit Bal.in l.1.nu.3.&4.C.de don.ante nupt.Rom.d.cons.304.nu.3. in fin.Et præmissa cõprobantur ex cumulatis per Tiraq.de constit.possessor. par.3.limit.9.n.4.5.6.& 7.¶ Et aliquibus ex Dominis placuit ad id decis.Rot.vnic.de donat.in non.¶ Sextò nõ obstat,quòd datio in solutum non fecit emptionem Fundaci,sed annui census ducatorum 60. ex quo instrumẽtum dationis in solutum habet relationem ad partitam banchi Rauascheriorum,vbi fit mentio de emptione annuorum ducatorum 60. facta in quibusdam domibus d.Fundaci.¶ Quoniam respondetur,instrumentum dationis in solutum habere relationem ad dictam partitam solùm in eo,quod D. Lucretia mutuauit Do.Antoniç ducatos 600. per medium banchi Rauascheriorum,& sic relatio intelligitur solùm quoad scutos 600.habitos à bancho Rauascheriorum.¶ In eo autem, quòd d.partita facit mentionem de emptione annuorum ducatorum 60. facta super domib.d.Fundaci,loquitur ad relationem partium,vt patet ex illo verbo, dixerunt, & habet relationem ad contractum per partes celatum , vt colligitur ex illis verbis, secundum ex contractu apparet. ¶ Vnde, aut contractus emptionis annui census ducat. 60. super domibus d.Fundaci,tempore dictæ partitæ nõ erat celebratus,vel si erat, partes postea ab eo recesserunt per dationem in solutum. ¶ Vltimò non obstat, quod dicitur de melioramentis per D. Episcopum factis in d. Fundaco. ¶ Quia id est extra dubium,in quo quæritur , an stantibus instrumentis dationis in solutum,pacti de retrouendendo , & locationis, & partita banchi Rauascheriorum D.Episcopus sit in integrum restituendus.¶ Demum Domini dixerunt, quòd si Do.Episcopus velit probare modicitatem pretij, petat prius absolutionem à iuramento.

CANT. CCII.

Pampilonen.de Sanguessa. Ven.18. Decemb.1579.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio facta à maiori numero patronorum excludit præsentationem factam à minori numero.*
2 *Impedimentum conditionum,quæ impediunt electionem, seu nominationem debet remoueri.*
3 *Ambitiosus quis esse dicatur.*
4 *Nominatio à patronis facta tempore suspicionis oblationis, remouet ambitionis impedimentum.*

DECIS

DECISIO CXVII.

DOmini tenuerunt, præsentationem Ioan. de Sabalza esse validam, & parochianos ipsum præsentares esse babiles, ita vt non intret præsentatio Io. della Bastia. ¶ Non enim est dubium, per præsentationem Sabalzæ,
1 tanquam factam à maiori numero † patronorum, excludi præsentationem Io. della Bastia factam à multo minori numero patronorũ, c. sicut, de elect. lib. 6. l. quod maior. ad munic. eum concord. ¶ Non obstat nullitas præsentationis Sabalzæ propter vitium ambitionis, ex eo, quòd ipse obtulit se paratum acceptare parochialem, de qua agitur, cum quibusdam conditionibus. ¶ Tum quia Sabalza licitè potuit laborare, vt tolleretur impedimentum illarum conditionũ, propter quod potuisset impediri sua
2 electio, † & nominatio vt expresse firmat Abb. in c. venerabilem, nu. 14. de elect. sequitur Deci. in c. quia, nu. 1. ver. & ad ea, de præben. ¶ Tum quia non sola petitio, &
3 desiderium facit, quem † ambitiosum, sed quando concurrit mala intentio, quæ in Sabalza defuit. ca. in scripturis, vbi Arch. Gem. & Præpos. in verbo, desiderantibus, 8.
4 quæst. 1. ¶ Præsertim, † quòd Sabalza tempore eius oblationis erat iã à patronis nominatus, vt per Arch. & Gem. d. c. in scripturis, in verbo, appetunt. ¶ Minus obstat inhabilitas parochianorum Sabalzam præsentantium. ¶ Quia non illi, sed alij octo patroni petierunt conditiones, cum quibus Sabalza obtulit se paratum dictam parochialem acceptare, vt hic per informantes.

CANTVCCII.

Roman. computorum. Lunæ, 18. Maij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Actum de iure impugnans, potest in actu impugnato se fundare.*
2 *Hæres potest ratificare in his quæ transeunt ad heredes.*

DECISIO CXVIII.

DOmini dixerunt, hæredes bon. mem. Cardinalis de Saluiatis posse hodie inuito Dom. Prospero de Cribellis eorum aduersario redire ad exceptionem laudi per eum allegatam, & in laudo se fundare, quia sicut idem Cardinalis, qui succubuerat in impugnatione laudi, poterat ad exceptionem laudi redire, & in eo se fundare, il-
1 lúdque acceptare & ratificare, cùm † de iure impugnans actum, si in impugnatione succumbat, possit in actu impugnato se fundare, vt latè per Gabriel. lib. 6. de reg. iur. conclus. 1. nu. 52. ¶ Ita etiam hodie hæredes Cardinalis
2 hæc omnia facere possunt, quia † hæres potest ratificare, quando sumus in his, quæ trãseunt ad hæredes, prout est ius laudi, Dyn. in reg. ratum, nu. 15. de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. bonorum, n. 3, ff. rem rat. habe. Bal. in l. ab vno, C. de negot. gest. Ang. cons. 161. col. fina. in princ. ver. potest enim hæres, Bolognin. cons. 77. col. 3. in med. versi. vel secundo potest dici, Paris. cons. 14, nu. 26. lib. 1. Dec. in l. eius qui, §. placebat, nu. 13. vers. & quod dicitur, & ibi Curt. iun. pariter, num. 15. ff. si cert. petat. Tiraquell. post alios, de constitut. possessor. part. 3. limit. 30. nu. 72. ¶ Non obstat, quòd facultas acceptandi, siue ratificandi non transit ad hæredes, vt videmus in simili in hæreditate non adita, quia respondetur, quod tunc hæres non potest acceptare, seu ratificare, quando sumus in his, quæ non transeunt ad hæredes, prout est hæreditas non adita, vel aliud ius per defunctum non agnitum, quod ad hæredes non solet transmitti. ¶ At secus in iure per defunctum non agnito, sed ad hæredes transitorio, prout est ius laudi, iuxta doctrinam Dyn. & aliorum supra citatorum.

CANTVCCII.

Romanen. pecuniaria de Vittellis, Mercurij, 27. Ianuarij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Verbum transactio, quid significet.*
2 *Transigere quis dicatur.*
3 *Transactio quid sit,*
4 *Concordia, quæ & vnde dicatur.*
5 *Concordia continet omnem coniunctionem animorum.*
6 *Concordia quid sit.*
7 *Recessus quicunque à lite non comprehenditur sub verbo, concordandi, etiam ex lata interpretatione.*
8 *Transactio generaliter, & latè sumpta denotat quemcunque actum, per quem concordia inducitur, vel ab obligatione receditur, vel ad finem aliquid perducitur.*
9 *Consensus reciprocus vtriusque partis requiritur etiam in transactione, siue concordia generaliter, & latè sumpta.*
10 *Appellationem deserens, vel non appellans dicitur confirmare sententiam facto suo.*
11 *Appellationis desertio, in qua regula fundetur.*
12 *Appellans, si non prosequatur appellationem, sententia transit in iudicatum.*
13 *Transactionis verbum dupliciter capitur, in genere, & in specie.*
14 *Transactio sumpta largo modo siue generaliter significat quemcunque recessum à lite.*
15 *Copulatiuè pars vna declarat aliam.*
16 *Solutio declarat animum præcedentem soluentis.*
17 *Interpretatio est facienda secundum vsum subsecutum.*

DECISIO CXIX.

DOmini secunda Decembris, 1579. restrinxerunt dubium tunc propositum, vt videretur præsuppositis his, quæ aliàs præsupposita fuerunt, *an in casu, & ad effectum, de quo agitur, verba illa, & cum concordati fuerint, in transactione posita, possint vel ex sui proprietate, vel ex lata interpretatione, vel ex mente, vel ex verisimilitudine accipi pro quocunque recessu à lite quomodolibet facto, stantibus solutionibus, & alijs inde sequutis?* ¶ Et hoc dubium ita restrictum propositum fuit die Mercurij, 27. Ianua. 1580. Et, quoad primam partem de proprietate verbi, concordati fuerint, fuit dictum, illud non posse propriè accipi pro quocunque recessu à lite, siue † inspiciamus significationem ver- 1
bi, transactionis, ab Alciat. traditam in l. transacta. nũm. 2. ver. transigit, & numer. 3. ff. de verborum significa. vbi inquit, hanc esse veram, & strictam significationem ver-
bi transactionis, vt is dicatur † transigere, qui actionem 2
sibi competentem, siue instituta, siue instituenda sit, aliquo accepto caussa concordiæ omittit, l. 1. ff. de transactio. C. eodem, & Alciat. sequitur ibi Rebuff. post med. versicul. transigit qui actionem, &c. ¶ Siue inspiciamus
communem transactionis definitionem, vt sit † pactio 3
de re dubia, & lite incerta, non gratuito facta, sed aliquo dato, vel retento, seu promisso, d. l. 1. ff. de transact. iuncta, l. 2, & l. transactio. C. eodem, Hostien. in sum. eod. titu. in princip. Specul. eod. titu. in princip. Abb. in Rubr. eodem tit. Paul. de Castr. in l. 2. numer. 2. & ibi Alexan. num. 1. in fin. Ias. num. 1, ver. secundo modo, Rimin. sub num. 1. ver. considerando autem, ff. de iureiuran. Roman. consil. 244. num. 2. Corne. consil. 267. num. 5. lib. 4. Alexan. consil. 40. nu. 4. lib. 5. Deci. ad Rubr. C. eod. sub nu. 2. Rimin. nu. 2. & Purpur. num. 106 & Caccialup. de transact. q. 1. num. 1. & alibi per Docto. ¶ Siue etiam inspiciamus proprietatem
verbi concordiæ, siue concordandi: nam concordia † di- 4
citur à coniunctione cordis, & cõcordare idem est, quod conuenire, id est, vnius cordis fieri, ita expressè inquit Arch. in ca. indemnitatibus, in fin. in verbo, concordiam, de elect. lib. 6. sequitur Bal. in quæstione de schismate posita ante Rubr. C. si quis aliq. testar. prohibuer. nu. 27. vbi vltra dict. cap. indemnitatibus, & Arch. ibi, allegat etiam l. reprehendenda, C. de instit. & substit. & sequuntur etiam Iason. in l. de fideicommisso, num. 3. C. de transact. Felin. in capit. caussam quæ, *il secondo*, sub num. 1. circa med. de testibus, Alexand. in l. 1. sub num. 3. ff. de pact. vbi inquit,
† concordiam continere omnem coniunctionem ani- 5
morum. ¶ Inspectis igitur tam primis duabus significa-

tionibus verbi transactionis, quàm etiam significatione
verbi concordiæ, seu concordandi, non potest dici, Il-
lustres Dominos Vincentium & Alphonsum, se propriè
concordasse cum Camera Apostolica, seu Reuerendiss.
Do. Camerario per desertionem appellationis, per cura-
torem litis interpositæ à sententia in caussa Camerariа-
tus contra illos lata, vt per se patet. Meritò, &c. Non ob-
stat diffinitio cõcordiæ trad. per Bal. in d. l. de fideicõmis-
6 so. per illum text. in 1. not. vbi † diffiniuit concordiam, vt
sit sedatiu discordiæ, quam diffinitionem sequuntur ibi
Alexan. nu. 4. Iocobin. de sancto Georg. pariter, nu. 4. Ias.
nu. 3. & Riminal. sub num. 1. in 2. not. Alexand. in l. 1. sub
num. 3. ff. de pact. Felyn. in d. cap. caussam quæ, sub num 1.
Purpur. ad Rubr. C. de transact. num. 93. Brun. de constit.
decret. & statut. in verbo, concordia, in vltim. vers. ¶ Quia
huiusmodi sedatio discordiæ debet fieri mediante con-
iunctione cordium, cùm (sicut diximus) concordia dica-
tur à coniunctione cordium, quæ coniunctio in casu isto
non adest, vt per se patet. ¶ Quoad secundam partem de
lata interpretatione eiusdem verbi, concordati fuerint,
Domini, qui dederunt votum super hac secunda parte,
7 fuerunt varij. ¶ Aliqui enim tenebant negatiuam, † sub
verbo concordandi, etiam lata interpretatione inspecta
non comprehendi quemcunque recessum à lite, & mo-
uebantur ex declaratione tradita per Alc. in d. l. transact.
num. 3. & ibi Rebuff. post med. vers. notandum est, vt sci-
8 licet, trãsactio † generaliter, & latè sumpta denotet quẽ-
cunque actum. per quem cõcordia inducitur, vel ab obli-
gatione receditur, vel ad finem aliquid perducitur, ad l.
1. §. conuentionis, vbi glo. & Doct. in verbo, transigẽdi, ff.
de pact. ¶ Et hoc idem voluerunt glos. in d. l. de fideicom-
miss. in verbo, transactio. & ibi Alex. Ias. Rim. & Claud.
omnes in fi. dicentes, transactionem largè, & impropriè
accipi pro quocunque fine seu refutatione, & alia spe-
cie finiendæ obligationis, & recessu ab actione. ¶ Et isti
Domini negatiuam tenentes, opinabãtur etiam in transa-
ctione siue concordia generaliter, & latè sumpta requiri
9 † consensum reciprocum vtriusque partis, ex tradit. per
Alexand. in l. 1. nu. 3. ff. de pactis, dicentem, concordiam
fieri per conuentionem animorum, & ex tradit. per Ar-
chid. Bald. & alios supra citatos tenentes, concordiam di-
ci à coniũctione cordium, quæ coniunctio animorum,
siue cordium deficit, quando quis deserit caussam appel-
lationis, vel non appellat à sententia: tunc enim non di-
citur concordare, nisi etiam concurrat animus eius, qui
19 sententiam obtinuit: nam † deserens appellationem, vel
non appellans dicitur confirmare sententiam facto suo,
l. hi. qui, & ibi Castren. nu. 3. C. de appella. l. fin. in fin. C. de
11 sent. quæ sine cert. quant. ¶ Et ista † desertio appellationis
fundatur in regula, l. fi. §. illud, C. de temp. appel. c. licèt, de
sent. excom. lib. 6. ¶ Obtinens verò sententiam præstat
12 consensum, sed iuris beneficio vtitur, quia si † appellans
non prosequitur appellationem, sententia transit in iu-
dicatũ, & ad id bene facit cap. 1. ibi. concordia, vel iudicio,
de mut. petit. ¶ Aliqui verò Domini contrarium sentie-
bant, nempe, sub verbo, concordati fuerint, attenta lata
interpretatione contineri quemcunque recessum à lite,
13 siquidem † terminus iste transactionis dupliciter capitur,
in genere, & in specie: siue largè & strictè, gl. in l. 2. in glo.
magna, in princ. & ibi Bart. Roman. Castr. Alex. Ias. & Ri-
min. omnes in princ. ff. de iureiuran. Specialiter & strictè
sumitur, vel pro omissione actionis cõpetentis siue insti-
tutæ siue instituendæ aliquo accepto caussa cõcordiæ fa-
cta, secundùm Alci. & Rebuff. in d. l. transacta. vel pro pa-
ctione de re dubia, & lite incerta, non gratuito facta, sed
aliquo dato vel retento, vel promisso, secundùm Doct.
communem diffinitionem, prout supra diximus. Genera-
14 liter autem † siue largo modo sumptũ nomen transactio-
nis significat quemcunque recessum à lite, & compre-
hendit omnem actum, per quem à lite receditur, l. 2. &
ibi Paul. de Castr. Socin. & Rimin. omnes in princ. ita ex-
pressè notantes ex illo tex. ff. de iureiurand. hoc idem per
l. 2. firmat Caccialup. de transact. q. 3. in princ. Dec. in Ru-
bric. de transact. nu. 4. in fi. & ibi Purpur. nu. 15. Rimin. in
in l. transact. circa med. vers. & illud quod sic dicitur, C. de
transact. vbi Alc. nu. 41. inquit, verbum, transigere, quan-
dóque latiùs accipi pro quoquo modo finire, etiam nullo
vicissim dato. Vndelicèt appellans per desertionẽ appel-
lationis non dicatur transigere cum appellato inspecta
stricta & specifica significatione verbi transigendi, quia
nõ adest reciprocus vtriusq; partis cõsensus, nec interue-
nit aliqua datio vel retentio, vel promissio, nihilominus
negari non potest, quin dicatur transigere, retenta lata
& generali significatione ipsius verbi transigendi, quia,
qui deserit appellationem, acquiescit sententiæ, & non
vult litigare, & sic recedit à lite, vt per se patet. ¶ Quan-
tum ad tertiam partem dubij de mente vel verisimilitu-
dine Domini concluserunt pro affirmatiua, nempe, ver-
bum, concordati fuerint, posse ex mente, vel ex verisimi-
litudine accipi pro quocunque recessu à lite. Et conside-
rarunt. ¶ In primis primam conditionem in transactione
appositã, videlicet si Illust. D. Iulius emeret officium cle-
ricatus vel Auditoratus Cameræ: Nam ista conditio ve-
risimiliter non aliam ob caussam fuit apposita, nisi, vt D.
Iulius posset consequi dignitatem Cardinalatus, prout in
primis literis Illust. D. Iacobi ad eum scriptis innuitur ex
illis verbis, cum spe firmissima videndi in maiori gradu,
& verisimile est secundam conditionẽ de concordia fuis-
se adiectam ad eundem effectum consequendi dignita-
tem Cardinalatus, quam D. Iulius non fuisset facile con-
sequuturus, si lis super Camerariatu durasset, & sic inten-
tio D. Iacobi videtur fuisse, vt Domini Vincentius & Al-
phonsus non litigarent cum Papa, quasi huiusmodi lis
esset impeditiua consecutionis, dignitatis Cardinalatus
in persona D. Iulij. Vnde secundam conditionem de con-
cordia intelligebant Domini secundùm rationem, secun-
dum quam prima conditio apposita fuit, quia † vna pars
copulatiuæ declarat aliam, Ruin. consil 109. num. 3. lib. 1.
¶ Secundò mouebantur Domini ex literis per D. Iaco-
bum ad D. Iulium scriptis. ¶ In quarum primis D. Iacobus
congratulatur Dom. Iulio de officio clericatus empto,
subdens, cum spe firmissima videndi eum in maiori statu,
& hortans eũ, vt nõ desinat iuxta solitum esse solicitus in
conseruando sibi bonam gratiam Dominorum patrono-
rum. Et promittit se non defuturum infra paucos dies 15
prouidere ei quantitatem 4000. scutorum. Et sic ex istis
literis colligitur, D. Iacubum optasse Do. Iulio maiorem
dignitatem. Deinde post latam sententiam & appellatio-
nem interpositam D. Iacobus scribit D. Iulio secundas li-
teras, vbi rursus pollicetur se soluturum pecunias pro-
missas. ¶ Tertiò trahebat Dominos in hanc sententiam
obseruantia subsecuta, videlicet solutiones 2000. scuto-
rum per D. Iacobum diuersis temporibus factæ, ex qui-
bus solutionibus † declaratur mens & animus præcedens 16
ipsius D. Iacobi, vt in terminis solutionis tradit Castr. cõs.
363. nu. 3. lib. 1. cum aliis, de quibus per Aym. cons. 226. n.
6. consil. 294. nu. 8. vers. 21. & in resp. pro genero, num. 37.
¶ Quartù, multum mouebat animos Dominorum ve-
hemens instantia D. Vincentij facta apud Sanctissimum
initio sui pontificatus pendentibus adhuc fatalibus caus-
sæ appellationis, vt Sanctitas Sua dignaretur accipere in
donum omnia iura, quæ posset tanquam hæres bo. mem.
Cardinalis Vitellij sui fratris prætendere in caussa Came-
rariatus. ¶ Considerarunt etiam Domini sententiam la-
tam sine condemnatione expensarum, ac etiam tempore
huius Pontificatus in Camera pro parte dictorum Vin-
centij & Alphonsi nihil vnquam in caussa factum fuisse.
¶ Non obstat, quòd tempore literarum & solutionum,
adhuc non erat deserta appellatio. ¶ Quoniam secundùm
aliquos Dominos illud potiùs faciebat in contrariũ, quia
D. Iacobus

D.Iacobus non obstante, quòd penderet appellatio, scripsit literas, in quibus promittit se soluturum pecunias, prout illas postea soluit, & tamen in transactione apposuit verba multum præcisa, videlicet non aliter, &c. Vnde nō est verosimile, ipsum voluisse soluere pecunias, si non fuisset certioratus de omnibus gestis in lite, & de animo & voluntate dominorum Vincentij & Alphonsi non litigandi & nō prosequendi appellationem, maximè, quòd notarius conatus fuit exequi citationem contra Do. Alphonsum, qui existebat in terra Amatricis vnà cum D.Iacobo, & qui ad impediendam executionem citationis, aufugit in sacristiam, cuius facti oportuit Dominū Iacobum notitiam habuisse. ¶ Minus obstat, quòd per erro-
17 rem literæ fuerint conscriptæ. Quia † vsus subsecutus tribuit interpretationem verbo, concordati fuerint, etiam si aliter esset intelligendum, Soc. cons. 145. nu. 2. li. 1. Crauet. cons. 294. sub n. 8. vers. 21. ibi, amplius dico, & in resp. pro gener. nu. 317. vers. hoc amplius, & sic literæ & solutiones non fuerunt per errorem, sed quia partes ita intellexerunt verbum, concordati fuerint.

CANTVCCII.

Florentin. alienationis. Ven. 9. Ianuarij, 158c.

SVMMARIVM.

1 *Terminus nouus extra curiam potest dari ad liquidandum melioramenta, non obstantibus alijs terminis in curia assignatis.*

DECISIO CXX.

MAior pars Dominorum tenuit, Illustriss. D. Aloysio pro liquidandis melioramentis per eum in viridario, de quo agitur, factis, nouum terminum extra curiam præfigendum esse, non obstante alia præfixione termini in prima instantia sibi facta, ac etiam non obstante ido-
2 nea cautione per Moniales oblata. Et † potissimum factum fuit, in decis. Put. 472. incip. die 11. Octobris, libr. 2. vbi fuerat præfixus terminus & oblata cautio. Et nihilominus, quia melioramenta non erant penitus illiquida, sed probata, licèt eorum valor non esset sufficienter liquidatus. Domini dixerunt non esse dandam executionem quoad possessionem, sed præfigēdum terminum extra curiam ad eligendum peritos, qui deberent melioramēta æstimare. Et ad præfixionem termini responderunt illum non esse attendendum, tum quia breuis, tum quia datus in curia, vbi melioramenta non poterant liquidari. Quæ quidem decis. Put. bene intrat in casu isto, in quo melioramenta non sunt penitus illiquida, sed de eis constat in genere, prout in tertio præsupposito, & ex dictis testium quorum summarium datur, & solum superest liquidatio valoris melioramentorum. Imò circa præfixio-
3 nem termini fuit ab eo eiúsque breuitate appellatum, & pars reposita, prout in quinto præsupposito. Sed quia aliqui ex Dominis dubitabant, an melioramenta in casu illo essent de iure reficienda, quod non fuit discussum, qui erat extra dubium; ideò resolutio non fuit firmata simpliciter, sed sine retardatione disputationis dubij, an melioramenta in casu, de quo agitur, sint reficienda. Præterea fuit dictum per modum prouisionis, vt monialibus præstita cautione daretur nunc executio in ea parte viridarij, vbi pars monasterij minans ruinam existit, vt possit reparari ac etiam ampliari, vt Moniales petunt.

CANTVCCII.

Roman. domus de Alexiis. Lunæ, prima Februarij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum inductum censetur per contrauentionem prohibitionis de non alienando cum caussa remansionis pro vsu familiæ, ex communi.*

Imo etiam in casum mortis inductum dicitur, num. 2.

3 *Testator ordinans per viam principalis dispositionis fideicommissum simplex, & absolutum inducit.*

4 *Dictio, perpetuo, fideicommissum absolutum induuit.*

5 *Census imponi non potest super re alienari prohibita.*

6 *Caussa prohibitionis restringit prohibitionem.*

7 *Proprietas rei relicta dicitur, quando est relicta ad vsum, vel pro vsu: secus si relinquitur vsus, vel vsusfructus rei, num. 9.*

8 *Caussa vel modus adiectus legato si respiciat fauorem legatarij, non limitat legatum.*

DECISIO CXXI.

REsolutum fuit, inductum esse fideicommissum ex illis verbis testamenti q. Pauli de Alexiis, item voluit, quòd domus sua, quam de præsenti inhabitat dictus testator, non possit diuidi nec vendi, nec alienari, sed rema-
neat perpetuo pro vsu familiæ suæ. Quia † prohibitio 1
ista de non alienando domum non fuit nuda, sed vestita
cum caussa remansionis domus pro vsu familiæ. Et sic in-
trant communiter trad. per Doct. in l. filius familias, §. di-
ui, de leg. 1. latè Gabr. lib. 4. de fideicommiss. conclu. 9. n. 7.
¶ Imò † fideicommissum istud nedum in casum aliena- 2
tionis, sed etiam in casum mortis inductum fuit, & sic re-
sultat simplex & absolutum fideicommissum, tum quia
testator non per viam rationis, sed per viam principalis
dispositionis ordinauit, domum remanere pro vsu fami-
liæ suæ. Non enim dixit per viam rationis, vt remaneat,
vel quia voluit remanere, sed dixit per viam principalis
dispositionis, sed remaneat, sub intelligendo verbum, vo-
luit, vt sit sensus, sed voluit, quòd remaneat, &c. quo casu
quando testator † ordinat per viam principalis disposi- 3
tionis, fideicommissum simplex & absolutum induci,
Doct. vno ore fatentur, nec inter eos vlla reperitur
discrepantia, vt late & egregiè deducit Curt. iun. cōs. 145.
num. 6. & 7. Deci. cons. 23. num. 3. vers. vnde in primis, &
num. 5. vers. 8. & vers. secus videtur, pulcrè Alciat. consil.
101. num. 4. in fine, tom. 3. lib. 9. Tum quia in casu nostro
adest illa † dictio, perpetuo, cuius virtute fideicommis- 4
sum inducitur absolutum. Socin. inter cōs. Curt. sen. cons.
40. in fine, & latius in l. qui Romæ, §. coheredes, n. 18. vers.
hanc conclusionem, ff. de verb. obl. cum alijs collectis per
Gabriel. vbi supra, num. 12. Alexandrin. consil. 1. num. 12.
versic. pro reprobatione, latè Paris. cons. 30. num. 24. lib. 2.
Alb. cons. 54. num. 2. Roland. alios citans, cons. 23. nu. 18.
19. & 20. lib. 4. ¶ Præterea fuit etiam resolutum, huic fi-
deicommisso per impositionem census locum factum
fuisse, quia † super re alienare prohibita non potest cen- 5
sus imponi, vt per Follet. in terminis in sua prax. censual.
fol. 167. num. 41. & decisum fuit in illa Roman. vinearum
coram R. D. meo Decano 4. Februarij, 1577. ¶ Nec obstat,
quòd verba testatoris in casu nostro non sunt directa in
familiam, sed in vsum familiæ, & sic non potest dici vocata familia, sed illa verba, sed remaneat, &c. videntur iterare prohibitionem, vt scilicet non alienetur, & caussa prohibitionis fuit vsus familiæ, quæ caussa videtur expressa, non ad vocationem familiæ, sed ad denotandam voluntatem testatoris, vt familia domo semper vti possit. ¶ Quia pro responsione dicitur, quòd imò familia fuit vocata: si enim testator voluit domum remanere pro vsu familiæ, ergo voluit remanere in familia, cùm remansio non possit verificari nisi in familia. Tunc autem posset procedere obiectum, quando testator voluisset, domum remanere penes aliam personam pro vsu familiæ: nam hoc casu fuisset vocata illa alia persona, & familia posset
vti domo. ¶ Minus obstat, quòd † caussa prohibitionis 6
restringit prohibitionē, l. cùm pater, §. dulcissimis, de leg.
a. Et quod caussa prohibitionis in casu nostro fuerit vsus familiæ, & quòd propterea alienatio domus non censeatur prohibita, nisi quatenus impedit vsum familiæ, iuxta l. 2. §. si habitatio. in prin. l. plenū, in prin. ff. de vsu & habit. Et quòd impositio census non impedit, quominus familia possit vti domo, cùm possit illam inhabitare, & soluere fructus census. ¶ Siquidem responsum fuit, testatorem in casu isto non solùm vsum, sed etiam proprietatem do-

mus reliquisse familiæ: non enim voluit, vt vsus domus
remaneret in familia, sed vt domus remaneret pro vsu fa-
miliæ, inter quos duos casus longa est differentia. ¶ Nam
7 † quando relinquitur res ad vsum siue pro vsu, tunc re-
8 linquitur etiam proprietas, quia † quando caussa vel mo-
dus adiectus legato respicit ad fauorē legatarij, tunc non
limitat legatum, l.4.& ibi Bart. de alim.& cibar. leg. l. cùm
hi, §. si vni. & ibi Bart. Ange. Paul. de Castr. Alexan. & Ias.
ff. de transact. Doct. post Bart. in l. donationis, §. species, ff.
de donat. Cyn. Bald. & Salyc. in l. si mulier, C. de iur. dot.
Rom. cons. 103. nu. 7. Sociu. cons. 102. n. 10. lib. 3. Cremen.
sing. 54. Curt. iun. in l. cum quid, ad fi. ff. si cert. pet. Ferrar.
caute. 2. nu. 1. vers. secunda cautela est, & n. 3. Gram. decis.
59. nu. 52. & 53. Capyc. decis. 188. nu. 4. 5. 6. & 7. bene Alex.
loquens in casu huic nostro multum consimili cons. 223.
nu. 4. prope fi. & nu. 5. lib. 2. latè Angel. cons. 338. nu. 7. ¶ Si
verò † relinquitur vsus vel vsusfructus rei, tunc nō relin-
quitur proprietas, sed solus vsus vel vsusfructus, tot. tit. ff.
de vsufruct. l. Capyc. d. decis. 188. nu. 4. vers. si vero. ¶ Præ-
terea fuit & alio modo responsum, quòd etiam si in casu
isto non proprietas, sed solùm vsus domus relictus esset,
nihilominus iste vsus impediretur familiæ per solutionē
fructuum census. ¶ Ad alia non est opus respondere, quia
sunt extra dubium.

CANTVCCII.

Regiensis hospitalis. Veneris, 26. Februarij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Hospitale an sit Ecclesiasticum vel laicale ex quibus colligatur. & num. 2. 4. 5. cum seq.*

2 *Laicus & non clericus quis in dubio præsumitur.*

3 *Qualitas clericatus est probanda per literas ordinis.*

4 *Rector hospitalis, quod datur in titulum, facit fructus suos, sicut de alijs beneficijs.*

DECISIO CXXII.

Domini retentis decisionibus & resolutionib. in hac
caussa factis, prout in vltimo præsupposito præsup-
ponuntur, & circumscriptis iuribus & probationib. Cor-
radini, tenuerunt, locum, de quo agitur, non esse Eccle-
siasticum, ita vt in titulum beneficij conferri valeat, sed
1 † esse laicalem, seu talem, vt laicus sit capax regiminis gu-
bernij, & administrationis illius. Et moti sunt ex pluribus.
¶ In primis, quòd cùm præsumptiuè constet, primæuum
statum huius loci fuisse laicalem, prout 10. Iunij, 1579.
resolutum fuit, hodie quoque præsumitur laicalis, donec
contrarium non probetur, & ad id placuit Dominis de-
cis. 2. sub nu. 2. de concess. præbend. in nou. ¶ Secundò, ex
commissione & possessione Georgij de Boiandis, quem
præsumendum est fuisse laicum, ex quo in commissione
non nominatur clericus, & in dubio quis præsumitur
2 † laicus & non clericus, cùm qualitas clericatus non insit
à natura, ita Cardin. in cap. perpendimus, colum. 8. nu. 8.
circa medium, vers. vt autem præmissorum, de senten. ex-
cómunic. vbi ad id plura iura allegat, & specialiter in cap.
cùm adeò, de rescript. & c. ex literis, de transactio. sequitur
Dec. cons. 125. nu. 6. Rip. in cap. 2. sub num. 4. versic. idem
tener, de iudic. & hoc idem voluit Innoc. in c. super his, n.
10. in fine, vers. sed quid dices, de accusat. vbi inquit, quòd
si contra electum excipio, quod non est clericus, sibi in-
3 cumbit onus probandi se esse clericum, quia † iura man-
dant super ordinis collatione literas fieri, cle. 2. quæst. 1. se-
quitur Abb. in cap. bonæ, el primo, nu. 14. de elect. in cap. 1.
nu. 3. vers. vnde in simili, de lit. contest. & in cap. quoniam
contra, nu. 20. de probar. Dec. & Rip. vbi supra. ¶ Tertiò,
ex prima bulla Iulij Secundi, vbi Papa mandat committi
regimen & gubernium huius hospitalis Bernardino Bo-
iardo seniori, iuxta clemen. quia contingit, cùm expressio-
one conuertendi fructus dicti hospitalis in substenta-
tionem pauperum & infirmorum, quod onus non po-
test conuenire hospitali, quod confertur in titulum be-
4 neficij, cuius rector † facit fructus suos, sicut de alijs be-
neficiis, vt per Cardin. in clemen. per literas, num. 2. circa
medium, versic. quæro de ratione, de electio. lib. 6. Mil. in
verbo, hospitalia licet habeant, nu. 5. versi. prædicta intel-
lige. Sarnen. in reg. de trienual. quæst. 7. nu. 3. versi. secun-
dus casus. Et bene Vital. in clemen. quia contingit, nu. 11.
12. & 13. & nu. 92. vers. præterea, de relig. domib. ¶ Quar-
tò, ex secunda bulla eiusdem Iulij Secundi, vbi † Papa di- 5
ctum hospitale vacans per resignationem dicti Bernar-
dini mandat committi regendum & gubernandum, iux-
ta formam clemen. quia contingit. Antonio de Boiardis
laico vxorato, cum onere exponendi fructus dicti hospi-
talis in vsum & substentationem pauperum infirmorum,
iuxta d. clem. Quia Antonius fuit in possessione d. hospi-
talis nedum instrumentali, sed etiam reali, quam probant
plures testes de visu. Secundus, qui est testis Corradini.
Sextus in fine. Septimus, qui fuit laborator terrarum dicti
hospitalis, dicens, fuisse responsum dicto Antonio de fru-
ctibus dicti loci. Octauus iuxta 33. & 34. ¶ Nec obstat,
quòd Antunius possideret iure familiaritatis, ex quo tunc
temporis Bernardius eius filius possidebat, quia cùm con-
stet de titulo Antunij, præsumitur possedisse verè ex titu-
lo præambulo, & non iure familiaritatis, & Bernardinus
præsumitur possedisse iure familiaritatis, cùm de eius ti-
tulo non constet. ¶ Quintò, ex † commissione facta Ioan. 6
Paul. de Boiardis laico & filio d. Antonij, prout apparet
in eius supplicatione signata, quæ commissio sortita est
effectum, cùm de possessione d. Ioan. Paul. constet per te-
stes octauum & nonum iuxta 43. ¶ Accedit † multiplex 7
commissio curæ & regiminis huius loci, iuxt. clem. quia
contingit, prout in prima & secunda bulla Iulij Secundi
in supplicatione Ioan. Pauli, & in supplicatione Simonis
vltimi possessoris, qui cùm esset clericus, si locus iste fuis-
set Ecclesiasticus, & in titulum beneficij conferri solitus,
verisimiliter non supplicasset sibi committi, iuxt. clemen.
quia contingit, sed bene sibi conferri in titulum beneficij,
vt posset fructus suos facere.

CANTVCCII.

Roman. pecuniaria de Zabretiis. Die 4. Maij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Caussa vna dicitur grauior altera, quando vna habet executionem paratam, & altera non.*

2 *Deditum illud dicitur grauius esse, quod celerius potest executioni mandari.*

3 *Solutio vel exactio recipit interpretationem per id, quod est verisimile.*

4 *Verba, viceuersa, denotant correspectiuitatem.*

5 *Promissio correspectiua censetur etiam se extendere ad creditum ipsius promittentis.*

6 *Exceptio cedendarum oriens ex ventre obligationis obstat agenti.*

Intellige, vt num. seq.

7 *Cedens nomen debitoris tenetur illud facere bonum, & restituere id, quod exegerit, vel excomputare.*

8 *Hæres non potest vti iure cesso contra seipsum, si opponat exceptionem cedendarum: secus si non opponat.*

9 *Cessio oriens ex æquitate, & ea, quæ oritur ex contractu præambulo differunt.*

10 *Veniens contra proprium iuramentum allegando simulationem, audiri non debet.*

11 *Exceptio simulationis non potest opponi contra obligationem Cameralem.*

12 *Cessio facta alicui promittenti soluere certam summam pro iuribus cedendis, habet vim venditionis.*

13 *Venditor, vt consequatur pretium, non tenetur transferre dominium rei venditæ, sed simpliciter tradere.*

14 *Promittens cedere iura, si illa non potest cedere, quia sunt extincta, nō potest consequi pecunias sibi pro cessione promissas.*

15 *Opponi potest de defectu caussæ obligationis contra obligatione Cameratia vt ea deficiente, deficiat ipsa obligatio.*

16 Obliga

16 *Obligationes & reliqui actus intelliguntur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus.*
17 *Obligatio intelligitur & regulatur secundum naturam caussæ.*
18 *Opponi potest contra obligationem Cameralem non esse purificatam conditionem.*

DECISIO CXXIII.

IN caussa Roman. pecuniaria Zabreriorum inter Illust.
Dominum Cardinalem Cæsium ex vna, & ipsos Za-
brerios partibus ex altera, mihi extra Rotam commissa,
præsuppusui calculum inter creditores bonæ mem. Car-
dinalis de Gaddis factum, & schedulam obligationis in-
ter eundem Cardinalem Cæsium, & prædictos credito-
res celebratam, & exactionem scutorum 1430. factam
per Zabrerios de anno 1561. vsque ad annum 1563. Dein-
de dubitaui, an agentibus Zabretiis vigore prædictæ ob-
ligationis contra eundem Cardinalem Cæsium ad inte-
gram summam scutorum 3600. obstet exceptio ceden-
darum, vel alia exceptio, ita vt Zabrerij teneatur vel sum-
mam exactam scutorum 1430. restituere, vel tantundem
eidem Cardinali Cæsio compensare in summa exigen-
da, vel potiùs dictus Cardinalis Cæsius sit condemnan-
dus ad integram summam scutorum 3600. ¶ Quod du-
bium proposui 4. Maij, 1580. & eius disputatio in plures
diuisa fuit difficultates orientes ex deductis hic per infor-
mantes. ¶ Prima difficultas est, *an exactio scutorum 1430.
de qua in tertio præsupposito, censeatur facta in extinctionem
damnorum & interesse decursorum post vltimam liquidatio-
nem, videlicet, ab anno 1560. vsque ad annum 1570. vel potius in
extinctionem damnorum & interesse antea decursorum & li-
quidatorum.* Et in hac difficultate ego solus dedi votum.
Alij enim Domini præsupposuerunt dictam exactionem
scutorum 1430. fuisse factam ad computum summæ scu-
torum 5588. per Zabretios in calculo assertæ, prout in
quarto præsupposito Illustriss. Cardinalis Cæsij. Ideò au-
tem ego super hac difficultate votum dedi, quia ab eius
resolutione multum pendet resolutio aliarum difficulta-
tum. Et votum meum fuit, vt dicta exactio scutorũ 1430.
tempore quo fuit facta, cesserit in caussam damnorum &
interesse iam decursorum & liquidatorum tempore exa-
ctionis, non autem in caussam damnorum & interesse,
quæ post exactionem decurrerunt, & quæ adhuc non
sunt liquidata. Et mouebar, tum quia caussa damnorum
& interesse decursorum & liquidatorũ ante dictam exa-
ctionem est grauior caussa damnorum & interesse postea
decursorum, & nondum liquidatorum, quia illa habet
executionem paratam propter liquidationem, hæc verò
1 non propter non liquidationem. Et † vna caussa dicitur
grauior altera, quando vna habet executionem paratam,
& altera non, ita Imol. in l. 1. numero 5. circa med. versi-
culo quarto modo, ff. de solut. per text. in l. si quis ex fa-
2 mosa. ff. eod. Et † illud debitum dicitur grauius esse, quod
clerius potest executioni mandari, vt inquit idem Imol.
in d. l. si quis ex famosa, num. 2. in 2. not. Tum quia caus-
sa damnorum & interesse decursorum & liquidatorum
ante dictam exactionem est antiquior caussa damnorum
& interesse postea decursorum, & sic intrat l. 5. in prin. &
l. cum plurib. ff. de solu. cum simil. Tum & tertiò, quia da-
mna & interesse, quæ decurrerunt ab anno 1560. vsq; ad
annum 1570. non solùm tempore dictæ exactionis non
erant liquidata, sed nec etiam decursa, nisi per tres annos,
videlicet ab anno 1561. vsque & per totum annum 1563.
¶ Non obstat, si dicatur, exactionem potuisse fieri etiam
pro damnis & interesse in futurum decurrendis, vt patet
ex instrumento consignationis fructuum Abbatiæ, ibi,
decursorum, vt supra & in futurum decurrendorum, quia
illa verba, in futurum decurrendorum, debẽt intelligi ha-
bito respectu ad tempus initæ conuentionis, de quo tem-
pore poterant cõsiderari damna, & interesse in futurum
decurrenda, non autem habito respectu etiam ad tem-
pus exactionis, de quo tempore oportebat damna & in-
teresse esse decursa, quia aliàs sequeretur absurdum, quòd
fieret exactio crediti nondum creati & in esse deducti.
Nec est verisimile, dictam exactionem factam fuisse in
caussam damnorum & interesse in illis tribus annis de-
cursorum, tum quia caussa erat recentior, tum quia le-
uior, cum propter non liquidationem non erat exequibi-
lis: tum etiam, quia summam crediti damnorum & inter-
esse illorum trium annorum longe excedebat. Et proptе-
rea est omnino verisimile, dictam exactionem factam
fuisse in caussam damnorum & interesse, quæ tunc tem-
poris erant decursa & liquidata, tum quia caussa erat an-
tiquior, tum quia grauior, tum quia non excedebat cre-
ditum, imò supererat adhuc residuum scutorum 177. Et
in † ista materia solutionis vel exactionis attenditur id, 3
quod est verisimile, vt bene deducit Corn. consil. 295. nu.
2. lib. 3. & est tex. clarus, in l. cum ex pluribus, *la seconda*, ibi,
quod verisimile videretur, ff. de solut. Verum quia super
hac difficultate, alij Domini votum non dederunt, sed
simpliciter trãsiuerunt cum quarto præsupposito Illust.
Cardinalis Cæsij, idcircò, si super eo Zabrerij voluerint
particulariter audiri, audientur. ¶ Secunda difficultas est,
*an Zabrerij promittentes cedere omnia eorum iura, intelligan-
tur promisisse particulariter respectu summæ scutorum 5588. in
calculo specificata, ita vt eorum promissio sit ad hanc summam
restricta, vel potius intelligantur promisisse generaliter & abso-
lute.* ¶ Et in hac difficultate conclusum fuit, hanc promis-
sionẽ Zabreriorum non posse allegari generaliter & ab-
solutè, sed oportere eam intelligi specialiter, respectu
summæ scutorum 5588. ¶ Et † ratio fuit, quia ponderan- 4
do illa verba, & viceuersa, quæ denotant correspectiuita-
tem, patet manifestè, quòd promissio Zabreriorum de ce-
dendo omnia eorum iura est correspectiua ad præceden-
tem promissionem Cardinalis de soluendo summam re-
dactam in calculo, quæ Cardinalis promissio cùm habeat
relationem ad calculum, est correspectiua ad creditum
Zabreriorum scutorum 5588. per eos in calculo expres-
sum & assertum: non enim Cardinalis promisisset solue-
re summam redactam in calculu, si creditum Zabrerio-
rum in eo contentum non fuisset verum. ¶ Vnde si pro-
missio Zabreriorum est correspectiua ad promissionem
Cardinalis, quæ propter relationem ad calculum est cor-
respectiua ad creditum Zabriorum in eo comprehẽsum,
sequitur, † necessariò, vt promissio Zabreriorum sit etiam 5
correspectiua ad eorum creditum. Et sic ad dictam sum-
mam scutorum 5588. ¶ Et pro hac opinione facit etiam
text. in l. qui filiusfamilias, §. hæreditas, iuncta l. sequenti, ff.
de hæred. vel actio vendit. & l. tenetur, §. si vas aliquod, ff.
de action. empt. ¶ Tertia est difficultas, *an Zabrerijs obstet
exceptio cedendarum.* Et † in hac resolutum fuit, illam ob- 6
stare, tanquam orientem ex vetre obligationis, ita vt Za-
brerij teneantur summam scutorum 1430. per eos exa-
ctam, vel restituere, vel excomputare in summa exigen-
da, per ea, quæ bene deducit Parisiens. consilio 88. nume-
ro 13. 14. & 15. libro primo. ¶ Non obstant exemplo al-
legata. ¶ Et in primis non obstat, quòd Parisius loquitur
in casu in quo socius fraudulenter & dolosè in societate
se gesserat, vt patet numero septimo. ¶ Quia licèt casus
Paris. ex facto contigerit in socio, qui fraudulenter & do-
losè societatem administrauit, nihilominus, quando po-
stea numero 13. 14. & 15. firmat illam iuris conclusionem,
quod † cedens nomen debitoris tenetur illud facere bo- 6
num & restituere id quod exigit vel excomputare, non
se fundat in dolo, & iura per eum allegata non sunt re-
stricta ad dolum, sed loquuntur generaliter. ¶ Secun-
dò non obstat, quòd cessio per Zabrerios promissa nõ de-
bet ad alium effectum inseruire, nisi liberandi Cardina-
lem à molestiis illorum, nec potest deseruire ad effectum
vtendi iure cesso contra hæredem Cardinalis de Gaddis
principalis debitoris. Quia Cardinalis Cæsius, cùm sit

8 hæres Cardinalis de Gaddis † non potest vti iure cesso
contra se ipsum, vt per Ruin. consi. 88. nu. 16. lib. 5. & sic
Cardinalis Cæsij nihil interest fieri sibi cessionem iuriū
per Zabrerios promissam. ¶ Siquidem pro responsione
dictum fuit, quòd Cardinalis Cæsius non opponit exce-
ptionem cedendarum ad effectum liberandi se a mole-
stiis Zabreriorum, neque ad effectum vtendi iure cesso
contra hæredem Cardinalis de Gaddis principalis debi-
toris, sed bene opponit ad effectum recuperandi sum-
mam scutorum 1430. per Zabrerios exactam, vel ad effe-
ctum excomputandi illam cum reliqua summa per Za-
brerios petita, & sic multum interest Cardinalis Cæsij si-
bi verificari vel fieri bonam huiusmodi cessionem, per
viam restitutionis pecuniæ exactæ, vel per viam excom-
putationis illius cum pecunia exigenda. ¶ Tertiò non
9 obstat consi. Bald. 109. lib. 3. Quia † ipse loquitur in ces-
sione, quæ oritur ex æquitate: at secus in cessione, quæ o-
ritur ex contractu præambulo, prout in casu nostro. Et
ita Bald. ibi se ipsum declarat, distinguens inter cessio-
nem orientem ex æquitate, & eam, quæ oritur ex contra-
ctu præambulo. ¶ Quartò non obstat, quòd ista exceptio
cedendarum hodie non potest opponi ad retardandam
executionem obligationis Cameralis, quia cùm Cardi-
10 nalis iurauerit omnia & singula esse vera, vtique † veni-
ret contra proprium iuramentum, & ideò audiri non de-
bet, vt per Grammat. post alios dec. 45. in princ. ¶ Nam
pro responsione dicitur, hoc procedere, si Cardinalis ve-
niret contra proprium iuramentum allegando simula-
tionem. Et in istis terminis loquitur decis. Grammat. &
11 alij per eum allegati. Nec mirum, quia † exceptio simula-
tionis non potest opponi contra obligationem Camera-
lem, prout firmat post alios asserens hanc esse communē
Galles. de oblig. Camer. 4. par. q. 2. sub nu. 3. & 4. ¶ Quin-
12 tò non obstat, quòd † cessio, quæ fit alicui promittenti
soluere certam summam pro iuribus cedēdis, habet vim
venditionis, iuxta text. in l. cùm is, & ibi glo. & Bart. ff. de
fideiuss. ita vt iura per Zabrerios cedi promissa, sint res
vendita: summa verò scutorum 3600. per Cardinalem
promissa, sit loco pretij. Vnde sicut in contractu vendi-
13 tionis venditor † ad hoc, vt consequatur pretium, non
tenetur transferre dominium rei venditæ, sed simplici-
ter tradere, l. ex empt. ff. de actio. empt. ita Zabrerij solùm
tenentur cedere omnia eorum iura. & propterea non
potest Cardinalis dicere, nolo soluere pretiū, quia nū po-
test cedere. Quoniā satis est, Zabrerios cedere, & postea
si apparebit cessionem non esse bonam, poterit agi de e-
uictione, d. l. ex empto. Imò retorquetur obiectum, quia
quemadmodum venditor non potest consequi pretium,
si rem venditam non potest tradere, quia desiit esse in re
14 rum natura, † ita promittens cedere iura, si illa non po-
test cedere, quia sunt extincta, non potest consequi pe-
cunias sibi pro cessione promissas. ¶ Quarta difficultas
est, *an Zabrerus obstet aliqua exceptio.* Et in hac fuit tētum,
obstare eis exceptionē defectus caussæ obligationis pro-
rata tamen scutorum 1430. Nam caussa, ob quam Car-
dinalis se obligauit ad summam scutorum 3600. in calcu-
lu redactam, fuit totum creditum in calculo expressum
& assertum. Vnde eo deficiente pro parte videlicet, scu-
torum 1430. deficit etiam pro eadem parte caussa obliga-
15 tionis. Et per consequens ipsamet obligatio. Et † quòd
contra obligationem Cameralem possit opponi de defe-
ctu caussæ obligationis, ita, vt caussa deficiente, deficiat
ipsa obligatio, bene deducit post Roman. Brun. Alexā. &
alios, Galles. ad 4. par. q. 1. num. 12. Et hoc idē in specie fir-
mat Socin. cons. 31. num. 19. l. 1. Tiraq. cess. cau. par. 1. nu.
16 284. & 217. cum seq. & obligationes, † sicut reliqui actus
intelliguntur rebus sic stantibus, & in eodem statu per-
manentibus. Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. nu. 166.
cum tribus seq. Vnde Cardinalis obligauit se ad summam
scutorum 3600. in calculo, redactam verù existente cre-
dito 5588. prout in calculo asseritur: & propterea eo ali-
ter se habente, & vero in totum non existente, alteratur
obligatio, & remanet solùm in ea parte, in qua creditum
non verificatur. ¶ Accedit etiam ad comprobationem
præmissorum, quòd obligatio Cardinalis in effectu est
conditionalis, quia caussa est similis conditioni, ita, vt si-
cut oportet purificari conditionem sic & caussam sequi,
puta, † cùm propter caussam me obligaui, aliás non me 17
obligaturus, vt bene deducit Calderin. de translat. prælat.
consil. 1. num. 2. Et certi iuris est, contra † obligationem 18
Cameralem posse opponi non esse purificatam conditio-
nem, vt per Galles. d. q. 1. num. 9. versic. itaque. ¶ Quinta
difficultas est, an dici possit, calculatores voluisse verisi-
militer compensare summam scutorum 1430. cum cam-
biis, damnis, & interesse decursis ab anno 1560. vsque ad
annum 1570. & an intret compensatio saltem ex æquita-
te in casu, de quo agitur. ¶ Vltima difficultas fuit, nun-
quid in omnē euentum, & ad omne peius remaneat nihil-
ominus Cardinalis debitor in summa scutorū 707. secun-
dùm calculū vltimo loco per Zabrerios deductum? Quod
quidem est, quòd summa crediti Zabreriorum circa sor-
tem principalem, quę est scutorum 4050. & de qua in pri-
ma partita, defalcata vna parte ex tribus, remanet scuto-
rum 2700. summa verò crediti Zabreriorum circa damna
& interesse per eos passa & liquidata, de quibus in secun-
da & tertia partita, quæ in totum sunt scuta 2607. detra-
cta summa scutorum 1000. solutorum ad computum se-
cundæ partitæ, quæ est scutorum 895. remanet scutorum
177. ex quibus defalcatis duabus partibus ex quinque re-
manent scuta 107. in circa. Ita, vt totum creditum Za-
breriorum, detractis detrahendis, & defalcatis defalcan-
dis hodiè remaneat in scutis 2807. & tamen Cardinalis
non soluit nisi scuta 2170. & sic remanet debitor in scutis
707. ¶ Sed circa has duas vltimas difficultates Domini ni-
hil statuerunt, sed reseruarūt eas particulariter videndas.

CANTVCCI I.

Roman. hæreditatis de Mazzocchis. Mercurij,
9. Martij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes super recognitione scripturæ priuatæ de-
bent deponere se fuisse præsentes, & vidisse eam scribi.
Fallit de stylo curiæ, in qua sufficit deponere se habere notam
manum scribentis. num. 2.*
3 *Recognitio testium dicentium se habere notam manum scri-
bentis sufficit, concurrentibus adminiculis.*
4 *Testes deponentes se habere notam manum scribentis, quia
viderunt eum pluries scribere, probant semiplene, vel
paulò minus.*

DECISIO CXXIIII.

DOmini steterunt in decisis, nempe, schedulam testa-
menti, de qua agitur, esse bene recognitā, fidēque illi
adhibendam. Et fundamētum Dominorum duplex fuit.
¶ Alterum, quod licèt de iure communi pro bona & suf-
ficiēti recognitione apochæ siue schedulæ priuatæ, opor-
teat † testes dicere se fuisse præsētes, & vidisse scribi sche- 1
dulam ipsam, §. si quis igitur, in Auth. de instru. fid. & cau.
Alexan. cons. 76. num. 4. lib. 3. Afflict. decis. 181. nu. 8. Rip.
in l. admonendi, nu. 104. vers. sexto igitur, ff. de iureiuran.
Dec. cons. 615. num. 3. vers. est ergo videndum. Ruin. cons.
46. nu. 3. & cons. 29. nu. 1. versi. quamuis, lib. 4. Paris. cons.
19. num. 43. & 44. lib. 3. & cons. 55. num. 13. lib. 4. Soci. iun.
cons. 29. nu. 28. lib. 2. Couar. pract. quæst. cap. 22. n. 1. circa
med. & tenuit Rot. in pluribus caussis, vt per Paleot. decis.
173. Rom. duorum millium. Achil. decis. 2. quicquid sit in
apocha, de fide instrumen. alias 148. Peregr. decis. 273. in
caussa Rom. de Picchis, lib. 2. Et in propriis terminis sche-
dulę testamenti manu testatoris scriptæ, tradit Alex. cons.
123. n. 5. li. 5. ¶ Nihilominus † de stylo curiæ sufficit testes 2
dicere

dicere se habere notam manum eius, de cuius scriptura agitur, quotiescunque sumus in recognitione scripturæ, in qua testes non sunt necessarij, prout in casu nostro, in quo agitur de schedula testamenti ad pias caussas manu propria testatoris conscripta, in qua de iure secundùm communiorem & veriorem opinionem, testes non sunt necessarij, prout in hac eadem caussa, primum, coram bonæ memoriæ Hieronymo Verallo, septima Maij, 1548. deinde coram me 21. Februarij, 1578. resolutum fuit. ¶ Alterum fuit fundamentum, quòd concurrentibus admini-
3 culis sufficit recognitio † testium dicentium habere notam manum eius, de cuius scriptura agitur, licèt nõ viderint illam scribi, prout fuit tentum in illa Toletan. matrimonij de Signorostro, & in illa Parmen. status. Nam te-
4 stes deponentes se habere notam manum, quia † viderunt pluries scribere, probant vel semiplenè vel paulò minus quàm semiplenè, vt bene deducit Ruin. cons. 46. num. 6. ante medium, versic. suppletur autem, & ante nume. 10. vers. præterea dato, & nu. 11. circa med. versic. istud vltimum, lib. 4. ¶ Et hæc probatio semiplena vel minus quam semiplena suppletur & perficitur ex pluribus adminiculis in casu isto concurrentibus. ¶ Quorum primum, *est decretum iudicis habentis schedulam testamenti pro sufficienter recognita.* ¶ Secundum est, *quia testamentum reperitur scriptum in libro testatoris.* ¶ Tertium est, *comparatio facta per duos testes, quæ licèt non habeat omnia sua requisita, tamen sat est, quod facit adminiculum.* ¶ Quartum est, *quod inter exceptiones oppositas contra testamentum istud pro parte Barbaræ auctricis Angelæ, non reperitur exceptio, quod hoc testamentum non fuerit manu testatoris scriptum.* ¶ Quintum est, *obseruantia subsecuta.* Et præmissa eò magis procedunt ad effectum excludendi notoriam iniustitiam sententiæ totalis.

CANTUCCII.

Roman. deuolutionis domus. Lunæ, 4. Maij, 1580.

SUMMARIA.

1 *Fœmina non veniunt in emphyteusi acquisita pro se & filiis, ex magis communi, & veriori, nu. 5. cum seq. licèt aliqui contrarium tenuerint, nu. 3.*
Intellige in emphyteusi Ecclesiastica, in qua masculinum nõ concipit fœmininum, nu. 20.
Fallit in emphyteusi acquisita pro se & liberis, nu. 33.
2 *Masculinum in contractibus non concipit fœmininum, ex magis communi, nu. 5. & 8.*
Fallit de impropria & lata significatione, num. 6. & 21. cum seq. licèt in contrarium quidam tenuerint venire etiam ex propria, nu. 4.
Fallit etiam in aliis dispositionibus, nu. 19.
Item fallit in materia odiosa, nu. 29.
Item in statutis, rescriptis, & priuilegiis, nu. 31. cum distinctione tamen, vt ibi.
Item in materia indifferenti, nu. 32.
Item fallit ratione absurdi euitandi, ex communi, nu. 35.
7 *Dictio, quasi, est nota impropietatis.*
8 *Filij appellatione non continetur filia fœmina ex proprietate verbi, ex communiori & veriori.*
9 *Verbum, interpretatione, differt à propria significatione.*
10 *Verbum, extendere, denotat improprietatem.*
11 *Significatum verum & proprium, an dicatur etiam venire ex mente.*
12 *Figura verborum & mens sunt diuersa.*
13 *Contractus emphyteuticus est stricti iuris.*
14 *Verba in contractibus stricti iuris attenduntur, & ab eis non receditur.*
15 *Strictum ius dicitur quòd strictè & propriè, & ad corticem literæ est intelligendum.*
16 *Appellatione filiorum in contractu emphyteutico non veniunt nepotes.*
17 *Verba interpretantur contra stipulantem, qui poterat legem apertius dicere.*
Intellige, vt nu. seq.
23 *Tutoris datio respectu pupilli est fauorabilis, sed respectu ipsius tutoris est odiosa.*
24 *Intellectus l. liberorum, prope fin. de verb. signif. non procedit de proprietate sermonis.*
25 *Argumentum valet de vltimis voluntatibus ad cõtractus. Intellige & limita, vt nu. 26. 27. 28.*
29 *Regula l. veteribus, ff. de pact. non procedit in vltimis voluntatibus.*
30 *Fœminæ ita peccare dicuntur sicut masculi.*
34 *Nomen liberorum est terminus communis mari & fœminæ.*
36 *Nomen personæ est terminus communis vtrique sexui.*
37 *Verba concepta sub termino communi, vt homo comprehendunt vtrumque sexum ex proprietate sermonis, ex communi.*
38 *Præcedentia quando declarare dicantur sequentia, vide distinctionem.*

DECISIO CXXV.

VEnerabilis Societas Confalonis de Vrbe de anno 1531. dedit in emphyteusin domos, de quib⁹ agitur, q. Petro Paulo Arditio recipienti pro se suisque filiis, & nepotib. legitimis & naturalibus per directã lineã descendentibus, & in euentum, in quem d. Petrus Paulus filios non haberet, quòd eo casu posset nominare vnam personam ad eius libitum, ita tamen, quòd non posset nominare aliquam Ecclesiam, siue monasterium, siue personam sub dignitate. Et de anno 1589. eadem societas Confalonis ex caussa concordiæ prorogauit dictam emphyteusin d. Petro Paulo ad eius quartam generationem, videlicet ad eius vitam, filiorum, nepotum, & pronepotum per directam lineam descendentium iuxta formam primæ locationis, ita quòd si dictus Petrus Paulus filios non haberet ad quartam generationẽ, posset nominare vnam personam. Et dictus Petrus Paulus decessit relictis Dominico & Hieronymo filiis, qui postea decesserunt nullis relictis filiis masculis, sed tãtùm ex Hieronymo duabus filiabus fœminis, quas dictus Hieronymus ante eius obitum nominauit. ¶ Stantibus præmissis fuit dubitatũ per arbitros, in quos caussa ista compromissa fuit, nunquid dictæ domus ad dictam societatem sint deuolutæ ob lineã masculinam dicti Petri Pauli finitam? Et an nominatio de filiabus fœminis per dictum Hieronymum facta valeat & teneat? In cuius dubij resolutione arbitris inter se discordantibus fui ego in tertium electus & de voto requisitus quòd dare nolui nisi dubio in Rota proposito. Et propterea proposui illud die Lunæ, 14. Martij, 1580. & votum meum fuit pro vt infra, licèt alij Domini noluerint quicquam firmare ob difficultatem & exemplaritatem materiæ, mandantes vel idem dub. iterum proponi, vel ad aliquod caput restringi. ¶ Ego verò plures difficultates, quæ ex deductis per informantes oriuntur, ad tres principales restrinxi. ¶ Prima est, *quæ sit communior opin. in illo articulo, an in emphyteusi acquisita pro se & filiis veniant filiæ fœminæ.* ¶ Secunda, *quæ de iure verior, & magis attendenda.* ¶ Tertia, *esto, quòd cõmunior & verior sit negatiua, an illa applicetur casui nostro, vel potius in eo sit limitanda.* ¶ Quoad primam, nõ videtur quicquam dubitandum, quin † magis commu- 1
nis opinio sit negatiua cuius originalis auctor fuit Guid. de Suzar. in l. veteribus, in prin. ff. de pact. & in l. quicunque. C. de seru fug. quem refert & sequitur Archid. in c. si quis suadente, col. 3. post prin. vers. aut sunt verba cõtrahentium, vbi vltra rationem, quod fuit in potestate paciscentis legem apertiùs scribere, allegat etiam aliam rationem, quòd non reperitur iure cautum, quòd † in contra- 2
ctibus masculinum concipiat fœmininum, & propterea verba contrahentium non egrediuntur terminos suos. Et sequuntur Henric. Boich. in c. mulieres, nu. 15. de sent. excommunic. Imol. in ca. potuit, ad fin. nu. 69. de locat. & in l. si ita scriptum. num. 6. de legat. 2. in l. cum vir, in fine.

ff.de condit.& demonst.& cons. 38. nu.1.in fiue, & nu.2.
vhi emphyteusis erat concepta eisdem verbis,quibus ista,
de qua agitur, Aret.in §.fin.colum.2.circa medium,versi.
quarto casu.Instit.qui testam.tutor.dati poss.Rom. cons.
35.nu.2.vers. secunda dubitatio. & nu,3.& in l.sed si hac,
§.liberos,o.7.vers.quid si teneo.ff.de in ius voc. Cuman.
latè cons.166.post prin.Barbat.in dicto. ca potuit.in fine.
& cons.56.num.23.& consil.sequen.nu.17.libr.2.Socin.
in dicto §.liberos,num.1.vers.sed contrarium,& cons.42.
nu.13.lib.4.Alexan.latissimè cons.61.per tot. vbi respon-
det etiam contrariis,lib.1.cons.80.ad finem, versic ex his
patet,eod.lib.1.cons.87.num.9.vers.vnde dicit libro 6.in
dicto §.liberos,numero primo,versi.in contrarium, & in
l.quod dicitur,nu.24.vers.sed adde,ff.de verbor. obligat.
Veronen.in l.prima,num.36.versic.quæro septimo, ff. de
verbor.signific.Corn.consil.111.sub nu.2.lib.3.cons.199.
nu.54.versic. vnde potest.lib.2. & cons.177.num.1.lib.4.
Francisc.in ca.generali, num. 5. versic. & adde vnum,de
elect.libro sexto,Felin.in ca.quoniam,nu.4.prope finem,
vers.& adde de symon.Ias.late in l.si quis id quod, nu.23.
ff.de iurisdict.omn.iudic.in l.veteribus,nu.2.in l. pactum
inter hæredes,nu.2.ff.de pact.in l.quæ de legato,nu.14.ff.
de legat primo.in l.maritus, nu.4.C. de procur.in l,2.nu.
153.C.de iure emphy.& in l.vt liberis,nu.10.C.de collat.
Rip.in l.ex facto,§.si quis rogatus,n.59.ff.ad Trebel.Dec.
cons.171.nu.4.cons.223.nu.1.cons.567.num.4. & in cap.
in præsentia,nu.46.vers.& ista opinio.de probatio.Ruin.
cons.36.nu.11.libro primo. Rub.Alexand.cons. 22. nu.7.
Marsil.singul.191.sæpius iam dixi. Gozad. plenè cons.20.
num.1.2.3.Ferret.cons.103.num.9. lib.1.Anton. Gabriel.
libr.6.de verbor.obligat.conclus.6.num. 89. & 203. cum
seq.Ferdinand.Loaz.in l.filiusfamilias,§.diui.num.68. de
lega.2.Zoannet.de reb.quotid.c.3,n.3.Soc.iun.cons.168.
nu.79.lib.2.Bero.in suis quæst.famil.quæst.17.nu.4. & in
d.cap.in præsentia,nu.407.cum sequent. Curt.iun.in d.l.
veteribus,nu.3.& latiùs cons.321.nu.14,& 15.lib.3.fusis-
simè Cephal.consil.11.nu.7.8.9.10.& 11. & nu. 20.& 21.
libro primo,Rimin.cons.121.nu.4.lib.primo, Chassan.in
consuetud.Burgund.rubric.4.§.2.colum.2. ante nu.2.fol.
134.Zuccard.in l.fi.num.73.74.75.& 76.C. de edict.diui
Adrian. tollen. vbi respondet singulis argumentis Decij
in loco,de quo infra.cõtrarium tenentis.Et pro hac quo-
que opinione potest allegari Bald.in l.Gallus, in prin.co-
lum penultima,post medium,vers.& vide etiam, ff. de li-
ber.& posthu.vbi videtur transire cum doctrina Archid.
in dicto,ca.si quis suadente,quatenus dicit Archid.in hac
materia melius scripsisse,quàm alium. Et ita Bal. pro hac
opinione ponderatur ab Alexand.d.consil. 61. ante nu. 2.
versic. & cum dicta doctrina. Et hanc quoque opinio, in
emphyteusi Ecclesiastica,tenet idem Bal.in l.2.nu.7.C.de
iure emphyt. ¶ Et hanc senteutiam communem testantur
Dec,in dicto cap.in præsentia , post num. 46. & ibi Bero.
sub nu.407.Ias.in d.l.si quis id quod. nu. 23. Curt.iunior.
d.consil.321.nu. 30.in fin.Ferdin.Loaz. in d.§.diui,num.
68.Clar.in §.emphyteusis.q.32.versi.sed quid si fuerit,&
communem dicit Couar.libr.2.cap.18.num.1.circa med,
Pinell.in l.3.n.33.C.de bon.matern.Moder.Lusit. de em-
phyteus.par.1.q.41.nu.3.¶Contrariam † verò opinionem
3 tenuit Salicet.in l.2.nu.29.q. 17. prope fin. versic. confir-
mo,C.de iure emphy.vbi nihil allegat,sed simpliciter di-
cit,sub verbo.filiorum, pariter venire masculos & fœmi-
nas,& eum loqui sine lege & ratione,not.Alexan.d. cons.
61.prope fi.vers.nõ obstat id.lib.1. & eandem sententiam
sequitur Dec.in l.2.nu.108.ff.de reg.iur. Alciat.in l.1.n.7.
ff.de verb.signif.Socin.iun.consi.104.nu.7.lib.2.licèt du-
bitatiuè loquatur,Conar.var.resolut.lib.2 c.18.nu.1.ante
med.versic.sed & in hoc casu. Pinel.in l.3.nu.33. vers.sed
ea opi.C.de bon.matern.Clar.in §.emphyteus.q.32.vers.
sed quid,in fiue latè Modern.Lusit.de emphy.par.1.q.41.
num.3.versi.cæterum contrariam sententiam, Barbat. in

Clem.1.nu.64.& 65.de elect. vbi refert se bis consuluisse
sequendo consil.Imol.quod est 38.sed postea num.65.re-
uocat opin. suam dicens se non bene consuluisse ex eo,
quia † masculinum concipit fœmininũ ex propria signi- 4
ficatione, & non per interpretationem, & appellatione
filij ex proprio significato venit etiam filia,per l.iuxta in-
terpretatiune,ff.de verb. signific. & considerat quatenus
text.ibi non distinguit, an nomen filij exprimatur à lege
vel in contractu. Et pro hac opin. ponderat etiam Anch.
in quodam consil.ibi per eum citato.¶ Quoad secundam
difficultatem crederem, negatiuam, sicuti est cõmunior,
ita etiam de iure veriorem,&magis amplectendam ex in-
frascriptis. ¶ Primò, quia † in contractibus masculinum 5
non concipit fœmininum, & ista proculdubio est magis
communis opinio,vt patet ex cumulatis per Tiraquel. de
retract.lignag.§.1.gl.9.nu.181.& per Gabr. lib.6.de verb.
signif.conclus.6.nu.87. & hanc esse communem testatur
Zuccard.in l.fin.num.72.C.de edict.diui Adria.tollen.&
magis communem dicit Gabr.vbi supra, num. 89. maxi-
mè in contractibus stricti iuris, qualis est contractus em-
phyteuticus, prout in his terminis bene cõsiderat Cuma.
d.cons.166.post princ. ¶ Secundò,quia † masculinũ non 6
concipit fœmininum ex vi verbi, & ex vera & propria
eius significatione, sed ex lata & impropria, siue ex iuris
interpretatione,& extensione,l.pronũtiatio. ibi, porrigi-
tur,ff.de ver.sign.l.cum in adoptiuis,vers.quæ in filio.ibi,
extẽdimus,C.de adopt.l.penul.in fine ibi,extendi, proro-
garíque decerninius.C.de præpos.sacr.cubic.il.lib. 12.est
etiam bonus text.in l.seruis legatis,de leg.3.& l.inter stu-
prum,in fine,ff.de ver.sig. ponderando vtrobique dictio-
nem, † quasi,quæ est nota improprietatis. Idque volue- 7
runt glos.Dyn.Bart.& Veron.in l.1.de verb.signific.& alij
collecti per Tiraqu.vbi supra,nu.178.cum sequent.& per
Gabriel.dicta conclus.6.nu. 39. & hanc esse communem
fatetur Curt.iunior cons.163.num. 13.& communem &
veram dicit Veronen.in dict.l.prima,nu.23.prope finem.
& cõmuniorem & receptiorem asserit Tiraq.loco de quo
supra,n.179.in fine.& magis communem inquit Gabriel.
citato loco,num.42. Et in † terminis, quod appellatione 8
filij non contineatur filia fœmina ex proprietate verbi,
voluit Paul.de Leazar.in Cle.eos,de consang.& affin.re-
latus per Barbat.in Clement.prima,n.48.prope finem, de
electio.Alciat.in l.quisquis.nu.1.& ibi Veronen.in princ.
ff.de verborũ signifi.idem Alciat.in l.iuxta interpretatio-
ne,nu.3.ff.eod.Ias.in l.qui filiabus,nu.18. de legat. 1. Go-
zad.cons.20.num.1.Grat.cons.64.num.16.libr.2. Rimin.
cons.121.numer.4.lib.1.Et ista est communior & verior
opin.quicquid in cõtrarium dixerit Barbat. in dicta Cle-
ment.prima,num.59.circa medium.& num.65.versi.imo
ex proprio.& Curt.iun.con.sil.11.num. 1. ¶ Quòd autem
prior opinio sit de iure verior, probatur tum per tex. in
dicta. l. iuxta. ponderando † verbum, interpretatione, 9
quod differt à propria significatione,vt post Bald. ad rub.
C.de verb.sign.in princ.tradit Veronen.ad rub.ff eod.nu.
109.& num.132.& ibi Alciat. nu. 14. & alibi per Doctor.
¶ Tum & secundò,per tex.in dict.l. cùm in adoptiuis.ibi,
quæ in filio diximus hæc in filia extendimus. C. de adop.
ponderando † verbum, extendimus, quorum proprieta- 10
tem denotat,vt per Bart.in l.1.nu.2.& ibi Veronen.nu.12.
post medium,vers.è contrario.ff.de verbor.signifi. Alciat.
in l.pronuntiatio,nu.1.ff.eod.Tiraqel.vbi supra,nu.178.
ad fin.vbi ad id allegat tex.in l.1.§.licèt.ff.de tribut.actio.
¶ Tum & tertiò,per text.clarum in d.l.quisquis.ff.de ver-
borum signific.vbi,mihi Labeo videtur verborũ figuram
sequi,Proculus mentem testantis. ¶ Si enim sub illis ver-
bis,quisquis mihi filius hęres sit,non cõtinetur filia inspe-
cta figura verborum, & sic propretate sermonis secun-
dùm sententiam Labeonis, licèt contineatur attenta
mente testantis, secundùm opinionem Proculi, ergo se-
quitur, vt circumscripta mente disponentis appellatione
filij

filijex vi verbi & propria eius significatione non conti-
neatur filia. ¶ Nec obstat si dicatur, id, quòd est ex mente,
11 non esse per extensionem, sed ex † vero & proprio signi-
ficatu, cùm lex & mens legis idem sint, vt per Card. in
Clem. 1. q. 3. nu. 8. de elect. sequitur Curt. sen. cons. 9. num.
21. versi. quia illud, Barb. inter cons. Alex. cons. 52. sub nu.
7. lib. 4. Tiraquel. d. gloss. 9. nu. 23. ad finem, & duobus seq.
¶ Quia Card. & alij eum sequentes mouentur ex tradit.
per Dyn. in c. vlt. ad fin. de reg. iur. in 6. vbi de hac re nihil
dicit. Et contrarium deprehenditur ex d. l. quisquis, vbi
12 figura † verborum & mens tanquam diuersa consideran-
tur, aliàs si essent eadem, perperam Labeonis sententia
reiiceretur. Et hoc idem probatur in l. non aliter, de leg. 3.
¶ Vnde licet vnum sint, esse ex mente vel ex verbis quoad
effectum legis siue dispositionis, iuxta l. nominis & rei. §.
verbum, ff. de verb. signific. differunt tamen, quoad effe-
ctum veræ & propriæ significationis. Stant enim simul
ista, vt illud, quod est ex mente, sit idem, quòd lex siue di-
spositio, & procedat ex dispositione comprehensiua, &
tamen non sit ex vi verbi, & ex vera & propria eius signi-
ficatione. ¶ Stante igitur hac conclusione, quòd inspecta
proprietate verbi masculinũ non concipiat fœmininum,
& appellatione filij non veniat filia fœmina, sequitur ne-
cessariò, quod in dubio non sit recedendum ab ista pro-
13 prietate sermonis in contractu emphyteutico, † qui est
stricti iuris, cùm non enumeretur, in §. actionum. Inst. de
actio prout in specie firmat Guid. de Suzzar. de iure em-
phyt. num. 3. Specul. de iur. emph. §. nunc aliqua, nu. 3. Bal.
in l. 1. nu. 5. in fine, in 15. differentia, & ibi Salic. quęst. pen.
& Ias. nu. 76. vers. & tenendo hanc partem, C. de iure em-
phyt. Imol. in c. potuit, no. 7. vers. item differt, & ibi Bero.
nu. 83. de locat Modern. Lusit. de emphyt. parte prima, q.
14 5. nu. 7. vbi de communi. Nam † in contractibus stricti iu-
ris non receditur a verbis, & quicquid est omissum, habe-
tur pro omisso, nec de expresso ad omissum fit extensio. l.
quicquid adstringendæ, & ibi Doct. ff. de verb. obligat. Et
15 † strictum ius dicitur, quòd strictè & propriè & ad corti-
cem literæ est intelligendum, vt latè per Tiraq. de retract.
lignag. §. 35. gl. 1. n. 2. cũ seq. bene Couar. in reg. possessor,
par. 4. §. 6. n. 2. post med. vers. ex quibus illud satis constat.
¶ Tertiò comprobatur communis opin. ex eo, quòd ap-
pellatione filiorum veniũt nepotes, l. iusta interpretatio-
16 ne, & l. liberorum, ff. de verb. sign. & † tamen in contractu
emphyteutico appellatione filiorum non veniunt nepo-
tes, prout late cumulat Gabr. lib. 6. de verb. signif. conclus.
prima, nu. 62, & 63. vbi de communi, & ita in terminis no-
stris argumentatur Alexan. d. cons. 61. nu. 2. Ias. in l. si quis
id quod, nu. 23. ante med. vers. 1. quod licèt, Gozad. cons.
20. nu. 30. Cephal. cons. 11. nu. 18. lib. 1. ¶ Quartò accedit,
17 quòd verba † interpretantur contra stipulantem, qui po-
terat legem apertiùs dicere, iuxta l. veteribus, ff. de pact.
reg. contra eum, de regul. iur. lib. 6. Et ex hac ratione mo-
uentur omnes firmantes communem opinionem, de qua
supra. Nec videtur obstare responsio Dec. in l. 2. nu. 108.
de regul. iur. Alciat. in l. prima, num. 7. versic. satis enim, &
ibi Rebuff. fol. 13. vers. nec refragatur, ff. de verbo. signifi.
Tiraqnel. d. glos. 9. nu. 208. in fin. Cuuar. lib. 2. variar. resol.
18 ca. 18. sub nu. 1. in fine primæ conclus. quod † scilicet reg.
d. l. veterib. procedit, quãdo verba sunt dubia: sed id quòd
est secundùm regul. iuris non dicitur dubium, sed certum.
¶ Quia respondetur, negando adesse in contractibus reg.
iuris, quòd masculinum concipiat fœmininum: imò est
regula in contrarium, vt supra deduximus. ¶ Nec debet
inspici regula loquens in dispositione legis, in vltimis vo-
19 luntatibus, & in aliis materiis, in † quibus regulariter ma-
sculinum concipit fœmininum, iuxta l. qui duos, de leg. 3.
l. pronuntiatio, in princ. ff. de verborum signif. Sed debet
attendi reg. particularis firmata communiter per Doct. in
materia contractuum, & sic responsio Dec. & aliorum re-
torquetur. ¶ Quintò & vltimò pro communi opin. facit,

quia † sumus in emphyteusi Ecclesiastica, in qua mascu- 20
linum non concipit fœmininum, ne fiat præiudicium Ec-
clesiæ, quia, vt inquit Bald. in l. 2. num. 7. post princ. C. de
iur. emphyt. masculinum in præiudicium Ecclesiæ non
capit fœmininum, quia alias esset odium, contra perso-
nam fauorabiliorem, id est, contra Ecclesiam interpreta-
ri, sequitur Alex. consil. 61. nu. 4. versic. non obst. lib. 1. late
Gabr. lib. 6. de verb. signif. conclus. 6. nu. 102. cum duobus
seq. & hoc idem voluit Ias. in d. l. si quis id quod, nu. 22. &
Cephal. cons. 11. nu. 21. li. 1. ¶ Non obstant in contrarium
allegata. ¶ Et in primis quamplurima iura, quorũ aliqua
constituunt regulam affirmatiuam, quòd masculinũ con-
cipit fœmininum, vt in l. pronuntiatio. in prin. ff. de ver.
sig. l. qui duos, in fi. de l. 3. Alia probant in specie, appella-
tione serui, patroni, liberti, muli, equi, & cubicularij con-
tineri seruam, patronam, libertam, mulam, equam, & cu-
bicularia͂, vt in d. l. qui duos, & l. seruis legatis, de l. 3. l. in-
ter stuprum, in fi. ff. de ver. sig. l. patroni. l. liberti. ff. eo. l. le-
gatis seruis, §. fi. de leg. 3. l. pen. in fi. C. de pręposi. sacr. cubi-
cul. li. 12. ¶ Reliqua verò probãt in indiuiduo, appellatio-
ne filij venire & filiam fœminam, vt l. si quis ita, ff. de test.
tutel. l. si ita scriptum, de legat. 2. l. filij appellatione, l. iusta
interpretatione, l. quisquis. l. liberorũ, prope fin. vers. præ-
tor hæc, ff. de ver. sig. l. cùm in adoptiuis, vers. quæ in filio.
C. de adopt. Non † obstant (inquã) huiusmodi iura. Quia 21
l. pronuntiatio. facit in contrarium, ponderando verbum,
porrigitur, quod est improprietatis significatiuum, sicut
verbum, extendendi, vt supra diximus, l. qui duos, in fine,
procedit propriè vel impropriè secundùm subiectam ma-
teriam: propriè, quando profertur in genere communi
vel adiectiuo simplici: impropriè, quando profertur in
genere masculino substantiuo. Et ita illum text. intelligit
Veronen. in l. 1. nu. 24. vers. nec ob. tex. ff. de verb. signific.
vbi etiam nu. 23. vsque ad 27. latiùs hanc distinctionem
explicat, & verbum, continendi, significat proprietatem
& improprietatem ex subiecta materia, vt latè deducit
Tiraq. d. glos. 9. num. 227. maximè prope fin. Eadem l. qui
duos. ante fin. dum dicit, mulorum appellatione & mulas
contineri. Facit potius in contrarium, quia ibi fit æqui-
paratio appellationis mulorum cum appellatione seruo-
rum, & tamen appellatione seruorum impropriè & non
verè continentur seruæ, l. seruis legatis, l. inter stuprum, in
fi. ponderando dictionem, quasi, quæ est nota improprie-
tatis. Et ita in specie respondet Veron. in d. l. 1. nu. 24. vers.
nũ ob. Item l. qui duos, l. patroni, l. liberto. l. legatis seruis.
§. fin. possunt † intelligi secundùm subiectam materiam, 22
quando sumus vel in dispositione legis, vel in materia fa-
uorabili, vel in vltimis voluntatibus etiam in legatis, in
quibus lata fit interpretatio, vt infra dicemus, vel quando
constat de mente disponentis, vel quando militat eadem
ratio, & sic nõ ex proprietate sermonis, sed ex iuris inter-
pretatione. Et l. pen. in fin. facit in contrariũ ponderando
illa verba, extendi decernimus, quæ improprietatẽ deno-
tant, vt sup. diximus. Lex si quis ita, & l. si ita scriptum, lo-
quuntur in materia fauorabili, nempe, in datione tutoris,
qui datus filiis, cẽsetur etiã datus filiabus fauore impube-
rum, quorũ interest tutores habere. Datio † enim tutoris 23
licet respectu tutoris sit odiosa propter onus tutelæ, tamẽ
respectu pupillorum propter eorum commodum & vtili-
tatem est fauorabilis. Et ita illa iura intelligit Archid. in
d. c. si quis suadente, colom. 3. post princ. cum quo cæteri
communiter transeunt, l. liberorum, prope fi. ibi, filiorum
appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, contineri,
non † procedit proprietate sermonis inspecta, sed intel- 24
ligitur respectu dilectionis, quam parentes ad nepotes &
descendentes habẽt, quod colligitur ex verbis subsequen-
tibus ibi. dulciore nomine, &c. Et ita illũ text. interpreta-
tur Rebuff. ibi fol. 964. versicu. etiam non obstat. l. filij ap-
pellatione. Eodem modo intelligi debet, l. iusta interpre-
tatione. Lex quisquis, & l. cum in adoptiuis, loquuntur
impro

impropriè, & sic faciunt in contrarium. ¶ Secundò non
25 obstat, quòd valet † argumentum de vltimis voluntati-
bus ad contractus & vltimis voluntatibus masculinum
concipit fœmininum, l. qui duos. l. seruis legatis. l. legatis
seruis. §. fin. l. inter stuprum. in fi. superius allegatis. Doct.
per Gabr. congesti. d. conclus. 6. n. 7. Quia multipliciter re-
26 spondetur. ¶ Primò, argumentum † non procedere stan-
te ratione diuersitatis, quæ satis ex eo colligitur, quòd in
vltimis volūtatibus larga fit interpretatio, l. in testamen-
tis. ff. de reg. iur. c. cùm dilectus. de dona. In cōtractib⁹ ve-
ro fit stricta, l. quicquid adstringēdæ. ff. de ver. signif. Et
ita respondent Archid. Imol. Alex. Rom. Aret. & alij su-
pra citati. Nec est bona replicatio Dec. in l. 2. nu. 108. in fi.
ff. de regul. iur. quòd in legatis nō fit lata interpretatio, l.
nummis. de leg. 3. & tamen in legatis masculinum conci-
pit fœmininum, d. l. qui duos. & d. l. seruis legatis. cum aliis,
de quibus supra. Quia negatur, legata fore stricte intelli-
genda, cùm in illis quoq; lata fiat interpretatio, & habeat
locum regula d. l. in testamētis, vt late deducit ibi Cag. n.
3. vers. sed hęc declaratio. & n. 4. 5. & 6. & latissime iuribus
& rationib. & auctoritatibus idipsū cōprobans Natt. cōs.
27 626. per tot. l. 3. ¶ Secundò respōdetur, quòd † illud, quod
dicitur, quòd in vltimis voluntatibus masculinum cōci-
pit fœmininum, non procedit simpliciter, sed adhibita
distinctione & subdistinctione, prout bene declarat Verō.
28 in d. l. 1. nu. 33. ff. de verb. sign. ¶ Tertiò pro † responsione
dicitur, quòd ratio l. veterib. ff. de pact. qua nititur com-
munis conclusio supra firmata, cessat in vltimis volunta-
tibus, in quibus non potest dici legatario legata petenti,
debebas legatum apertiùs scribere, sicut potest dici con-
trahenti, & emphyteusin conducenti, vt post Ias. in d. l. si
quis id quod. n. 25. ante med. vers. nisi dicas. ff. de iur. om.
iud. bene deducit Zuccard. in d. l. fi. nu. 75. in fi. C. de edic.
diui Adrian. tollen. ¶ Tertiò principaliter nō obstat, quòd
29 in materia † odiosa pœnali masculinū concipit fœmini-
nū, d. l. si quis id quod. & ibi Doct. cū aliis late cumulatis
per Gabr. d. conclus. 9. nu. 5. & plenius per Tiraq. d. glos. 9.
30 nu. 211. cum duobus seq. Nam † ratio est, quia ita peccant
fœminæ sicut masculi, ita Io. Monach. in c. generali, nu. 2.
& ibi Archid. in prin. Io. And. nu. 5. prope fin. Butr. nu. 9. in
glo. 2. & Gemin. col. 3. circa med. vers. & est ratio. de elect.
lib. 6. Veron. in d. l. 1. num. 3. in fin. ¶ Quartò non obstat,
31 quòd † masculinum concipit fœmininum in statutis, re-
scriptis, & priuilegiis, quæ omnia sunt stricti iuris, vt per
Tiraq. d. glo 9. nu. 203. cum duob. sequent. & per Gabriel.
d. conclus. 6. num. 15. 16. 25. & 26. Quia id non est verum
simpliciter, sed cū distinctione & subdistinctione, prout
passim per Doct. de hac materia tractātes, vt latè & egre-
giè per Veronen. in d. l. 1. num. 21. 22. 28. 29. 30. 31. & 32.
32 ¶ Quintò non obstat, quòd † in materia indifferenti ma-
sculinum concipit fœmininū, vt per Tira. vbi supr. n. 203.
Quia hoc non procedit in contractibus præsertim stricti
iuris, in quibus stricta fit interpretatio: in illis enim non
attenditur qualitas indifferentis materiæ, alias corrueret
communis conclusio superiùs firmata. ¶ Sextò & vltimò
33 non obstat, quòd in † emphyteusi recepta pro se & libe-
ris veniunt filiæ fœminæ, vt latè post alios per Gabriel. d.
conclus. 6. nu. 94. & per Tiraqu. d. glos. 9. num. 207. Bero. q.
18. num. 4. Puteal. in l. 3. num. 33. C. de bon. mater. Roland.
consil. 93. nu. 6. & 23. libr. 2. Cephal. consil. 11. num. 3. lib. 1.
¶ Nam respondetur dupliciter. ¶ In primis ideò compre-
hendi fœminas in emphyteusi recepta pro se & liberis,
quia si aliâs nō comprehenderētur, sequeretur absurdum,
quoniam comprehenderentur nepotes ex filia, l. libero-
rum. ff. de verb. signif. l. 1. C. de cond. insert. & sic nepotes
ex filia, qui sunt remotiores, præferrentur filiabus quod
est absurdū. l. si viua matre, C. de bon. mater. Et ita in spe-
cie respondet Alex. in l. sed si hac, §. liberos, nu. 2. prope fi.
vers. si autem, quam sequitur ibi Soc. pariter n. 2. vers. qui-
dam moderni, ff. de in ius voc. Zuccard. in d. l. fin. nu. 67.

C. de edict. diui Adrian. tollen. & Rui. cons. 114. nu. 4. vers.
hoc idem probatur, libr. 3. ¶ Præterea respondetur & alio
modo, quod nomen † liberorum est terminus commu- 34
nis mari & fœminæ, tex. est in l. 1. §. generaliter, ff. de leg.
præstan. sicut est terminus parentum, ascendentium, de-
scendētium, hæredum, & similia. Et quando terminus est
communis vtrique sexui, tunc communis est Docto. con-
clus. vt ex infra dicēdis apparebit, quòd ex vera & propria
significatione comprehenditur etiam fœmina, & sic pa-
tet maximam esse diuersitatem inter emphyteusin rece-
ptam pro se liberis, & receptam pro se & filiis. ¶ Circa
tertiam difficultatem sum in voto, vt communis conclu-
sio superius firmata limitetur in casu nostro ratione ab-
surdi. Est enim Doct. conclusio cōmuniter recepta, quòd
in † contractibus masculinum concipit fœmininū, quan- 35
do aliâs si non conciperet, sequeretur absurdum, vt per
Alex in d. § liberos. sub nu. 2. & 3. & ibi Soc. sub n. 2. Zuc-
card. in d. l. fin. nu. 76. idem Alex. cons. 70. ad fi. libr. 1. Dec.
in l. 2. num. 107. versi. secunda conclusio. ff. de reg. iur. be-
ne Ruin consi. 114. nu. 14. vers. hoc idem probatur, libr. 3.
& Gabriel. d. conclus. 6. nu. 94. ¶ Absurditas autem in casu
nostro videtur clara, quòd Petrus Paulus Arditius, qui
fuit primus acquirens emphyteusin potuerit in euentum,
quod decessisset sine filiis nominare etiam fœminam ex-
traneam, & sic quod melioris sit conditionis fœmina ex-
tranea, quàm propria filia, quodquam esset absurdum, ne-
mo non videt. ¶ Quòd autem Petrus Paulus potuerit
nominare etiam fœminam extraneam, deducitur triplici-
ter. ¶ Primò, quia Petro Paulo sine filiis decedenti con-
ceditur facultas nominandi vnam personam, & iste ter-
minus personæ est communis ad vtrunque sexum, &
† est similis termino hominis, qui pariter est communis 36
vtrique sexui, iuxta leg. hominis appellatione, ff. de verbo-
rum signifi. Vnde intrat communis Doct. conclusio, quòd
verba † concepta sub termino cōmuni, puta homo, com- 37
prehendunt vtrumque sexum ex proprietate sermonis,
non ex interpretatione vel extensione, ita Bart. in l. 1. nu.
2. versicul. vel dic. & ibi Alciat. in prin. & latius Veronen.
num. 13. versic. 1. casu, ff. de verbor. signif. idem Bart. in l. si
quis in tantam, nu. 4. versic. habemus, C. vnde vi. Card. in
Clem. 1. quæst. 5. num. 8. versic. dic, quod quandoque, &
ibi Barbat. num. 59. & 60. de elect. Anch. in c. generali, nu
5. & ibi Gemin. colum. 3. in fine, versic. sed dic, eodem tit.
de elect. Soc. in d. §. liberos, n. 2. ante med. Ias. in d. l. si quis
id quod, nu. 22. vers. motus sum. Dec. in d. l. 2. n. 94. de reg.
iur. Gabriel. d. conclus. 6. nu. 43. Tiraqu. d. glos. 9. num. 227.
versicul. pro quibus facit. ¶ Secundò, pro hac opin. facit
illud verbum, ad libitum, per quòd licebat Petro Paulo
nominare etiam fœminam, cùm nominatio persona es-
set ad libitum suum. ¶ Tertiò, multum me mouet, quòd
in contractu est excepta nominatio alicuius Ecclesiæ seu
monasterij, seu personæ sub titulo dignitatis, quæ exce-
ptio firmat reg. in contrarium, & sic facultas nominandi
vnam personam comprehendit nedum masculum, sed
etiam fœminam, quia cùm fuerit excepta nominatio Ec-
clesiæ, monasterij & personæ in dignitate constitutæ, cla-
rè patet, nullam factam fuisse differentiam, an persona
nominanda sit masculus vel fœmina. ¶ Nec obstat, quòd
illa verba, possit nominare vnam personam, debeant in-
telligi de masculo ex eo, quòd superiùs Petrus Paulus ac-
cepit in emphyteusin pro se filiis & nepotibus. Et com-
munis est conclusio, appellatione filiorum in illa mate-
ria fœminas non contineri. Vnde si in præcedentibus
fœminæ non comprehenduntur, ergo nec in sequenti-
bus, iuxta l. si seruus plurium, §. fin. de legat. 1. Quia † pro 38
responsione dicitur, quòd tunc præcedentia declarant se-
quentia, quando præcedentia sunt expressa & determina-
ta, sequentia autem sunt obscura & generalia: sed quan-
do præcedentia sunt obscura & generalia, & sequentia
sunt clara & determinata, tunc sequentia declarant &
detet

determinant præcedentia, ita post Cyn. tradit Bal. in l. de-
legatorum petitio, §. fin. in fi. de leg. 2. per illum tex. & per
l. si eum fundum, ff. de ver. sig. sequitur Ias. in d. l. si seruus
plurium, §. fi. nu. 3. & ad idem allegat Bal. Imol. & alios in
l. cohæredi, §. si quis discretas, per illum text. ff. de vulg. &
pup. ¶ Sed in casu nostro verba sequentia sunt magis clara
& determinata, quàm verba præcedentia, quia certum &
determinatum est, sub termino personæ, vere & propriè,
tam fœminam, quam masculum contineri, quod non est
ita certum, & determinatum in appellatione filiorum, vt
ex supra deductis liquet. Meritò, &c. ¶ Idque eò magis
procedit, quòd mens concedentis emphyteusin non fuit
facere differentiam in sexu, sed solùm excludere Eccle-
siam, siue monasterium, vel personam in dignitate con-
stitutam.

CANTVCCII.

Bononien. de Borgogninis. Ven. 15. April. 1580.

SVMMARIA.

1 *Posthumus heres si sit principaliter institutus, non possunt alij donec nascatur, dici heredes, sed fideicommissarij.*
2 *Conditio resolutiua non potest dari in institutione heredis: secus in institutione conditionalis.*
3 *Heres purus, si deficiat conditio coheredis, in totum semper fuit heres.*
4 *Vxor vniuersaliter instituta, donec vitam vidualem seruauerit, est verè & propriè heres, nisi repugnet mens testatoris.*
5 *Transmissio quando non habeat locum.*
6 *Ius in habitu competens non transmittitur ad heredes, nisi deducatur ad actum.*

DECISIO CXXVI.

DOmini retenta decisione in hac caussa facta sub die
6. Iunij, 1578. quod institutio filiorum Æmiliæ na-
sciturorum sit principalior institutione Cæsaris de Nap-
pis & Borgogninorum, & quod nõ illa, sed ista sit impro-
prianda, resoluerunt, verba illa, vel interim donec illi na-
scantur, &c. de quibus in dubio, esse ita intelligẽda, vt Cæ-
sar & Borgognini non sint instituti hæredes purè, nec sub
1 conditione resolutiua, quia cùm filij Æmiliæ nascituri
sint principaliter instituti hæredes, impossibile est de iure
quod interim, donec illi nascantur, Cæsar & Borgognini
sunt hæredes: nam cùm illi fuerint semel hæredes, non
possunt desinere esse hæredes: & si aliter diceremus, non
essent hæredes, sed fideicommissarij, quia Cæsar & Bor-
gognini tenerentur illis, quatenus nascerentur, restituere
per fideicommissum, prout deducunt hic informantes
Borgogninorum. ¶ Non obstat, quòd exemplo dicitur
2 de conditione resolutiua, quia † illa nõ potest dari in insti-
tutione hæredis, l. hæreditas ex die, ff. de hæred. instit. quia
semel hæres non potest desinere esse hæres, licèt secus sit
in institutione conditionali, quia eueniente conditione
retrotrahitur ad tempus mortis: illa verò deficiente per-
inde est ac si nulla facta esset institutio. Et hoc est, quod
dicit Do. Aldobrandin. in §. hæres. Instit. de hæred. instit.
¶ Non obstat, qood tradit Bar. in l. plane, §. si coniunctim,
nu. 2. vers. 1. casu. ff. de leg. 1. in quæstione de duobus hæ-
redibus institutis, vno purè, altero sub conditione, quod
3 † hæres purus, si deficiat conditio cohæredis, in totũ sem-
per fuit hæres. Quia Bart. loquitur in diuersis terminis,
nempè in hærede, qui partem hæreditatis habebat purè.
4 ¶ Nõ obstat cons. Bal. 421. alias 415. lib. 5. vbi † vult, quòd
vxor vniuersaliter instituta, donec vitam vidualem duxe-
rit, est verè & propriè hæres. ¶ Quia in casu nostro repu-
gnat voluntas testatoris principaliter instituentis filios
Æmiliæ, qui propter principalem eorum institutionem
sunt verè & propriè hæredes, & non possunt desinere es-
se tales. Et propterea donec illi nascuntur, non possunt
Cæsar & Borgognini esse verè & propriè hæredes. ¶ Quã-
tum ad effectum † transmissionis aliqui ex Dominis te- 5
nebant non esse locum transmissioni, tum per text. in l.
huiusmodi, & in l. cũ illud, ff. quemad. dies leg. ced. Roma.
sing. 89. & 90. Euerard. in loc. alternatiuè, in 5. limit.
¶ Tum quia, † quæ nobis competunt in habitu, non trans- 6
mittuntur ad hæredes, nisi sint deducta ad actum, ita per
l. scripto, in prin. ff. de cõd. liber. tradit. Sebast. Sap. ad rub.
C. de success. edict. nu. 7. ¶ Aliqui verò contrarium sentie-
bant credẽtes, Cæsarem, & Borgogninos habuisse totum
illud ius, quod testator dare poterat, & quod institutioni
filiorum Æmiliæ non repugnabat. Vnde si testator vo-
luit. Cæsarem & Borgogninos esse hæredes, donec filij
Æmiliæ nascantur, & in hoc non resistit voluntas testa-
toris, sed potestas, videtur hæc vrgens coniectura pro
transmissione, quasi hæc voluntas nulla & inefficax ob
resistentiam iuris possit saltem operari effectum trans-
missionis. Sed tamen Domini super hoc nihil firmarunt,
quia volunt particulariter videre, an in casu, de quo agi-
tur, adsint tales coniecturæ, vt sit locus transmissioni.

CANTVCCII.

Bononien. iuris Macinan. Lunæ, 18. Aprilis,
& 2. Maij. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non repertum in volumine statutorum an & quando valeat & subditos ligare dicatur.*

DECISIO CXXVII.

DOmini dixerunt, statutum, de quo agitur, non liga-
re. Quia † cum pro parte Dominorum Capitum
agatur ad demolitionem molendini Dominorum de san-
cto Petro, debet eorum intentio necessario & conclu-
denter probari, quod quidem ab eis factum non fuit. Li-
cèt enim in volumine statutorum ciuitatis Bononiæ re-
formatorum de anno 1378. reperiatur statutum prohi-
bens nouam molendinorum constructionẽ sine licentia
Antianorum positum sub rubric. de Molendin. de nouo
non cõstruen. Et licèt in volumine statutorum nouorum
eiusdem ciuitatis Bononiæ per Bessarionem legatum
apostolicum, de anno 1454. confirmatorum reperiatur
idem statutum prohibens nouam constructionem mo-
lendinorum, positum sub eadem rubr. de molend. de nou.
non construen. Et licèt etiam Bessarion in sua confirma-
tione asserat, quod de anno 1389. editum fuit, & vires ha-
bere cœpit volumen statutorum ciuitatis Bononiæ, vi-
gentium tunc temporis, hoc est, de anno 1454. ¶ Nihil-
ominus non propterea sequitur necessario, quòd de an-
no 1389. & sic ante annum 1420. de quo anno prætendi-
tur fuisse constructum molendinum dictorum de san-
cto Petro, reperiretur insertum vel descriptum in volu-
mine statutorum ciuitatis Bononiæ supradictum statu-
tum prohibens de nouo molendina construi sine licen-
tia Antianorum: quamuis enim possibile sit, quòd illud
fuerit insertum vel descriptum de anno 1389. tamen est
etiam possibile, quòd fuisset insertum & descriptũ postea
de anno 1443. ¶ Quia potest esse, quòd reformationes ex
volumine statutorum de anno 1378. reformatorum ex-
traxerint statutum, prohibens nouorum molendinorum
ædificationem, illudq; immutauerint, reformauerint, &
ampliauerint, prout ex eius lectura constat, atque ita im-
mutatum, reformatum, & ampliatum inseruerint & de-
scripserint in volumine nouorum statutorum per Bessa-
rionem de anno 1454. confirmatorum, & eò magis, quòd
licentiæ ædificandi molendina non reperiuntur conces-
sæ, nisi post annum 1454. vt in quinto, sexto, & septimo
præsuppositis. Vnde probatio Dominorum Capitum, vt
ex præmissis apparet, non est necessaria, neque conclu-
dens, prout esse debet, cùm agant contra Dominos de
sancto Petro ad demolitionẽ eorum molendini tanquam
constructi contra formam statuti facti de anno 1378.
prohibentis molendina de nouo construi sine Antiano-
rum licentia. Oporteret igitur, Capita probare, dictum
statutum

statutum fuisse publicatum & consequenter ligasse ante annum 1420. ¶ Non obstat triplex ponderatio confirmationis priuilegiorum dictorum de sancto Petro per Danielem Vicelegatum de anno 1434. emanatæ. ¶ In primis quatenus in dicta confirmatione narratur concessio ædificandi molendinum per Alphonsum Cardinalem legatum Floriano de sancto Petro de anno 1440. facta, quasi concessio præsupponat prohibitionem. ¶ Secundò, quatenus in eadem confirmatione fit narratio, quod Ciuitate de anno 1429. ad statum popularem redacta Florianus de sancto Petro & Baptista eius filius per nonnullos potentes turbati & impediti fuerint in quasi possessione, & iure molendi prætextu, quòd statuto contrauenissent. ¶ Tertiò, dum in dicta confirmatione fit derogatio statutorum, quæ derogatio arguit statuti vigentiam & obseruantiam. ¶ Nam quoad primum de concessione Alphonsi Cardinalis legati, ex ea nõ potest necessariò argui probatio statuti de nouis molendinis sine licentia Antianorum non ædificandis, facti de anno 1378. Tum quia de dicto statuto in ea verbum nullum, tum quia potuit ob aliam caussam impetrari. Et sic ista consideratio & argumentatio non concludit de necessitate. ¶ Quoad secundum, de turbatione & impedimento negatur illa fuisse illata sub prætextu, quòd Florianus & eius filius dicto statuto contrauenissent. Quia de hac contrauentione dicti statuti in dicta cõfirmatione nullũ verbum. ¶ Quoad tertium, de derogatione statutorum, illa nihil facit, tum quia ex ea non infertur necessario ad vigentiam & obseruantiam statuti facti de anno 1378. constructionem nouorum molendinorum impedientis. Tum quia potest verificari respectu exemptionis datiorũ per Ludouicum Cardinalem legatum Floriano & eius filio de anno 1427. concessæ, ac etiam respectu remotionis impedimenti & turbationis prædictorum. ¶ Præterea in omnẽ euentum, quando etiam statutum, de quo agitur, ligaret, Domini dixerunt, non esse deueniendum ad demolitionem molendini Dominorum de sancto Petro, quia præsumitur eis impetrata licentia illum ædificandi, stante possessione eorum, & scientia & patientia ipsorum Capitum, & totius populi per tam longissimum atque immemorabile tempus, prout bene deducunt informantes Dominorum de sancto Petro. Ex quo capite res secundùm Dominos reddebatur clarissima, & omnis prorsus cessabat difficultas.

CANTVCCI I.

Roman. domus de Maximis. Die 4. Maij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Primogenitus quis dicatur.*
2 *Maioricatus & primogenitura instituuntur caussa conseruandi agnationes.*
3 *Primogenitura quando dicatur perpetua, vel ne.*
4 *Dictio, sic, iuncta cum copula præcedenti non stat illatiuè seu expositiuè, sed designat modum.*

DECISIO CXXVIII.

DVbitaui in caussa Rom. domus de Maximis 4. Maij, 1580. stante instrumento testamenti, & instrumento diuisionis & dictis testium, quorum omnium copia data fuit, *an constet, D. Fabritium esse primogenitum ita, vt domus, de qua agitur, spectet ad ipsum?* ¶ Domini distinxerunt materiam in tres difficultates principales. ¶ Quarum prima est, *an testes probent, D. Fabritium esse tertio genitum D. Angeli, & consequenter maiorem natu cæteris suis fratribus hodie viuentibus?* ¶ Secunda, *an idem D. Fabritius possit dici primogenitus?* ¶ Tertia, *an primogenitura in casu nostro sit perpetua, vel potius exspirauerit per primam diuisionem?*

¶ Primam difficultatem Domini affirmatiuè resoluerunt: licèt enim testes potuissent concludentiùs probare, tamen adminiculantur tum ex nominatione filiorum Dom. Angeli in eius testamento per ordinem facta, ita vt quemadmodum non dubitatur de Maximo & de Valerio primo & secundo loco nominatis, ita & pari ratione est ambigendum de Domino Fabritio tertio loco nominato, quin fuerit maior natu cæteris suis fratribus post eum nominatis. Tum quia pro parte Do. Tiberij & aliorum fratrum nihil in contrarium adducitur. Tum & tertiò quia si aliquis ex eis esset maior natu Do. Fabritio, verisimiliter ageret ad hanc domum: sicut facit Dom. Fabritius, ne aliàs præsumatur iactatæ suum. ¶ Secundam Domini pariter affirmatiuè resoluerunt, tum quia primogenitus non solùm is dicitur, qui verè primu loco genitus est, sed is quoque, qui illum proximè & immediatè sequitur ex fratribus, etiam si verè secundo vel vlteriori loco genitus sit: is namq; mortuo primogenito sine liberis, 17
prout in casu nostro, iura primogenituræ consequitur, vt latè per Tiraquel. iura & auctoritates ad id congerentem. in tractat. de iur. primog. q. 3. numer. 6. cum sequent. Paris. conf. 72. num. 109. cum seq. lib. 4. cum aliis latissimè cumulatis per Menoch. conf. 97. nu. 3. vsque ad nu. 19. lib. 1. Tum quia primogenitura in domo, de qua agitur, videtur instituta caussa conseruandi decorẽ & splendorem 18
familiæ de Maximis, cùm † maioricatus & primogenitura instituantur caussa conseruãdi aguationes, Præpos. in c. ius naturale. num. 11. ante med. vers. & per idem etiam respondetur. dist. 1. Socin. conf. 47. n. 6. l. 3. Aym. conf. 156. nu. 3. bene Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 5. num. 5. vers. tertio eadem opin. circa med. ibid. eadem siquidem ratione. Quæ ratio conseruationis familię militat nedum in primogenito, sed etiam in aliis transuersalibus proximè illum sequentibus. Mentò &c. ¶ Tum & tertio, quia aliàs de facili potuisset reddi elusoria voluntas & dispositio 19
testatoris expressa in illis verbis, & sic sępet &c. si primogenitura intelligebatur restricta ad personam D. Maximi primogeniti, quia potuisset, sicut postea euenit, mori sine filiis. ¶ Circa tertiam difficultatem, quæ fuit reseruata particulariter videnda, tenuerunt Domini 20. eiusdem mensis Maij, primogenituram † in casu nostro fuisse perpetuam, non autem expirasse per primam diuisionem, tum propter verbum illud, succedat, quod denotat successionem futuram ex testamento vel ab intestato, quòdque non potest verificari in prima diuisione, in qua nulla potest considerari successio, cum momento expediatur. Tum propter illam dictionem, semper, quæ significat omni tempore: si enim primogenitura expirasset per primam diuisionem, vtique fuisset restricta ad vnum tantum tempus, videlicet, primæ diuisionis, & sic non duraret omni tempore. ¶ Tum & tertiò, quia si illa verba, & sic semper, essent restricta ad primã diuisionem, & non denotarent successionem post primam diuisionem, vtiq; essent penitus superflua, quia testator in verbis immediatè præcedentibus satis superque disposuerat, vt primogenitus ex filiis suis in actu diuisionis haberet domum, de qua agitur in portione sua, nec opus erat aliquid agere, prout bene deducit hic D. Parentius, cuius dicta Dominis placuerunt. Fuit etiam & quartò, additum, quòd sicut testator fecit fideicommissum in infinitum, ita etiam credendum est, voluisse primogeniturã durare in infinitum. ¶ Non obstat, quòd illa † dictio, sic, iuncta cum copula præcedenti stet illatiuè, siue expositiuè, vt per Ruin. conf. 102. n. 11. lib. secundo. Et quòd primogenitura denotata per illa verba, & sic semper in portione huiusmodi primogenitus succedat &c. sit facta in casum primæ diuisionis, vt per Alexand. conf. 139. num. 3. circa med. versi. & substitutio sequens. lib. 6. Nam pro respõsione dictum fuit, dictionem, sic, non stare illatiuè, sed designare modum, id est, hoc pacto, l. 2. ff. de condit. indeb. Alberic. in diction. in verbo, sic. Et illa copula, &, præcedens dictionem, sic, est repetitiua qualitatum præcedentium sub vniformi terminorum paritate, vt late deducit Ias. conf. 218, num. 2. lib. 2. Et in casu nostro repetit præcedentem qualitatem diuisionis, ita vt successio primogeniti fiat in casu & tempore diuisionis faciendæ de portione primi primogeni

mogeniti, hoc eſt, Domini Maximi. Et hæc diuiſio innititur ex illis verbis, & in portione ſua, quorum ſenſus eſt, quòd primogenitus in diuiſione facienda de portione primi primogeniti ſibi obuenta in prima diuiſione, debeat habere in portione ſua domum, de qua agitur, & ſic copula, &, in caſu noſtro reperit præcedentem qualitatem diuiſionis, non in ſpecie illius primæ diuiſionis, ſed in genere cuiuſcunque diuiſionis faciendæ poſt primam diuiſionem. ¶ Nec conſi. Alexand. 139. numero 3. circa med. libr. 2. poteſt applicari caſui noſtro, quia impoſſibile eſt, quòd primogenitura denotata per illa verba, & ſic ſemper in portione huiuſmodi primogenitus ſuccedat, intelligatur facta in caſum primæ diuiſionis, quia ſi primogenitus ſuccedit in portione facta in prima diuiſione, ergo non poteſt ſuccedere in caſum primæ diuiſionis, ſed præſupponit illam iam factam. ¶ Reliqua exemplo deducta, aut non indigent reſponſione, aut tolluntur ex præmiſſis.

CANTVCCII.

Vlixbonenſis profeſſionis. Lunæ 9. Maij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Profeſſio religionis quando nulla dicatur.*

2 *Media præſumuntur probatis extremis.*

3 *Coniectura vel præſumptio aliqua quoties concurrit inferens retro, præſumitur de vno tempore in præteritum.*

4 *Negatiua probata per factum ſonans in affirmatiuam non differt ab ipſa affirmatiua.*

5 *Negatiua non ſanæ mentis non eſt improbabilis, ſed habet implicitam affirmatiuam, & probatur per actus & ſigna furoris & dementiæ.*

6 *Teſtes contrarij per diſtinctionem temporum ad concordiam reducuntur.*

7 *Teſtes varij deponentes ſuper dementia vel inſania alicuius, ad concordiam reducuntur per diſtinctionem temporum.*

8 *Furioſi & mentecapti ſæpe reſpondent ad propoſitum ad ſimilitudinem puerorum.*

9 *Infantes ſæpe verba prudentia loquuntur, & faciunt actus conuenientes prudentibus, & tamen non ſunt.*

10 *Actus plures ſanæ mentis ſucceſſiuè, & continuati per aliquod tempus requiruntur ad inducenda dilucida interualla.*

11 *Interualla dilucida perfectiſſima eſſe debent ad effectum ſanæ mentis probandæ.*

12 *Reputatio communis non probat ſanitatem mentis, licèt probet dementiam.*

13 *Actus confitendi & communicandi eſt conſiderabilis ad eliciendam mentis ſanitatem, niſi proueniat ex inaduertentia confeſſoris.*

14 *Negatiua furoris vel inſaniæ, quomodo probetur per teſtes.*

15 *Actus à furioſo vel mentecapto ritè & rectè, ſicut à quolibet prudente, geſtus valet, & tenet ex communi. licèt contrarium aliqui tenuerint nu. 16.*

Intellige procedere in furioſo vel mentecapto habente dilucida interualla. nu. 17.

18 *Arbitrarium eſt iudici decernere, an furioſus vel mentecaptus habuerit dilucida interualla, vel ne, ad effectum validitatis actus per eum ritè & rectè facti.*

DECISIO CXXIX.

PRopoſui 4. Maij 1580. cauſſam Vlixbonen. profeſſionis ſuper concurſu probationum vtriuſque partis. Et dubitaui ſtante deciſione facta 22. Iunij. 1579. iunctis concluſionibus à me collectis ex teſtibus D. Ludouici Aluares concernentibus contenta in dicta deciſione, in quarta difficultate. verſic. non obſtat. Et ſtantibus concluſionibus per partes additis, & alijs concluſionib. per Dominos collectis ex teſtibus D. Antonij Telles, quorum omnium copia data fuit: *An profeſſio D. Marguaritæ ſit nulla vel potius valida in caſu, & ad effectum, de quo agitur?* ¶ Cuius dubij reſolutio propter magnam molem ſcripturarum non potuit capi in prima poſitione, ſed dilata ad 9. eiuſdem menſis, vt interim Domini poſſent cauſſam exactius videre. Illo igitur die cauſſa ſuper eodem dubio propoſita, Domini concorditer reſoluerunt, profeſſionem † Margaritæ nullam eſſe. Et reſolutionis ratio fuit, 1
quia probationes Domini Ludouici neceſſario concludunt ad dementiam Marguaritæ, cùm eius verba, ſigna, & actus ſint tales, vt neceſſario inferant ad inſaniam, vt patet ex concluſionibus facti nuper à me de ordine Dominorum ex depoſitionibus teſtium D. Ludouici collectis, præſertim iunctis communi reputatione, iudicio Phyſicorum & Ieſuitarum, ignoratione nominis proprij, recuſatione Monialium Monaſterij de Speranza, recuſantium admittere Margaritam ad profeſſionem propter eius inſaniam, ac nimia breuitate temporis trium dierum indulti Margaritæ ad profitendum in monaſterio de Odiuellas, prout latiùs in deciſione, in ſecunda difficultate, accedunt ſententiæ de partibus, quibus in huiuſmodi negotiis Rota conſueuit multum deferre, vt in illa Tullen. matrimonij coram R. P. D. meo Aldobran. ¶ Et licet probationes D. Ludouici non percutiant præciſe tempus profeſſionis Marguaritæ per eam in monaſterio de Odiuellas emiſſæ, prout de iure requiritur, c. ſicut tenor. de regul. nihilominus in caſu iſto dementia Marguaritæ etiã de illo tempore præſumitur, tum quia probata dementia tam ante, quàm poſt actum, præſumitur † dementia media, vt in terminis furoris & dementiæ firmat Anch. conſ. 2
5. numero 5. Ruin. conſilio 67. numero 11. prope fin. lib. 1. idem Ruin. inter conſilio Curt. iun. conſilio 292. numero 25. libr. 3. & ita etiam arguit Alexand. conſil. 54. numer. 2. libro 1. Et in caſu noſtro negari non poteſt, quin inſania Margaritæ probetur tam ante, quàm poſt profeſſionem, prout liquet ex concluſionibus Dom. Ludouici. Tum etiam, quia cùm conſtet de dementia Margaritæ poſt profeſſionem, præſumitur etiam fuiſſe demens retro, & ſic tempore profeſſionis, concurrentibus in caſu iſto pluribus coniecturis & præſumptionibus retro, nempe probatione dementiæ ante profeſſionem, recuſatione Monialium de Speranza propter dementiam, breuitate temporis trium dierum, & exclamatione Prioriſſæ monaſterij de Odiuellas, ne reciperetur in monaſterio Margarita, quæ erat inſana, & tanquam talis fuerat reiecta à Monialibus de Speranza, quam exclamationem probant teſtes Domin. Ludouici 19. ſuper 17. & 21. ſuper 8. Et non eſt dubium, † de vno tempore præſumi in præteritum, quoties concurrit aliqua coniectura vel præſumptio inferens 3
retro, prout in dicta deciſione, in tertia difficultate, verſic. tertio, non obſtat. Et iſta præſumptiua probatio multum coadiuuatur ex depoſitionibus duorum teſtium D. Ludouici, nempe 19. & 23. Nam 19. ſuper 8. in fine dicit, quod vidit & locuta fuit cum Margarita, quando ſtetit in hoſpitio, & in reſponſione, quam ſibi dedit, & in ſuis rebus & geſtibus quos faciebat, teſtis comprehendit, quod carebat iudicio, & ſuper 10. dicit, quod toto tempore, quo Margarita manſit in monaſterio de Odiuellas vſque quo venit ad domum actoris, fuit ſemper inſana & extra ſuum iudicium, & faciebat & dicebat multas temeritates, propter quas ridebat, deinde in cauſſa ſcientiæ recenſet inſanias, quas faciebat, 23. ſuper 10. dum dicit, quòd poſtquam Margarita ingreſſa fuit monaſterium de Odiuellas, & emiſit primam profeſſionem, & etiam vſque ad profeſſionem benedictionis, nunquam bene viſa fuit ipſi teſti, quæ nihil aliud denotãt, niſi quod nunquam teſti viſa fuit ſanæ mentis, prout colligitur ex ratione, quam poſtea ſubdit, quia ridebat pro quacumque re, & prouocabat ad ridendum ea quæ faciebat, Quam negatiuam non ſanæ mentis poſtea teſtis probat per factum, quod ſonat in affirmatiuam, ſcilicet, quia ridebat pro quacumque re, & prouocabat ad ridendum

4 ea quæ faciebat. Negatiua † enim quæ probatur per fa-
ctum sonans in affirmatiuam, non differt ab ipsa affir-
matiua, vt in terminis tradit Aret. in cap. in nostra. col. 5.
nu. 19. vers. aliquando testes, quem sequitur ibi Felyn. nu.
6. de testibus. Anton. Gabriel. libr. 1. de testibus, conclus.
5 4. num. 7. Boer. decis. 23. num. 94. Et † in specie, quòd ne-
gatiua non sanæ mentis non sit improbabilis, sed quòd
habeat implicitam affirmatiuam, & probetur per actus
& signa furoris & dementiæ, expressè firmat Butr. in cap.
cum dilectus. nu. 32. de succes. ab intest. Et licèt iste testis
dicat, quòd vsque quo Margarita emisit professionem
benedictionis, nescit nec recordatur; quòd viderit ab il-
la fieri quicquam, propter quod fuisset notata de insania,
tamen testis intelligit de illa insania, qua fuit notata post
professionem benedictionis, vt postea ipsamet testis se
declarat, dum dicit, & post professionem benedictionis
semper illam habuit pro insana, & multum insensata. Et
quamuis testis dicat, quòd Margarita nunquam bene vi-
sa fuit ipsi testi, quia illam inueniebat multum leuem iu-
dicij & modi, tamen ista verba non debent attendi, quia
testis per illa potiùs iudicat quàm testificatur, sed debent
attendi verba immediatè sequentia, videlicèt, & ridebat
pro quacunque re, & prouocabat ad ridendum ea, quæ
faciebat. Ex quib. verbis colligitur actus insaniæ. ¶ Non
obstant probationes D. Antonij Telles. Quia non exclu-
dunt probationes Do. Ludouici, sed sunt compatibiles
6 cum illis, non † quia per distinctionem temporum ad
concordiam reducantur, iuxta ca. cum tu. & ibi Doct. de
testib. ita vt Margarita quandoque esset demens, & quan-
doque esset sanæ mentis, & sic haberet dilucida interual-
7 la, prout † in terminis furoris & dementiæ hanc concor-
diam testium considerat Alex. cons. 147. nu. 4. ad fin. vers.
præterea dato. lib. 7. & latius Soc. cons. 41. nu. 9. prope fin.
vers. sed tamen possunt. & nu. 10. lib. 1. Boer. decis. 23. n. 83.
¶ Sed ideò sunt cōpatibiles, quia stant simul, quod Mar-
garita esset demens, & loqueretur ad propositum, & fa-
ceret actus conuenientes personæ sanæ mentis, de qui-
8 bus in conclusionibus facti D. Antonij. Quia † furiosi
& mentecapti sæpenumero respondent ad propositum
& immiscent verba & facta conuenientia homini sanæ
mentis, prout etiam pupilli faciunt. ita Corn. cons. 73. nu.
3. post med. versic. tamen attento. libr. 1. & multoties lo-
quuntur & faciunt signa, vt prudentes, & tamen non
9 propterea desinūt esse furiosi vel mētecapti, quia † etiam
infantes sæpe ac sæpiùs verba prudentia loquuntur, & fa-
ciunt actus conuenientes prudentibus, & tamē non sunt,
vt inquit idem Corn. consil. 62. numero 12. versiculo ma-
ximè quia. eod. lib. 1. & hoc idem firmat. Bertran. cons. 48.
nu. 31. vers. nec moueri debet. libr. 2. part. 1. Gram. consil.
crim. 16. numer. 9. Paris. consil. 87. numer. 44. libr. 3. ¶ Nec
testes Domini Antonij probant aliquo modo dilucida
interualla Margaritæ, quia non deponunt de actibus &
signis sanæ mentis multiplicatis, successiuis, & continua-
tis per aliquod tempus considerabile, ita vt non possint
conuenire dementibus, sed deponunt de signis & acti-
bus sanæ mentis diuersis & distinctis temporibus gestis,
per quos actus & signa non possunt dilucida interualla
induci, cum etiam dementes & furiosi sæpe ac sæpius fa-
ciant signa & actus conuenientes prudentibus. Quod au-
10 tem ad inducenda dilucida interualla † requirantur plu-
res actus sanæ mentis successiuè, & continuati per ali-
quod tempus, probat text. in l. cum aliis. in princip. C. de
curat. furio. vbi dilucida interualla sunt tempora, quib.
intermissio furoris peruenit, quæ intermissio non potest
verificari, nisi illis temporibus fiant plures actus sanæ
mentis successiui & continuati. Et ista dilucida interualla
quædam sunt longiora, quædam breuiora, vt ibi expressè
11 cauetur. Imò † huiusmodi dilucida interualla perfectis-
sima esse debent, vt inquit idem text. ibi. sed per interual-
la, quæ perfectissima sunt, quem text. & illas duas quali-
tates, dilucida, & perfectissima, bene ponderat Roderic.
Suar. alleg. 1. numero 20. ¶ Et respondendo sigillatim ad
allegata pro parte D. Antonij. ¶ Inprimis non obstat,
quòd Margarita in monasterio de Odiuellas fuit com-
muniter reputata pro muliere sanæ mentis. Quia † re- 12
spondetur, tum quia communis reputatio forsan non
probat sanitatem mentis, vt bene deducit Alexan. consil.
147. num. 17. lib. 7. licèt secus sit in dementia, quam com-
munis reputatio bene probat, vt per Doct. cumulatos, in
dict. decis. in secunda difficultate, vers. & in super. ¶ Tum
etiam, quia in contrarium est communis reputatio de-
mentiæ, vt in 21. conclus. d. Ludouici, & sic istæ duæ com-
munes reputationes se inuicem elidunt. ¶ Secundò non
obstat, quòd Margarita confitebatur & communicabat,
quia † actus videtur multum considerabilis ad elicien- 13
dum mentis sanitatem, vt per Dec. consilio 448. numero
20. in fin. & numer. 36. pariter. in fin. ¶ Quia respondetur,
quòd vtrumque actum faciebat per inaduertentiam con-
fessoris, cui dementia Margaritæ erat ignota, & qui de
ea non erat admonitus. Et quòd hoc sit verum, patet ex
eo, quòd postea plures religiosi de hac re admoniti, &
plures cum Margarita locuti iudicarunt eam incapa-
cem confessionis, communionis, & aliorum sacramen-
torum, prout in 23. conclus. Domini Ludouici. ¶ Accedit,
quòd dementia Margaritæ apud Moniales de Speranza
erat in confesso, & tamen patiebantur eam confiteri, &
sumere sanctissimā Eucharistiam. ¶ Tertiò non obstant,
nonnolli testes Domini Antonij, ex quibus videtur pro-
bari negatiua furoris, videlicet, nona super primo dicens,
Margaritam post dicessum à monasterio de Speranza per
tempus duorum annorum in domo Domini Emanuelis
de Maneses nunquam fecisse vel dixisse aliquid mulieris
insanæ. 13. super 10. inquiens, nunquam vidisse Margari-
tam dicentem vel facientem aliquam insaniam, dum per
spatium vnius mensis in circa, antequam iret ad mona-
sterium de Odiuellas, steterunt insimul in domo D. An-
tonij. 10. & 11. super primo, dicentes, Margaritam in iti-
nere quando iuit ad monasterium de Odiuellas non fecis-
se nec dixisse quicquam mulieris insanæ. ¶ Siquidem pro
responsione dicitur, huiusmodi testes ita deponentes
non bene probare negatiuam dementiæ Margaritæ, quia
oportebat † testes dicere, quòd Margarita non potuis- 14
set dicere vel facere aliquid insaniæ, quin audiuissent
vel vidissent. Et in terminis probandi negatiuam furo-
ris, bene deducit Alexand. consilio 141. numero decimo
libr. 1. & consi. 137. num. 15. in princip. & num. 16. prope
finem, libr. 7. Suar. alleg. prima, num. 17. post med. versic.
& maximè hoc obtinet. Quinimo testis deponens super
negatiua furoris non coarctata loco, & breui tempore,
præsumeretur falsum deponere, vt per eundem Alex. d.
cons. 141. nu. 10. & dict. consi. 149. num. 16. prope finem.
¶ Quartò non obstat, quòd Margarita emisit professio-
nem ritè & rectè, sicut quælibet Monialis prudens, pro-
mittendo canonice vota obedientiæ, paupertatis, casti-
tatis & perseuerantiæ vsque ad mortem prout probant
testes Domini Antonij 24. & 25. super nono. 29. super
primo, replicat. 31. 32. 33. & 34. super primo. Vnde vide-
tur intrare communis iuris conclusio, quòd † actus à fu- 15
rioso vel mentecapto ritè & rectè sicut à quolibet pru-
dente gestus, valet & tenet, ita Ioan. And. in c. dilectus, ad
fin. de succes. ab intesta. vbi refert ex Valer. libr. 7. cap. 8.
testamentum cuiusdam furiosi ritè & rectè factum a Se-
natoribus approbatū fuisse: magis enim quod scriptum
est in testamento quam quis scripsisset, considerandum
existimarunt. Et Ioan. And. referunt & sequuntur Bald.
in cap. primo, num. 2. in fine per quos fiat inuest. in vsibus
feud. Roman. in l. furiosum, num. 3. vbi hanc opinionem
latius comprobat. & ibi Alexand. numer. 3. & Ias. numer.
4. post medium, versic. 4. limita. C. qui testamen. facere
poss. Franc. ad rub. de testamen. libr. 6. sub num. 13. Barbat.
cons. 52.

cons.59.nn.8.lib.2.Corn.cons.69.num.12.consil.73.nu2.
vers.insuper dicit,lib.1.& consil.216.num.15.libr.3. Soc.
cons.98.num.6.post medium, versic. vnde Illustrissimus,
libr.3.Alexan.consi.141.sub num.1.vers.sed ita est. lib. 1.
& cons.147.nu.6.vers.bene facit.lib.7.Corset. in suis singul.in verbo,testamentum.Ioan.Dilect.de art. testan. tit.
1.cautel.6.num.4.Maynet.in l.vbi non voce.nume.17.ad
fin.ff.de reg.iur.Bauer.in §.item furiosi. col.6.post. princ.
vers.pro hac etiam adduco.Instit.quib.nō est permiss. facere testa.Ias.cons.178.col.2.vers.3.quod magis.lib.2.Tiraq.de legibus connub.l.11.num.7.Boer.decis.23.nu.58.
Gram.decis.73.num.37.& 38.Marsil.cons.104.nume.7.&
latius singul.380.circa med.vers.meas tamen menti. vbi
hanc opinionem communiorem & rationabiliorem fatetur. ¶ Siquidem pro responsione dicitur. ¶ Inprimis,
16 hanc † opinionem non transire sine difficultate ; cùm
contrarium tenuerint Abb.in cap.sicut tenor. in secundo
notab.de regul.latè Barbar.in dict. cap. cùm dilectus. nu.
14.& in cap. 2.numer.15.versic. in contrarium. de testat.
Corn.in d.l.furiosum.num.4.ante medium, versic. quinimo.& ibi bene Dec.nu.14.idem Dec.in l. in negotiis, in
prima conclus.ff.de regul.iur.Ias.cons.141.nume.6.circa
med.vers.imo fortius.lib.4. ¶ Deinde respondetur, com-
17 munem conclusionem procedere † in furioso, vel mentecapto habente dilucida interualla,secundùm Bald. in §.
item furiosi.Instit.quib.non est permiss.facere testam.Ias.
in d.l.furiosum,ante nu.3.& ibi Dec.sub nu.15. & Corn.
num.4.circa medium.versic.probato quod solitus sit habere dilucida interualla Ias.dict.cons.141.nu. 6. post medium.Io.Dilect.d.cautel.6.prope finem.versic.quod procedit.& in casu nostro,non constat,Margaritam habuisse
dilucida interualla. Meritò, &c. ¶ Demùm non obstant
reliqui actus considerati pro parte Domini Antonij.
Quia, aut non inferunt ad sanitatem mentis, aut stant simul cum dementia ita, vt non probent dilucida interualla, vt patet iis responsio ex præmissis vel ex deductis
18 in decisione. ¶ Et † in summa cùm materia ista tota in iudicis arbitrio resideat,vt per Salyc.in dict.leg. furiosū, in
finalibus verbis,& ibi Cor.n.4.ante medium.idem Corn.
consil.69.num.versic.& propterea dicit. & cons.73. in finalibus verbis.lib.1. ¶ Domini ex prædictis & aliis deductis hic per informātes Domini Ludouici arbitrati sunt,
satis constare de dementia Margaritæ, & consequenter
eius professionem nullam fuisse.

CANTVCCII.

Regien. hospitalis. 26.Maij.1480

SVMMARIA.

1 *Verba enunciatiua in diuersis scripturis, & diuersarum personarum habent vim duorum testium probantium famam.*
2 *Enunciatiua verba probata ab aliquo habēte interesse, probant cum aliis adminiculis iuncta:aliàs non.*
3 *Adminicula iuuantia verba enunciatiua ad probationem, quæ sint.*
4 *Clausula, super que tuam conscientiam oneramus, posita, in delegatione, censetur adiecta in vim executionis vel monitionis.*
5 *Possessio probatur ex seminatione.*
6 *Matrimonium satis probatur ex instrumento dotis.*
7 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum possidentis. ex communi.*

DECISIO CXXX.

QVoad primam partem dubij, *an constet de prouisione loci, de quo agitur, facta Carolo de Boiardis?* Domini
dixerunt, de ea constare ex verbis enuntiatiuis Bullarum
Calixti Tertij, & Pij Secundi excedentium metam centum annorum, quæ verba enuntiatiua † cùm sint in di-
1 uersis scripturis & diuersarum personarum, habent vim
duorum testium probantium famam, quæ in antiquis
probat. Aymon. de antiq.tempor.part.1.in princip.nu.8.
versi. quod procedit. ¶ Non obstat, quòd sint verba † e- 2
nuntiatiua emissa ad assertionem ipsius Caroli habentis
interesse, quod propterea non probant. Achil.decis.6.de
iurepatron. ¶ Quia respondetur, quòd licèt non probent
per se sola,tamen iunctis adminiculis probāt, vt per eundem Achil.d. decis.6. ad fin. ¶ Adminicula autem hic vi-
dentur esse plura & vrgentia. ¶ Primū est attestatio † no- 3
tarij caussę in instrumento designationis iurium pro parte Caroli & Nicolai de Boiardis productorum, vbi notarius attestatur productum fuisse collationem factam dicto Carolo per Episcopum Regien. ¶ Secundum adminiculum sunt verba sententiæ ibi, visa collatione facta
dicto Carolo per dictum Episcopum Regien. quæ verba
probant, cùm sententia fuerit lata partibus præsentibus,
& transiuerit in iudicatum. Gabr. de sentent. conclus.4.
numero 6, & 14. maximè in antiquis. Gabriel. ibid. numero 54. ¶ Tertium adminiculum est effectus possessionis dicti Caroli, de qua infra, ex quo effectu oritur obseruantia, quæ dat robur scripturæ, quæ aliàs non plenè
probaret. Cyn.inter consilio Bal. 400. col. penult. libr. 2.
Aymon.consil.101.nu.4. ¶ Nec obstat, quòd dictæ bullæ
sint insertę in literis citatoriis,& quòd sunt copię. ¶ Quia
respondetur, quod imò sunt insertæ in sententia, & non
sunt merè enuntiatiuæ, sed totus tenor ad longum exprimitur. ¶ Minus quoque obstat, quòd non est standum attestationi dicti iudicis, ex quo nulliter processit,
quia fuit subdelegatus ab Episcopo, qui non poterat subdelegare propter clausulam, tuam conscientiam oneramus. Nam respondetur. ¶ Primò, quia id adducitur pro
adminiculo. ¶ Secundò, quod tunc non potest fieri subdelegatio, quando adest clausula, conscientiæ tuæ committimus, quia tunc videtur conscientiæ illius commissa decisio causæ, at secus,quando est clausula, super quo
tuam conscientiam oneramus,prout in casu nostro, quia
tunc † censetur adiecta in vim executionis, vel moni- 4
tionis.vt per Abb.in cap. fin. §. is autem. & ibi Felyn. nu.
2.in fi.vers.dic tu,de offic.deleg.Rot.decis.18. de concess.
præben. in nou. ¶ Quantum ad secundam partem dubij,
an constet de possessione dicti Caroli per 18. annos, Domini dixerunt de ea constare. ¶ Inprimis ex enunciatione facta
in dictis bullis, ex attestatione notarij, & ex verbis sententiæ,vt hic per informantes Boiardi. ¶ Secundò probatur ex laudo antiquissimo, tum quia in eo absoluitur dictus Carolus à quibusdam molestiis sibi illatis super certis petiis terrarum, ergo præsupponitur reus, & possessor. ¶ Tum etiam,quia in eodem laudo dicitur,quod fructus pendentes super quadam petia terræ, de qua ibi, de
illo anno spectabant ad dictum Carolum, quia dictam
petiam terræ suis seminibus seminari fecit, ex † qua se- 5
minatione probatur possessio,gloss.in leg.si quis super,in
verbo,finiatur.& ibi Bald.numer.4.Salic.quæstio.penult.
Fulg.numer.3.Paul.de Castr.pariter,num.3. C.fin.regun.
¶ Tertiò probatur ex instrumento præsentationis factæ
per Nicolaum fratrem dicti Caroli in personam Georgij sui filij de anno 1490. de quo tempore dictus Carolus
obiit. ¶ Quartò, ex alio instrumento ratificationis Antonij & Bernardini filiorum dicti Caroli, vt latiùs hic
per informantes Boiardi,vnde ab anno 1460. de quo anno datum fuit laudum vsque ad annum 1490. de quo anno obiit dictus Carolus, includuntur 18. anni, in quibus
apparet Carolum fuisse vxoratum,qui 18. anni incipiunt
ab anno 1472. de quo anno dictus Carolus recipit residuum dotis ab Antonia eius vxore, prout constat ex instrumēto receptionis dotis, & † matrimonium satis pro- 6
batur ex instrumento dotis,Dec.consil.35.numer.2.& 3.
¶ Possessio autem dicti Caroli, de qua in dicto laudo, 5
præsumitur continuata vsque ad eius obitum, Rot. decis.
124.alias 4.de probatio.in nou. Butr. in capit. cum ad sedem,num.25.prope finem, & ibi Abb.numer.16.& Imol.
numer.5.versic. & ideo,de restitut.spoliat.Nat.cons.459.

num.7.& 8.lib.2.&cons.562.nu.6.lib.3.vbi de communi. Et ita dictum fuit in vna Roman. palatij coram me. 10. Octob.1578.

CANTVCCII.

Roman.pecuniaria de Zabreriis. Veneris,20. Maij,1580.

SVMMARIA.

1 *Dispositio qualibet recipit interpretationem à verisimili mente disponentis,qui ita potuisset respondere si interrogatus fuisset,ex communi.*

Ampliatur etiam in contractibus, quamuis sint stricti iuris,nu.2.

3 *Verisimilitudines aliqua disponetes,qui se interrogatus fuisset,ita respondisset.*

4 *Præsumptio qualibet etiam leuis sufficit ad excludendam iactationem vel donationem sua rei.*

5 *Error iuris & facti etiam in facto proprio potiùs præsumitur quàm iactatio rei sua.*

6 *Negligens nemo præsumitur in his, quæ proprium concernunt commodum.*

7 *Procurator præsumitur intra tempus competens certiorasse suum principalem.*

8 *Scientia præsumitur in facto alieno, quod quis ex officio inuestigare tenetur,ex communi.*

9 *Paria sunt quod esse liquidum, vel de proximo liquidandum.*

10 *Ius tertij quod non est ipso iure exclusiuum iuris agentis, non potest opponi,ex communi.*

11 *Executiuè agi non potest vigore obligationis cameralis, nisi pro expressè scriptis in instrumento.*

12 *Executiua via procedi non potest pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris.*

13 *Replicatio nil aliud,est quàm exceptio.*

14 *Actio & exceptio sunt diuersa, & in modo procedendi varios pariunt effectus.*

15 *Replicatio sapit naturam actionis, & regulatur secundùm naturam illius.*

Intellige procedere respectu temporis: secus quoad alia, numer.16.

DECISIO CXXXI.

FVit resolutum, Herculem Strotium, Marcum Casalem,& Ioan.Zabterium deputatos à creditoribus bo. me. Cardinalis de Gaddis ad eorum credita taxanda, & reducenda,verisimiliter voluisse compensare scuta 1430. prius per dictum Ioannem in fructibus Abbatiæ dicti Cardinalis exacta cum damnis & interesse per dictum Ioannem passis, & post vltimam liquidationem decursis,videlicet,ab anno 1560.vsque ad annum 1570. ita vt Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Cæsius emptor Castri Riani relicti in hæreditate d. Cardinalis de Gaddis, teneatur Zabteriis vigore schedulæ obligationis cameralis cum dict. creditorib. initæ ad integram summam scutorum 3600. ¶ Et resolutionis huius potissima ratio fuit, quia † contractus etiam stricti
1 iuris,sicut alias quælibet dispositio,recipit interpretationem à verisimili mente contrahentis siue disponentis, ita vt si fuisset interrogatus vel cogitasset, ita verisimiliter respondisset vel disposuisset,iuxta regulam, l. tale pactum, §. fin. & ibi gloss.& Doctu. ff. de pact. quæ regula,
2 vt communiter Doct,tradunt, habet locum † etiam in contractibus, ac etiam in iis, qui sunt stricti iuris, vt per Gabriel.post alios libr.6. de regul.iur.conclus.10. numer. 4.quibus potest addi Barbat. consi. 1.numer.97.prope finem,versic.& si Romanus Pontifex,libro 3. Tiraquell.in leg.si vnqnam,in præfat.num.56. versic. ex quibus, C. de
3 reuocan. donat. ¶ Verisimilitudo autem † in casu nostro paret ex eo, quòd cùm dictus Ioannes prius venerit ad caussam discussionis, quæ coram Reuerendiss. Domino meo Robusterio pependit, & coram eo petierit vltra alia credita etiam istud damnorum, & interesse decursorum ab anno 1560.vsque ad annum 1570.& pro verificatione illorum produxerit sex instrumenta societatum officiorum, ad quas diuersas pecuniarum summas accepit, valde verisimile est,& maxima præsumptio, quòd postea in calculo dictus Ioannes, & alij deputati habuerint rationem dictorum damnorum & interesse, & per consequens compensauerint illa cum dictis scutis 1430. alias dictus Ioannes iactasset suum, quod non est præsumendum. iuxta leg. cum de indebito. ff. de probat latè Tiraquel.in l.si vnquam, in verbo. donatione largitus numero 206. cum duobus sequentibus. Et ista præsumptio exclusiua iactationis est adeò potens, vt potius præsumatur à lege prohibita, potiùs error iuris, & facti, etiam in facto proprio, potius stultitia, & potius quiduis aliud quàm donatio siue renuntiatio vel remissio, ad † quam 4
excludendam admittitur quælibet alterius rei præsumptio,aut occasio siue coniectura, etiam si illa sit leuis, ac etiam si per eam actus redderetur inualidus, & inefficax,vt per Tiraquellum, vbi supra, & latè etiam per Menoch.de arbit.casu 88.numero 1.2.3.4. 5.6. & 7. ¶ Non obstant exemplo deducta pro parte Illustrissimi Cardinalis. ¶ Inprimis non obstat, quòd cùm dicta scuta 1430. exacta fuerint in extinctionem damnorum & interesse decursorum, & liquidatorum ante annum 1560. de quibus in secunda & tertia partita crediti Zabreriorum, non potuerunt dictus Ioannes & alij deputati compensare dicta scuta 1530. cum damnis & interesse decursis post vltimam liquidationem ab anno 1560. vsque ad annum 1570. quia non potest deduci in compensationem creditum non extinctum. ¶ Siquidem pro responsione dicitur, quòd quamuis dicta scuta 1430. tempore, quo fuerunt exacta, cesserint ex dispositione iuris in caussam damnorum, & interesse decursorum, & liquidatorum ante annum 1560. nihilominus non propterea sequitur, quin calculatores tempore calculi potuerint verisimiliter habere rationem damnorum & interesse post vltimam liquidationem decursorum, illaque compensare cum dictis scutis 1430. quia facilè fieri potuit, vt crederent dicta scuta 1430. cessisse in caussam damnorum & interesse post vltimam liquidationem decursorum stantibus verbis instrumenti consignationis fructuum Abbatiæ ibi, decursorum, vt supra, & in futurum decurrendorum. & sic potuerunt habere respectum ad tempus calculi, & non ad tempus exactionis. Et licèt errauerint in iure, cuius dispositione attenta dicta scuta 1430.cesserunt in caussam damnorum & interesse decursorum & liquidatorum ante annum 1560. tamen † potiùs præsumitur error iuris 5
& facti, etiam in facto proprio, quàm iactatio,renuntiatio,& remissio, vt supra dictum fuit. ¶ Secundò non obstat, quòd calculatores non potuerunt facere compensationem, de qua agitur, sine notitia exactionis dictorum scutorum 1430. ac etiam dictorum damnorum & interesse post vltimam liquidationem decursorum, quam notitiam non constat eos habuisse, tum quia de huiusmodi exactione & damnis & interesse nullam in calculo fecerunt mentionem, tum quia ignorantia præsumitur. ¶ Nam respondetur. Quoad primum, quòd ex non mentione facta in calculo non infertur ad non notitiam calculatorum, quia potuerunt habere notitiam, & tamen non facere mentionem in calculo tanquam non necessariam propter compensationem. Tunc autem intrat obiectum, quando calculatores in calculo de aliqua alia compensatione mentionem fecissent, tunc enim ex non facta mentione compensationis, de qua agitur, argueretur ignorantia ipsorum. ¶ Quo verò ad aliud, quod præsumatur ignorantia, respondetur, quòd imò in casu isto potius scientia est præsumenda, tum quia credendum est, Ioannem de cuius commodo agebatur, dedixisse ad notitiam

notitiam aliorum calculatorum exactionem, & damna
6 & interesse prædicta. cùm nemo † in his, quæ concernunt
proprium commodum, negligens præsumatur, ad l. cùm
7 de indebito, de probatio. Roman. in terminis, consil. 481.
numer. 9. Imò si † procurator, de cuius interesse non agi-
tur, præsumitur intra tempus competens iuxta loci di-
stantiam certiorasse principalem suum absentem, vt per
Roman. d. consil. 481. num. 7. quod Rota sæpe ac sæpius
canonizauit, multò magis præsumendum est, Ioannem,
de cuius interesse agebatur, certificasse suos consocios
præsentes, & simul cum eo ad faciendum calculum con-
uenientes. ¶ Tum & secundò, quia agebatur etiam de
interesse aliorum calculatorum, cum & ipsi essent credi-
tores Cardinalis de Gaddis. & sic etiam ratione proprij
commodi præsumuntur fuisse diligentes, & consequen-
ter habuisse notitiam dictæ exactionis, ac etiam damno-
rum & interesse, vt per Roman. d. consil. 481. sub num, 9.
¶ Tum etiam & tertiò, quia cùm essent calculatores, te-
nebantur ratione officij calculandi inquirere & indagare
8 huiusmodi exactionem, & damna, & interesse, cùm † in
facto alieno, quod quis ex officio inuestigare tenetur, non
ignorantia, sed scientia præsumatur, cap. innotuit, & ibi
gloss. & Doct. & maxime Abb. num. 9. de electio. Cardin.
in cle io. 1. quæst. 7. & ibi Anchar. num. 3. Imo. sub num. 6.
Vital. num. 61. de consang. & affinit. Rot. decis. 6 num. 2.
& 3. de iurepatronat. in nou. Roman. dict. consi. 481. nu.
8. Dec. cons. 160. num. 5. in med. versi. cum ergo, Mandel.
consil. 18. numer. 4. Gabriel. libr. 6. de regul. iur. conclus. 5.
num. 31. Grammat. decis. 103. num. 35. in fin. vbi de com-
muni, & numer. 36. & 37. ¶ Tertiò non obstat, quòd ista
compensatio sit prorsus inuerisimilis, ex quo debitum
Zabreriorum in dictis scutis 1430. erat liquidum: credi-
tum verò illorum in damnis & interesse post vltimam li-
quidationem decursis erat illiquidum, & de liquido ad il-
liquidum non fit compensatio. ¶ Nam respondetur, dam-
na & interesse quoad societates officiorum fuisse liqui-
da, cùm ex inspectione instrumentorum ipsarum societa-
tum iuncto lapsu temporis statim & quasi ictu oculi col-
ligebatur liquidatio. Dãna verò & interesse quoad cam-
bia poterant intra modicum tempus, & sine difficultate
9 liquidari, & † paria sunt quid esse liquidum, vel de pro-
ximo siue breui tempore liquidandum, leg. aufertur. §. per
compensationem, & ibi Bartol. ff. de iure fisci. Decis. Pe-
demon, 92. num. 36. vbi alios citat subdens Bar, vbi supra,
esse communiter approbatum. idem Bar. in l. in compen-
sationem, in fin. ff. de compensatio. Tiraq. de retract. lign.
§. 3. gloss. 5. numer. 11. ¶ Quartò non obstat, quod ad hoc
vt compensatio, de qua agitur, ligaret Illustrissimum Do-
minum Cardinalem, oportebat eum habuisse illius no-
titiam, quam ex eo constat non habuisse, quòd in calculo
nulla fit mentio neque de dictis scutis 1430. neque de di-
ctis damnis & interesse post vltimam liquidationem de-
cursis, & propterea consensus Cardinalis non trahitur ad
incognita & ignorata. ¶ Quoniam respondetur, in hoc
non fuisse necessariam notitiam & consensum Cardina-
lis, ex quo nihil eius intererat fieri vel non fieri huiusmo-
di compensationem, sed solùm eius intererat non auge-
ri pretium 2000. scutorum, quo volebat emere Ca-
strum Riani: sed ista compensatio concernebat solùm
interesse aliorum creditorum, quorum creditum pote-
rat taxari & reduci ad maiorẽ summam, si creditum Za-
breriorum diminuebatur. Et consideratio multum mo-
uit animos Dominorũ, quia cùm Cardinalis in emptione
dicti Castri nollet pro pretio maiorem summam 70000.
scutorum erogare, & propterea ageretur inter credito-
res de reducendis eorum creditis ad istam summam, &
ad hanc reductionem faciendam electi fuerint calcula-
tores, idcircò nihil intererat Cardinalis, quomodo cuius-
que creditoris creditũ reduceretur, dummodo omnium
creditorum credita in vnum redacta non excederent di-
ctam summam scutorum 70000. Cùm igitur solùm alio-
rum creditorum interesset nõ admitti compensationem,
de qua agitur, quia eorum creditum augebatur ex dimi-
nutione crediti Zabreriorum, sequitur, quod Cardinalis
opponebat de iure aliorum creditorum, & sic de iure ter-
tij, quod † ius cùm non sit ipso iure exclusiuum Zabre- 10
riorum agentium, non potest per Cardinalem obijci,
Bart. in l. loci corpus, §. competit. per illum text. ff. si ser-
uit. vindic. idem Bart. in l. 2. numer. 1. & ibi late Soc. num.
6. ff. de excep. rei iud. Doct. communiter, in l. cùm seruum.
C. de seruit. fugit. Put. decis. 3. de except. Castren. in l. tale
pactum, §. fin. numer. 2. versic. & sic nor. ff. de pact. Quòd
autem ius aliorum creditorum non sit exclusiuum, nec
ipso iure, nec alio modo iuris Zabreriorum, patet ex eo,
quòd (vt supra deductum est) calculatores verisimiliter
voluerunt compensare scuta 1430. cum damnis & inter-
esse decursis ab anno 1560. vsque ad 70. Vnde si alij cre-
ditores vellent tendere calculum contra Zabrerios &
deducere de eorum credito summam scutorum 1430.
eamque applicare credito ipsorum creditorum, vtique
obstaret prædicta verisimilis compensatio, & sic ius isto-
rum creditorum nullo modo excludit ius Zabreriorum.
¶ Nec facit, quòd Cardinalis postea soluerit vltra sum-
mam scutorum 70000. quia id non accidit culpa Zabre-
riorum, qui non recesserunt à concordia, de qua in cal-
culo, sed culpa aliorum creditorum volentium sua cre-
dita integra, quorum culpa non debet nocere Zabreriis.
¶ Quintò non obstat, quòd Zabrerij non † possint agere 11
executiue vigore obligationis cameralis, nisi pro expres-
sè scriptis in instrumento, vt bene firmat Galles. de oblig.
camer. tit. de vi instrum. oblig came. nu. 15. fol. mihi 125.
¶ Sed in casu nostro in calculo non est expressum credi-
tum damnorum & interesse post vltimam liquidationem
decursorum. ¶ Siquidem pro responsione dicitur, quòd
in calculo expresse legitur summa scutorum 3600. quæ
summa pro rata scutorum 1430. refertur ad dicta damna
& interesse facta compensatione prout supra, & sic in cal-
culo est expressus effectus, videlicet, summa scutorum
1430. comprehensa in summa scutorum 3600. licèt non
sit expressa causa, videlicet, compensatio scutorum
1430. prius exactorum cum dictis damnis & interesse.
Et ad huc, vt competat via executiua, sufficit in instru-
mento esse expressum debitum, licèt non sit expressa
causa ipsius debiti. ¶ Nam priuilegium viæ executiuæ
oritur ex confessione debiti facta per procuratorem con-
stitutum in instrumento ad confitendum debitum supra-
dictum, non autem ad confitendam caussam ipsius debiti.
Verba enim mandati debent strictè intelligi, & propterea
via executiua restringitur ad expressa scripta in instru-
mento, vt per Galles. vbi supra. ¶ Et si pro parte Cardi-
nalis dicatur, quòd imò ex dicta summa scutorum 3600.
detrahitur quantitas scutorum 1430. vigore exceptionis
cedendarum orientis ex ipso instrumento. ¶ Responde-
tur pro parte Zabreriorum, quod dicta scuta 1430. non
debent detrahi, sed compensari cum dictis damnis & in-
teresse. ¶ Et si rursus pro parte eiusdem Cardinalis instan-
do dicatur, quòd ista compensatio venit ex interpretatio-
ne iuris propter verisimilem mentem calculatorum, &
† pro his quæ veniunt ex Interpretatione iuris, non po- 12
test procedi via executiua, vt per Galles. vbi supra, num.
14. & 15. ¶ Nam adhuc respondetur, quod Zabrerij al-
legant istam compensationem, & sic illud, quod venit ex
interpretatione iuris, non per viam actionis, quo casu
cessaret via executiua, sed per viam replicationis, & sic
per viam exceptionis, cũ † replicatio nihil aliud sit quam 13
except. l. 2. §. replicationes. ff. de excep. quo casu limitan-
tur tradit. per Galle. vbi supra, vt per eundẽ ibidem n. 16.
Et ratio est secundum eum, quia † hoc casu diuersa est 14
ratio inter actionem & exceptionem, per not. in leg. Pau-
lus respondit. ff. de doli exceptio. Quòd autem Zabrerij

allegent huiusmodi compensationem per viam replicationis, patet ex eo, quòd ipsi agunt executiue vigore obligationis cameralis ad summam scutorum 3600. quæ est expresse scripta in instrumento: Cardinalis opponit exceptionem cedendarum orientem ex ipso instrumento, cuius exceptionis vigore vult deducta summa scutorum 3600. detrahere scuta 1430. quæ fuerunt prius per Ioannem Zabrerium exacta. Contra hanc exceptionem replicant Zabretij, quòd dicta scuta 1430. & fuerūt per calculatores compensata cum prædictis damnis & interesse: & sic patet hanc compensationem allegari per Zabretios
15 per viam replicationis. Nec obstat, si dicatur, † replicationem sapere naturam actionis, & regulari secundùm naturam illius, gloss. in l. quæsitum, §. fin. in verbo, statutum tempus, & ibi Albet. ff. de pecul. Bart. in l. si pactum, in fin. C. de excep. Alexan. in l. fin. nu. 25. ante medium, &
16 ibi Curt. iun. sub nu. 14. C. de eden. Paris. cons. 95. nu. 36. libr. 1. ¶ Nam respondetur id procedere † respectu temporis, quia tamdiu durat replicatio, quamdiu durat actio. Et ita intelligitur tex. in dict. l. quæsitum, §. fin. per quem mouentur Doctores supra allegati. At secus est quoad alia, in quibus replicatio habet naturam exceptionis, d. leg. 2. ff. de except. & ita bene declarat Alexand. in dict. leg. fin. num. 25. prope finem, versic. & ad allegata in contrarium, & ibi Bolognet. nu. 50. prope finem, versi. solùm enim, C. de eden. & bene etiam Dec. in ca. si autem, nu. 8. & 9. de rescript. ¶ Et hæc firmarunt Domini cum præsupposito, quòd damna & interesse, de quibus agitur, fuerint exigibilia & in compensationem deducibilia. An autem fuerint talia, erit particulariter videndum.

CANTVCCII.

Roman. census. Die 27. Iunij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Caussa semel effecta appellabilis, semper debet remanere appellabilis.*

2 *Mandatum exsequutiuum reuocans censetur etiam reuocare eius caussam.*

3 *Sententia declaratur ex prosequutis.*

4 *Socius consideratur in societate non vti particularis, sed vti membrum.*

5 *Socius non obligatur nisi pro rata eius portionis, quam habet in societate, & nu. 11.*

Limita, nisi contrarium expressè apparet, nu. 24.

6 *Procurator excedendo fines mandati non obligat dominum ignorantem: secus si sciat.*

7 *Error iuris dubij æquiparatur errori facti.*

8 *Via executiua non habet locum in his, quæ veniunt ex interpretatione iuris.*

Intellige tamen, vt num. 14.

Item limita, vt num. 15.

9 *Institor non potest ex caussa fideiussionis dominum obligare, & nu. 20.*

10 *Scientia & patientia domini in his, quæ gesta sunt per eius procuratorem, vel institorem, eum obligat. & sub numer. 20.*

12 *Decreta sunt stricti iuris & strictè intelligenda.*

13 *Obligatio contracta nomine societatis obligat socium etiam particulariter.*

16 *Actio & exceptio quo casu differant.*

17 *Institor non potest ex caussa fideiussionis obligare dominum.*

18 *Sententia lata ad fauorem vnius socij prodest alteri consocio.*

Limita, nisi diuersa sit caussa defensionis, nu. 19.

21 *Replicatio eiusdem est naturæ, cuius est actio.*

Intellige tamen, vt nu. seq.

23 *Ratificatio trahitur retro ad initium mandati.*

24 *Solidum dicitur, quod est integrum, & cui nihil deest.*

DECISIO CXXXII.

LIcèt Agentes pro Bernardo Bono debuissent acquiescere resolutioni, quæ per RR. DD. MM. pendente caussa coram R. Dom. meo Brauo, non solùm facta fuit, sed semel atque iterum confirmata, vtraque parte semper informante, videlicet, 20. Maij, 27. eiusdem, & tertio Iunij præsentis anni 1580. quòd scilicet potest procedi via executiua, & quod decretum Domini Luccatelli non vulnerauit obligationem cameralem, sed solùm mandatum executiuum prius per ipsum relaxatum: nihilominus caussa mihi per appellationem commissa cum clausula, si quid exequen. &c. & iisdem agentibus Bernardi penes me instantibus iterum audiri, formiter per viam dubij volui illis satisfacere, dubitando 27. eiusdem mensis Iunij, *an stantibus hinc inde deductis possit procedi via executiua in casu & ad effectum, de quo agitur?* Super quo dubio pro negatiua fuerunt pro parte Bernardi plura deducta. ¶ Primò, quia non est locus viæ executiuæ, quando obligatio cameralis est per sententiam vulnerata, à qua cùm liceat actori appellare, debet etiam reo à contraria sententia reuocatoria prioris sententiæ vul-
nerantis, licita esse appellatio, & sic causa † semel effecta 1
appellabilis debet semper remanere appellabilis, reg. non debet actori, de regul. iur. lib. 6. cum simil. ¶ Quod autem obligatio, de qua agitur, sit vulnerata, informantes Bernardi dupliciter deducunt. ¶ In primis, quia Dominus Luccarellus per suum decretum reuocauit mandatum executiuum tanquam iniuste & indebite relaxatum, & sic ex capite iniustitiæ. Vnde in necessariā antecedentiam præsupponit, mandatum executiuum continere iniustitiam. non poterat autem continere iniustitiam, nisi caussa, ob quam fuerat relaxatum, fuisset iniusta: ergo reuocando mandatum executiuum ex capite iniustitiæ in ne-
cessarium antecedens † declarauit, caussam, ob quam 2
mandatum executiuum relaxauerat, fuisse iniustam, ad tradit. per Aymon. cons. 174. nu. 2. Caussa autem relaxationis mandati executiui fuit, quia dicebatur, Bernardum esse obligatum in forma cameræ. ¶ Si igitur hæc caussa obligationis erat iniusta, sequitur, vt D. Luccarellus per suum decretum declarauerit, Bernardum non esse obligatum. ¶ Præterea & alio modo obligationis vulneratio
per eosdem informantes Bernardi deducitur, quia † scili- 3
cet sententia semper ex prosecutis declaratur, l. de reb. cum ibi not. ff de arbit. Paris. cons. 102 n. 15. lib. 1. Sed coram Dom. Luccatello fuit semper tractatum & disputatum, an Bernardus esset obligatus, & fuerunt deducta ea omnia, ex quibus postea Rota resoluit pro obligatione: & nihilominus illis non obstantibus Do. Luccatellus reuocauit suum mandatum executiuum per viam iniustitiæ, & sic ex prosecutis clarè ostenditur, reuocationem mandati executiui fuisse fundatam super nō obligatione Bernardi. ¶ Secundò principaliter pro parte Bernardi dicitur, quòd quamuis Nicolaus del Nero institor obligauerit socios, non propterea obligauit Bernardum, quia li-
cèt ipse esset socius, tamen in societate considerabatur 4
non vti particularis, sed vti membrum constituens illud fictum corpus societatis, vt declarat Salic. in l. eius, sub nu. 3. vers. quarto cū Cyn. C. de compensat. Vnde cùm Nicolaus del Nero non obligauit socios vti particulares, sed tanquam repræsentantes illud fictum corpus societatis, & sic tanquam membra, consequens fit, vt nec etiam Bernardus censeatur obligatus vti particularis.
¶ Tertiò, institor obligauit insolidum socios eum propo-
nentes, non socios ad societatem admissos, qui † non 5
obligantur, nisi pro rata eius portionis quam habent in societate, vt per decis. Pedemon. 150. num. 6. & 7. Paris. consil. 95. nume. 31. lib. 1. Sed Bernardus non fuit de sociis principaliter societatem contrahentibus, sed admissus ad certam partem lucri pro eius opera & labore. Meritò, &c.

¶ Quar

¶ Quartò, Dominus tunc demum ex ſcientia & patien-
tia obligatur ad id, quod procurator excedendo fines
6 mandati fecit, † quando probatur, Dominum ſciuiſſe,
quòd procurator exceſſerit fines mandati, prout declarat
Dec.conſ.457.nu.3.verſ.3.etiam reſponderi poteſt. ¶ Sed
Bernardus credidit, Nicolaum del Nero inſtitorem fi-
deiubentem pro aliis ſub obligatione rationis bancariæ
non excedere fines mandati, quamuis in hoc errauerit
in iure: quia tamen erat error iuris dubij, prout demon-
ſtrarunt variæ Dominorum diſputationes in alia Rom.
7 cenſus coram D.meo Decano, non † eſt dubium, talem
errorem iuris dubij æquiparari errori facti, iuxta trad.
per Capic.deciſ.10.ſub nu.20.Aym.conſ.279.nu.2. Vnde
ſtante tali errore Bernardi, non poteſt dici, eum conſen-
ſiſſe circa exceſſum mandati Nicolai del Nero, & per
conſequens non poteſt dici ex ſua ſcientia & patientia
8 obligatum fuiſſe. Quintò, non habet locum via † exe-
cutiua, quando ſumus in his, quæ veniunt ex interpreta-
tione iuris. vt per Galleſ.de obli.camer.tit.de vi.inſtr.ob-
lig.camer.nu.14.& 15. ¶ Sed ex interpretatione iuris ve-
nit, quod pro parte Collegij allegatur, quòd ſcilicet ideò
ſententia per R. P. D.Fuſcherium lata non iuuat Bernar-
dum, licèt ſit vnus ex ſociis, ſicut iuuat hæredes de Mon-
teacuto eius conſocios, quia eſt diuerſa cauſſa defenſio-
nis. ¶ Nam ideò fideiuſſio per Nicolaum del Nero inſti-
torem nomine ſocietatis facta non valet, quia tempore
9 fideiuſſionis erant abſentes, quo † caſu non poteſt inſti-
tor ex cauſſa fideiuſſionis dominum obligare.l.ſi.ff.quod
10 cū eo.l.pen.§.fi.ff.de inſtit. actio. ¶ Ideò verò afficit Ber-
nardum, quia fuit præſens, ſciens, & patiens, quæ † ſcien-
tia & patientia eum obligauit.d.l.fi.& ibi Bart.Caſtre. &
alij.ff.quod cū eo.l.1.§.magiſtrum, *il ſecundo*.ff. de exercit.
eum aliis aliàs allegatis coram D.meo Brauo. ¶ Cùm igi-
tur obligatio Bernardi proueniat ex eius ſcientia & pa-
tientia, quę ex diſpoſitione & interpretatione iuris illum
obligauit, non poteſt contra ipſum procedi via executi-
ua. ¶ Sextò, in omnem euentum, quando Bernardus eſ-
ſet obligatus, intelligeretur obligatus pro portione, quā
11 habebat in ſocietate, non † pro aliis bonis, quæ habebat
extra ſocietatem. vt per Anch.conſ.332.nu.4. verſ.ſimili-
ter modificatio.& n.6.verſ.poſtremo præſuppoſito. Dec.
in l.ſi ſocius, nu.4.ff.ſi cert.petat.& in l. qui cum alio, ſub
num.2.ff.de regul.iur.Pariſ.conſ.93.num.31.& conſil.94.
numer.28.libr..1 late deciſ.Pedemont.150.num.8. ¶ Iſtis
tamen non obſtantibus, Domini non receſſerunt à re-
ſolutione iam facta, & repetita, imò in ea concorditer
perſtiterunt, & ad allegata in contrarium ſigillatim,
prout infra reſponderunt ¶ Ad primum, de vulne-
ratione obligationis, fuit per Dominos reſponſum.
¶ Inprimis, vulnerationem, de qua agitur, in decreto
Domini Luccatelli fuiſſe reſtrictam ad mandatum exe-
cutiuum, vt ex lectura decreti clarè apparet, & propte-
rea non eſſe extendendum ad obligationem, cùm de ea
12 in decreto nullum verbum, & huiuſmodi † decreta cùm
ſint ſtricti iuris, ſtricte ſunt intelligenda, vt per Aymon.
de antiquit.tempor. par. 4. ſect. tranſeo nunc, numer.64.
¶ Deinde reſponſum fuit, quòd ſi Dominus Luccatellus
voluiſſet vulnerare obligationem, veriſimiliter abſoluiſ-
ſet Bernardum, & non reſeruaſſet collegio ius agendi
contra ipſum, quia hæc reſeruatio de directo repugna-
bat decreto ſi per illud iudex voluiſſet pronuntiare con-
tra obligationem. ¶ Nec obſtat replicatio exemplo fa-
cta, quòd iſta reſeruatio fuit facta ad effectum videndi,
*an ex iuribus, quæ tunc Collegium volebat producere, proba-
retur validitas obligationis, & ſic ceſſat repugnantia.*
¶ Siquidem ſi reſeruatio fuiſſet facta ad iſtum effectum,
vtique iudex viſis iuribus poſt reſeruationem pro parte
Collegij productis, non impoſuiſſet perpetuum ſilen-
tium duntaxat ſuper reuocatione mandati executiui,
& illius executionis & ſuper caſſatione fideicommiſſo-
rum, ſed impoſuiſſet etiam ſuper nullitate obligationis.
¶ Ad ſecundum, quod Bernardus non fuit obligatus vti
particularis perſona, ſed vti membrum repræſentans cor-
pus fictum ſocietatis. ¶ Reſpondetur, tum quia non ideò
tollitur, quin Bernardus fuerit particulariter & inſoli-
dum obligatus, quamuis † obligatio ſit contracta nomi- 13
ne ſocietatis.iuxta text.in l. habebat. §. fin. ff. de inſtitut.
Doct.in l.eius, qui in prouincia.maximè Alexand.numer.
9.Iaſon numero 5.& Decius numero 11. ff. ſi cert. petat.
Pariſ. conſilio 93. numero 3. & 4. conſilio 94. numero 7.
vbi alios citat, libro primo. Capta.deciſio 180. numero 3.
Ronchegall.poſt alios in l.eadem.numero 164.ff.de duo-
bus reis. ¶ Tum etiam, quia cùm Nicolaus inſtitor non
ſolùm obligauerit ſocios & eorum rationem; ſed etiam
omnia eorum bona, ſequitur, vt Bernardus reſpectu
obligationis bonorum non poſſit conſiderari, niſi vti
particularis perſona, non autem vti membrum corporis
ſocietas, quia ſuper bonis nulla erat contracta ſocietas.
¶ Ad tertium, quòd Bernardus non ſit ſocius proponens,
ſed admiſſus, reſpondetur ex inſtrumento inſtitoriæ,
vbi clarè apparet, Bernardum non fuiſſe ſocium admiſ-
ab aliis ſociis, ſed cum eo fuiſſe ab ipſo initio ſocietatem
initam. ¶ Ad quartum, quòd Bernardus ignorauerit
Nicolaum inſtitorem in eo, quòd pro aliis nomine ſo-
cietatis fideiuſſit, exceſſiſſe fines mandati: Reſponde-
tur, quòd imò ipſe ſciuit, cùm in inſtrumento inſtitoriæ
inter alia capitula adſit vnum expreſsè prohibens fieri
promiſſiones pro aliquo, niſi in beneficium & multum
euidentem vtilitatem rationis bancariæ. Vnde cùm
Bernardus ſciuerit, fideiuſſionem per Nicolaum inſti-
torem nomine ſocietatis præſtitam, non eſſe in bene-
ficium & commodum rationis bancariæ, ſciuit etiam,
Nicolaum ita fideiubentem excedere fines mandati:
imò, aut iſta fideiuſſio ceſſit in damnum & præiudicium
banchi, nec fuit communicata cum hæredibus de Mon-
teacuto, nec de ea illis abſentibus ſcriptum: aut ceſſit in
beneficium & euidentem vtilitatem banchi, & fuit com-
municata cum dictis hæredibus vel illis ſcriptum, & ſic
aut non fuit, aut fuit ſeruata forma capituli loquentis
de promiſſionibus per inſtitores faciendis. Primo caſu
Bernardus ſciebat exceſſum & contrauentionem Nico-
lai. ¶ Secundo caſu tam hæredes de Monteacuto, quàm
Bernardus erant obligati, & ſic quicunque caſus conti-
gerit, ſemper Bernardus remanet obligatus. ¶ Ad
quintum, quòd, ex quo ſumus in his, quæ veniunt ex
interpretatione iuris, non poſſit procedi via executiua,
multipliciter reſponderunt. ¶ Inprimis, hic non cadere
trad.per Galleſ. de oblig. camer. titul. de vi. inſtru. obli-
gat. camer. numero 14. & 15. † Quia ipſe loquitur de 14
rebus, pro quibus non competit via executiua, niſi ex-
preſsè legatur in inſtrumento obligationis cameralis,
quod etiam demonſtrat ratio per eum ibidem aſſignata,
quod ſcilicet priuilegium viæ executiuæ fundatur in
confeſſione debiti facta per procuratorem conſtitu-
tum in ipſo inſtrumento obligationis cameralis ſolum-
modo ad confitendum debitum ſupraſcriptum, & quia
verba mandati de iure ſunt ſtrictè intelligenda, idcirco
via executiua reſtringitur ad expreſsè ſcripta in inſtru-
mento, nos verò agimus non de rebus, ſed de perſona
Bernardi, an ſit obligatus. ¶ Secundò reſpondetur,
quòd † illud, quod in caſu iſto venit ex interpretatio- 15
ne iuris, allegatur pro parte Collegij, non per viam a-
ctionis, ſed per viam replicationis, & ſic per viam exce-
ptionis, cùm replicatio nil aliud ſit, quàm exceptio,
l.ſecunda, §.replicationes, ff.de except. quo caſu limitan-
tur trad. per Galleſ. vbi ſupra, vt per eundem ibidem,
numer.16. quia, † vt ipſe inquit, diuerſa eſt ratio in tali 16
caſu inter actionem & exceptionem, per not.in l.Paulus
reſpondit.ff.de dol.excep. Quòd autem id, quod venit ex
interpretatione iuris, allegatur pro parte Collegij per

viam replicationis, ita deducitur, Collegium agit executiuè contra Bernardum vigere obligationis cameralis, in qua expresè legitur obligatio suciorum, & ipse est vnus ex socijs, prout constat tam ex instrumento institoriæ, in prin. vbi expresè contrahitur societas negotiationū inter hæredes de Monteacuto, & Bernardū Boni, & Nicolaum del Nero, quàm etiam ex pluribus aliis instrumentis in actis productis, in quib. Bernardus expressè vocat se socium. Contra hanc actionē collegij excipit,
17 Bernardus, vel quòd obligatio ipsum nō afficit quia † iostitor non potest ex cootractu fideiussionis obligare socium. l. pen. §. fin. ff. quod cùm eo, vel quod sententia per R. P. D. Fuscherinm lata ad fauorem hæredum de Monteacuto, in qua annualitur obligatio, de qua agitur, iuuat etiam Bernardum, qui est consocius voa cum illis. Nam
18 † sententia lata ad fauorem vnius socij prodest etiam alteri consocio. Alex. in l. sępe. nu. 12. ff. de re iud. Aym cons. 206. n. 7. Ronchegal. in l. ex duobus. la seconda. n. 37. ff. de duob. reis. ¶ Aduersus verò hanc Bernandi exceptionem replicat Collegium, quòd sentētia lata ad fauorem vnius
19 ex sociis non prodest alteri, quando † dioersa est caussa defensionis. Bart. io l. si quis separatim. §. fi. ff. de appellat. Ang. in l. loci corpus. §. si fundus. nu. 1. ff. si seruit. vind, Alex. in d. l. sæpe. sub num. 52. versi. si vna atq; eadem erat omnium caussa defensionis. Aym. d. cons. 206. sub nu. 7. & bene Rochegal. in d. l ex duobus. sub nu. 33. vers. maximè. & sùb num. 40. versic. verum præmissa. ¶ Quod autem in casu isto diuersa sit ratio defensionis, patet ex eo, quòd hæredes de Monteacuto non fuerunt præsentes obliga-
20 tioni, de qua agitur, quo † casu institor non potest obligare dominum ex caussa fideiussionis. l. pen. §. fi. ff. de instit. l. fi. ff. quod cum eo. Bernardus verò fuit præsens, sciens, & patiens, quæ scieotia & patiennia eum obligauit. d. l. fi. cum ibi not. l. 1. §. magistrum. *& l secundo*, ff. de exercitor. Et sic patet, quòd illud, quod in casu isto venit ex interpretatiooe iuris, quod scilicet Bernardus ex sua scientia & pattentia fuerit per Nicolaum iostitorem obligatos allegatur pro parte Collegij, non per viam actiooìs, sed per viam replicationis, quæ ad instar exceptionis non impedit viam executiuam. ¶ Non obst. quod exemplo dicitnr quod in replicatione idem, quod in actione statui debet, vt inquit glo. in l. quæsitum. §. fi. in verbo, statutum tempus. ff. de pecul. vbi Alberic. not. replicationem
21 † sapere naturam actionis, & replicatio regulatur secundum naturam actionis, secundùm Bart. in l. si pactum, in fine. C. de except. & replicatio est eiusdem naturæ, cuius est actio. secundùm Alex. in l. fin. nu. 25. ante med. vers. sed Azo & alij. & ibi Curt. iun. sub n. 14. C. de eden. Paris. cōs.
22 95. num. 36. lib. 1. ¶ Siquidem † pro responsione animaduertendum est, quòd illud, quòd dicit gloss. & alij mox supra citati, quòd in replicatione idē statuti debet, quòd in actione, quod replicatio est eiusdem naturæ, vel regulatur secundum naturam actionis, procedit respectu temporis, quia tandiu durat replicatio, quamdiu durat actio. Et ita procedit tex. in d. l. quæsitum. §. fin. per quem mouentur ibi gloss. & alij Doct. supra allegati. At secus est quoad alia, in quibus replicatio habet naturam exceptionis. d. l. 2. ff. de except. ita bene declarat Alex. in d. l. fin. nu. 25. prope fi. versi. & ad allegata in contrarium. & ibi Bolognet. n. 50. prope fi. ver. solùm enim, C. de eden. ac optime Deci. in c. si autem. nu. 8. & 9. vbi reddit rationem. ex. trade rescript. Ægid. in c. à nobis. nume. 8. vers. ex quo infertur, quod erit perpetua, de excep. Io. de Plat. in prin. Instit. de replicat. nu. 1. & ibi Aret. nu. 7. circa med. versi. nisi tamen. & Castren. d. l. qoæsitum. §. fi ¶ Præterea & tertiò, potest hoc quintum fundamentum tolli ex literis missiuis Bernardi eod. die, quo contracta fuit obligatio, de qua agitur, ad Corbinellum scriptis, in quibus continetur, illo die fuisse impositum nouum censum super domibus Mausolei Pauli Aotonij, cnm obligatione nostri banchi in solidum, tam quoad sortem principalem, quàm quoad fructus: & sic Bernardus ratificauit obliga-
tionem istam, quę † ratificatio superueniens operatur ef- 23
fectum obligationis in forma cameræ, & viæ executiuæ contra ipsum Bernardum, ac si eius mandatum ab initio interuenisset. vt per Mohed. decis. 288. incip. Rom. caussa pecudum. ¶ Nec obst. quòd Bernardus in dictis literis facit solùm mentionem de obligatione banchi, & non de obligatione bonorum, tum quia non loquitur taxatiuè, tum quia intellexit etiam de obligatione bonorum tanquam solita inseri, cùm in primis literis missiuis significauerit Corbinello de futura obligatione nostri banchi in solidum, cum omnibus aliis clausulis solitis & in obligationibus & fideiussionibus, quæ fiunt caussa & occasione banchi, solet semper inseri obligatio bonorum ipsorum sociorum, vt liquet ex fide mihi exhibita. ¶ Ad sextum & vltimum, quod Bernardus non sit obligatus pro ea portione, quam habet in societate, iuxta consi. Anchar. 332. ¶ Respondetur, cons. Anch. huic casui minimè applicari. Tum quia Bernardus est obligatus in solidum, hoc est pro tota & integra summa scuto-
rum 4000. & fructuum, cùm † solidum id dicatur, quod 24
est integrū, & cui nihil deest. l. ergo. §. creditoribus. ff. de fideicom. libert. Couar. in suis pract. q. in fin. tit. de veter. collat. numism. c. 3. in princ. n. 4. & late Ronchegall. in l. 1. num. 8. & 9. ff. de duob. reis. Tum etiam. quia nō solùm ratio bancaria, sed etiam bona sociorum sunt obligata: imò bona omnia & singula mobilia, & immobilia, seque mooentia, præsentia & futura vbique existentia, iuráque & actiones ac debitorum nomina. prout in instrumento extenso contioetur. Quæ quidem obligatio tam vniuersaliter concepta excludit omnino restrictionem ad posita tantùm in societate, Anch. autem d. consi. 332. non facit ad casum nostrum. ¶ Inprimis enim loquitur in casu, in quo facultas institoris erat modificata respectu caussæ, respectu loci, respectu modi contrahendi, & respectu summæ, vt patet nu. 3. quæ modificatio respectu summæ, vt ipse deducit sub num. 4. versi. similiter. facit, vt præpositi non amplius obligent suos dominos & socios, quàm in negotiatione positum fuerit. Præterea quatenus sub eodem nu. 4. loquitur generaliter de contractibus iostitorum, filiorumfamilias, seruorum, & aliorum præpositorum, & quod videtur cōtrahi potiùs cum ipsa merce, quàm cum domino vel præposito, & qūod vocabula negotiationum sunt nomine vniuersitatis restricta ad certa loca, & ad certas species mercium, & contioent in se habita & credita. vt ibi latius per eum, debet intelligi in contractu siue obligatione simplicìter contracta, quæ repræsentatur solùm in corpore societatis, vt ipse postmodum inquit sub n. 6. vers. postremo præsupposito. At secus in contractu sine obligatione in solidum rationis bācariæ, & bonorum omnium præsentium & futurorum vbique existentium, iurium & actionum, prout in casu nostro, quæ verba, ne sint otiosa, debent extendere obligationem vltra posita in societate & negotiatione.

CANTVCCII.

Segobien. præstimonij. Lunæ, 24. Octobris. 1580.

SVMMARIA.

1 *Capitulum mediante vnione præstimonij eximitur ab oneribus fabricæ, ad quæ de iure tenetur.*

2 *Vnio præstimonij, facta sine consensu capituli, non valet.*

3 *Vnio facta sine caussa non valet.*

4 *Vnio facta non vocatis ijs, quorum interest, non valet.*

5 *Episcopus potest facere vnionem.*

6 *Episcopus potest vnire fabricæ Ecclesiæ.*

7 *Dispositio clem. 2. de reb. Ecclesi. non alien. quo casu procedat. & quare.*

8 *Capitulum non potest in re propria auctorizare principaliter, sed bene in consequentiam.*

9 *Con*

9 *Consensus capituli potest etiam post vnionem interuenire.*
10 *Vnio simpliciter non est nulla ex defectu consensus, nisi is, in cuius fauorem fuit introducta solemnitas consensus, hoc dicat.*
11 *Alienatio rei Ecclesiasticæ ita demum est nulla, si placet Ecclesiæ; aliàs non.*
12 *Alienationis nullitas non potest ab alio allegari, quàm ab eo, in cuius fauorem alienatio est nulla.*
13 *Vnio potest fieri non vocato rectore, & quare.*
14 *Vocatio illorum duntaxat fieri debet, quorum interest.*
15 *Ecclesiæ vnitæ status non alteratur per vnionem ad aliam Ecclesiam.*
16 *Beneficij nomen & effectus per vnionem extinguuntur & supprimitur.*

DECISIO CXXXIII.

IN caussa Segobiens. præstimonij iustificata per Pe-
trum Ortega prouisum apostolicum sua gratia, si neu-
tri, pro vt resolutum fuit, eoque instante pro expeditio-
ne caussæ, capitulum Segobien. produxit in actis instru-
mentum vnionis dicti præstimonij factæ per Episco-
pum Segobien. fabricæ Ecclesiæ Segobien. Sed quia pro
parte Petri prætendebatur, d. vnionem nullam esse, &
capitulo non suffragari: Ideo die Lunæ, 24. Octobris,
1580. dubitaui, *an dicta vnio sit valida in casu, & ad effe-
ctum, de quo agitur.* In cuius dubij disputatione pro par-
te Petri plura allegabantur. ¶ Inprimis, quòd licet vnio
cantet ad fauorem fabricæ, tamen in effectu est ad fauo-
1 rem capituli, quia † mediante vnione capitulum eximi-
tur ab oneribus fabricæ, ad quæ de iure tenetur. cap. fin.
& ibi abb. in fine. de his quæ fiunt à maior par. cap. idem
Abb. in c. primo. in primo not. de Eccles. ędifi. Vnde intrat
clem. 2. de reb. Eccles. non alien. quæ procedit siue vnio
fiat capitulo, siue ex vnione resultet vtilitas capituli. vt
est decis. Rot. 3. prope fi. versic. in oppositum. de reb. Eccl.
non alien. in antiq. ¶ Secundò, quia vnio fuit facta sine
2 consensu capituli, quo † casu non valet. d. clemen. 2. in
princ. ibi, suo consentiente capitulo. & ibi Docto. Petr. de
Perus. de vnio. cap. 5. nu. 15. quæst. 7. Caccialup. art. 6. nu.
1. Gemi. cons. 87. in princ. Rebuff. in prax. in reg. de vnion.
gloss. 11. in princ. Fastol. consil. 80. dub. 26. num. 1. ¶ Ter-
tiò, quia caussa paupertatis fabricæ, propter quam dici-
3 tur facta vnio, non probatur per testes, & sic † vnio re-
manet sine caussa, sine qua non valet. Oldrad. cons. 261.
& cons. seq. post princip. per cap. exposuisti. §. euidens ne-
cessitas. vbi Imol. & Abbas id not. de præben. Paris. consil.
36. num. 8. lib. 4. Caccialup. de vnio. artic. 5. numer. 2. Fer-
ret. consil. 32. numer. 44. ¶ Quartò, quia vnio fuit facta
non vocato rectore Ecclesiæ parochialis sanctæ Mariæ
loci de Credillo, vbi existit præstimonium, de quo agi-
tor. Vnio † autem facta non vocatis his, quorum inter-
4 est, non valet tam de iure communi, vt per Petr. de Vbal.
de vnion. c. 5. in princ. quam ex forma Concil. Triden. c. 6.
sess. 7. ¶ Quintò, quia in ipsa vnione Antonius del Ne-
ro, qui erat possessor huius præstimonij, cessit quod-
cunque ius, actionem & titulum sibi super dicto præsti-
monio competentem, & sic vnio fuit facta per viam
cessionis, quæ cùm non fuerit publicata, obstat constitu.
de publican. sanctæ mem. Pij Quinti. Istis tamen minimè
obstantibus contrarium pro validitate vnionis, Domi-
ni concorditer concluserunt. Nam † Episcopus vnionem
5 facere potest, c. sicut vnire. & ibi Abb. in 2. not. de excess.
prælat. Pet. Vbal. de vnion. c. 4. n. 21. Caccialup. artic. 3.
6 nu. 18. Et † in terminis nostris, quòd episcopus possit v-
nire fabricæ Ecclesiæ, tradit Imol. in d. clem. 2. nu. 14. in fi.
idem Im. in c. cùm accessissent. col. 3. in prin. 4. post med.
vers. dicit tamen hic Card. Floren. quod si vellent suppri-
mere. & ibi, Fely. n. 22. circa med. ver. sed d. Imo. extra de
const. ¶ Non obst. superius in contrariú adducta: Nam
Ad primum respondetur, d. clem. 2. prohibentem vnio-
7 nem fieri capitulo, procedere, † quando vnio fit capitulo
principaliter & directè: at secus, quando in consequen-
tiam & indirectè. Et ratio † est, quia capitulum, cuius 8
consensus in vnione requiritur, non potest in re propria
auctorizare principaliter, sed bene consequenter ad in-
star tutoris, vt in terminis est decisi. Rot. 1. nu. 2. 3. & 4. de
Eccle. ædifi. in antiq. vbi capitulum ex vnione conseque-
batur in effectu vtilitatem releuationis ab onere præ-
standi quandam portionem, de qua ibi, sed quia hæc vti-
litas contingebat consequenter & indirectè, ideò valida
fuit vnio, pro vt ibi latius deducitur. Et cum ista dec. Do-
mini transiuerunt. ¶ Ad secundum respondetur multi-
pliciter. Primò, adfuisse consensum capituli, vt probatur
per vnum testem iunctis adminiculis deductis hîc per
informantes capituli, maximè adminiculo substentario-
nis huius litis. ¶ Secundò, quia † consensus capituli po- 9
test etiam post vnionem interuenire, vt in specie vnionis
tradit Alex. cons. 19. nu. 36. l. 6. Boer. dec. 345. n. 5. Rebuf.
in reg. de vnion. gl. 12. nu. 20. Et in alienatione rerum Ec-
clesiæ latè Soc. consi. 15. nu. 47. & 48. l. 1. Tertiò, † quia 10
vnio ita demùm est nulla ex defectu consensus capituli,
si hoc dicat capitulum, in cuius fauorem fuit introducta
solemnitas consensus ipsius capituli, alias non. vt bene
deducit Oldra. consil. 162. in fi. Quod comprobetur exē-
plo † alienationis rei Ecclesiæ, quæ ita demum est nulla, si 11
placet Ecclesiæ, vt per Inn. in c. 1. in prin. de his quæ fiunt
a præl. si. consen. c. quem ibi sequuntur Host. Ioan. Andr.
vterque in princ. Card. in secúda oppo. Im. n. 2. circa med.
vers. an autem, Butr. n. 5. Dec. in c. quę in Ecclesiarum. nu.
6. cir. med. vbi sequitur dictum Inn. de constit. idem Butr.
in c. si quis presbyterorum. nu. 9. de reb. Eccl. non ali. bene
Imo. in c. 1. nu. 13. ante med. ne sed. vacan. ibi & sic in effe-
ctu cõtractus super re Ecclesiæ, ita demum erit nullus, si
Ecclesia hoc volet. Accedunt insuper & alia exempla de
quibus per Tiraq. *le mort saysit* part. 7. decla. 1. no. 6. 7. 8. 9.
10. 11. & 12 Vnde in casu nostro, quando adesset nullitas
vnionis ex defectu consensus capituli, non posset illa al-
legari ab alio, quàm ab ipso capitulo, in cuius fauore vnio
esset nulla, ad instar nullitatis alienationis rei Ecclesiasti-
cæ, ob defectum solemnitatum, quæ † non potest ab alio 12
allegari, quàm ab Ecclesia, cuius fauore alienatio est nul-
la, vt per Imo. in d. c. si quis presbyterorú. n. 21. vers. nec ob
Abb. in c. diuersis fallaciis. n. 5. de cleri. cõiu. Fulg. in l. 2. n.
4. vers. ex qua auctoritate. C. de iur. emph. Crot. cõsi. 119.
nu. 11. l. 1. bene Rum. consi. 35. nu. 31. l. & hoc idem voluit
Bart. consi. 159. nu. 6. & 7. Et ita tenuit Rot. in vna Cer-
uien. bonorum 16. Decemb. 1575. coram R. D. M. Seraphi-
no. ¶ Ad tertium respondetur, quod imò per testes be-
ne probatur caussa paupertatis fabricæ, vt hic per infor-
mantes capituli. ¶ Ad quartum respondetur, † quòd 13
vnio potest fieri non vocato rectore. d. clem. 2. & ibi gl. in
verbo, vucatus. Card. q. 1. nu. 7. Im. n. 12. Anch. nu. 5. Abb.
pariter n. 5. Vital. n. 8. Rot. dec. 1. de reb. Eccles. non alien.
in nou. & decisi. 2. in addit. de offi. l. in nou. Petr. de Vbald.
de vnion. c. 5. n. 5. Caccialup. n. 6. & 7. Rebu. d. reg. de vnio.
gl. 11. n. 8. Et ratio est secundum prædictos, quia per vnio-
nem non fit præiudicium Rectori, cùm sortiatur effe-
ctum post mortẽ ipsius. c. cõsultationib. de donat. Et ideò
eius non interest vocari. Vocatio enim † illorum dunta- 14
xat fieri debet, quorũ interest, vt per Imo. & Vitalin. vbi
supra, & si rector esset præsens vnioni, non posset cum ef-
fectu contradicere, vt per Addit. in d. dec. 2. de offic. leg.
¶ Nec obst. si replicetur in casu nostro, effectum vnionis
non fuisse collatum post mortem rectoris, sed statim eo
viuente secutum fuisse. ¶ Quia adhuc dicitur, recto-
rem non fuisse citandum, quia nullum habebat interesse.
Pręstimoniarius enim non tenebatur dictæ Ecclesiæ pa-
rochiali ad aliquod seruitium, cùm præstimonium non
haberet, seu aliquod onus adimplendum ex fructibus i-
psius, vt probant primus & 2. testes super tertio art.
¶ Præterea etiam si Præstimoniarius teneretur dictæ
Ecclesiæ

Ecclesiæ ad aliquod seruitiũ, nihilominus ex hac vnione
15 nullum factum fuit præiudicium rectori,† quia per vnionem vnius Ecclesiæ ad aliam non alteratur status Ecclesiæ vnitæ, sed debet in ea more solito deseruiri vt per Abb. in c. exposuisti, nu. 7. de præben. ¶ Ad quintum respondetur, constitutionem fel. rec. Pij Quinti in casu isto non intrare, tum quia constitutio præsupponit personam cedentis & cessionarij: hic autem deficit persona cessionarij, quia fabrica nõ est cessionaria, sed ei facta est vnio. Cedens enim cessit ius sibi competẽs ad præstimonium, de quo agitur, ad affectũ, vt illud vniatur fabricæ. ¶ Tum & secundò, quia hic cessant fraudes, & sic caussa finalis constitutionis. ¶ Tum & tertiò, quia constitutio loquitur de resignatione vel cessione iuris ad effectum trãsferendi titulum beneficij in aliam personam, sed quando fit vnio.
16 nõn transfertur titulus, quia † per vnionem extinguitur & supprimitur nomen & effectus beneficij, Doct. in cap. cùm accessissent, de cõstitut. Rot. decis. 11. de reb. Eccles. non alienan. in antiq. Caccialup. de vnion. art. 8. n. 9. q. 12. Samen. in reg. de triennal. qu. 8. nu. 1.

CANTVCCII.

Vlixbonen. professionis. Mercurij, 16. Nouembris, 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dementia impediens professionem religionis debet esse talis, vt vsum rationis auferat.*
2 *Testes deponentes de sana mente debent concludenter deponere de actibus & signis multiplicatis & successiuis excludentibus dementiam.*
3 *Testis deponens de insania, vel dementia alicuius, debet de proprio auditu & visu deponere.*
4 *Negatiua furoris quomodò sit probanda per testes, & n. seq.*
5 *Furor non probatus per aliquod tempus continuum arguit dilucida fuisse interualla.*
6 *Dementia præsumitur probatis extremis.*

DECISIO CXXXIIII.

Licèt in caussa Vlixbon. professionis, in qua die Mercurij 16. Nouembris 1680. dubitaui, *an probentur dilucida interualla Margaritæ*, aliqui ex Dominis tenuerint *pro validitate professionis eiusdem Margaritæ*, non quia probentur dilucida interualla, sed quia existimabant, illam non fuisse taliter insanam, vt esset incapax professionis. Nam eius dementia non erat talis, vt auferret ei vsum
1 rationis, prout † de iure requiritur, ad impediendam professionem, iuxta trad. per Socin. consi. 47. nu. 9. lib. 3. Galhaul. in l. 1. in princ. nu. 69. ff. de verb. oblig. Paris. consi. 88. sub nu. 40. libr. 3. Et istis Dominis placebant deducta per informantes in facto pro parte D. Antonij, & præcipuè actus confessionis, communionis, regendi breuiarium, & emittendi professionem benedictionis, qui actus durat per multas horas, quia cãtatur carta votorum & multæ interueniunt ceremoniæ, quam cantationem & ceremonia. omnes Margarita cordatè fecit, prout reliquæ, quæ eandem professionem simul emiserunt. ¶ Nihilominus maior pars Dominorum persistebat in resolutionibus iam factis ex fundamentis & considerationibus in illis deductis, & fuit allegatus Arctheus de caus. & nor. diuers. affect. libr. 1. cap. 6. ¶ Et strictè ad dubium resolutum fuit, dilucida interualla Margaritæ minimè probari,
2 quia testes D. Antonij nõ deponunt de actibus † & signis sanæ mentis Margaritæ multiplicatis successiuis, & continuatis per aliquod tempus considerabile, ita vt non possint conuenire dementibus, iuxta text. in l. cum alijs, C. de curat. furios. prout latius deducitur in decis. facta 9. Maij, versic. nec testes D. Antonij. Nec obstant multi testes ponderati pro parte D. Antonij ad probandã negatiuam furoris, quia nullus testis dicit, Margaritam non potuisse dicere nec facere aliquid insaniæ, quin † audiuisset, 3
vel vidisset, vt in terminis deducit Alex. consil. 141. num. 10. libr. 1. & consi. 140. nu. 15. in princ. & nu. 16. prope fin. lib. 7. ¶ Nec obstat replicatio, quæ exemplo fit, quòd testes deponentes super negatiua, si deponunt taliter, vt id quod dicunt, sit eis verisimiliter cognitum, prout videntur deponere testes prædicti, tunc † non est opus, quod 4
dicant, nõ potuisse aliter fieri, quin vidissent, vt per Aret. in c. tertio loco, num. 9. quem sequitur ibi Felin. num. 5. Dec. num. 9. versic. sed Aretin. ad hoc respondet, extra de probat. Paris. consil. 162. num. 14. lib. 4. Quia hæc replicatio potest dupliciter tolli. ¶ Inprimis, quod Aret. requirit, quòd testes deponentes super negatiua dicant implicitè vel explicitè se fuisse præsentes, nec vidisse fieri, per text. in §. hinc noris, prope fin. ibi, testium dicentium se adfuisse his, quæ gesta sunt, & vidisse, quæ tunc agebantur, in Auth. de hæred. & falcid. prout idem Aret. se declarat, in c. cùm caussam, nu. 19. de testib. ¶ Et tamen in casu nostro ex tot testibus, qui conantur probare negatiuam furoris, nullus dicit se fuisse præsentem omnibus dictis & gestis Margaritæ per tempus considerabile necessariũ ad inducenda dilucida interualla. Vnde possibile fuit, quòd Margarita ea hora, qua testis fuit præsẽs, nõ dixerit vel fecerit aliquid insaniæ, sed bene alia hora, quã testis nõ fuit præsens. ¶ Præterea hæc replicatio potest & alio modo euitari considerando, quòd non sumus in negatiua valde coarctata, puta ad diem vel ad horam, sed sumus in negatiua coarctata ad tempus longius die vel hora, nempe ad tempus considerabile necessarium ad inducenda dilucida interualla, quo casu, aut testis debet deponere non potuisse fieri, quin vidisset, aut debet deponere per medium affirmatiuæ incompatibilis cum negatiua, vt post Bald. in c. 1. §. si quis per 50. num. 2. circa med. versic. tu dic. n de feu. fuct. controuer. int. dom. & agna. bene declarat Aret. in d. c. cum caussam, nu. 20. versi. aut negatiua non est ita coarctata, de testibus. Vnde in proposito aut oportebat testes prædictos dicere, Margaritam non potuisse dicere vel facere aliquid insaniæ, quin audiuissent vel vidissent: aut debebant dicere, quòd Margarita per totum illud tempus, per quod intendunt probare negatiuam, vel per aliud tempus considerbile ad cõstituenda dilucida interualla, semper locuta fuit ad propositum, & fecit actus sanæ mentis, specificando illos, ne alias generaliter deponendo censerentur iudicare; nam ista affirmatiua dictorum & gestorum Margaritæ per totum illud tempus fuisset incompatibilis cum negatiua furoris, sed nullus ex testibus prædictis, si eorum dicta inspiciantur, deponunt per medium affirmatiuæ incompatibilis cum negatiua. ¶ Non obstat, quod in casu nostro dilucida † interualla probantur ex eo, quòd testes, qui conan- 5
tur deponere de furore ante professionem, non probant furorem per aliquod tempus continuum, Barto. in l. 2. in fin. ff. de bon. poss. infant. fur. compet. Docto. in l. furiosum, Cod. qui testam. facer. poss. Paris. alios citans, consil. 87. num. 12. & 13. libr. 3. & consil. 15. sub numer. 11. libr. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 18. num. 1. Couar. in epith. part. 2. cap. 2. num. 6. vers. procedit tamen. Quia ista conclusio non applicatur casui nostro, in quo est probata dementia Margaritæ ante & post professionem, quo † casu media dementia præsumitur Anchar. consil. 5. nu. 6
5. Ruin. consil. 67. nu. 11. prope fin. lib. 1. idem Ruin. inter consil. Curt. iun. consil. 291. nu. 25. libr. 3. Alex. consil. 54. num. 2. libr. 1. Purpur. consil. 254. nu. 12. ¶ Tunc autem intraret obiectum, si dementia Margaritæ fuisset probata solùm ante professionem: nam eo casu, vt præsumeretur durasse vsque ad professionem, opus fuisset probare dementiam per aliquod tempus continuum: at secus, quando dementia est probata ante & post actum, nam tunc præsumitur durasse tempore intermedio, quia probatis extremis, præsumuntur media.

CANTVC

CANTVCCII.

Tusculan. vineæ. Lunæ, 21. Nouemb. 1580.

SVMMARIVM.

1 Error in eo, quod est omnibus notum, non præsumitur.

2 Error in annis Domini præsumitur dolosus.
Declara tamen, vt nu. 10. 11. & 12.

3 Error potius præsumitur, quàm malitia, & falsitas, & numer. 5.
Quod procedit in errore tollerabili.
Item quando error ex nimia prouenit simplicitate, nu. 4.

6 Error magis præsumitur in notario, quàm dolus & falsitas: & satis est, quod sit possibile.

7 Falsitas nulla necessario sequitur, veritate possibili in esse posita.

8 Filius natus ex vxore, quæ à marito expulsiua sine iudicio Ecclesiæ iuit ad lupanar, & ibi processu temporis peperit, iudicatur legitimus, ex communi, & quare.

9 Partus quamdiu possibile est vt nascatur ex matrimonio, legitimus iudicatur & ex eo natus præsumitur, nisi contrarium probetur, ex communi.

12 Error in annis Domini dicitur lata culpa, quæ dolo æquiparatur.

13 Error vbi non est tolerabilis, non sequitur, quod præsumatur potius malitia & falsitas quàm error.

14 Argumentum à contrario sensu non procedit, quando sequeretur prauus, & absurdus intellectus, ex communi.

15 Error in alteratione scripturæ magis præsumitur tanquam contingibilis, licet de raro, quàm malitia & falsitas, nisi ex circumstantiis vel indiciis aliud appareat.

DECISIO CXXXV.

DVbitabatur in vna Tusculan. vineæ mihi extra rotã commissa, nunquid alteratio scripturæ cuiusdam schedulæ facta circa 1000. præsumeretur facta caussa corrigeodi errorem scripturæ, vel potius caussa committẽdi falsum. Nam in dicta schedula loco millesimi tunc currentis videlicet, 1562. fuit scriptus millesimus iã per duos annos ante decursos, scilicet 1560. deinde illa litera, O, fuit alterata & immutata in literam numeralem, 2. & sic fuit facta alteratio, & immutatio de anno 1560. in annum 1562. ¶ In qua dubitatione ego tenebam, dictam immutationem vel alterationem non præsumi factam caussam emendationis erroris scripturæ, quia scribere per errorẽ millesimum duobus ab hinc annis decursum pro millesimo currenti videbatur mihi error crassus, supinus, & non tolerabilis. Error enim in scribendo millesimum à communiter accidentibus solet committi in initio millesimi noui, cuius loco interdum per errorem scribitur millesimus vetus: & caussa huius erroris est frequentia scribendi millesimum veterem, ex qua inducitur quædam assuefactio manus in scribendo, caussans quandoque errorem scribendi millesimum veterem pro no-
1 uo. Error † autem in annis Domini non præsumitur, quia
præsumitur quis errare in eo, quod est omnibus notum, vt inquit Bal. in l. Imperator. in 2. lectura. in fi. de sta. hom. Imò error in annis Domini contigit ex dolo vel lata culpa, quia annos Domini communiter omnes sciunt, ita post Dyn. consil. 13. quæstio talis, prope fi. versi. præterea error in dubio, tradit Bart. in l. si librarius, num. 7. versic. modo si præsupponeres, ff. de reg. iur. per l. latè, & l. cedere diem, §. lata. ff. de verb. signif. sequitur Mayner. in d. l. si
2 librarius, num. 30. in fi. inquiens, † errorem in annis Do-
mini præsumi dolosum, sequitur etiam Alex. in add. ad Bart. in l. quoties, §. 1. sub. num. 3. versi. & licèt præsumatur, ff. de hæred instituen. dicens, præsumi dolum, quando erratur in annis Domini, quia illos cõmuniter omnes sciunt, & talem errorem non esse tolerabilem. Hoc idem vult Bald. in l. 1. nu. 4. post med. vers. 1. C. de Iustin. cod. confirman. vbi inquit, errorem in annis Domini esse latissimam culpam, quia nemo est tam demens, qui quotam anni ignoret. ¶ Ad illud autem, quod infra dicetur, quod potius præsumitur error, quàm malitia, siue falsitas: Respondebam, † id procedere, vel quando error est
tolerabilis, ita declarat Bald. in l. penul. C. de his qui sib. 3
adscrib. in testam. sequitur Felin. in c. ex literis, nu. 3. vers. vnde dicit, de fide instr. Cephal. cons. 230. num. 6. li. 2. August. ad Angel. de malefic. in verbo, falsario, nu. 1. in prima addit. & idem dicit Castren. consi. 103. in 3. dub. lib. 2. vel
† quando error prouenit ex nimia simplicitate tantùm, 4
Bald. in l. 1. nu. 8. ff. de legib. inquiens, tunc potius præsumi errorem, quàm malitiam, quando error contingit ex nimia simplicitate: sed error, de quo agitur, non videtur neque tolerabilis neque ex nimia simplicitate proueniẽs, vt ex præmissis apparet, Meritò, &c. ¶ Istis tamen non obstantibus, Domini contrarium concluserunt, moti ea ratione, quia † potius præsumitur error quàm malitia & falsitas, l. penult. in fin. ibi, credo te magis errare, quàm malitia incidisse, C. de his, qui sibi adscrib. in testam. Deci. cons. 175. nu. 7. Marsil. consi. 51. nu. 31. Paris. cons. 169. nu. 59. lib. 4. Zuccard. in l. fi. num. 177. C. de edict. diui Adria. rollen. Nat. cons. 314. nu. 9. lib. 2. Cephal. d. consil. 220. nu.
16. lib. 2. Et hinc est, † quòd in notario magis præsumitur 6
error, quàm dolus & falsitas, Bar. Bal. Imo. Castr. & Cum. in d. l. quoties. §. 1. ff. de hæred. insti. Dec. in d. l. si librarius, nu. 11. & ibi Cagnol. nu. 34. cum aliis collectis per Gabr. libr. 7. de crimin. conclus. 2. num. 16. Et licèt error, de quo agitur, per se sit crassus, & supinus, tamen secundùm Dominos sat est, eum fuisse possibilem, & propterea data ista possibilitate, non sequitur de necessitate falsitas, Bal. in c. 1. §. notandum, sub n. 2. de not. feud. vbi inquit, quòd
† possibili veritate in esse posita, nulla necessario sequi- 7
tur falsitas, sequitur Alexand. in add. ad Bart. in l. quot tamen, §. si arbiter, sub nu. 2. ff. de arbit. & Boss. in sua pract. crim. tit. de fals. numer. 133. ¶ Et huic resolutioni re diligentius considerata ego quoque adhæsi & cogitaui ad præmissorum corroborationem posse induci theoricam Cyn. communiter receptam in l. si vicinis, in 3. q. nu. 3. C.
de nupt. vbi vult, quòd † si vxor, quæ à marito sine iudi- 8
cio Ecclesiæ expulsa, iuit ad lupanar, processu temporis ibi peperit, partus iudicabitur legitimus: & reddit rationem, quia possibile est natum esse ex matrimonio, ex quo maritus quoque poterat ire ad lupanar & vxorem carna-
liter cognoscere, deinde subdit, † partum, quamdiu pos- 9
sibile est nasci ex matrimonio, legitimũ esse, & ex eo natum præsumi, nisi contrarium probetur, & Cyn. sequitur ibi Alberic. nu. 3. Alex. consi. 88. nu. 8. lib. 7. Barbat. consil. 58. nu. 1. vers. modo adduco, lib. 2. Bertr. cons. 73. n. 13. post med. lib. 3. part. 3. Curt. iun. cons. 31. nu. 5. Rolan. cons. 49. nu. 27. lib. 4. Gabr. de præsump. conclus. 14. n. 9. Bero. cons. 162. nu. 2. lib. 2. Valent. Forster. de succ. ab intestat. fol. 57. 5. in ampliat. vbi testatur hanc esse commonem conclusionem. ¶ Nec obst. superiùs exemplo allegata. Nam ad cons. Dyn. 13. & ad Bart. in d. l. si librarius, sub nu. 7. cum aliis supra citatis, potest responderi, quòd licèt errare in annis Domini sit lata culpa, cùm omnes communiter illos sciant, l. cedere diem, §. lata, & l. latæ, ff. de verb. signif.
nihiluminos non † propterea præsumendus est magis 10
dolus & falsitas, quàm error, quia errare in annis Domini potius præsumitur culpa quàm dolus, gloss. in l. 3. §. ignominia. in verbo, vir miles, in fi. ff. de his qui not. infa. Bart. in l. hæ enim sub nu. 3. ff. de suspect. tutor. Gabriel. de cri.
conclu. 2. nu. 5. Et † de duobus dolis præsumitur minor, 11
Bald. in l. fin nu. 17. prope fi. C. de ædilit. act. & de duobus delictis semper præsumitur minus, Aret. cons. 31. n. 6. vers. ad secundum dicimus, Rui. cons. 199. nu. 3. lib. 2. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 6. Gabriel. vbi supra, num. 6.
¶ Vnde † quamuis error in annis Domini sit lata cul- 12
pa, & dolo æquiparetur, l. quod Nerua. ff. depos. tamen dolus, qui inest in errore in annis Domini, est minor quam

quam dolus, qui committitur in falsitate. ¶ Non obstat dictum Bald. in l. pen. C. de his qui sibi ascrib. in testam. 13 ¶ Quia respondetur negando Bald. dicere, quòd † vbi error non est tolerabilis, tunc potius præsumatur malitia & falsitas, quàm error. Sed Bald. dicit, quòd vbi error est tolerabilis, potius præsumitur error quàm malitia. Nec di- 14 catur, † Bal. dicere à cõtrario sensu, quia non licet arguere à contrario sensu, qoando sequeretur prauus & absurdus intellectus, Doct. communiter, in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eios, prout in casu nostro, quia præsumeretur potius dolus, quàm culpa, vel maior dolus quàm minor. Et eo modo respondetur ad aliud dictum Bald. in l. 1. nu. 8. ff. de 15 legib. ¶ Et in summa Domini voluerunt in † alteratione scripturæ, de qua agitur, magis præsumi errorẽ tanquam contingibilem, licèt sit de rarò cõtingentibus, quàm malitiam & falsitatem, nisi ex aliquibus circumstantiis vel indiciis aliud appareret, iuxta trad. per Bart. in l. quoties, §. 1. nu. 3. Bald. post princ. Imo. num. 2. Cum. num. 4. ff. de hæred. instituen. idem Cum. cons. 236. nu. 3. Ias. cons. 153. nu. 3. prope fi. lib. 2. Natt. d. cons. 314. num. 9. lib. 2. Volentes in notario potius præsumi errorem, quam falsitatem, nisi ex circumstantiis aliud appareat.

CANTVCCII.

Pientin. affictus. Veneris, 13. Iunij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Æstimatio rei facta ad effectum sciendi valorem, non facit emptionem & sic periculum non transit in conductorem.*

DECISIO CXXXVI.

DOmini dixerunt æstimationem animalium, de quibus in instrumento non fecisse emptionem, & consequenter periculom illorum non transiuisse in affictua- 1 rium, sed in Episcopum Pientin. locatorem, quia † æstimatio fuit facta ad effectum sciendi valorem animalium, ex quo promissa fuit restitotio animalium, nõ autem eorum pretij, per tex. & ibi gl. & Doct. in l. si inter virum & vxorem, C. de iure dot. Ias. in l. ex conuentione, nu. 3. ff. de pact. Rolan. cons. 92. nu. 15. lib. 2. ¶ Et videtur tolli omnis difficultas, ex schedula venditionis partis animalium factæ per Episcopum Petro durante affictu.

CANTVCCII.

Tusculan. vineæ. Veneris, 16. Decembris, 1580.

SVMMARIA.

1 *Atramenti diuersitas reddit scripturam suspectam de falso in locis in ea alteratis.*

Declara tamen, vt num. seq.

3 *Verisimilitudo attenditur in materia falsitatis.*

DECISIO CXXXVII.

DOmini tenuerunt, schedulam, de qua agitur, esse su- 1 spectam de falso ex diuersitate † atramenti in locis in schedula alteratis, ad Anch. cons. 431. nu. 3. vers. dicendo ergo, Curt. iun. cons. 52. in fine. Socin. iun. cons. 41. nu. 2 7. lib. 1. Cæphal. consi. 287. n. 28. lib. 2. Et licèt † diuersitas atramenti ad inducendam suspicionem falsitatis sit leuis præsumprio, vt per Soc. consi. 94. nu. 8. versi. circa 3. lib. 1. Paris. cons. 28. nu. 58. lib. 2. & per se sola non sufficiat, nisi alia cõcurrant, prout declarat Aym. cons. 88. nu. 7. & consil. 134. nu. 27. post medium, vers. non puto, nihilominus in casu nostro concurrunt aliæ coniecturæ, de quibus hic per informantes Amatoris, & præcipuè coniectura sumpta ab inuerisimilitudine erroris circa millesimum: nam 3 † in materia falsitatis maximè attenditur verisimilitudo, vt per Aym. post alios d. cons. 134. nu. 36. cum seq. Socin. iun. d. consi. 41. nu. 7. versic. ex quibus omnibus, & nu. seq. Cephal. d. cons. 287. no. 20. vsque ad n. 26. ¶ Et ex præmissis Domini censuerunt, schedulam istam tanquam suspectam de falso non facere fidem: an verò possit operari effectum tacitæ confessionis Francisci creditoris de solutione vel satisfactione mutui sibi facta in grano vel ordeo ab anno 1560. vsque ad annum 1562. quasi ipse commiserit falsitatem, de qua agitur, ad effectum excludendi futuram probationem solutionis in illis duobus annis, & sic quasi tacitè confessus fuerit, motuum esse sibi solutum, aliàs erit particulariter videndum, &c.

CANTVCCII.

Hispalen. beneficij de Carmona Lunæ, 13. Februarij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Inscriptio in forma iuris potest intelligi etiam de obligatione ad pœnam extraordinariam arbitrio iudicis.*

2 *Supplicatio non admittitur de stylo curiæ pro beneficio ab alio possesso, vt per priuationem illius sibi prouideatur, nisi se inscribat in forma iuris.*

3 *Pœna talionis in beneficio resoluitur in pœnam extraordinariam arbitrio iudicis.*

4 *Accusatio correspectiua ad inscriptionem debet intelligi de criminali.*

5 *Accusator potest quis dici, etiam si agat ciuiliter.*

6 *Accusationis verbo iura interdum impropriè vtuntur.*

7 *Accusatio etiam ciuilis datur, quæ ad priuatam vtilitatem principaliter mouetur.*

DECISIO CXXXVIII.

FErdinandus de Contrera impetrauit beneficium, de quo agitur, certo modo propter symoniam, & in eius gratia commissaria directa ordinario Hispalen. est apposita conditio, si & postquam Ioannem Fagundes suum aduersarium super symonia accusauerit, seséque in forma iuris inscripserit. Qua conditione stante Ioannes prætendit, Ferdinandum non posse vti sua gratia commissaria, nisi priùs conditione accusationis & inscriptionis per eum adimpleta. Sed quoad inscriptionem cõditio est adimpleta, quia Ioannes de Contrera se inscripsit & obligauit Ferdinandum ad pœnam extraordinariam arbitrio Dominorum de Rota, promittẽs, Ferdinandum talem inscriptionem & obligationem ratificaturum, prout postea ratificauit. Et licèt † Ioannes Fagundus prætende- 1 ret, inscriptionem in forma iuris debere intelligi de obligatione ad pœnam talionis, tamen Domini, cum quibus de hac re verbum feci, dixerũt sufficere obligationem ad pœnam extraordinariam, arbitrio Rotę, iuxta decis. Crescen. 161. Quod idem in terminis voluit Præpos. in c. 1. a. q. 8. n. 13. in med. vers. tamen vt fatetur, vbi inquit in Romana curia obseruari, vt non admittatur † supplicans pro 2 beneficio ab alio possesso, vt per priuationem illius sibi prouideatur, nisi se inscribat in forma iuris. Deinde num. 14. post Butr. in ca. super his, ante nu. 2. de accusatio. subdit, † in beneficio pœnam talionis resolui in pœnam ex- 3 traordinariam arbitrio iudicis, quia eadem similitudo pœnæ non cadit in beneficio. Si enim habens simplex beneficium accusat Abbatem de crimine, pro quo venit priuandus Abbatia, tunc cùm accusator non possit priuari Abbatia, qoam non habet, tenebitur ad pœnam extraordinariam arbitrio iudicis. Vnde difficultas eo redacta fuit, *an conditio quoad accusationem dicatur adimpleta ita, vt Ferdinandus possit vti sua gratia commissaria.* ¶ Et pro parte Ioannis Fagundes dicebatur, † accu- 4 sationem debere intelligi de criminali, ex quo est correspectiua ad inscriptionem. per text. in dicto cap. super his, in principio, de accusatio. & in cap. licèt Hely. in principio, de symon. ¶ Et propterea Ferdinandum non potuisse vti sua gratia commissaria, nisi impleta conditione accusationis criminalis. ¶ Quo tamen non obstante, Domini die 13. Februarij. 1581. tenuerunt contrarium, intelligentes accusationem etiam de ciuili, quia potest quis dici † accusator etiam si solùm agat ciuiliter. vt per Abb. 5 in capit. cum in tua. per illum textum ante numero primo vers. & not. quod talis impetitor. de testibus. quem refert & sequitur ibi Aret. in primo notab. vbi † subdit, iura interdum

interdum vti verbo accusationis impropriè, vt ibi, & se-
cunda, quæst. 7. de diuers. cap. & in l. posthum. §. fin. ff. de
inoffic. testam. & in l. non solùm §. final. ff. de procurat. Et
7 dari † accusationem non modo criminalem, sed etiam
ciuilem, quæ ad priuatam vtilitatem principaliter moue-
tur, expressè firmat Bero. ad rubr. de accus. nu. 4. per text.
in cap. tuæ, in fine. de procurat.

CANTVCCII.

Toletan. annatarum. Veneris, 16. Februarij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Disponens in generali eius dispositione reuocatoria, non est credendum voluisse comprehendere ea, quæ concernunt augmentum cultus diuini.*

2 *Interpretatio facienda est secundùm ea, de quibus si disponens interrogatus fuisset, ita verisimiliter respondisset.*

3 *Dictio, pro, denotat caussam finalem.*

4 *Ratio respiciens, siue influens in totam dispositionem, dicitur caussa finalis.*

5 *Præsumptio in dubio fit pro non reuocatione priuilegij.*

6 *Reuocatio priuilegij non præsumitur, nisi expressè constet.*

7 *Caussa priuilegij cessante, debet cessare priuilegium.*

Declara vt nu. 8. cum seq.

9 *Gestum non tollitur ex casu superueniente, qui ab initio impediuisset actum geri, & tenderet ad eundem effectum cum actu gesto.*

10 *Caussa paupertatis cessante cessat & illius effectus, quando diuitiæ superuenientes tendunt ad contrarium effectum cum actu gesto.*

11 *Priuilegium consistens in faciendo, amittitur per non vsum per decennium, ex communi.*

Declara tamen, vt nu seq.

12 *Possessio vniuersalis acquiritur per vnum actum particularem, quando caussa vtentis est vniuersalis & quare.*

DECISIO CXXXIX.

CONclusum fuit Ioannem de Côttetas teneri solue-
re Portionariis Ecclesiæ Tholetan. mediá annatan
ex Archipresbyteratus de Moltaban, de quo agitur ¶ Quia
priuilegium Sixti quarti eisdem Portionariis concessum
absque dubio Archipresbyteratum istum tanquam in
diœcesi Tholetan. consistentem comprehendit, prout
clarè constat ex lectura ipsius priuilegij. ¶ Non obstant in
contrarium adducta pro parte dicti Ioannis. ¶ Et in pri-
mis non obstat Bulla Leonis decimi, ibi vnde medietas
literarum huiusmodi vigore percipi consueuit, ex quibus
verbis videtur limitari priuilegium Sixti ad illa tantum
beneficia, ex quibus dimidia annata percipi consueuit.
¶ Quia illa verba declarantur per supplicationem, in qua
dicitur, ex quibus medietas dictorum fructuum debetur,
prout in hac eadem caussa coram me 18. Aprilis, 1580.
resolutum fuit ¶ Secundò non obstat Bulla Pij quinti,
tum quia loquitur de beneficiis consistentibus in Eccle-
siis Cathedralibus vel collegiatis: Archipresbyteratus
autem, de quo agitur, nó est in cathedrali vel collegiata,
sed in inferiori Ecclesia, tum quia cùm Sixtus quartus
concesserit Portionariis Ecclesiæ Tholetan, dimidias an-
natas de quibus agitur, vt diligentius in diuinis deserui-
rent, & sic pro augmento cultus diuini, vtique non est
verosimile, Pium Quintum voluisse illas comprehen-
1 dere: in generali enim † dispositione reuocatoria non
est credendum, disponentem voluisse comprehendere
ea, quæ concernunt augmentum cultus diuini. ad not.
in cap. penult. de constitutio. & cap. fin. de rescript. libro
6. ita Mohedan. decis. 145. an per regulam. Accoramb. de-
cis. 5. lib. 1. Crescen. decis. 141. regula quç reuocat. Pur. de-
cis. 331. mihi 352. in vna Conchen. libr. 1. ¶ Imò valdè
verosimile est, Pium quintum fuisse excepturum istas
2 dimidias annatas, si de eis † cogitasset, vel interrogatus
fuisset. ad not. per glos. & Doctores in l. tale pactum. §. fi-
nali. ff. de pactis. ex quo caussa finalis suæ constitutionis
reuocatoriç fuit exercitium cultus diuini, simúlque auxi-
lium vocatorum ad illum, vt patet ex illis verbis, quare
nos pro diuini cultus exercitio, simúlq; euocatorum ad
illum auxilio plenius, euidentiúsq; cócludendum fore ra-
ti reuocamus, &c. Ex quibus verbis negari nũ potest, quin
colligatur caussa finalis, tum † quia dictio, pro denotat 3
caussam finalem. l. penult. §. fin. ibi, pro alimentis. de ali-
men. & cibar. legat. Bald. in l. 1. num. 15. vers. vnde ista di-
ctio. C. per quas person. nob. acq. Alex. cons. 131. nu. 7. vers.
fortificatur prędicta. lib. 7. Soc. 227. n. 7. li. 2. Dec. cons. 356
ante nu. 3. Aymon. consil. 192. nu. 21. vers. secundo quia.
Rebuff. alios citans in l. vnica. gloss. secunda, nu. 13. C.
de sent. quç pro eo quod interest. Tũ quia hæc ratio exer-
citij cultus diuini & auxilij vocatorũ ad illũ, generaliter
respicit siue influit in totã constitutionẽ reuocatoriam, 4
quo † casu dicitur caussa fin. Bal. in l. 1. col. pen. vers. adde
quod illa caussa pręsumitur finalis. ff. soluto matrimonio.
& in l. generaliter. nu. 3. in fin. C. de Episc. & cleric. Corn.
cons. 35. nu. 2. versic. ratio enim. lib. 3. Aymond. d. consil.
192. num. 21. vers. quinto illa dicitur. ¶ Vnde cùm Sixtus
quartus concesserit annatas istas Portionariis Ecclesiæ
Tholetan. vt non paruum susciperent releuamen, ex
quo antea portiones erant tenues & exiles, & vt possent
commodiùs continuè residere, & residendo diligentiùs
in diuinis deseruire, vt expressè legitur in eius priuile-
gio, clare constat, cum hanc concessionem fecisse pro
exercitio cultus diuini, & pro auxilio Portionariorum
ad illum vocatorum. ¶ Præterea licèt ex præmissis res sit
clara, nihilominus quando aliquo modo esset dubia, in
dubio sit præsumptio † pro non reuocatione priuilegij. 5
gloss. in sum. ad finem, versic. item in dubio. 25. quæst. 2.
Federic. de Sen. cons. 133. prope finem. versic. item in du-
bio. Paul. de Castr. consil. 258. colum. vlt. versic. vnde in
dubio libr. 1. Ruman. cons. 237. num. 1. vers est enim. Cal-
del. consil. 11. circa finem. versic. præterea negari non po-
test. tit. de priuileg. Card. cons. 52. num. 6. circà medium.
vers. item posito. Deci. cons. 168. col. 3. ante num. 2. Aym.
cons. 21. num. 14. & bene Crot. cons. 371. nu. 12. & 18. &
19. & cons. 380. num. 24. & 25. lib. 3. vtrobique firmans,
† reuocationem priuilegij non præsumi, nisi de ea ex-
pressè constet, & illam probando exactam requiri pro- 6
bationem. ¶ Tertio non obst. quòd cùm hodie cesset
caussa paupertatis Portionariorum, ob quam priuile-
gium Sixti † concessum fuit, debet priuilegium ipsum
cessare. l. non tantùm. §. eos qui. ff. de excus. tut. vbi Doct. 7
not. priuilegium cócessum ratione paupertatis finiri au-
ctis facultatibus. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & ho-
nor. cum aliis adductis per Tiraq. cess. caus. parte. 1. num.
193. cum seq. Ruman. cons. 404. nu. 5. Ias. in l. sciendum.
§. si fundum. nu. 6. ff. qui satisdare cogant. Marsil. in l. vni-
ca, sub num. 28. C. de rapt. virg. & alias generaliter
cessante caussà priuilegij cessare priuilegium ipsum, la-
tissimè deducit idem Tiraquel. dicta parte prima, num.
203. cum pluribus sequentibus. ¶ Nam multipliciter res-
pondetur. ¶ In primis † quòd si priuilegium Sixti de- 8
buisset cessare cessante caussa paupertatis, vtique non
fuisset concessum perpetuis futuris temporibus dura-
turum, vt patet ibi, de cætero perpetuis futuris tempo-
ribus. Id enim, quod conceditur propter inopiam, non
est perpetuum, sed temporale, donec superueniant diui-
tiæ. d. l. cura. §. deficientium. ibi deficientium facultatibus
excusatio non perpetua, sed temporalis est. ¶ Secundò,
quia exemplo non probatur, redditus Portionariorum
adeò auctos fuisse, vt sine istis mediis annatis cesset an-
tiquà eorum paupertas, siue portionum tenuitas. ¶ Ter-
tiò, quia Sixtus non considerauit paupertatem Portio-
nariorum simpliciter & absolutè, sed secundùm quid,
habito respectu: ad diuitias canonicorum, & propterea

concessit dimidias annatas Portionariis, vt eorum redditus, qui non ascendebant ad quartam partem reddituum canonicorum, ascenderent ad dimidiam, prout in multis Hispaniæ cathedralibus & metropolitanis ascendere communiter consueuerunt, quæ caussa etiam hodie vera est. Sic enim Portionariis istæ dimidiæ annatæ auferantur, non ascendent eorum redditus ad quartam partem reddituum canonicorum. ¶Quartò, quia quan-
9 do † casus superueniens, qui ab initio impediuisset actũ geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, tunc quod gestum est, non tollitur ex illo casu superueniente. l. verbis legati. in fine. ff. ad l. Falcid. §. ex contrario. Inst. de leg. Dyn. in c. factũ legitimè. in fin. lib. 6. in l. si metallum. sub nu. 2. ff. de his quæ pro non script. Bart. in l. si constante, nu. 108. ff. soluto matrimonio. in l. penult. §. fin. in fine & ibi Castr. num. 5. ff. qui satisdare cogan. idem Bart. in l. pluribus. §. & si placeat, sub nu. 2. & ibi Castrens. ante nu. 3. & imò. sub num. quarto. vers. in eadem gloss. ff. de verborum oblig. Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum, nu. 2. versic. & hoc vltimum. & ibi Cagnol. num. 2. versic. nisi casus. & Maynet. nu. 4. ff. de regul. iur. Tiraquell. cess. caus. limit. 14. num. 2. Et in specie, quod text. in dicto §.
10 deficiente. & alia iura † volentia, cessante caussa paupertatis cessare & illius effectum, procedant, quando diuitiæ superuenientes tendunt non ad eundem, sed ad contrarium effectum cum actu gesto, declarat Bart. in d. l. si constante. nu. 108. in fine. sequitur Tiraquel. dicta limit. 14. sub. num. 3. Sed in casu nostro augmentum redituum Portionariorum superueniens tendit ad eundem effectum, cùm concessione dimidiarum annatarum tempe, vt ipsi Portionarij pro decentiori eorum substentatione non modicum suscipiant releuamen, & vt possint commodiùs continuò residere, & resideodo diligentius in diuinis deseruire, ac onera eis incumbentia faciliùs perferre, Meritò &c. ¶Vltimò non obstat, quòd Portionarij nunquam fuerunt vsi eorum priuilegio quoad Archypresbyteratum de Montalban, de quo agitur, & quod prætetea illud amiserunt per non vsum, cùm constat in faciendo, videlicèt, in exigendo dimidias
11 annatas, quo † casu sufficit non vsus per decennium. l. 1. ff. de nundin. Et est communis conclusio, de qua testatur Dec. in capitulo, cùm accessissent. num. 17. de constitutio. ¶Siquidem pro responsione dicitur, de vsu priuilegij satis constare ex quasi possessione exigendi dimidias annatas alicuius beneficij in priuilegio comprehensi: ex ea enim acquisita fuit quasi possessio exigendi dimidias annatas aliorum omnium beneficiorum in priuile-
12 gio comprehensorum, quia † quando caussa vtentis est vniuersalis, tunc per vnicum actum particularem acquiritur vniuersalis possessio. Et ratio est, quia magis attenditur caussa actus quàm ipsius actus exercitium. ita Bald. in repet. l. primæ. num. 24. versic. tu dic. C. de emanc. liber sequitur Felyn. in c. auditis. nu. 19. prope fin. vers. & dicit Bald. de præscript. prout aliâs in terminis istiusmet priuilegij resolutum fuit in alia Tholetan. annatum, secunda Decembris. 1575. coram R. P. Domino Robustério. Et ex hac responsione tollitur etiam illud, quod non probatur quasi possessio exigendi medias annatas secundi anni, sed solùm primi, quia non tam exercitium actus, quàm caussa ipsius actus inspici debet. Et propterea cùm caussa priuilegij sit vniuersalis, comprehendens medias annatas omnium beneficiorum, & tam primi, quàm secundi anni, ex quasi possessione exigendi medias annatas primi anni, intelligitur etiam quæsita quasi possessio exigendi dimidias annatas secundi anni, &c.

CANTVCCII.

Romanensis vineæ. Die 20. & 27. Februarij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Legatum ad pias caussas relictum in secundo gradu sub conditione deficientis primi gradus, debetur, licèt non deficiat primus gradus, neque est locus secundo gradui.*

2 *Relicta nominatim ab vno hærede non debentur ab eius substituto.*

Fallit in relictis ad pias caussas. nu. 3.

4 *Substitutio in vno casu fauore piæ caussæ non debet extendi ad alium quando substitutio piæ caussæ fuit limitata ad certum casum.*

Declara tamen, vt ibi.

5 *Dictio, tunc, est demonstratiua seu declaratiua rei, cui adiicitur.*

6 *Casus conditionaliter expressus non extenditur ad alium casum etiam fauore piæ caussæ.*

7 *Intellectus ad l. 2. ff. de manum. testam. verus assignatur, & eius vera ratio.*

DECISIO CXL.

TEstator filio suo naturali hæredi instituto substituit in medietate bonorum pauperes pro eius anima sub conditione, si hæres decedat ante obitum vxoris testatoris sub his verbis. *In omnibus autem suis bonis mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris, & vbique existentibus instituit, & ore proprio nominauit Ioannem Martinum filium suum naturalem, & in euentum, quòd dictus suus heres decedat ante obitum Dionora eius vxoris, tunc voluit, quòd medietas bonorum eiusdem testatoris detur pauperibus pro eius anima arbitrio tutorum infrascriptorum, & in alia medietate succedant propinquiores dicti testatoris.* Euenit casus, quod hæres decessit post obitum vxoris testatoris, dubitatum fuit, *an esset factus locus substitutioni pauperum.* Et licèt 20. Februarij. 1581. Domini fuerint varij, tamen. 27. eiusdem tenuerunt, factum esse locum substitutioni pauperum propter fauorem piæ caussæ. per ea, quæ tradit Roman. in authen. similiter. 30. speciali. num. 88. C.
ad l. Falcid. vbi vult, quòd † legatum ad pias caussas reli- 1
ctum in secundo gradu sub conditione deficientis primi gradus debetur, licèt non deficiat primus gradus, & ideò non sit locus secundo gradui, quia iuris præsumptione & pietatis fauore ab vtroque gradu relictum intelligitur. per text. in l. 2. vbi inquit esse casum vnicum ff. de manum. testam. quem text. ita exemplificat, Titium hæredem instituo, & si hæres erit, Seium substituo, & Ecclesiæ centum lego. Nam hoc casu, & Titius hæres sit, & sic impleatur primus gradus in eius defectum, testator adiecit secundum, & legatum pium fecit, nihilominus pio relictum est debitum. & Roman. sequitur Decis. cons. 182. num. 2. versic. & hoc in tantum. Soc. reg. 310. nu. 47. Tiraq. de priuileg. piæ cau. priuil. 62. Euerard. in loco à libert. ad piam caus. in sing. 15. Benedict. Canofil. de priuileg. Eccles. & Ecclesiasticorum personarũ. tit. de testam. priuil. 26. fol. mihi. 62. Moder. Vtinen. de cõiectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 39. Et pro hac opinione secũdùm Dec.
vbi supra, facit, quòd licèt † relicta nominatim ab vno 2
hærede non debeantur ab eius substituto. l. in ratione legis. §. quòd vulgo. ff. ad l. Falcid. l. cùm pater. §. ab instituto. de leg. 2. l. vnica. §. his itaque. C. de caduc. tollen. nota-
tur in l. licèt Imperator, de leg. 1. Nihilominus † relicta ad 3
pias caussas nominatim ab vno hærede censetur tacitè repetita ab eius substituto & ab eo debentur. ita Roman. in d. auth. similiter. in 15. speciali. nu. 65. & in 20. speciali, in fine, ante nu. 69. per text. in l. 4. §. Lucius. ff. de alim. & cibar. lega. quem tex. ita intelligit ibi Bart. in princ. post glos. idem Bar. in l. Mela. in princ. vers. idem quod relictũ nominatim. ff. eo. tit. de alimen. & cibar. lega. Rom. cons. 388. nu. 5. Alex. in d. l. licèt Imperator. nu. 11. & ibi Ias. nu. 38. idem Alex. in l. si duobus. §. 1. aliâ circa finem princip. versic. & idem videtur dicendum. & ibi Iason num. 14. & 15. de leg. primo. idem Ias. in l. si fundum. §. Stychum. num. 4. ff. eod. tit. Socin. d. reg. 310. num. 35. prope finem. Decis. consil. 182. num. secundo versic. & ad hoc etiam

facit.& conf.273.nu.1.ad finem Ruin. conf. 116.ou.3. & 4 lib.3.& conf.76.sub.nu.17.lib.5.Titaquel.de priuil.piæ cauf.priuileg.36.Grat.conf.5.nu.24.lib.2. Andr.de Beset. in repet.l.1.nu.228.C.de sacrosanct.Eccl.moder.Vtinen. de coniectur.vltim.volunt.lib.8.tit.2.nu.16. Et fuit resolutum coram R.P. Domino Decano, in vna Romanen. fideicommissi siue legati 16. Ianuarij 1581. quæ resolutio fuit postea coram eodem confirmata 3. Martij eiusdem anni,& insuper allegatus tex.in l.Lucius Titius. ff.de fideicommiss.libert.Non obstat Paris.conf.86.nu.77 lib.2.cócludens post Dec.conf.273.nu.1.& 2.quòd fauo-
4 re piæ caussæ † substitutio facta in vno casu nó debet extendi ad alium, quando substitutio piæ caussæ fuit limitata ad certum casum. ¶Quia Dec. loquitur in casu, in quo pia caussa fuit vocata siue substituta principaliter in pœnam hæredis, & non pro salute animæ testatoris, vel in casu, in quo si fieret extensio, resultaret absurdum, quòd quis sine culpa priuaretur, & contra voluntatem testatoris, prout ipsemet Dec.respondet.d.conf.273.col. vlt.vers. non obstant allegata, & vers. vnde ad allegata. At secus in casu nostro, in quo testator substituit pauperes pro anima sua,& sic consi.Dec.facit pro hac parte. ¶Secundò non obst. quòd substitutio pauperum fuerit restricta ad casum expressum tantùm ponderando dictionem, tunc, Paris.consi.14.num.9. lib.5. Quia dictio, tunc, † non est taxatiua nec exclusiua, sed demonstrati-
5 ua, seu declaratiua rei, cui adiicitur, Chassad.dec.1.nu.3. & 4.de testam. ¶Tertiò non obstat Ruin.conf.76.nu.17. circa medium. vers. ad illud respondetur. lib.5. vbi respondendo ad Roman. in d.authen. similiter. in 15. speciali inquit, casum † conditionaliter expressum non ex-
6 tendi ad alium casum, etiam fauore piæ caussæ, sicut nec fauore alterius; nec contrarium probari in d.l.2.ff.de manum. testam. vbi testator instituit Titium & dixit, si Titius hæres non erit, Stychus hæres libérque esto. Deciditur ibi, quòd, licèt Titius sit hæres, & sic deficiat substitutio facta de Stycho, quòd nihilominus Stychus cósequetur libertatem tanqã relictam ab vtroque gradu, tam institutionis, quam substitutionis, & non à gradu substitutionis tantùm. ¶Illo igitur casu secundùm Ruin. non extenditur illa conditio, si Titius hæres non erit, de casu ad casum, sed apposita substitutioni factæ de Stycho non intelligitur repetita in relicto libertatis, ne libertatis datio corruat, tanquam relicta à gradu substitutionis, quæ defecit & subdit Ruin. istud regulare esse, vt conditio non censeatur repetita, quando legatum redderet inutile, vt ibi per eum. ¶Quia pro responsione dicitur, quòd non subsistit ratio Ruin. quod ideò debetur legatum libertatis, quia conditio illa, si Titius hæres non erit, adiecta substitutioni factæ de Stycho non intelligitur repetita in relicto libertatis, cùm cesset repetitio, quando dispositio redditur inutilis. ¶Siquidem est animaduertendum. Verba text. aliter se habere, quàm referat Ruin. Ipse enim refert ita, si Titius hæres non erit, Stychus hæres libérque esto, & tamẽ textus dicit si Titius hæres non erit, Stychus liber hæresq; esto, & sic conditio, si Titius hæres non erit, est expressa apposita legato libertatis, ita vt nó cadat illa quæstio, an intelligatur códitio repetita. Vnde vera ratio assignatur in text. quod Stychus acceperit libertatem non à gradu substitutionis tantùm, sed ab vtroque gradu institutionis. Ratio autem rationis nulla alia potest esse, quàm fauor libertatis. Sicut igitur in illo text. libertas relicta in euentum, quòd Titius non sit hæres, fauore libertatis intelligitur relicta ab vtroque gradu institutionis & substitutionis, & sic in vtrunq; euentum siue Titius hæres sit, siue non, ita in casu nostro substitutio pauperum facta in euentum, quod hæres decedat ante obitum vxoris testatoris, fauore piæ caussæ intelligitur facta in vtrumque euentum, siue hæres decedat ante, siue post obitum vxoris. ¶Quamobrem stantibus præmissis Domini dixerunt, primum Collateralem per suam sententiam latam 15. Septemb. 1565. non spoliasse Bertam, cùm nedum non sit iniusta, sed potius, ex supradictis iusta apparet.

CANTVCCII.

Placentin. administrationis sacramentorum
Veneris, 10. Martij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum locationis per se solum non probat dominium, ex commun.*
Limitatur, nisi cum eo concurrant alia adminicula. num. 2. ex commun.
3 *Adminicula, quæ cum instrumento locationis coniuncta, probant dominium, quæ sint. & nu. 7. 8.*
4 *Confessio facta in iudicio per rectorem præiudicat Ecclesiæ & eius successori.*
5 *Ecclesia sine dote non potest ædificari nec consecrari.*
6 *Confessio prælati habens assistentiam, siue præsumptionem iuris communis pro se, præiudicat Ecclesiæ, & successori.*
9 *Solutio affictus facit indicium & præsumptionem ad probationem dominij.*
10 *Testis deponens super aliquo articulo, & deinde interrogatus si respondeat se nescire, quomodo saluetur.*
11 *Confinium identitas ex quibus probetur.*

DECISIO. CXLI.

Post resolutionem factam 19. Iunij, 1579. contra Dominos de Cupellatis ad fauorem Alexandri Sansermani rectoris Ecclesiarum sancti Petri de Folignano, & sancti Michaelis de Saffignano Placentin. diœc. continentem, eundem Rectorem non posse cogi ad subministranda alimenta, & expensas capellanos per eum in Ecclesia sancti Michaelis deputato, quia ex visitatione bo. me. Cardinalis Placentin. constat, dictam Ecclesiam sancti Michaelis nulla habere bona. Post istam (inquam) resolutionem pro parte eorundem Dominorum de Cupellatis fuerunt producta nonnulla iura, ex quibus vnà cùm aliis in processu de partibus existentibus, prætendebatur probari, dictam Ecclesiam sancti Michaelis habere particulares fructus, & redditus ex bonis ad illam spectantibus, & per consequens à dicta resolutione recedendum esse. ¶Pro parte verò Rectoris prætendebatur contrarium. Idcircò die 10. Martij 1581. dubitaui, nunquid stantibus iuribus vltimo loco pro parte dictorum de Cupellatis productis, & aliis hinc inde deductis, sit recedendum à dicta resolutione. Quod dubium affirmatiuè resolutum fuit: nam licèt instrumentum locationis factæ de anno 1499. vbi Rector dictarum Ecclesiarum nomine dictæ Ecclesiæ sancti Michaelis locat ad nouennium quibusdam de Pellizariis quasdam petias terræ, cum vna domo prope dictam Ecclesiam sancti Michaelis, per se solùm non probet dominium dictarum petiarum terræ, & dictæ domus, † cùm instrumentorum loca- 1
tionis non probet dominium, c. inter dilectos, de fide instrum. l. ad probationẽ. C. locati. & vtrobique Doct. communiter. Alex.conf.12.sub.nu.4. lib.4. Curt.iun. conf.41. nu.8. Afflict.decis.14.nu.8. Paris. conf.27.nu.25. & conf. 104.nu.81.lib.1. latè Aymon.conf.157.nu.5. Et hanc esse communem conclusionem testantur Alexan. Curt. iun. vbi supra. Nihilominus, quia cum dicto instrumento locationis factæ de anno 1499. plura concurrunt adminicula, ideò non mirum si ex eo probatur dominium dictarum petiarum terræ, & dictæ domus. Communis est enim Doct. cóclusio, vt † instrumentum locationis con- 2
currentibus aliis adminiculis probet dominium. Bartol. in dict. l. ad probationem. Felyn. in d. cap. inter dilectos, num.8. versic. item secus. Socin. consil.89. num.11. lib.1. consil.187. sub num.2. lib.2. & conf.11. num.2. lib.3. Dec. conf.146. num.14. versic. & licèt per instrumentum Gozad. consil. 94. num.17. Paris. dict. consil.27. num. 25. &

latius d.cons.104.nu.82.cum seq. lib.1. Paleot.decis.330.
incipien.in Cremonen.prioratus. Alba. cons.9. num.12.
¶Quòd autem in casu, de quo agitur, plura concurrant
3 adminicula, patet. ¶Nam † in primis adest cõfessio Ioan-
nis Pugnetti rectoris dictarum Ecclesiarum, qui de anno
1555.ad interrogationem Vicarij Placentin.in iudicio,&
medio iuramento confessus fuit, dictam Ecclesiam san-
cti Michaelis habere certas domus cum quibusdam ter-
ris locatis antiquitus illis de Pellizariis, eósque soluere
4 minas tres, & staria decem frumenti, quæ † confessio
præiudicat Ecclesiæ, & probat contra successorem, tum
quia facta fuit in iudicio ab eo, qui solus erat Rector Ec-
clesiæ. Abb. in c.fin. nu. 44. vers. sed quoad præcedentia,
de præscript. in c.2.nu.4.de capel. monach. Præpos. in c.
de Constantinopulitana, ad fin.dist.22. Paris.cons.3.nu.
29.lib.4.& latius in d.c.fin. nu. 54. vers. tertia conclusio.
vbi alios citat, de præscript. Ægid.decis.696.Put.decis. 3.
de confes. Guidobon. decis.131. Tum quia habet pro se
assistentiam siue præsumptionem iuris communis, secun-
dùm quod quælibet Ecclesia præsumitur habere bona,
5 quia † Ecclesia sine dote non potest ædificari nec conse-
crari.cap.nemo, de consecrat. dist.prima.cap. cum sicut,
de consecrat. Eccl. vel altar. Et non est dubium, confes-
6 sionem † Prælati, assistentiam siue præsumptionem iu-
ris communis pro se habentem, præiudicare Ecclesiæ &
successori. Abb.in c.si diligẽti, sub n.4.& ibi Petr.de Vbal.
in repet.in 3.not.de præscr. Felyn. in d.c.si. sub nu.11. eu.
rit.Præpos.in d.c.de Constantinopolitata, prope fin.vers.
aut vult confiteri. Curt.iun.de feud.part.1.q.8.nu.15.latè
Aym.de Antiq.tempor.par.1.§.propositum, nu. 3.74.75.
& 76. vbi defendit hoc dictum Abb. ab impugnatione
Crot.cõtrarium tenẽtis in l.te coniuncti.in fine de leg.3.
Et hanc esse communem fatetur Paris.in d.c.si diligenti,
num.8.& in d.c.fin.num.54.vers.4.conclusio. ¶Secundò,
7 concurrunt † quatuor instrumenta venditionum dicta-
rum terrarum & domorum factarum ab illis de Pelliza-
riis de anno 1570. & 1571. in quibus apparet, eos ven-
dere bona prædicta tanquam spectantia ad Ecclesiam S.
Michaelis. & sic pro illis soluere dictæ Ecclesiæ annuum
affictum. Et Franciscus Montinus rector tunc temporis
dictæ Ecclesiæ consensit dictis venditionibus, & fecit
nouas inuestituras de dictis bonis tanquam ad dictam
Ecclesiam spectantibus, quæ instrumenta iuncta confes-
sione prædicta multum operantur, ex his, quæ in his ter-
minis deducit Paris. consil.7. num. 13. lib. 4. & magis in
specie Soc.consil. 11.num.2.lib.3.Et maximè, quòd in di-
ctis instrumentis enuntiatur directum dominium dictæ
Ecclesiæ, vt patet ex illis verbis, accedente consensu di-
recti domini, quem cõsensum statim & immediatè Fran-
ciscus Montinus rector dictæ Ecclesiæ, tanquam directus
dominus præstitit, & non est dubium, verba enuntiatiua,
etiam quando de enuntiato principaliter agitur, præ-
sumptionem facere, vt per Aym.post alios de antiq. tem-
por. part.1.§.propositum. num.15.cum tribus seq. ¶Ter-
8 tiò, concurrit † etiam solutio affictus probata nedum ex
ex confessione Ioan. Pugnetti, & Francisci Montini,
dum liberauit venditores à solutione affictus, prout in
dictis instrumentis venditionum, sed etiam ex quatuor
instrumentis quietationum factarum per Alexandrum
9 Modernum rectorem dictarum Ecclesiarum noniter pro
parte ipsius productis. Certum † est autem, solutionem
affictus facere indicium, & præsumptionem ad proba-
tionem dominij. Bald.in l.indicia, num.2.prope.fin.vers.
secundum exemplum.& ibi Angel.num.2.vers.potest ta-
men.& nu.3.& Salyc.post med.vers.idem ponit. C.de rei
vindic.idem Salyc.in l.proprietatis.in fine. C.de probat.
Roman.cons.127.num.1.Felyn.in d.c.ad audientiam.sub
nu.16.de præscript.Chassan.cons.16.nu.4.Bocr.decis.105
num.13.vers. sentit Ludouicus, & Paris. de Put. de feud.
reintegr. fol.mihi.39.num. 8. ¶ Non obstant in contra-
rium adducta, ¶Et in primis non obst.quòd obiicitur
confessioni Ioan. Pugnetti, quòd contrarium confes-
sus fuerit in secundu constituto ibi facto de anno 1557.
& sic per duos annos post primam confessionem. ¶Si-
quidem respondetur, negandu contrarietatem, Nam
in secundo constituto interrogatus, an Ecclesia sancti
Michaelis habeat domum seu domos annexas, respon-
dit, dictam Ecclesiam habere tres domos simul annexas.
interrogatus autem in primo constituto facto de anno
1555. an dicta Ecclesia habeat aliquam domum conti-
guam.& si locatur,& qua pẽsione, respõdit idem, videli-
cet dictam Ecclesiã habere tres domos simul annexas. Et
licèt hæc responsio sit amplior illa, quia continet solu-
tionem affictus, & quasdam terras existentes à parte po-
steriori dictarum domorum, tamen sat est, istas respon-
siones inuicem non esse contrarias, sed vnam plus altera
continere. Et quamuis in secundo constituto interroga-
tus, an dict. Ecclesia habeat aliqua bona, & redditus, &
quos, & quot, & vbi, responderit, se nihil scire, nihilomi-
nus eius responsio intelligenda est, exceptis domibus &
terris & solutione affictus, de quibus in primo constitu-
to. pro qua concordia facit, quod in simili tradit Bart. in
l.de ætate, nu.11. vers. nunc ad propositum. ff. de minor.
vbi vult, † quòd si testis, qui prius dixit, Titium maiorem 10
esse ex aspectu, interrogatus, quid sit aspectus, dixit se ne-
scire, non est sibi contrarius, & probat, quia intelligitur
se nescire aliter quam dixerit. Hoc idem voluit Bald.in l.
data opera.nu.3. vers. item intelligitur. C.de his qui ac-
cus. non poss. vbi vult, quòd si testis examinatus super
primo articulo loquente de contractu, dixerit, vera esse
contenta in articulo, deinde examinatus super secundo
articulo loquente de obligatione eiusdem contractus,
dixerit se nihil scire, quòd testis non est sibi contrarius,
& quòd probat, quia intelligitur nihil scire, scilicet aliud
quàm dixerit. & Bart. & Bald. sequuntur Aret. in c. cum
tu.nu.5.& Felyn.num.3. versic. & in proposito. de testib.
Anto.Gabriel.lib.7.de criminal.conclus.29.nu. 36. ¶Se-
cundò nonobstat, quòd quatuor instrumenta venditio-
num cum eorum enuntiatiuis confunduntur ex qua-
tuor instrumentis quietantiarum, in quibus apparet,
modernum rectorem recepisse affictum ab emptoribus
nomine Ecclesiæ S. Petri, ac etiam nomine eiusdem Ec-
clesiæ eos inuestiuisse. Nam tollitur obiectum, tum quia
illa verba nomine dictæ Ecclesiæ & rectoriæ, stant de-
monstratiuè, non taxatiuè, ea ratione, quia rector reside-
bat in Ecclesia S.Petri, ideoque de ea tantùm mentionem
fecit, vltra quod verba in dubio stant potius demonstra-
tiuè, quàm taxatiuè. Tum etiam, quia rector approbauit
dicta instrumenta venditionum, recipiendo canonem ab
emptoribus secundùm formam & tenorem dictorum in-
strumentorum, ac etiam referendo se ad illa. ¶Tertiò non
obst. quod instrumentum locationis factæ de anno 1499.
non conueniat in denominatione cõfinium cum instru-
mentis venditionum factarum de annis 1570. & 1571.
Quia licèt † sit diuersitas inter nouos & antiquos coofi- 11
nes, tamen, ex quo constat de corpore rationе possessio-
nis, quia terriæ contentæ in instrumento locationis fue-
runt semper possessæ à descendentibus Christophori &
Thomasij de Pellizariis, quibus facta fuit locatio, vel à
personis eiusdem familiæ de Pellizariis satis dicitur con-
stare de identitate, prout in his terminis arguit afflict.de-
cis.23.sub.nu.2.

CANTUCCII.

Romanensis supplementi legitimæ de Alteriis,
Die 17.Aprilis.1581.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens filiam dotatam ab hæreditate dotanti, non habet locum, quando pater filiam dotauit, & decessit ante conditum statutum.*

2 *Statu*

2 *Statutum nouum declaratorium antiqui trahitur ad præterita ex communi.*
Declara tamen, vt nu. 3. 4. & 5.
3 *Verbum hæredum, positum in statuto exclusiuo fœminarum, intelligitur solùm de descendentibus masculis.*

DECISIO CXLII.

DOmini dixerunt, statuta antiqua & non noua at-
1 tendenda esse: statutum enim, quod † excludit fi-
liam dotatam ab hæreditate dotantis, non habet locum,
quando pater filiam dotauit, & decessit ante conditum
statutum, quia intelligitur de hæreditate deferenda, non
de delata. ita Bald. in l. illam. nu. 2. vers. ex hoc arguitur. C.
de donat. vbi vult, quòd si fiat hodie statutum, quòd filia
dotata non succedat dotanti, & quidam dotauerat filiam
& decesserat, quòd hoc statutum non disponit in hoc
casu hæreditatis delatæ, sed respicit tantùm futuros ca-
sus hæreditatis deferendæ, puta si pater viuebat. Et Bal.
refert & sequitur Brun. de stat. excluden. fœmin. propter
mascul. artic. 6. num. 262. in fin. Cror. in l. omnes populi,
num. 140. versic. hinc verificatur. ff. de iustit. & iure. vbi
subdit rationem, quod quando pater decessit ante statu-
tum, actus est iam perfectè consummatus, & ideò ad il-
lum non extenditur virtus statuti. ¶ Vnde statutum no-
uum lib. 1. c. 141. disponens, quòd filiæ vel neptæ dotatæ
à patre vel auo sint contentæ dotibus sibi in vltima vo-
luntate, vel inter viuos à patre vel auo datis vel relictis,
nec aliquid petere possint occasione supplementi legiti-
mæ ab hæredibus patris, vel aui de agnatione etiã trans-
uersali nõ habebit locum in casu nostro, in quo Æmilius
Altinus dotauit Liuiam eius filiam, & obiit ante confir-
mationem præsentis statuti noui, & sic hæreditas erat fi-
liæ iam delata, non autem deferenda. ¶ Non obst. mo-
tus proprius confirmationis Sanctissimi D. N. decer-
nens, omnes lites & controuersias in futurum post Cal.
Augusti 1580. debere terminari secundùm statuta noua,
& lis de qua agitur, mota fuit Cal. Augusti 1580. licet
Æmilius antea mortuus fuerit, quia intellligitur de liti-
bus & controuersiis ortis ex negotiis & caussis futuris,
non autem ex negotiis & caussis præteritis: nam statuta
non respiciunt negotia & caussas futuras, prout clarè
ostenditur ex illis verbis confirmationis, nulla alia statu-
ta, quàm hæc noua ad futurarum caussarum decisionem
ac negotiorum expeditionem allegari possint. Quamuis
igitur lis, de qua agitur, orta sit postquã statuta noua cœ-
perunt ligare, tamen negotium, & caussa illius fuit antea,
& propterea non noua, sed vetera statuta sunt attenden-
2 da. ¶ Nõ obst. quòd † statutum nouum cùm sit declarato-
rium antiqui, trahitur ad præterita. Doct. communiter in
cap. fin. & præcipuè Felin. num. 4. de constit. cum aliis. de
quibus per Gabriel. de regul. iur. conclus. 3. num. 10. Nam
respondetur. ¶ In primis negando, statutum nouum
esse declaratorium antiqui, imò est noui iuris inducti-
uum, dum dicit, de agnatione etiam transuersali. Statu-
tum enim antiquum, dum loquitur de hæredibus, intel-
ligebatur de descendentibus, non de transuersalibus,
3 quia † in statuto exclusiuo fœminarum, verbum hære-
dum, intelligitur solum de ascendentibus masculis, vt la-
tè deducit Nat. in tract. quod stan. mascul. 4. q. pr. in. n. 140.
in fi. vsque ad nu. 152. Brun. eod. tract. art. 12. q. 33. nu. 304.
cum tribus seq. prout in terminis dicti statuti antiqui re-
solutum fuit in illa Roman. de l. ante curam R. P. D. Al-
dobrandino 11. Maij. 1576. & 19. Nouembris eiusdem
anni: & illa verba, etiam transuersali, ostendunt esse no-
uum ius, quia dictio, etiam ampliat. Sarnen. in compend.
vtriusque signat. num. 63. ¶ Præterea respondetur, quòd
quando etiam statutum nouum esset declaratorium an-
4 tiqui, nihilominus ex quo † confirmatio Papæ se refert
ad futura, non comprehendit præterita, quia constat de
eius mente, quòd noluit comprehẽdere præterita Bur. in
fin. nu. 15. ante med. vers. nisi statutum nouiter factum
Imol. nu. 12. vers. nam primo dicit. Barbat. num. 39. vers.
nam primo dicit. Felyn. nu. 5. de constit. Belognet. in d. l.
omnes populi. nu. 293. Nec obst. si replicãdo dicatur cum
Dec. in d. c. fin. nu. 13. ante med. vers. sed tamen conside-
randum est, quòd quamuis statutum declaratorium ad
futura se referat, tamen ex quadam necessitate ad præte-
rita quoque debet extendi, ne alias inducatur quædam
perplexitas ac repugnantia, vt scilicet sit statutum decla-
ratorium, & non habeat locum in præteritis, cùm natura
statuti declaratorij sit, vt ad præterita porrigatur. Quia
† potest responderi cum Bolognet. in d. l. omnes populi. 5
nu. 163. vers. mihi tamen magis placet, quod non incon-
uenit, vt statutum declaratorium, quod se refert ad fu-
tura, velit dare certam declarationem futuris negotiis,
& præterita relinquere sub determinatione antiqua in-
ducta vel ex consuetudine, vel Doct. declaratione, vel
alio modo: In casu autem nostro negotia præterita po-
terant relinqui sub determinatione antiqua proueniente
ex declaratione Nat. & Brun. loquentium in propriis ter-
minis statuti nostri, maximè, quod eorum declarationem
Rota approbauit.

CANTVCCII.

Sabinen. Castrorum. Lunæ, 17. Aprilis. 1581.

SVMMARIA.

1 *Immissus in possessionem ex secundo decreto dicitur effectus dominus rei contra eius aduersarium si erat verus dominus.*
2 *Deliberatio & adiudicatio iudicis facta creditori pro vero debito est titulus habilis ad translationem dominij.*
3 *Titulus dominij superueniens extinguit caussam pignoris & hypothecæ.*
4 *Possessio ex noua caussa censetur mutata etiam absque alia declaratione animi.*
5 *Adiudicatio, de qua non constat processus, nec de eius solemnitatibus à iure requisitis, non attenditur.*
Declara tamen, & limita, vt nu. 6. 8. 9. 11.
7 *Allegari & deduci aliquid potest per viam exceptionis, quod non potest per viam actionis.*
8 *Decretum præsumitur solemniter factum ex antiquitate temporis, & enuntiatione solemnitatum in genere.*
Imò etiam sine enuntiatione, licèt requirat caussæ cognitionem, stante longissimo tempore. & nu. seq.
9 *Ius suum nemo præsumitur indiscussum relinquere.*
10 *Solemnitas appretiationis præsumitur propter vetustissimam possessionem.*
11 *Amissio actuum inducit præsumptionem solemnitatum pro eis.*
12 *Amissio actuum quomodo probetur.*
13 *Vsuras percipiens ex re pignorata non potest super ea impetrare dominium, vel in solutum sibi assignari.*

DECISIO CXLIII.

DOmini dixerunt, iura, de quibus agitur, obstare
Dominis de Vrsinis, illáque attendenda esse etiam
ad effectum translationis dominij castrorum, de quibus
agitur, in Comitem Albertum, & extinctionis pignoris,
cuius nomine huiusmodi castra prius eidem Comiti
tradita fuerant. Quia cùm illa de anno 1524. fuerint per
Gubernatorem Vrbis deliberata Comiti Alberto tan-
quam plus offerenti, cùmque † postea idem Comes fue- 1
rit immissus in possessionem ex 2. decreto, non est du-
bium, illum effectum fuisse dominum, ex quo Cardi-
nalis Franciottus, contra quem facta fuit deliberatio &
immissio, erat dominus. Doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff.
de dam. infect. Negus. de pignor. par. 3. membr. 2. nu. 9. &
† deliberatio & adiudicatio iudicis facta creditori pro
vero debito, est titulus habilis ad translationem domi- 2
nij. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. l. 1. & l. fin. C. si in
cau. iudic. Quo titulo Comiti Alberto † superueniente 3
extincta fuit caussa pignoris, & hypothecæ, l. pen. in fin.
ff. de except. rei iud. l. elegãter in princ. vbi Bart. & Bald. ff.

4 de pigno. & poſſeſſio † ſequens Comitis Alberti cenſe-
tur mutata ita, vt non dicantur ampliùs dicta Caſtra iure
pignoris poſſediſſe, ſed iure proprio. Ru in conſ. 61. nu. 13.
in fine. cum ſequent. lib. 1. etiam abſque alia declaratione
animi. leg. non ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſucap. l. 2. §.
final. de empto. Achill. de poſſeſſ. deciſ. 4. ¶ Non obſtant,
quæ pro parte Dominorum de Vrſinis in contrarium al-
5 legantur. In primis non obſtat quòd hæc † adiudicatio
non eſt attendenda, ex quo non conſtat de illius proceſ-
ſu, nec de eius ſolemnitatibus à iure requiſitis &, quod
Rota non attendit ſententias ſine proceſſu & ſine earum
iuſtificatione ex actis. Nam fuit multipliciter reſponſum.
6 In primis, id non procedere in caſu iſto, in quo † adiudi-
catio deducitur non per viam actionis ad petẽdam illius
executionem, ſed per viam exceptionis, quo caſu probat
etiam ſine proceſſu. vt per Accorambon. deciſ. 35. circa
7 med. ibi & maximè. ¶ Nam † poteſt quid allegari & de-
duci per viam exceptionis, quod non poteſt per viam
actionis vt per Bald. in l. poſt mortem. num. 3. prope fin.
verſ. at irritat, actum. ff. de adoption. Imò. in l. qui ſuper-
ſtitis. nu. 2. circa med. verſ. aut non contingunt. ff. de ac-
quir. hæred. Felyn. in cap. lator. colum. 2. verſic. & dicit
Bald. de re iudic. Et fuit tentum in illa Portuen. bono-
rum coram R.P.D. Seraphino. 14. Martij 1578. Secundò,
quia præſumitur pro ſententia ſiue decreto iudicis reſ-
8 pectu ſolemnitatum, quando concurrit † antiquitas tem-
poris, & enuntiatio ipſarum ſolemnitatum ſaltem in
genere, vt in caſu noſtro, cùm in mandato Gubernatoris
dicatur, ſeruatis ſeruãdis. Aym. poſt alios de antiq. temp.
part. 2. §. ex præmiſſis. num. 9. Gabriel. lib. 2. de ſent. con-
cluſ. 4. num. 34. & 37. Imo ſine vlla enuntiatione præſu-
mitur pro decreto, etiam cauſſæ cognitionem requiren-
te, quando præteriiſſet longiſſimum tempus 30. anno-
rum, ſecundùm Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 10.
nu. 5. cum ſeq. iuncto. nu. 6. verſ. niſi præteriiſſet ¶ Tertio,
9 quia † in caſu, de quo agitur, omnia præſumuntur ſolem-
niter acta ſtante executione ſiue miſſione in poſſeſſio-
nem facta vigore mandati Gubernatoris, & ſtante lapſu
50. annorum. Quia non eſt præſumendum, Cardinalem
Franciottum. contra quem dictum mandatum executum
fuit, ac deinde eius hæredes, tam diu ius ſuum indiſcuſ-
ſum dimiſiſſe. Anch. conſ. 40. nu. 2. verſ. item ex temporis
diuturnitate. Dec. conſ. 375. num. 4. & conſ. 409. num. 9. in
fin. Tiraq. de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. pag. 61. verſ. 33. Achil.
deciſ. 14. de atten. Et fuit reſolutum in illa Roman. palatij
de Ioachinis. 25. Octobris 1524. coram R.P.D. Seraphi-
no. Et pro hac parte eſt etiam deciſ. Afflict. 368. nu. 3. 4. 5.
10 6. & 7. vbi propter † vetuſtiſſimam poſſeſſionem præſu-
mitur ſolemnitas appretiationis, & num. 9. aſſignat ra-
tionem, quia fuit poſſeſſum territorium de quo ibi per
longiſſimum tempus, præſentibus & ſcientibus, & non
reclamantibus tanto tempore aduerſario & eius hæredi-
bus. ¶ Quartò, quia acta adiudicationis, de qua agitur,
11 fuerunt deperdita, quo † caſu probata perditione præſu-
mitur pro illis. gloſſ. fin. in c. quoniam contra. & ibi Bald.
nu. 27. verſ. item fallit. Butr. nu. 56. verſ. hæc vera. Abb. nu.
19. poſt princ. verſ. prædicta procedunt. Felyn. nu. 32. verſ.
idem de eo. Bero. nu. 227. ante med. verſ. ſed ſi dicerentur.
de probat. Gabriel. d. concluſ. 4. nu. 13. Et in terminis fuit
reſolutum in vna Roman. ſpolij domus de Canſacchis,
coram R.P.D. Decano 19. Iunij. 1578. & coram R.P.D.
12 Blanchetto. 20. Maij 1580. De perditione † autem proceſ-
ſus conſtat ex diligentia facta de reperiendo in actis
Gubernatoris. Chaſſad. ſuper regul. deciſ. 5. nu. 5. ¶ Et
præmiſſa confirmãtur ex breui Clementis ſeptimi man-
dantis, mandatum Gubernatoris, & omnia in eo con-
tenta debitæ executioni demandari, & maximè, quia
Clemens de hoc negotio erat informatus, ex quo quan-
do erat Vicecancellarius, interfuit capitulis matrimonia-
libus initis inter Comitem Albertum, & D. Ceciliam fi-
liam Cardinalis Franciotti, & inſuper promiſit dare ei-
dem Comiti pecunias ſuper hypotheca caſtrorum, de
quibus agitur. ¶ Secundò non obſt. defectus iuriſdictio-
nis Gubernatoris, qui tunc temporis in Vrbe non habe-
bat tribunal cognitionum cauſſarum priuatarum, ſed ſo-
lùm erat ſuperintendens, vt apparet ex bulla Sixti IIII.
declaratoria iuriſdictionum curiarum Vrbis, quia ſi ex-
tarẽt acta, poſſet in illis reperiri ſpecialis cõmiſſio. Corn.
conſ. 210. ad fin. lib. 4. ¶ Tertiò non obſt. quæ dicuntur de
iniuſtitia pretij. Quia reſpiciunt iudicium reſciſſionis ad-
iudicationis ex capite læſionis. Stant enim ſimul, quòd
adiudicatio ſit valida & tranſlatiua dominij, & extinctiua
pignoris, & tamẽ tanquam læſiua poſſit reſcindi. ¶ Quar-
tò non obſt. quòd Comes Albertus, non poterat impe-
trare dominium iſtorum caſtrorum, cum † ex eis perci- 13
peret vſuras. iuxta c. ſalubriter. de vſur. Quia fuerunt da-
ta in pignus ſolum pro ſpatio trium annorum, intra quod
tempus debebat fieri ſolutio 4000. ſcutorum teſtantium,
quo termino elapſo, & ſolutione non facta poterat Co-
mes Albertus vel percipere vſuras, iuxta d. c. ſalubriter.
vel petere ſibi adiudicari caſtra inſolutum ſecundum
formam ſtatut. vrbis. lib. 1. c. 69. Obiectum autem proce-
dit quando quis cogitur percipere vſuras ex pignore.
¶ Quintò non obſt. quæ dicuntur de obſeruãtia ſubſecu-
ta, quod Comitiſſa recuperauerit iſta caſtra tanquam da-
ta in pignus & tanquam talia ſemper poſſederit. Quia de
iſta obſeruantia non conſtat, cùm Comitiſſa ſolùm dixe-
rit, quo titulo fuerint tradita Comiti Alberto, & ſemper
habet relationem ad illud tempus ¶ Ad alia non eſt opus
reſpondere. Quia bene euacuantur per informantes di-
ctorum de Caetanis.

CANTVCCII.

Foroliuien. fideicommiſſi. Veneris, 21. April. 1581.

SVMMARIA.

1 *Sententia dicitur tranſire in rem iudicatam, ob non reditum
pro apoſtolis in tempore.*

2 *Infirmitas ſuperueniens, in termino redeundi pro apoſtolis
non excuſat, quominus ſententia tranſeat in iudicatum.*

DECISIO CXLIIII.

DOmini tenuerunt, ſententiam in Rota latam in ea
parte, in qua pronuntiatur ad fauorem R.P.D. Mar-
colini, & fratrum, tranſiuiſſe in iudicatum ob non redi-
tum † pro apoſtolis in tẽpore. Nam appellatio fuit inter- 1
poſita 9. Iulij, & appellanti fuit datus terminus iuris, &
interim quandocunque. Ipſe autẽ rediit pro apoſtolis 10.
Auguſti, & ſic poſt terminum 30. dierũ, cùm menſis Iulij
habeat dies 31. ¶ Nec † excuſatur propter impedimẽtum 2
infirmitatis ſuperuenientis in termino. vt per Bal. in l. eos.
§. apoſtolos. in prin. C. de appel. Boer. conſ. 43. nu. 9. & fa-
cit deciſ. Mohed. 79. incip. Nicol. de Toledo. Vnde ſtante
re iudicata non eſt dubium, ſententiam executioni de-
mandandam eſſe, cùm in cõmiſſione vltimo loco præſen-
tata mandetur, vt conſtito de re iudicata ad legitimam
executionem procedatur, & nihil exẽplo deducitur con-
tra ſententiam in hac parte, cùm omnia dubia in Rota
plenè diſcuſſa fuerint. ¶ Quo vero ad aliam partem ſen-
tentiæ reſpectu Petri Franciſci & Pauli dabitur reſolutio
in alia, data copia ſententiarum & inſtrumenti diuiſio-
nis, & aliorum iurium neceſſariorum &c.

CANTVCCII.

Salamantin. iuriſdictionis. Veneris, 18.
Aprilis. 1581.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus non poteſt in loco exempto nec per ſe nec per alium
exercere ſuam iuriſdictionem.*

*Fallit, niſi habeat iuriſdictionẽ in certis caſibus in loco exem-
pto, non autem in perſonas. nu. 2.*

2 *Officialem poteſt Epiſcopus conſtituere in loco exempto, vbi
habet iuriſdictionem in certis caſibus: ſecus ſi ſolùm in
perſonas exemptas.*

3 *Exceptio*

3 *Exceptio debet esse de regula.*
4 *Iurisdictio Episcopi in loca exempta qua sit: & qui casus dicantur respicere locum exemptum. & qui personas.*
5 *Exemptio acquiritur etiam per præscriptionem.*
6 *Ordinarius habet de iure communi fundatam intentionem pro sua iurisdictione tuenda contra exemptionem allegantem.*

DECISIO. CXLV.

DOmini plura firmarunt. In primis, Reuerendiss. D
Episcopo Salamantin. non licuisse nec licere erige-
re Tribunal & deputare Prouisionem in oppido Medinæ
loco exempto, quia Episcopus non potest in loco exẽpto
1 pro tribunali sedere, nec † suam per se, vel per alium
exercere iorisdictionem. ca. cùm Episcopus. de offic. ord.
lib. 6. ¶Non obstat, quòd quando Episcopus in loco
exempto habet in certis casibus iurisdictionem, prout
habet Episcopus Salamantin. in quatuor casibus sibi in
bulla Sixti reseruatis, quod tunc in loco exempto potest
officialem deputare, & suam iurisdictionem exercere,
quia quoad illos casus est iudex, prout in terminis decla-
rat Ioan. Monac. in d.c. cum Episcopus. nu. 3. vers. sed po-
2 ne. ¶Nam responderet, quod † aut Episcopus in illis
certis casibus habet iurisdictionem in loca exempta, &
tunc potest constituere officialem, & suam iurisdictio-
nem exercere. clem. attendẽtes. de stat. Monac. clem. quia
contingit. de relig. domib. Et ita procedit dictum Io. Mo-
nac. Aut Episcopus habet iurisdictionem solùm in per-
sonas exemptas, & tũc secus. c. 1. de priuileg. lib. 6. clem. 1.
de testam. Ista est distinctio Io. Andr. in d.c. cum Episco-
pus nu. 1. in fi. & nu. 2. quã ibi sequuntur omnes. Gemin.
col. pen. circa med. vers. sed quod si Episcopus. alias nu. 11
Anch. nu. 2. Franc. nu. 3. in fin. Buttr. nu. 7. Soc. in c. recepi-
mus. num. 67. versic. quod limitat. de priuileg. ¶Non
obstat, quòd exemptio Sixti loquens de loco & personis,
excipit de eodem loco & personis quatuor casus, videli-
cet, sacrilegos, caussas matrimoniales, caussas appellatio-
num, & institutiones seu confirmationes præsentato-
rum, qui casus cùm excipiantur de loco exempto, sequi-
3 tur, vt in illis casibus locus nõ sit exemptus, quia † exem-
ptio est de regula. l. nam quod liquid. §. fin. ff. de pen. le-
gat. Siquidem respondeatur, quòd quatuor casus per bul-
lam Sixti excepti respiciunt personas, & non loca, nem-
pe sacrilegos, coniuges, appellantes, & clericos præsen-
tatos ad beneficia, & sic sumus in casu, c. 1. de priuil. lib. 6.
Et Ioan. And. & cæteri post eum, in d.c. cum Episcopus.
4 exemplificant † iurisdictionem Episcopi in loca exempta,
in casu clem. attendentes, de stat. monac. vbi tribuitur or-
dinariis ius visitandi auctoritate apostolica monasteria
Monialiũ exempta. Et in casu clem. quia contingit. de re-
lig. domib. vbi ordinariis locorum iungitur onus recupe-
randi, & in debitum statum reducendi bona hospitalium
exemptorum occupata, deperdita, & indebitè alienata
in euentum, quod rectores eorundem hospitalium præ-
missa facere negligant, & sic clarè patet in vtroque casu
competere ordinariis iurisdictionem in loca exempta.
Nec est verum, quòd isti quatuor casus excipiantur de
loco exempto, ita vt in illis locus non sit exemptus, quia
imò excipiũtur de personis exemptis, non de loco exem-
pto, cùm sacrilegia, caussæ matrimoniales, & appellatio-
num, & institutiones, seu confirmationes præsentato-
rum non cadant in loco, sed in personis, vt per se patet.
¶Minus obstat, quòd cùm ante præscriptionem Reue-
rendiss. D. Abbatis, Reuerendiss. D. Episcopus esset or-
dinarius oppidi Medinæ, tam respectu loci, quàm perso-
narum, cumque præscriptio nihil illi abstulerit, quoad
quatuor casus, sequitur, vt hodie quoad illos remaneat
ordinarius tam respectu loci, quàm personarum. ¶Nam
responderetur, quòd cùm quatuor casus respiciant perso-
nas & non loca, præscriptio nihil abstulit Episcopo res-
pectu personarum in illis quatuor casibus, & per conse-
quens, quòd ipse remaneat hodie ordinarius respectu
personarum in eisdem quatuor casibus. ¶Nec etiam ob-
stat, quòd non sumus in loco exempto. Quia imò sumus,
cùm præscriptio siue consuetudo, de qua in bulla Sixti,
sit talis, vt non solùm eximat, sed etiam iurisdictionem
tribuat, vt resolutum fuit coram R. P. D. Seraphino 9.
Maij. 1580. Et † quòd exemptio nedum per priuilegium, 5
sed etiam per præscriptionem acquiratur, est text in cap.
cùm personæ. & ibi Docto. de priuileg. lib. 6. ¶Item &
secundò, firmarunt Domini, Episcoporum non potuisse
facere præceptum generale clericus oppidi Medinæ, vt se
præsentarent coram eo ad exhibendum titulos suorum
beneficiorum, & se examinandum. Quia ad eum spectat
solùm institutio & confirmatio præsentatorum, & ideò
debuerat facere præceptum particulare, vt exhiberent
titulos suorum beneficiorum, ad quæ præsentati fuerunt.
Et tantò minus licuit Episcopo facere dictũ præceptum
generale, quod in eo asserit, collationem beneficiorum
ad se spectare, vt patet ex illis verbis, *attento quòd in præ-
dicta Abbatia ad eum pertinet collatio & institutio bene-
ficiorum & capellaniarum ipsius, & sic iurisdictionem suam
limitatam ad institutiones & confirmationes præsentationum
volebat extendere ad collationem.* Præterea & tertiò, Do-
mini dixerunt, quòd donec Abbas probet consuetudi-
nem dandi ordinationes, & literas dimissorias, Epis-
copus, qui habet intentionem fundatam de iure com-
muni, potest vti sua iurisdictione in conferendis ordi-
nibus, & concedendis literis dimissoriis, iuxta text. in c.
cùm personæ. in fine, de priuileg. lib. 6. ¶Quod procedit,
etiamsi Episcopus non esset in quasi possessione dandi
ordines & literas dimissorias, quia † ordinarius siue sit 6
in possessione subiectionis, siue non, potest vti sua iuris-
dictione contra eum, qui ad probandum se esse exem-
ptum allegat præscriptionem, siue consuetudinem præ-
scriptam, prout in casu nostro, quousque præscriptio-
nem probauerit, ita post Lap. & Abb. tradit Gemin. in
d.c. cùm personæ. in fin. per illum text. in fin. Et propter
odium præscriptionis, & propter fauorem iuris commu-
nis, vt ibi latiùs per eum, quem sequuntur ibi Anch. nu. 6.
io 12. not. & Franc. in §. si verò in 2. not. & Soc. in d. cap.
recepimus, nu. 72. de priuileg. lib. 6. ¶Vltimò, fuit dictum,
attentata hinc inde deducta maiori ex parte pendere à
neg. principali, & à declaratione quatuor casuum in bul-
la Sixti reseruatorum. ¶Et propterea non esse deuenien-
dum ad aliquam attentatorum reuocationem, sed satis
esse confirmare sententiam vltimo loco latam.

CANTVCCII.

Asculan. fructuum. Veneris. 5. Maij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Tempora tria consideranda in acquisitione bonorum debitoris per viam iudiciariam. cum num. seq.*
2 *Debitor confitens se esse debitorem quantum tempus debeat habere ad soluendum, cum distinctione. ex commun.*
3 *Tempus quod datur post captam tenutam vsque ad eius venditionem, est arbitrarium.*
4 *Tempus subhastationis in bonis priuatorum distrahendis est iudici arbitrarium.*
5 *Tempus designatum per dictionem, diu, est in arbitrio iudicis.*
6 *Dispositio qualibet qualiscunque sit, recipit interpretationem à consuetudine etiam contra propriam significationem verborum.*
7 *Enuntiatiua verba, etiam quando de enuntiato principaliter agitur, faciunt præsumptionem.*
8 *Præsumptio est pro iudicis decreto, in quo solemnitates in specie sunt enuntiatæ.*

DECISIO CXLVI.

REsolutum fuit, acta, de quibus agitur, sustineri de
iure communi. A die enim 25. Maij. 1551. vsque ad
diem 22. Augusti eiusdem anni, satis superq; includuntur

Eccleſiæ ad aliquod ſeruitiũ, nihilominus ex hac vnione
35 nullum factum fuit præiudicium rectori, † quia per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alreratur ſtatus Eccleſiæ vnitæ, ſed debet in ea more ſolito deſeruiri vt per Abb. in c. expoſuiſti, nu. 7. de præben. ¶ Ad quintum reſpondetur, conſtitutionem fel. rec. Pij Quinti in caſu iſto non intrare, tum quia conſtitutio præſupponit perſonam cedentis & ceſſionarij: hic autem deficit perſona ceſſionarij, quia fabrica nõ eſt ceſſionaria, ſed ei facta eſt vnio. Cedens enim ceſſit ius ſibi competẽs ad præſtimonium, de quo agitur, ad affectũ, vt illud vniatur fabricæ. ¶ Tum & ſecundò, quia hic ceſſant fraudes, & ſic cauſſa finalis conſtitutionis. ¶ Tum & tertiò, quia conſtitutio loquitur de reſignatione vel ceſſione iuris ad effectum tráſferendi titulum beneficij in aliam perſonam, ſed quando fit vnio.
36 non transfertur titulus, quia † per vnionem extinguitur & ſupprimitur nomen & effectus beneficij, Doct. in cap. cùm acceſſiſſent, de cõſtitut. Rot. deciſ. 11. de reb. Eccleſ. non alienan. in antiq. Caccialup. de vnion. art. 8. n. 9. q. 12. Sarnen. in reg. de triennal. qu. 8. nu. 1.

CANTVCCII.

Vliabonen. profeſſionis. Mercurij, 16. Nouembris, 1580.

SVMMARIVM.

1 *Dementia impediens profeſſionem religionis debet eſſe talis, vt vſum rationis auferat.*

2 *Teſtes deponentes de ſana mente debent concludenter deponere de actibus & ſignis multiplicatis & ſucceſſiuis excludentibus dementiam.*

3 *Teſtis deponens de inſania, vel dementia alicuius, debet de proprio auditu & viſu deponere.*

4 *Negatiua furoris quomodò ſit probanda per teſtes, & n. ſeq.*

5 *Furor non probatus per aliquod tempus continuum arguit dilucida fuiſſe interualla.*

6 *Dementia præſumitur probatis extremis.*

DECISIO CXXXIIII.

Licèt in cauſſa Vlixbon. profeſſionis, in qua die Mercurij 16. Nouembris 1680. dubitaui, *an probentur dilucida interualla Margaritæ*, *aliqui ex Dominis tenuerint pro validitate profeſſionis eiuſdem Margaritæ*, non quia probentur dilucida interualla, ſed quia exiſtimabant, illam non fuiſſe taliter inſanam, vt eſſet incapax profeſſionis, Nam eius dementia non erat talis, vt auferret ei vſum
1 rationis, prout † de iure requiritur, ad impediendam profeſſionem, iuxta trad. per Socin. conſi. 47. nu. 9. lib. 3. Galliaul. in l. 1. in princ. nu. 69. ff. de verb. oblig. Pariſ. conſ. 88. ſub nu. 40. libr. 3. Er iſtis Dominis placebant deducta per informantes in facto pro parte D. Antonij, & præcipuè actus confeſſionis, communionis, regendi breuiarium, & emittendi profeſſionem benedictionis, qui actus durat per multas horas, quia cãtatur carta votorum & multæ interueniunt ceremoniæ, quam cantationem & ceremonias omnes Margarita cordatè fecit, prout reliquæ, quæ eandem profeſſionem ſimul emiſerunt. ¶ Nihilominus maior pars Dominorum perſiſtebat in reſolutionibus iam factis ex fundamentis & conſiderationibus in illis deductis, & fuit allegatus Arctheus de cauſ. & not. diuerſ. affect. libr. 1. cap. 6. ¶ Et ſtrictè ad dubium reſolutum fuit, dilucida interualla Margaritæ minimè probari,
2 quia teſtes D. Antonij nõ deponunt de actibus † & ſignis ſanæ mentis Margaritæ multiplicatis ſucceſſiuis, & continuatis per aliquod tempus conſiderabile, ita vt non poſſint conuenire dementibus, iuxta text. in l. cum alijs, C. de curat. furioſ. prout latius deducitur in deciſ. facta 9. Maij, verſic. nec teſtes D. Antonij. Nec obſtant multi teſtes ponderati pro parte D. Antonij ad probandã negatiuam furoris, quia nullus teſtis dicit, Margaritam non potuiſſe dicere nec facere aliquid inſaniæ, quin † audiuiſſet, 3
vel vidiſſet, vt in terminis deducit Alex. conſil. 141. num. 10. libr. 1. & conſi. 140. nu. 15. in princ. & nu. 16. prope fin. lib. 7. ¶ Nec obſtat replicatio, quæ exemplo fit, quòd teſtes deponentes ſuper negatiua, ſi deponunt taliter, vt id quod dicunt, ſit eis veriſimiliter cognitum, prout videntur deponere teſtes prædicti, tunc † non eſt opus, quod 4
dicant, nõ potuiſſe aliter fieri, quin vidiſſent, vt per Aret. in c. tertio loco, num. 9. quem ſequitur ibi Feliu. num. 5. Dec. num. 9. verſic. ſed Aretin. ad hoc reſpondet, extra de probat. Pariſ. conſil. 162. num. 14. lib. 4. Quia hæc replicatio poteſt dupliciter tolli. ¶ Inprimis, quod Aret. requirit, quòd teſtes deponentes ſuper negatiua dicant implicitè vel explicitè ſe fuiſſe præſentes, nec vidiſſe fieri, per text. in §. hunc notis, prope fin. ibi, teſtium dicentium ſe adfuiſſe his, quæ geſta ſunt, & vidiſſe, quæ tunc agebantur, in Auth. de hæred. & falcid. prout idem Aret. ſe declarat, in c. cùm cauſſam, nu. 19. de teſtib. ¶ Et tamen in caſu noſtro ex tot teſtibus, qui conantur probare negatiuam furoris, nullus dicit ſe fuiſſe præſentem omnibus dictis & geſtis Margaritæ per tempus conſiderabile neceſſariũ ad inducenda dilucida interualla. Vnde poſſibile fuit, quòd Margarita ea hora, qua teſtis fuit præſẽs, nõ dixerit vel fecerit aliquid inſaniæ, ſed bene alia hora, qua teſtis nõ fuit præſens. ¶ Præterea hæc replicatio poteſt & alio modo euitari conſiderando, quòd non ſumus in negatiua valde coarctata, puta ad diem vel ad horam, ſed ſumus in negatiua coarctata ad tempus longius die vel hora, nempe ad tempus conſiderabile neceſſarium ad inducenda dilucida interualla, quo caſu, aut teſtis debet deponere non potuiſſe fieri, quin vidiſſet, aut debet deponere per medium affirmatiuæ incompatibilis cum negatiua, vt poſt Bald. in c. 1. §. ſi quis per 30. num. 2. circa med. verſ. tu dic. n de feu. fuer. controuer. int. dom. & agna. bene declarat Aret. in d. c. cum cauſſam, nu. 20. verſi. aut negatiua non eſt ita coarctata, de teſtibus. Vnde in propoſito aut oportebat teſtes prædictos dicere, Margaritam non potuiſſe dicere vel facere aliquid inſaniæ, quin audiuiſſent vel vidiſſent: aut debebant dicere, quòd Margarita per totum illud tempus, per quod intendunt probare negatiuam, vel per aliud tempus conſiderbile ad cõſtituenda dilucida interualla, ſemper locuta fuit ad propoſitum, & fecit actus ſanæ mentis, ſpecificando illos, ne alias generaliter deponendo cenſerentur iudicare; nam iſta affirmatiua dictorum & geſtorum Margaritæ per totum illud tempus fuiſſet incompatibilis cum negatiua furoris, ſed nullus ex teſtibus prædictis, ſi eorum dicta inſpiciantur, deponunt per medium affirmatiuæ incompatibilis cum negatiua. ¶ Non obſtat, quod in caſu noſtro dilucida † interualla probantur ex eo, quòd teſtes, qui conan- 5
tur deponere de furore ante profeſſionem, non probant furorem per aliquod tempus continuum, Barto. in l. 2. in fin. ff. de bon. poſſ. infant. fur. compet. Docto. in l. furioſum, Cod. qui teſtam. facer. poſſ. Pariſ. alios citans, conſil. 87. num. 12. & 13. libr. 3. & conſil. 15. ſub numer. 11. libr. 4. Alciar. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 18. num. 1. Couar. in epith. part. 2. cap. 2. num. 6. verſ. procedit tamen. Quia iſta concluſio non applicatur caſui noſtro, in quo eſt probata dementia Margaritæ ante & poſt profeſſionem, quo
† caſu media dementia præſumitur Anchar. conſil. 5. nu. 6
5. Ruin. conſil. 67. nu. 11. prope fin. lib. 1. idem Ruin. inter conſil. Curt. iun. conſil. 292. nu. 25. libr. 3. Alex. conſil. 54. num. 2. libr. 1. Purpur. conſil. 254. nu. 12. ¶ Tunc autem intraret obiectum, ſi dementia Margaritæ fuiſſet probata ſolùm ante profeſſionem: nam eo caſu, vt præſumeretur duraſſe vſque ad profeſſionem, opus fuiſſet probare dementiam per aliquod tempus continuum: at ſecus, quando dementia eſt probata ante & poſt actum, nam tunc præſumitur duraſſe tempore intermedio, quia probatis extremis, præſumuntur media.

CANTVC

CANTVCCII.

Tuſculan. vineæ. Lunæ, 21. Nouemb. 1580.

SVMMARIVM.

1 *Error in eo, quod eſt omnibus notum, non præſumitur.*

2 *Error in annis Domini præſumitur doloſus.*
Declara tamen, vt nu. 10. 11. & 12.

3 *Error potius præſumitur, quàm malitia, & falſitas, & numer. 5.*
Quod procedit in errore tollerabili.
Item quando error ex nimia prouenit ſimplicitate, nu. 4.

6 *Error magis præſumitur in notario, quàm dolus & falſitas: & ſatis eſt, quod ſit poſſibile.*

7 *Falſitas nulla neceſſario ſequitur, veritate poſſibili in eſſe poſita.*

8 *Filius natus ex vxore, quæ à marito expulſiua ſine iudicio Eccleſiæ iuit ad lupanar, & ibi proceſſu temporis peperit, iudicatur legitimus, ex communi, & quare.*

9 *Partus quamdiu poſſibile eſt vt naſcatur ex matrimonio, legitimus iudicatur & ex eo natus præſumitur, niſi contrarium probetur, ex communi.*

12 *Error in annis Domini dicitur lata culpa, quæ dolo æquiparatur.*

13 *Error vbi non eſt tolerabilis, non ſequitur, quod præſumatur potius malitia & falſitas quàm error.*

14 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando ſequeretur prauus, & abſurdus intellectus, ex communi.*

15 *Error in alteratione ſcripturæ magis præſumitur tanquam contingibilis, licet de raro, quàm malitia & falſitas, niſi ex circumſtantiis vel indiciis aliud appareat.*

DECISIO CXXXV.

DVbitabatur in vna Tuſculan. vineæ mihi extra ro-
tã commiſſa, nunquid alteratio ſcripturæ cuiuſdam
ſchedulæ facta circa 1000. præſumeretur facta cauſſa cor-
rigendi errorem ſcripturæ, vel potius cauſſa committẽdi
falſum. Nam in dicta ſchedula loco milleſimi tunc cur-
rentis videlicet, 1562. fuit ſcriptus milleſimus iã per duos
annos ante decurſos, ſcilicet 1560. deinde illa litera, O,
fuit alterata & immutata in literam numeralem, 2. & ſic
fuit facta alteratio, & immutatio de anno 1560. in an-
num 1562. ¶ In qua dubitatione ego tenebam, dictam
immutationem vel alterationem non præſumi factam
cauſſam emendationis erroris ſcripturæ, quia ſcribere
per errorẽ milleſimum duobus ab hinc annis decurſum
pro milleſimo currenti videbatur mihi error craſſus, ſu-
pinus, & non tolerabilis. Error enim in ſcribendo mil-
leſimum à communiter accidentibus ſolet committi in
initio milleſimi noui, cuius loco interdum per errorem
ſcribitur milleſimus vetus: & cauſſa huius erroris eſt fre-
quentia ſcribendi milleſimum veterem, ex qua inducitur
quædam aſſuefactio manus in ſcribendo, cauſſans quan-
doque errorem ſcribendi milleſimum veterem pro no-
1 uo. Error † autem in annis Domini non præſumitur, quia
præſumitur quis errare in eo, quod eſt omnibus notum,
vt inquit Bal. in l. Imperator. in 2. lectura. in fi. de ſta. hom.
Imò error in annis Domini contigit ex dolo vel lata cul-
pa, quia annos Domini communiter omnes ſciunt, ita
poſt Dyn. conſil. 13. quæſtio talis, prope fi. verſi. præterea
error in dubio, tradit Bart. in l. ſi librarius, num. 7. verſic.
modo ſi præſupponeres, ff. de reg. iur. per l. latè, & l. cede-
re diem, §. lata. ff. de verb. ſignif. ſequitur Mayner. in d. l. ſi
2 librarius, num. 30. in fi. inquiens, † errorem in annis Do-
mini præſumi doloſum, ſequitur etiam Alex. in add. ad
Bart. in l. quoties, §. 1. ſub. num. 3. verſi. & licèt præſuma-
tur, ff. de hæred. inſtituen. dicens, præſumi dolum, quan-
do erratur in annis Domini, quia illos cõmuniter omnes
ſciunt, & talem errorem non eſſe tolerabilem. Hoc
idem vult Bald. in l. 1. nu. 4. poſt med. verſ. 1. C. de Iuſtin.
cod. confirman. vbi inquit, errorem in annis Domini eſſe
latiſſimam culpam, quia nemo eſt tam demens, qui quo-
tam anni ignoret. ¶ Ad illud autem, quod infra dicetur,
quod potius præſumitur error, quàm malitia, ſiue falſi-
tas: Reſpondebam, † id procedere, vel quando error eſt
tolerabilis, ita declarat Bald. in l. penul. C. de his qui ſib. 3
adſcrib. in teſtam. ſequitur Felin. in c. ex literis, nu. 3. verſ.
vnde dicit, de fide inſtr. Cephal. conſ. 230. num. 6. li. 2. Au-
guſt. ad Angel. de maleſic. in verbo, falſario, nu. 1. in prima
addit. & idem dicit Caſtren. conſi. 203. in 3. dub. lib. 2. vel
† quando error prouenit ex nimia ſimplicitate tantùm, 4
Bald. in l. 1. nu. 8. ff. de legib. inquiens, tunc potius præſu-
mi errorem, quàm malitiam, quando error contingit ex
nimia ſimplicitate: ſed error, de quo agitur, non videtur
neque tolerabilis neque ex nimia ſimplicitate proueniẽs,
vt ex præmiſſis apparet, Meritò, &c. ¶ Iſtis tamen non
obſtantibus, Domini contrarium concluſerunt, moti ea
ratione, quia † potius præſumitur error quàm malitia &
falſitas, l. penult. in fin. ibi, credo te magis errare, quàm
malitia incidiſſe, C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſtam. Deci.
conſ. 175. nu. 7. Marſil. conſi. 51. nu. 31. Pariſ. conſ. 169. nu.
59. lib. 4. Zuccard. in l. fi. num. 177. C. de edict. diui Adria.
tollẽn. Nat. conſ. 314. nu. 9. lib. 2. Cephal. d. cõſil. 220. nu.
16. lib. 2. Et hinc eſt, † quòd in notario magis præſumitur 6
error, quàm dolus & falſitas, Bar. Bal. Ino. Caſtr. & Cum.
in d. l. quoties. §. 1. ff. de hæred. inſti. Dec. in d. l. ſi librarius,
nu. 12. & ibi Cagnol. nu. 34. cum aliis collectis per Gabr.
libr. 7. de crimin. concluſ. 2. num. 16. Et licèt error, de quo
agitur, per ſe ſit craſſus, & ſupinus, tamen ſecundùm Do-
minos ſat eſt, eum fuiſſe poſſibilem, & propterea data
iſta poſſibilitate, non ſequitur de neceſſitate falſitas, Bal.
in c. 1. §. notandum, ſub n. 2. de not. feud. vbi inquit, quòd
† poſſibili veritate in eſſe poſita, nulla neceſſario ſequi- 7
tur falſitas, ſequitur Alexand. in add. ad Bart. in l. quot ta-
men, §. ſi arbiter, ſub nu. 2. ff. de arbit. & Boſſ. in ſua pract.
crim. tit. de falſ. numer. 133. ¶ Et huic reſolutioni re dili-
gentius conſiderata ego quoque adhæſi & cogitaui ad
præmiſſorum corroborationem poſſe induci theoricam
Cyn. communiter receptam in l. ſi vicinis, in 3. q. nu. 3. C.
de nupt. vbi vult, quòd † ſi vxor, quæ à marito ſine iudi- 8
cio Eccleſiæ expulſa, iuit ad lupanar, proceſſu temporis
ibi peperit, partus iudicabitur legitimus: & reddit ratio-
nem, quia poſſibile eſt natum eſſe ex matrimonio, ex quo
maritus quoque poterat ire ad lupanar & vxorem carna-
liter cognoſcere, deinde ſubdit, † partum, quamdiu poſ- 9
ſibile eſt naſci ex matrimonio, legitimũ eſſe, & ex eo na-
tum præſumi, niſi contrarium probetur, & Cyn. ſequitur
ibi Alberic. nu. 3. Alex. conſi. 88. nu. 8. lib. 7. Barbat. conſil.
58. nu. 2. verſ. modo adduco, lib. 2. Bertr. conſ. 73. n. 13. poſt
med. lib. 3. part. 3. Curt. iun. conſ. 31. nu. 5. Rolan. conſ. 49.
nu. 27. lib. 4. Gabr. de præſump. concluſ. 14. n. 9. Bero. conſ.
162. nu. 2. lib. 2. Valent. Forſter. de ſucc. ab inteſtat. fol. 57.
5. in ampliat. vbi teſtatur hanc eſſe communem conclu-
ſionem. ¶ Nec obſt. ſuperiùs exemplo allegata. Nam ad
conſ. Dyn. 13. & ad Bart. in d. l. ſi librarius, ſub nu. 7. cum
aliis ſupra citatis, poteſt reſponderi, quòd licèt errare in
annis Domini ſit lata culpa, cùm omnes communiter il-
los ſciant, l. cedere diem, §. lata, & l. latæ, ff. de verb. ſignif.
nihilominus non † propterea præſumendus eſt magis 10
dolus & falſitas, quàm error, quia errare in annis Domini
potius præſumitur culpa quàm dolus, gloſſ. in l. 3. §. igno-
minia. in verbo, vir miles, in fi. ff. de his qui not. infa. Bart.
in l. hæc enim ſub nu. 3. ff. de ſuſpect. tutor. Gabriel. de cri.
conclu. 2. nu. 5. Et † de duobus dolis præſumitur minor, 11
Bald. in l. fin nu. 17. prope fi. C. de ædilit. act. & de duobus
delictis ſemper præſumitur minus, Aret. conſ. 31. n. 6. verſ.
ad ſecundum dicimus, Rui. conſ. 199. nu. 3. lib. 2. Alciat. de
præſumpt. regul. 3. præſumpt. 6. Gabriel. vbi ſupra, num. 6.
¶ Vnde † quamuis error in annis Domini ſit lata cul- 12
pa, & dolo æquiparetur, l. quod Nerua. ff. depoſ. tamen
dolus, qui ineſt in errore in annis Domini, eſt minor
quam

quam dolus, qui committitur in falsitate. ¶ Non obstat dictum Bald. in l. pen. C. de his qui sibi ascrib. in testam.
13 ¶ Quia respondetur negando Bald. dicere, quòd † vbi error non est tolerabilis, tunc potius præsumatur malitia & falsitas, quàm error. Sed Bald. dicit, quòd vbi error est tolerabilis, potius præsumitur error quàm malitia. Nec dicatur,
14 † Bal. dicere à cõtrario sensu, quia non licet arguere à contrario sensu, quando sequeretur prauus & absurdus intellectus, Doct. communiter, in l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, prout in casu nostro, quia præsumeretur potius dolus, quàm culpa, vel maior dolus quàm minor. Et eo modo respondetur ad aliud dictum Bald. in l. 1. nu. 8. ff. de
15 legib. ¶ Et in summa Domini voluerunt in † alteratione scripturæ, de qua agitur, magis præsumi errorẽ tanquam contingibilem, licet sit de rarò cõtingentibus, quàm malitiam & falsitatem, nisi ex aliquibus circumstantiis vel indiciis aliud appareret, iuxta trad. per Bart. in l. quoties, §. 1. nu. 3. Bald. post prin. Imo. num. 2. Cum. num. 4. ff. de hæred. instituen. idem Cum. cons. 236. nu. 3. Ias. cons. 153. nu. 3. prope fi. lib. 2. Nat. d. cons. 314. num. 9. lib. 2. Volentes in notario potius præsumi errorem, quam falsitatem, nisi ex circumstantiis aliud appareat.

CANTVCCII.

Pientin. affictus. Veneris, 13. Iunii, 1580.

SVMMARIA.

1 *Æstimatio rei facta ad effectum sciendi valorem, non facit emptionem & sic periculum non transit in conductorem.*

DECISIO CXXXVI.

Domini dixerunt æstimationem animalium, de quibus in instrumento non fecisse emptionem, & consequenter periculum illorum non transiuisse in affictuarium, sed in Episcopum Pientin. locatorem, quia † æsti-
1 matio fuit facta ad effectum sciendi valorem animalium, ex quo promissa fuit restitutio animalium, nõ autem eorum pretij, per tex. & ibi gl. & Doct. in l. si inter virum & vxorem, C. de iure dot. Ias. in l. ex conuentione, nu. 3. ff. de pact. Rolan. cons. 92. nu. 15. lib. 2. ¶ Et videtur tolli omnis difficultas, ex schedula venditionis partis animalium factæ per Episcopum Petro durante affictu.

CANTVCCII.

Tusculan. vineæ. Veneris, 16. Decembris, 1580.

SVMMARIA.

1 *Atramenti diuersitas reddit scripturam suspectam de falso in loco in ea alteratis.*
Declara tamen, vt num. seq.
3 *Verisimilitudo attenditur in materia falsitatis.*

DECISIO CXXXVII.

Domini tenuerunt, schedulam, de qua agitur, esse su-
1 spectam de falso ex diuersitate † atramenti in locis in schedula alteratis, ad Anch. cons. 431. nu. 3. vers. dicendo ergo, Curt. iun. cons. 52. in fine. Socin. iun. cons. 41. nu.
2 7. lib. 1. Cæphal. consi. 287. n. 28. lib. 2. Et licet † diuersitas atramenti ad inducendam suspicionem falsitatis sit leuis præsumptio, vt per Soc. consi. 94. nu. 8. versi. circa 3. lib. 1. Parif. cons. 28. nu. 58. lib. 2. & per se sola non sufficiat, nisi alia cõcurrant, prout declarat Aym. cons. 88. nu. 7. & consil. 134. nu. 27. post medium, vers. non puto, nihilominus in casu nostro concurrunt aliæ coniecturæ, de quibus hic per informantes Amarotis, & præcipuè coniectura sumpta ab inuerisimilitudine erroris circa millesimum: nam
3 † in materia falsitatis maximè attenditur verisimilitudo, vt per Aym. post alios d. cons. 134. nu. 36. cum seq. Socin. iun. d. consi 41. nu. 7. versic. ex quibus omnibus, & nu. seq. Cephal. d. cons. 287. nu. 20. vsque ad n. 26. ¶ Et ex præmissis Domini censuerunt, schedulam istam tanquam suspectam de falso non facere fidem: an verò possit operari effectum taciræ confessionis Francisci creditoris de solutione vel satisfactione mutui sibi facta in grano vel ordeo ab anno 1560. vsque ad annum 1562. quasi ipse commiserit falsitatem, de qua agitur, ad effectum excludendi futuram probationem solutionis in illis duobus annis, & sic quasi tacitè confessus fuerit, mutuum esse sibi solutum, aliàs erit particulariter videndum, &c.

CANTVCCII.

Hispalen. beneficij de Carmona Lunæ, 13. Februarij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Inscriptio in forma iuris potest intelligi etiam de obligatione ad pœnam extraordinariam arbitrio iudicis.*
2 *Supplicatio non admittitur de stylo curiæ pro beneficio ab alio possesso, vt per priuationem illius sibi prouideatur, nisi se inscribat in forma iuris.*
3 *Pœna talionis in beneficio resoluitur in pœnam extraordinariam arbitrio iudicis.*
4 *Accusatio correspectiua ad inscriptionem debet intelligi de criminali.*
5 *Accusator potest quis dici, etiam si agat ciuiliter.*
6 *Accusationis verbo iura interdum impropriè vtuntur.*
7 *Accusatio etiam ciuilis datur, quæ ad priuatam vtilitatem principaliter mouetur.*

DECISIO CXXXVIII.

Ferdinandus de Contrera impetrauit beneficium, de quo agitur, certo modo propter symoniam, & in eius gratia commissaria directa ordinario Hispalen. est apposita conditio, si & postquam Ioannem Fagundes suum aduersarium super symonia accusauerit, seseque in forma iuris inscripserit. Qua conditione stante Ioannes prætendit, Ferdinandum non posse vti sua gratia commissaria, nisi priùs conditione accusationis & inscriptionis per eum adimpleta. Sed quoad inscriptionem cõditio est adimpleta, quia Ioannes de Contrera se inscripsit & obligauit Ferdinandum ad pœnam extraordinariam arbitrio Dominorum de Rota, promittẽs, Ferdinandum talem inscriptionem & obligationem ratificaturum, prout postea ratificauit. Et licet † Ioannes Fagundus prætende- 1
ret, inscriptionem in forma iuris debere intelligi de obligatione ad pœnam talionis, tamen Domini, eum quibus de hac re verbum feci, dixerũt sufficere obligationem ad pœnam extraordinariam, arbitrio Rotę, iuxta decis. Cresceen. 161. Quod idem in terminis voluit Præpos. in c. 1. 2. q. 8. n. 13. in med. vers. tamen vt fatetur, vbi inquit in Romana curia obseruari, vt non admittatur † supplicans pro 2
beneficio ab alio possesso, vt per priuationem illius sibi prouideatur, nisi se inscribat in forma iuris. Deinde num. 14. post Butr. in ca. super his, ante nu. 2. de accusatio. subdit, † in beneficio pœnam talionis resolui in pœnam ex- 3
traordinariam arbitrio iudicis, quia eadem similitudo pœnæ non cadit in beneficio. Si enim habens simplex beneficium accusat Abbatem de crimine, pro quo venit priuandus Abbatia, tunc cùm accusator non possit priuari Abbatia, quam non habet, tenebitur ad pœnam extraordinariam arbitrio iudicis. Vnde difficultas eo redacta fuit, *an conditio quoad accusationem dicatur adimpleta ita, vt Ferdinandus possit vti sua gratia commissaria.* ¶ Et pro parte Ioannis Fagundes dicebatur, † accu- 4
sationem debere intelligi de criminali, ex quo est correspectiua ad inscriptionem. per text. in dicto cap. super his, in principio, de accusatio. & in cap. licet Hely. in principio, de symon. ¶ Et propterea Ferdinandum non potuisse vti sua gratia commissaria, nisi impleta conditione accusationis criminalis. ¶ Quo tamen non obstante, Domini die 13. Februarij. 1581. tenuerunt contrarium, intelligentes accusationem etiam de ciuili, quia potest quis dici † accusator etiam si solùm agat ciuiliter. vt per Abb. 5
in capit. cum in tua. per illum textum ante numero primo vers. & not. quod talis impetitor. de testibus, quem refert & sequitur ibi Aret. in primo notab. vbi † subdit, iura interdum

interdum vti verbo accusationis impropriè, vt ibi, & secunda, quæst. 7. de diuers. cap. & in l. posthum. §. fin. ff. de inoffic. testam. & in l. non solùm §. final. ff. de procurat. Et
7 dari † accusationem non modo criminalem, sed etiam
ciuilem, quæ ad priuatam vtilitatem principaliter mouetur, expresse firmat Bero. ad rubt. de accus. nu. 4. per text. in cap. tuæ, in fine. de procurat.

CANTVCCII.

Toletan. annatarum. Veneris, 16. Februarij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Disponens in generali eius dispositione reuocatoria, non est credendum voluisse comprehendere ea, quæ concernunt augmentum cultus diuini.*

2 *Interpretatio facienda est secundùm ea, de quibus si disponens interrogatus fuisset, ita verisimiliter respondisset.*

3 *Dictio, pro, denotat caussam finalem.*

4 *Ratio respiciens, siue influens in totam dispositionem, dicitur caussa finalis.*

5 *Præsumptio in dubio fit pro non reuocatione priuilegij.*

6 *Reuocatio priuilegij non præsumitur, nisi expressè constet.*

7 *Caussa priuilegij cessante, debet cessare priuilegium.*

Declara, vt nu. 8. cum seq.

9 *Gestum non tollitur ex casu superueniente, qui ab initio impediuisset actum geri, & tenderet ad eundem effectum cum actu gesto.*

10 *Caussa paupertatis cessante cessat & illius effectus, quando diuitiæ superuenientes tendunt ad contrarium effectum cum actu gesto.*

11 *Priuilegium consistens in faciendo, amittitur per non vsum per decennium, ex communi.*

Declara tamen, vt nu. seq.

12 *Possessio vniuersalis acquiritur per vnum actum particularem, quando caussa vtentis est vniuersalis & quare.*

DECISIO CXXXIX.

CONclusum fuit Ioannem de Côtretas teneri soluere Portionariis Ecclesiæ Tholetan. mediã annatam
ex Archipresbyteratus de Moltaban, de quo agitur ¶ Quia
priuilegium Sixti quarti eisdem Portionariis concessum
absque dubio Archipresbyteratum istum tanquam in
diœcesi Tholetan. consistentem comprehendit, prout
clarè constat ex lectura ipsius priuilegij. ¶ Non obstant in
contrarium adducta pro parte dicti Ioannis. ¶ Et in primis
non obstat Bulla Leonis decimi, ibi vnde medietas
literarum huiusmodi vigore percipi consueuit, ex quibus
verbis videtur limitari priuilegium Sixti ad illa tantùm
beneficia, ex quibus dimidia annata percipi consueuit.
¶ Quia illi verba declarantur per supplicationem, in qua
dicitur, ex quibus medietas dictorum fructuum debetur,
prout in hac eadem caussa coram me 18. Aprilis, 1580.
resolutum fuit ¶ Secundò non obstat Bulla Pij quinti,
tum quia loquitur de beneficiis consistentibus in Ecclesiis
Cathedralibus vel collegiatis: Archipresbyteratus
autem, de quo agitur, nõ est in cathedrali vel collegiata,
sed in inferiori Ecclesia, tum quia cum Sixtus quartus
concesserit Portionariis Ecclesiæ Tholetan. dimidias annatas
de quibus agitur, vt diligentius in diuinis deseruirent,
& sic pro augmento cultus diuini, vtique non est
verosimile, Pium Quintum voluisse illas comprehen-
1 dere: in generali enim † dispositione reuocatoria non
est credendum, disponentem voluisse comprehendere
ea, quæ concernunt augmentum cultus diuini. ad not.
in cap. penult. de constitutio. & cap. fin. de rescript. libro
6. ita Mohedan. decis. 145. an per regulam. Accoramb. decis.
5. lib. 1. Crescen. decis. 141. regula quę reuocat. Pot. decis.
331. mihi 352. in vna Conchen. libr. 1. ¶ Imò valdè
verosimile est, Pium quintum fuisse excepturum istas
2 dimidias annatas, si de eis † cogitasset, vel interrogatus
fuisset. ad not. per glos. & Doctores in l. tale pactum. §. finali.
ff. de pactis. ex quo caussa finalis foræ constitutionis
reuocatorię fuit exercitium cultus diuini, simúlque auxilium
vocatorum ad illum, vt patet ex illis verbis, quare
nos pro diuini cultus exercitio, simúlq; euocatorum ad
illum auxilio plenius, euidentiúsq; cõcludendum fore rati
reuocamus, &c. Ex quibus verbis negari nõ potest, quin
colligatur caussa finalis, tum † quia dictio, pro denotat 3
caussam finalem. l. penult. §. fin. ibi, pro alimentis. de alimen.
& cibar. legat. Bald. in l. 1 num. 15. vers. vnde ista dictio.
C. per quas person. nob. acq. Alex. cons. 131. nu. 7. vers.
fortificatur prędicta. lib. 7. Soc. 227. n. 7. li. 2. Dec. cons. 350
ante nu. 3. Aymon. consil. 192. nu. 21. vers. secundo quia.
Rebuff. alios citans in l. vnica. gloss. secunda, nu. 13. C.
de sent. quę pro eo quod interest. Tũ quia hæc ratio exercitij
cultus diuini & auxilij vocatorũ ad illũ, generaliter
respicit siue influit in totã constitutioné reuocatoriam, 4
quo † casu dicitur caussa fin. Bal. in l. 1. col. pen. vers. adde
quod illa caussa pręsumitur finalis. ff. soluto matrimonio,
& in l. generaliter. nu. 3. in fin. C. de Episc. & cleric. Corn.
cons. 35. nu. 2. versic. ratio enim. lib. 3. Aymond. d. consil.
192. num. 21. vers. quinto illa dicitur. ¶ Vnde cum Sixtus
quartus concesserit annatas istas Portionariis Ecclesiæ
Tholetan. vt non paruum susciperent releuamen, ex
quo antea portiones erant tenues & exiles, & vt possent
commodiùs continuè residere, & residendo diligentiùs
in diuinis deseruire, vt expressè legitur in eius priuilegio,
clarè constat, cum hanc concessionem fecisse pro
exercitio cultus diuini, & pro auxilio Portionariorum
ad illum vocatorum. ¶ Præterea licèt ex præmissis res sit
clara, nihilominus quando aliquo modo esset dubia, in
dubio sit præsumptio † pro non reuocatione priuilegij. 5
gloss. in sum. ad finem, versic. item in dubio. 25. quæst. 2.
Federic. de Sen. cons. 133. prope finem. versic. item in dubio.
Paul. de Castr. consil. 258. colum. vlt. versic. vnde in
dubio libr. 1. Roman. cons. 23 . num. 1. vers est enim. Caldel.
consil. 11. circa finem. versic. præterea negari non potest.
tit. de priuileg. Card. cons. 52. num. 6. circa medium.
vers. item posito. Deci. cons. 168. col. 3. ante num. 2. Aym.
cons. 21. num. 14. & bene Crot. cons. 371. nu. 12. & 18. &
19. & cons. 380. num. 24. & 25. lib. 3. vtrobique firmans,
† reuocationem priuilegij non præsumi, nisi de ea ex- 6
pressè constet, & illam probando exactam requiri probationem.
¶ Tertio non obst. quòd cùm hodie cesset
caussa paupertatis Portionariorum, ob quam priuilegium
Sixti † concessum fuit, debet priuilegium ipsum 7
cessare. l. non tantùm. §. eos qui. ff. de excus. tut. vbi Doct.
not. priuilegium cõcessum ratione paupertatis finiri auctis
facultatibus. l. cura. §. defunctium. ff. de muner. & honor.
cum aliis adductis per Tiraq. cess. caus. parte. 1. num.
193. cum seq. Roman. cons. 404. nu. 5. Ias. in l. sciendum,
§. si fundum. nu. 6. ff. qui satisdare cogant. Marsil. in l. vnica,
sub num. 28. C. de rapt. virg. & alias generaliter
cessante caussa priuilegij cessare priuilegium ipsum, latissimè
deducit idem Tiraquel. dicta parte prima, num.
203. cum pluribus sequentibus. ¶ Nam multipliciter respondetur.
¶ In primis † quòd si priuilegium Sixti de- 8
buisset cessare cessante caussa paupertatis, vtique non
fuisset concessum perpetuis futuris temporibus duraturum,
vt patet ibi, de cætero perpetuis futuris temporibus.
Id enim, quod conceditur propter inopiam, non
est perpetuum, sed temporale, donec superueniant diuitiæ.
d. l. cura. §. deficientium. ibi deficientium facultatibus
excusatio non perpetua, sed temporalis est. ¶ Secundò,
quia exemplo non probatur, redditus Portionariorum
adeò auctos fuisse, vt sine istis mediis annatis cesset antiqua
eorum paupertas, siue portionum tenuitas. ¶ Tertiò,
quia Sixtus non considerauit paupertatem Portionariorum
simpliciter & absolutè, sed secundùm quid,
habito respectu: ad diuitias canonicorum, & propterea

concessit dimidias annatas Portionariis, vt eorum red-
ditus, qui non ascendebant ad quartam partem reddi-
tuum canonicorum, ascenderent ad dimidiam, prout in
multis Hispaniæ cathedralibus & metropolitanis ascen-
dere communiter consueuerunt, quæ caussa etiam ho-
die vera est. Sic enim Portionariis istæ dimidiæ annatæ
auferantur, non ascendent eorum redditus ad quartam
partem reddituum canonicorum. ¶Quartò, quia quan-
9 du † casus superueniens, qui ab initio impediuisset actũ
geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, tunc
quod gestum est, non tollitur ex illo casu superueniente.
l. verbis legati. in fine. ff. ad l. Falcid. §. ex contrario. Inst. de
leg. Dyn. in c. factũ legitimè. in fin. lib. 6. in l. si metallum.
sub nu. 2. ff. de his quæ pro non script. Bart. in l. si constan-
te, nu. 108. ff. soluto matrimonio. in l. penult. §. fin. in fine
& ibi Castr. num. 5. ff. qui satisdare cogan. idem Bart. in l.
pluribus. §. & si placeat, sub nu. 2. & ibi Castrens. ante nu.
3. & imò. sub num. quarto. vers. in eadem gloss. ff. de ver-
borum oblig. Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum, nu.
2. versic. & hoc vltimum. & ibi Cagnol. num. 2. versic.
nisi casus. & Mayner. nu 4. ff. de regul. iur. Tiraquell. cess.
causs. limit. 14. num. 2. Et in specie, quod text. in dicto §.
10 deficiente. & alia iura † volentia, cessante caussa pau-
pertatis cessare & illius effectum, procedant, quando di-
uitiæ superuenientes tendunt non ad eundem, sed ad
contrarium effectum cum actu gesto, declarat Bart. in d.
l. si constante. nu. 108. in fine. sequitur Tiraquel. dicta li-
mit. 14. sub. nom. 3. Sed in casu nostro augmentum red-
dituum Portionariorum superueniens tendit ad eun-
dem effectum, cùm concessione dimidiarum annata-
rum nempe, vt ipsi Portionarij pro decentiori eorum
substentatione non modicum suscipiant releuamen, &
vt possint commodiùs continuò residere, & residendo
diligentius in diuinis deseruire, ac onera eis incumben-
tia faciliùs perferre. Meritò &c. ¶Vltimò non obstat,
quòd Portionarij nunquam fuerunt vsi eorum priuile-
gio quoad Archypresbyteratum de Montalban, de quo
agitur, & quod prætereà illud amiserunt per non vsum,
cùm constat in faciendo, videlicèt, in exigendo dimidias
11 annatas, quo † casu sufficit non vsus per decennium.
l. 1. ff. de nundin. Et est communis conclusio, de qua te-
statur Dec. in capitulo, cùm accessissent. num. 17. de con-
stitutio. ¶Siquidem pro responsione dicitur, de vsu priui-
legij satis constare ex quasi possessione exigendi dimi-
dias annatas alicuius beneficij in priuilegio comprehen-
si: ex ea enim acquisita fuit quasi possessio exigendi dimi-
dias annatas aliorum omnium beneficiorum in priuile-
12 gio comprehensorum, quia † quando caussa retentis est
vniuersalis, tunc per vnicum actum particularem acqui-
ritur vniuersalis possessio. Et ratio est, quia magis atten-
ditur caussa actus quàm ipsius actus exercitium. ita Bald.
in repet. l. primæ. num. 24. versic. tu dic. C. de emanc. liber
sequitur Felyn. in c. auditis. nu. 19. prope fin. vers. & dicit
Bald. de præscript. prout aliàs in terminis istiusmet priui-
legij resolutum fuit in alia Tholetan. annatum, secun-
da Decembris. 1575. coram R. P. Domino Robuste-
rio. Et ex hac responsione tollitur etiam illud, quod non
probatur quasi possessio exigendi medias annatas secun-
di anni, sed solùm primi, quia non tam exercitium actus,
quàm caussa ipsius actus inspici debet. Et proptereà cùm
caussa priuilegij sit vniuersalis, comprehendens medias
annatas omnium beneficiorum, & tam primi, quàm se-
cundi anni, ex quasi possessione exigendi medias anna-
tas primi anni, intelligitur etiam quæsita quasi possessio
exigendi dimidias annatas secundi anni, &c.

CANTVCCII.

Romanensis vineæ. Die 20. & 27. Februarij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Legatum ad pias caussas relictum in secundo gradu sub conditione deficientis primi gradus, debetur, licèt non deficiat primus gradus, neque est locus secundo gradui.*

2 *Relicta nominatim ab vno hærede non debentur ab eius substituto.*

Fallit in relictis ad pias caussas. nu. 3.

4 *Substitutio in vno casu fauore piæ caussæ non debet extendi ad alium quando substitutio piæ caussæ fuit limitata ad certum casum.*

Declara tamen, vt ibi.

5 *Dictio, tunc, est demonstratiua seu declaratiua rei, cui adiicitur.*

6 *Casus conditionaliter expressus non extenditur ad aliu casum etiam fauore piæ caussæ.*

7 *Intellectus ad l. 2. ff. de manum. testam. verus assignatur, & eius vera ratio.*

DECISIO CXL.

TEstator filio suo naturali hæredi instituto substituit
in medietate bonorum pauperes pro eius anima
sub conditione, si hæres decedat ante obitum vxoris te-
statoris sub his verbis. *In omnibus autem suis bonis mobili-
bus & immobilibus, præsentibus & futuris, & vbique existen-
tibus instituit, & ore proprio nominauit Ioannem Martinum
filium suum naturalem, & in euentum, quòd dictus suus hæ-
res decedat ante obitum Dionora eius vxoris, tunc voluit,
quòd medietas bonorum eiusdem testatoris detur pauperibus
pro eius anima arbitrio tutorum infrascriptorum, & in alia
medietate succedant propinquiores dicti testatoris.* Euenit ca-
sus, quod hæres decessit post obitum vxoris testatoris,
dubitatum fuit, *an esset factus locus substitutioni pauperum.*
Et licèt 20. Februarij. 1581. Domini fuerint varij, tamen.
27. eiusdem tenuerunt, factum esse locum substitutioni
pauperum propter fauorem piæ caussæ. per ea, quæ tra-
dit Roman. in authen. similiter. 30. speciali. num. 88. C.
ad l. Falcid. vbi vult, quòd † legatum ad pias caussas reli- 1
ctum in secundo gradu sub conditione deficientis primi
gradus debetur, licèt non deficiat primus gradus, &
ideò non sit locus secundo gradui, quia iuris præsum-
ptione & pietatis fauore ab vtroque gradu relictum in-
telligitur. per text. in l. 2. vbi inquit esse casum vnicum ff.
de manum. testam. quem text. ita exemplificat, Titium
hæredem instituo, & si hæres erit, Seium substituo, &
Ecclesiæ centum lego. Nam hoc casu, & Titius hæres sit,
& sic impleatur primus gradus in eius defectum, testator
adiecit secundum, & legatum pium fecit, nihilominus
pio relictum est debitum. & Roman. sequitur Decis. cons.
182. num. 2. versic. & hoc in tantum. Soc. reg. 310. nu. 47.
Tiraq. de priuileg. piæ cau. priuil. 62. Euerard. in loco à li-
bert. ad piam caus. in sing. 15. Benedict. Canofil. de priui-
leg. Eccles. & Ecclesiasticorum personarũ. tit. de testam.
priuil. 26. fol. mihi. 62. Moder. Vtinen. de cõiectur. vlt. vo-
lunt. lib. 6. tit. 3. nu. 39. Et pro hac opinione secũdùm Dec.
vbi supra, facit, quòd licèt † relicta nominatim ab vno 2
hærede non debeantur ab eius substituto. l. in ratione le-
gis. §. quòd vulgo. ff. ad l. Falcid. l. cùm pater. §. ab institu-
to. de leg. 2. l. vnica. §. his itaque. C. de caduc. tollen. nota-
tur in l. licèt Imperator, de leg. 1. Nihilominus † relicta ad 3
pias caussas nominatim ab vno hærede censetur tacitè
repetita ab eius substituto & ab eo debentur. ita Roman.
in d. auth. similiter. in 15. speciali. nu. 65. & in 20. speciali,
in fine, ante nu. 69. per text. in l. 4. §. Lucius. ff. de alim. &
cibar. lega. quem text. ita intelligit ibi Bart. in princ. post
glos. idem Bar. in l. Mela. in princ. vers. idem quod relictũ
nominatim. ff. eo. tit. de alimen. & cibar. lega. Rom. cons.
388. nu. 5. Alex. in d. l. licèt Imperator. nu. 11. & ibi Ias. nu.
38. idem Alex. in l. si duobus. §. 1. aliâ circa finem princip.
versic. & idem videtur dicendum. & ibi Iason num. 14. &
15. de leg. primo. idem Ias. in l. si fundum. §. Stychum.
num. 4. ff. eod. tit. Socin. d. reg. 310. num. 35. prope finem.
Decis. consil. 182. num. secundo versic. & ad huc etiam

fac

facit. & cons. 273. nu. 1. ad finem Ruin. cons. 116. nu. 3. & 4. lib. 3. & cons. 76. sub. nu. 17. lib. 5. Tiraquel. de priuil. piæ caus. priuileg. 36. Grat. cons. 5. nu. 24. lib. 2. Andr. de Beset. in repet. l. 1. nu. 228. C. de sacrosanct. Eccl. Moder. Vrinen. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. nu. 16. Et fuit resolutum coram R. P. Domino Decano, in vna Romanen. fideicommissi siue legati 16. Ianuarij 1581. quæ resolutio fuit postea coram eodem confirmata 3. Martij eiusdem anni, & insuper allegatus tex. in l. Lucius Titius. ff. de fideicommiss. libert. Non obstat Pans. cons. 86. nu. 77 lib. 2. concludens post Dec. cons. 273. nu. 1. & 2. quòd fauo-
4 re piæ caussæ † substitutio facta in vno casu nō debet extendi ad alium, quando substitutio piæ caussæ fuit limitata ad certum casum. ¶ Quia Dec. loquitur in casu, in quo pia caussa fuit vocata siue substituta principaliter in pœnam hæredis, & non prò salute animæ testatoris, vel in casu, in quo si fieret extensio, resultaret absurdum, quòd quis sine culpa priuaretur, & contra voluntatem testatoris, prout ipsemet Dec. respondet. d. cons. 273. col. vlt. vers. non obstant allegata, & vers. vnde ad allegata. At secus in casu nostro, in quo testator substituit pauperes pro anima sua, & sic cons. Dec. facit pro hac parte. ¶ Secundò non obst. quòd substitutio pauperum fuerit restricta ad casum expressum tantùm ponderando dictionem, tunc, Paris. cons. 14. num. 9. lib. 5. Quia dictio,
5 tunc, † non est taxatiua nec exclusiua, sed demonstratiua, seu declaratiua rei, cui adiicitur, Chassad. dec. 1. nu. 3. & 4. de restam. ¶ Tertiò non obstat Ruin. cons. 76. nu. 17. circa medium. vers. ad illud respondetur. lib. 5. vbi respondendo ad Roman. in d. authen. similiter. in 15. speciali inquit, casum † conditionaliter expressum non ex-
6 rendi ad alium casum, etiam fauore piæ caussæ, sicut nec fauore alterius nec cunctatium probari in d. l. 2. ff. de manum. testam vbi testator instituit Titium & dixit, si Titius hæres non erit, Stychus hæres libérque esto. Deciditur ibi, quòd, licèt Titius sit hæres, & sic deficiat substitutio facta de Stycho, quòd nihilominus Stychus cōsequetur libertatem tanqa relictam ab vtroque gradu, tam institutionis, quam substitutionis, & non à gradu substitutionis tantùm. ¶ Illo igitur casu secundùm Ruin. non extenditur illa conditio, si Titius hæres non erit, de casu ad casum, sed apposita substitutioni factæ de Stycho non intelligitur repetita in relicto libertatis, ne libertatis datio corruat, tanquam relicta à gradu substitutionis, quæ defecit & subdit Ruin. istud regulare esse, vt conditio non censeatur repetita, quando legatum redderet inutile, vt ibi per eum. ¶ Quia pro responsione dicitur, quòd non subsistit ratio Ruin. quod ideò deberet legatum libertatis, quia conditio illa, si Titius hæres non erit, adiecta substitutioni factæ de Stycho non intelligitur repetita in relicto libertatis, cùm cesset repetitio, quando dispositio redditur inutilis. ¶ Siquidem est animaduertendum. Verba text. aliter se habere, quàm referat Ruin. Ipse enim refert ita, si Titius hæres non erit, Stychus hæres libérque esto, & tamē textus dicit si Titius hæres non erit, Stychus liber hæresq; esto, & sic econdito, si Titius hæres non erit, est expressa apposita legato libertatis, ita vt nō cadat illa quæstio, an intelligatur cōditio repetita. Vnde vera ratio assignatur in text. quod Stychus acceperit libertatem non à gradu substitutionis tantùm, sed ab vtroque gradu institutionis. Ratio autem rationis nulla alia potest esse, quàm fauor libertatis. Sicut igitur in illo text. libertas relicta in euentum, quòd Titius non sit hæres, fauore libertatis intelligitur relicta ab vtroque gradu institutionis & substitutionis, & sic in vtrunq; euentum siue Titius hæres sit, siue non, ita in casu nostro substitutio pauperum facta in euentum, quod hæres decedat ante obitum vxoris testatoris, fauore piæ caussæ intelligitur facta in vtrunque euentum, siue hæres decedat ante, siue post obitum vxoris ¶ Quamobrem stantibus præmissis Domini dixerunt, primum Collareralem per suam sententiam latam 15. Septemb. 1565. non spoliasse Bertam, cùm nedum non sit iniusta, sed potius, ex supradictis iusta apparet.

CANTVCCII.

Placentin. administrationis sacramentorum Veneris, 10. Martij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum locationis per se solum non probat dominium, ex communi.*
Limitatur, nisi cum eo concurrant alia adminicula, num. 2. ex commun.
3 *Adminicula, quæ cum instrumento locationis coniuncta, probant dominium, quæ sint. & nu. 7. 8.*
4 *Confessio facta in iudicio per rectorem præiudicat Ecclesiæ & eius successori.*
5 *Ecclesia sine dote non potest ædificari nec consecrari.*
6 *Confessio prælati habens assistentiam, siue præsumptionem iuris communis pro se, præiudicat Ecclesiæ, & successori.*
9 *Solutio assiduè facit iudicium & præsumptionem ad probationem domini.*
10 *Testis deponens super aliquo articulo, & deinde interrogatus si responderat se nescire, quomodo saluetur.*
11 *Confinium identitas ex quibus probetur.*

DECISIO. CXLI.

Post resolutionem factam 19. Iunij, 1579. contra Dominos de Cupellatis ad fauorem Alexandri Sanserrani rectoris Ecclesiarum sancti Petri de Folignano, & sancti Michaelis de Saffignano Placentin. diœc. continentem, eundem Rectorem non posse cogi ad subministranda alimenta, & expensas capellanos per eum in Ecclesia sancti Michaelis deputato, quia ex visitatione bo. me. Cardinalis Placentin. constat, dictam Ecclesiam sancti Michaelis nulla habere bona. Post istam (inquam) resolutionem pro parte eorundem Dominorum de Cupellatis fuerunt producta nonnulla iura, ex quibus vnà cùm aliis in processu de partibus existentibus, prætendebatur probari, dictam Ecclesiam sancti Michaelis habere particulares fructus, & redditus ex bonis ad illam spectantibus, & per consequens à dicta resolutione recedendum esse. ¶ Pro parte verò Rectoris prætendebatur contrarium. Idcircò die 10. Martij 1581. dubitatui, nunquid stantibus iuribus vltimo loco pro parte dictorum de Cupellatis productis, & aliis hinc inde deductis, sit recedendum à dicta resolutione. Quod dubium affirmatiue resolutum fuit: nam licet instrumentum locationis factæ de anno 1499. vbi Rector dictarum Ecclesiarum nomine dictæ Ecclesiæ sancti Michaelis locat ad nouennium quibusdam de Pellizaris quasdam petias terræ, cum vna domo prope dictam Ecclesiam sancti Michaelis, per se solùm non probet dominium dictarum petiarum terræ, & dictæ domus, † cùm instrumentorum loca- 1
tionis non probet dominium. c. inter dilectos, §. fide instrum. l. ad probationē. C. locati. & vtrobique Doct. communiter. Alex. cons. 12. sub. nu. 4. lib. 4. Curt. iun. cons. 41. nu. 8. Affl. decis. 14. nu. 8. Paris. cons. 27. nu. 25. & cons. 104. nu. 81. lib. 1. latè Aymon. cons. 157. nu. 5. Et hanc esse communem conclusionem testantur Alexan. Curt. iun. vbi supra. Nihilominus, quia cum dicto instrumento locationis factæ de anno 1499. plura concurrunt adminicula, ideò non mirum si ex eo probatur dominium dictarum periarum terræ, & dictæ domus. Communis est enim Doct. cōclusio, vt † instrumentum locationis con- 2
currentibus aliis adminiculis probet dominium. Bartol. in dict. l. ad probationem. Felyn. in d. cap. inter dilectos, num. 8. versic. item secus. Socin. consil. 89. num. 11. lib. 1. consil. 187. sub num. 2. lib. 2. & cons. 11. num. 2. lib. 3. Dec. cons. 146. num. 14. versic. & licèt per instrumentum Gozad. consil. 94. num. 17. Paris. dict. consil. 27. num. 25. &

latius d.cons.104.nu.82.cum seq. lib.1. Paleot.decis.330.
incipien.in Cremonen.prioratus. Alba. cons.9. num.12.
¶Quòd autem in casu, de quo agitur, plura concurrant
3 adminicula, patet. ¶Nam † in primis adest cõfessio Ioan-
nis Pugnetti rectoris dictarum Ecclesiarum, qui de anno
1555.ad interrogationem Vicarij Placentin.in iudicio,&
medio iuramento confessus fuit, dictam Ecclesiam san-
cti Michaelis habere certas domos cum quibusdam ter-
ris locatis antiquitus illis de Pellizariis, eósque soluere
4 minas tres, & staria decem frumenti, quæ † confessio
præiudicat Ecclesiæ, & probat contra successorem, tum
quia facta fuit in iudicio ab eo, qui solus erat Rector Ec-
clesiæ. Abb. in c.fin. nu. 44. vers. sed quoad præcedentia,
de præscript. in c.2.nu.4.de capel. monach. Præpos. in c.
de Constantinopolitana, ad fin.dist.22. Paris.cons.3.nu.
29.lib.4.& latius in d.c.fin. nu. 54. vers. tertia conclusio.
vbi alios citat, de præscript. Ægid.decis.696.Put.decis. 3.
de confes. Guidobon. decis.131. Tum quia habet pro se
assistentiam siue præsumptioné iuris communis, secun-
dùm quod quælibet Ecclesia præsumitur habere bona,
5 quia † Ecclesia sine dote non potest ædificari nec conse-
crari.cap.nemo, de consecrat. dist.prima.cap. cum sicut,
de consecrat. Eccl. vel altar. Et non est dubium, confes-
6 sionem † Prælati, assistentiam siue præsumptionem iu-
ris communis pro se habentem, præiudicare Ecclesiæ &
successori. Abb.in c.si diligéti, sub n.4.& ibi Petr.de Vbal.
in repet.in 3.not.de præscr.Felyn. in d.c.si. sub nu.11.co-
rit.Præpos.in d.c.de Constantinopolitata, prope fin. vers.
aut vult confiteri. Curt.iun.de feud.part.1.q.8.no.15.latè
Aym.de Antiq.tempor.par.1.§.propositum,nu. 3.74.75.
& 76. vbi defendit hoc dictum Abb. ab impugnatione
Crot.cõtrarium tenétis in l.re coniuncti.in fine de leg.3.
Et hanc esse communem fatetur Paris.in d.c.si diligenti,
num.8.& in d.c.fin.num.54.vers.4.conclusio. ¶Secundò,
7 concurrunt † quatuor instrumenta venditionum dicta-
rum terrarum & domorum factarum ab illis de Pelliza-
riis de anno 1570. & 1571. in quibus apparet, eos ven-
dere bona prædicta tanquam spectantia ad Ecclesiam S.
Michaelis, & sic pro illis soluere dictæ Ecclesiæ annuum
affictum. Et Franciscus Montinus rector tunc temporis
dictæ Ecclesiæ consensit dictis venditionibus, & fecit
nouas inuestituras de dictis bonis tanquam ad dictam
Ecclesiam spectantibus, quæ instrumenta iuncta confes-
sione prædicta multum operantur, ex his, quæ in his ter-
minis deducit Paris. consil.7. num. 13. lib. 4. & magis in
specie Soc.consil. 11.num.2.lib.3.Et maxime, quòd in di-
ctis instrumentis enuntiatur directum dominium dictæ
Ecclesiæ, vt patet ex illis verbis, accedente consensu di-
recti domini, quem cõsensum statim & immediatè Fran-
ciscus Montinus rector dictæ Ecclesiæ, tanquam directus
dominus præstitit, & non est dubium, verba enuntiatiua,
etiam quando de enuntiato principaliter agitur, præ-
sumptionem facere, vt per Aym.post alios de antiq. tem-
por. part.1.§.propositum. num.55.cum tribus seq. ¶Ter-
8 tiò, concurrit † etiam solutio affictus probata nedum ex
ex confessione Ioan. Pugnetti, & Francisci Montini,
dum liberauit venditores à solutione affictus, prout in
dictis instrumentis venditionum, sed etiam ex quatuor
instrumentis quietationum factarum per Alexandrum
9 Modernum rectorem dictarum Ecclesiarum nouiter pro
parte ipsius productis. Certum † est autem, solutionem
affictus facere indicium, & præsumptionem ad proba-
tionem dominij. Bald.in l.indicia, num.2.prope.fin.vers.
secundum exemplum.& ibi Angel.num.2.vers.potest ta-
men.& nu.3.& Salyc.post med.vers.idem ponit. C.de rei
vindic.idem Salyc.in l.proprietatis.in fine. C.de probat.
Roman.cons.127.num.1.Felyn.in d.c.ad audientiam.sub
nu.16.de præscrip.Chassan.cons.16.nu.4.Boer.decis.105
num.13.vers. sentit Ludouicus, & Paris. de Put. de feud.
reintegr. fol.mihi.39.num. 8. ¶ Non obstant in contra-
rium adducta. ¶Et in primis non obst.quòd obiicitur
confessioni Ioan. Pugnetti, quòd contrarium confes-
sus fuerit in secundo constituto ibi facto de anno 1557.
& sic per duos annos post primam confessionem. ¶Si-
quidem respondetur, negando contrarietatem, Nam
in secundo constituto interrogatus, an Ecclesia sancti
Michaelis habeat domum seu domos annexas, respon-
dit, dictam Ecclesiam habere tres domos simul annexas.
interrogatus autem in primo constituto facto de anno
1555. an dicta Ecclesia habeat aliquam domum conti-
guam.& si locatur,& qua pésione, respódit idem, videli-
cet dictam Ecclesiã habere tres domos simul annexas. Et
licèt hæc responsio sit amplior illa, quia continet solu-
tionem affictus, & quasdam terras existentes à parte po-
steriori dictarum domorum, tamen sat est, istas respon-
siones inuicem non esse contrarias, sed vnam plus altera
continere. Et quamuis in secundo constituto interroga-
tus, an dict. Ecclesia habeat aliqua bona, & redditus, &
quos,& quot,& vbi, responderit, se nihil scire, nihilomi-
nus eius responsio intelligenda est, exceptis domibus &
terris & solutione affictus, de quibus in primo constitu-
to. pro qua concordia facit, quod in simili tradit Bart. in
l.de ætate, nu.11. vers. nunc ad propositum. ff. de minor.
vbi vult, † quòd si testis, qui prius dixit, Titium maiorem 10
esse ex aspectu, interrogatus, quid sit aspectus, dixit se ne-
scire, non est sibi contrarius, & probat, quia intelligitur
se nescire aliter quam dixerit. Hoc idem voluit Bald.in l.
data opera.nu.3.. vers. item intelligitur. C.de his qui ac-
cus. non poss. vbi vult, quòd si testis examinatus super
primo articulo loquente de contractu, dixerit, vera esse
contenta in articulo, deinde examinatus super secundo
articulo loquente de obligatione eiusdem contractus,
dixerit se nihil scire, quòd testis non est sibi contrarius,
& quòd probat, quia intelligitur nihil scire, scilicet aliud
quàm dixerit. & Bart. & Bald. sequuntur Aret. in c. cum
tu.nu.5.& Felyn.num.3. versic. & in proposito. de testib.
Anto.Gabriel.lib.7.de criminal.conclus.29.nu. 36. ¶Se-
cundò nonobstat, quòd quatuor instrumenta venditio-
num cum eorum enunciatiuis confunduntur ex qua-
tuor instrumentis quietantiarum, in quibus apparet,
modernum rectorem recepisse affictum ab emptoribus
nomine Ecclesiæ S. Petri, ac etiam nomine eiusdem Ec-
clesiæ eos inuestiuisse. Nam tollitur obiectum, tum quia
illa verba nomine dictæ Ecclesiæ & rectoriæ, stant de-
monstratiuè, non taxatiuè, ea ratione, quia rector reside-
bat in Ecclesia S.Petri, ideoque de ea tantùm mentionem
fecit. vltra quod verba in dubio stant potius demonstra-
tiuè, quàm taxatiuè. Tum etiam, quia rector approbauit
dicta instrumenta venditionum, recipiendo canonem ab
emptoribus secundùm formam & tenorem dictorum in-
strumentorum, ac etiam referendo se ad illa. ¶Tertiò non
obst.quod instrumentum locationis factæ de anno 1499.
non conueniat in denominatiune cõfinium cum instru-
mentis venditionum factarum de annis 1570. & 1571.
Quia licèt † sit diuersitas inter nouos & antiquos confi- 11
nes, tamen, ex quo constat de corpore ratione possessio-
nis. quia terræ contentæ in instrumento locationis fue-
runt semper possessæ à descendentibus Christophori &
Thomasij de Pellizariis, quibus facta fuit locatio, vel à
personis eiusdem familiæ de Pellizariis satis dicitur con-
stare de identitate, prout in his terminis arguit afflict.de-
cis.23.sub.nu.2.

CANTVCCII.

Romanensis supplementi legitimæ de Alteriis,
Die 17.Aprilis.1581.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens filiam dotatam ab hæreditate dotanti, non habet locum, quando pater filiam dotauit, & decessit ante conditum statutum.*

2 *Statu*

2 *Statutum nouum declaratorium antiqui trahitur ad præterita ex communi.*

Declara tamen, vt nn. 3. 4. & 5.

3 *Verbum hæredum, positum in statuto exclusiuo fœminarum, intelligitur solùm de descendentibus masculis.*

DECISIO CXLII.

DOmini dixerunt, statuta antiqua & non noua at-
1 tendenda esse: statutum enim, quod † excludit fi-
liam dotatam ab hæreditate dotantis, non habet locum,
quando pater filiam dotauit, & decessit ante conditum
statutum, quia intelligitur de hæreditate deferenda, non
de delata. ita Bald. in l. illam. nu. 2. vers. ex hoc arguitur. C.
de donat. vbi vult, quòd si fiat hodie statutum, quòd filia
dotata non succedat dotanti, & quidam dotanerat filiam
& decesserat, quòd hoc statutum non disponit in hoc
casu hæreditatis delatæ, sed respicit tantùm futuros ca-
sus hæreditatis deferendæ, puta si pater viuebat. Et Bal.
refert & sequitur Brun. de stat. excluden. fœmin. propter
mascul. artic. 6. num. 262. in fin. Crot. in l. omnes populi,
num. 140. versic. hinc verificatur. ff. de iustit. & iure. vbi
subdit rationem, quod quando pater decessit ante statu-
tum, actus est iam perfectè consummatus, & ideò ad il-
lum non extenditur virtus statuti. ¶ Vnde statutum no-
uum lib. 1. c. 141. disponens, quòd filiæ vel neptæ dotatæ
à patre vel auo sint contentæ dotibus sibi in vltima vo-
luntate, vel inter viuos à patre vel auo datis vel relictis,
nec aliqoid petere possint occasione supplementi legiti-
mæ ab hæredibus patris, vel aui de agnatione etiá trans-
uersali nō habebit locum in casu nostro, in quo Æmilius
Altinus dotauit Liuiam eius filiam, & obijt ante confir-
mationem præsentis statuti noui, & sic hæreditas erat fi-
liæ iam delata, non autem deferenda. ¶ Non obst. mo-
tus proprius confirmationis Sanctissimi D. N. decer-
nens, omnes lites & controuersias in futurum post Cal.
Augusti 1580. debere terminari secundùm statuta noua,
& lis de qua agitur, mota fuit Cal. Augusti 1580. licèt
Æmilius antea mortuus fuerit, quia intellligitur de liti-
bus & controuersiis ortis ex negotiis & caussis futuris,
non autem ex negotiis & caussis præteritis: nam statuta
non respiciunt negotia & caussas futuras, prout clarè
ostenditur ex illis verbis confirmationis, nulla alia statu-
ta, quàm hæc noua ad futurarum caussarum decisionem
ac negotiorum expeditionem allegari possint. Quamuis
igitur lis, de qua agitur, orta sit postquá statuta noua cœ-
perunt ligare, tamen negotium, & caussa illius fuit antea,
& propterea non noua, sed vetera statuta sunt attenden-
2 da. ¶ Nō obst. quòd † statutum nouum cum sit declarato-
rium antiqui, trahitur ad præterita. Doct. communiter in
cap. fin. & præcipuè Felin. num. 4. de constit. cum aliis. de
quibus per Gabriel. de regul. iur. conclus. 3. num. 10. Nam
respondetur. ¶ In primis negando, statutum nouum
esse declaratorium antiqui, imò est noui iuris inducti-
uum, dum dicit, de agnatione etiam transuersali. Statu-
tum enim antiquum, dum loquitur de hæredibus, intel-
ligebatur de descendentibus, non de transuersalibus,
3 quia † in statuto exclusiuo fœminarum, verbum hære-
dum, intelligitur solùm de ascendentibus masculis, vt la-
tè deducit Nat. in tract. quod stan. mascul. 4. q. prin. n. 140.
in fi. vsque ad nu. 152. Brun. eod. tract. art. 12. q. 33. nu. 304.
cum tribus seq. prout in terminis dicti statuti antiqui re-
solutum fuit in illa Roman. de I ante coram R. P. D. Al-
dobrandino 11. Maij. 1576. & 19. Nouembris eiusdem
anni: & illa verba, etiam transuersali, ostendunt esse no-
uum ius, quia dictio, etiam ampliat. Sarnen. in compend.
vtriusque signat. num. 63. ¶ Præterea respondetur, quòd
quando etiam statutum nouum esset declaratorium an-
4 tiqui, nihilominus ex quo † confirmatio Papæ se refert
ad futura, non comprehendit præterita, quia constat de
eius mente, quòd noluit comprehēdere præterita But. in
fin. nu. 15. ante med. vers. nisi statutum nouiter factum
Imol. nu. 12. vers. nam primo dicit. Barbat. num. 39. vers.
nam primo dicit. Felyn. nu. 5. de constit. Belognet. in d. l.
omnes populi. nu. 293. Nec obst. si replicádo dicatur cum
Dec. in d. c. fin. nu. 13. ante med. vers. sed tamen conside-
randum est, quòd quamuis statutum declaratorium ad
futura se referat, tamen ex quadam necessitate ad præte-
rita quoque debet extendi, ne alias inducatur quædam
perplexitas ac repugnantia, vt scilicet sit statutum decla-
ratorium, & non habeat locum in præteritis, cùm natura
statuti declaratorij sit, vt ad præterita porrigatur. Quia
† potest responderi cum Bolognet. in d. l. omnes populi. 5
nu. 163. vers. mihi tamen magis placet, quod non incon-
uenit, vt statutum declaratorium, quod se refert ad fu-
tura, velit dare certam declarationem futuris negotiis,
& præterita relinquere sub determinetione antiqua in-
ducta vel ex consuetudine, vel Doct. declaratione, vel
alio modo: In casu autem nostro negotia præterita po-
terant relinqui sub determinatione antiqua proueniente
ex declaratione Nat. & Brun. loquentium in propriis ter-
minis statuti nostri, maximè, quod eorum declarationem
Rota approbauit.

CANTVCCII.

Sabinen. Castrorum. Lunæ, 17. Aprilis. 1581.

SVMMARIA.

1 *Immissus in possessionem ex secundo decreto dicitur effectus dominus rei contra eius aduersarium si erat verus dominus.*

2 *Deliberatio & adiudicatio iudicis facta creditori pro vero debito est titulus habilis ad translationem dominij.*

3 *Titulus dominij superueniens extinguit caussam pignoris & hypothecæ.*

4 *Possessio ex noua caussa censetur mutata etiam absque alia declaratione animi.*

5 *Adiudicatio, de qua non constat processus, nec de eius solemnitatibus à iure requisitis, non attenditur.*

Declara tamen, & limita, vt nn. 6. 8. 9. 11.

7 *Allegari & deduci aliquid potest per viam exceptionis, quod non potest per viam actionis.*

8 *Decretum præsumitur solemniter factum ex antiquitate temporis, & enuntiatione solemnitatum in genere.*

Imò etiam sine enuntiatione, licèt requirat caussa cognitionem, stante longissimo tempore. & nu seq.

9 *Ius suum nemo præsumitur indiscussum relinquere.*

10 *Solemnitas appretiationis præsumitur propter vetustissimam possessionem.*

11 *Amissio actuum inducit præsumptionem solemnitatum pro eis.*

12 *Amissio actuum quomodo probetur.*

13 *Vsuras percipiens ex re pignorata non potest super ea impetrare dominium, vel in solutum sibi assignari.*

DECISIO CXLIII.

DOmini dixerunt, iura, de quibus agitur, obstare
Dominis de Vrsinis, illáque attendenda esse etiam
ad effectum translationis dominij castrorum, de quibus
agitur, in Comitem Albertum, & extinctionis pignoris,
cuius nomine huiusmodi castra prius eidem Comiti
tradita fuerant. Quia cùm illa de anno 1524. fuerint per
Gubernatorem Vrbis deliberata Comiti Alberto tan-
quam plus offerenti, cùmque † postea idem Comes fue- 1
rit immissus in possessionem ex 2. decreto, non est du-
bium, illum effectum fuisse dominum, ex quo Cardi-
nalis Franciottus, contra quem facta fuit deliberatio &
immissio, erat dominus. Doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff.
de dam. infect. Negus. de pignor. par. 3. membr. 2. nu. 9. &
† deliberatio & adiudicatio iudicis facta creditori pro
vero debito, est titulus habilis ad translationem domi- 2
nij. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. l. 1. & l. fin. C. si in
cau. iudic. Quo titulo Comiti Alberto † superueniente 3
extincta fuit caussa pignoris, & hypothecæ, l. pen. in fin.
ff. de except. rei iud. l. elegáter in princ. vbi Bart. & Bald. ff.

3 *Exceptio debet esse de regula.*
4 *Iurisdictio Episcopi in loca exempta quæ sit: & qui casus dicantur respicere locum exemptum, & qui personas.*
5 *Exemptio acquiritur etiam per præscriptionem.*
6 *Ordinarius habet de iure communi fundatam intentionem pro sua iurisdictione tuenda contra exemptionem allegantem.*

DECISIO. CXLV.

DOmini plora firmarunt. In primis, Reuerendiss. D
Episcopo Salamantin. non licuisse nec licere erige-
re Tribunal & deputare Prouisionem in oppido Medinæ
loco exempto, quia Episcopus non potest in loco exẽpto
1 pro tribunali sedere, nec † suam per se, vel per alium
exercere iurisdictionem. ca. cùm Episcopus. de offic. ord.
lib. 6. ¶Non obstat, quòd quando Episcopus in loco
exempto habet in certis casibus iurisdictionem, prout
habet Episcopus Salamantin. in quatuor casibus sibi in
bulla Sixti reseruatis, quod tunc in loco exempto potest
officialem deputare, & suam iurisdictionem exercere,
quia quoad illos casus est iudex, prout in terminis decla-
rat Ioan. Monac. in d. c. cum Episcopus. nu. 3. vers. sed po-
2 ne. ¶Nam respondetur, quod † aut Episcopus in illis
certis casibus habet iurisdictionem in loca exempta, &
tunc potest constituere officialem, & suam iurisdictio-
nem exercere. clem. attendẽtes. de stat. Monac. clem. quia
contingit. de relig. domib. Et ita procedit dictum Io. Mo-
nac. Aut Episcopus habet iurisdictionem solùm in per-
sonas exemptas, & tũc secus. c. 1. de priuileg. lib. 6. clem. 1.
de testam. Ista est distinctio Io. Andr. in d. c. cum Episco-
pus nu. 1. in fi. & nu. 2. quã ibi sequuntur omnes. Gemin.
col. pen. circa med. vers. sed quod si Episcopos. alias nu. 1
Anch. nu. 2. Franc. nu. 3. in fin. Butr. nu. 7. Soc. in c. recepi-
mus. num. 67. versic. quod limitat. de priuileg. ¶Non
obstat, quòd exemptio Sixti loquens de loco & personis,
excipit de eodem loco & personis quatuor casus, videli-
cet, sacrilegia, caussas matrimoniales, caussas appellatio-
num, & institutiones seu confirmationes præsentato-
rum, qui casus cùm excipiantur de loco exempto, sequi-
3 tur, vt in illis casibus locus nõ sit exemptus, quia † exem-
ptio est de regula. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. le-
gat. Siquidem respondetur, quòd quatuor casus per bul-
lam Sixti excepti respiciunt personas, & non loca, nem-
pe sacrilegos, coniuges, appellantes, & clericos præsen-
tatos ad beneficia, & sic sumus in casu, c. 1. de priuil. lib. 6.
Et Ioan. And. & cæteri post eum, in d. c. cum Episcopus.
4 exemplificant † iurisdictionem Episcopi in loca exempta,
in casu clem. attendentes, de stat. monac. vbi tribuitur or-
dinariis ius visitandi auctoritate apostolica monasteria
Monialiũ exempta. Et in casu clem. quia contingit. de re-
lig. domib. vbi ordinariis locorum iungitur onus recupe-
randi, & in debitum statum reducendi bona hospitalium
exemptorum occupata, deperdita, & indebitè alienata
in euentum, quod rectores eorundem hospitalium præ-
missa facere negligant, & sic clarè patet in vtroque casu
competere ordinariis iurisdictionem in loca exempta.
Nec est verum, quòd isti quatuor casus excipiantur de
loco exempto, ita vt in illis locus non sit exemptus, quia
imò excipiũtur de personis exemptis, non de loco exem-
pto, cùm sacrilegia, caussæ matrimoniales, & appellatio-
num, & institutiones, seu confirmationes præsentato-
rum non cadant in loco, sed in personis, vt per se patet.
¶Minus obstat, quòd cùm ante præscriptionem Reue-
rendiss. D. Abbatis, Reuerendiss. D. Episcopus esset or-
dinarius oppidi Medinæ, tam respectu loci, quàm perso-
narum, cumque præscriptio nihil illi abstulerit, quoad
quatuor casus, sequitur, vt hodie quoad illos remaneat
ordinarius tam respectu loci, quàm personarum. ¶Nam
respondetur, quòd cùm quatuor casus respiciant perso-
nas & non loca, præscriptio nihil abstulit Episcopo res-
pectu personarum in illis quatuor casibus, & per conse-
quens, quòd ipse remaneat hodie ordinarius respectu
personarum in eisdem quatuor casibus. ¶Nec etiam ob-
stat, quòd non sumus in loco exempto. Quia imò sumus,
cùm præscriptio siue consuetudo, de qua in bulla Sixti,
sit talis, vt non solùm eximat, sed etiam iurisdictionem
tribuat, vt resolutum fuit coram R. P. D. Seraphino 9.
Maij. 1580. Et † quòd exemptio nedum per priuilegium, 5
sed etiam per præscriptionem acquiratur, est text. in cap.
cùm personæ. & ibi Docto. de priuileg. lib. 6. ¶Item &
secundò, firmarunt Domini, Episcoporum non potuisse
facere præceptum generale clericis oppidi Medinæ, vt se
præsentarent coram eo ad exhibendum titulos suorum
beneficiorum, & se examinandum. Quia ad eum spectat
solùm institutio & confirmatio præsentatorum, & ideò
debuerat facere præceptum particulare, vt exhiberent
titulos suorum beneficiorum, ad quæ præsentati fuerunt.
Et tantò minus licuit Episcopo facere dictũ præceptum
generale, quod in eo asserit, collationem beneficiorum
ad se spectare, vt patet ex illis verbis, *attento quòd in præ-
dicta Abbatia ad eum pertinet collatio & institutio bene-
ficiorum & capellaniarum ipsius, & sic iurisdictionem suam
limitatam ad institutiones & confirmationes præsentationum
volebat extendere ad collationem.* Præterea & tertiò, Do-
mini dixerunt, quòd donec Abbas probet consuetudi-
nem dandi ordinationes, & literas dimissorias, Epis-
copus, qui habet intentionem fundatam de iure com-
muni, potest vti sua iurisdictione in conferendis ordi-
nibus, & concedendis literis dimissoriis, iuxta text. in c.
cùm personæ. in fine, de priuileg. lib. 6. ¶Quod procedit,
etiamsi Episcopus non esset in quasi possessione dandi
ordines & literas dimissorias, quia † ordinarius siue sit 6
in possessione subiectionis, siue non, potest vti sua iuris-
dictione contra eum, qui ad probandum se esse exem-
ptum allegat præscriptionem, siue consuetudinem præ-
scriptam, prout in casu nostro, quousque præscriptio-
nem probauerit, ita post Lap. & Abb. tradit Gemin. in
d. c. cùm personæ. in fin. per illum text. in fin. Et propter
odium præscriptionis, & propter fauorem iuris commu-
nis, vt ibi latiùs per eum, quem sequuntur ibi Anch. nu. 6.
in 12. not. & Franc. in §. si verò in 2. not. & Soc. in d. cap.
recepimus, nu. 72. de priuileg. lib. 6. ¶Vltimò, fuit dictum,
attentata hinc inde deducta maiori ex parte pendere à
neg. principali, & à declaratione quatuor casuum in bul-
la Sixti reseruatorum. ¶Et propterea non esse deuenien-
dum ad aliquam attentatorum reuocationem, sed satis
esse confirmare sententiam vltimo loco latam.

CANTVCCII.

Asculan. fructuum. Veneris. 5. Maij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Tempora tria consideranda in acquisitione bonorum debitoris per viam iudiciariam. cum num. seq.*
2 *Debitor confitens se esse debitorem quantum tempus debeat habere ad soluendum, cum distinctione. ex commun.*
3 *Tempus quod datur post captam tenutam vsque ad rei venditionem, est arbitrarium.*
4 *Tempus subhastationis in bonis priuatorum distrahendis est iudici arbitrarium.*
5 *Tempus designatum per dictionem, diu, est in arbitrio iudicis.*
6 *Dispositio quælibet qualiscunque sit, recipit interpretationem à consuetudine etiam contra propriam significationem verborum.*
7 *Enunciatiua verba, etiam quando de enunciato principaliter agitur, faciunt præsumptionem.*
8 *Præsumptio est pro iudicis decreto, in quo solemnitates in specie sunt enunciatæ.*

DECISIO CXLVI.

REsolutum fuit, acta, de quibus agitur, sustineri de
iure communi. A die enim 25. Maij. 1551. vsque ad
diem 22. Augusti eiusdem anni, satis superq; includuntur

1 tria † tempora, de quibus hic per informantes Philippi,
videlicèt tempus, quod Medessus post confessionem debiti habuit ad soluendū: item tempus, quod post captam tenutam aote eius venditionem requiritur, demùm tempus infra quod subhastatio perficitur. ¶Primum tempus fuit 10. dierum, quod cæpit currere a die 25. Maij 1551. quando Medesso præsenti & debitum confitenti, fuit factum præceptum de illud soluendo. Nam com-
2 munis est Doct. distinctio, quòd † aut debitor in ius vocatus oblato libello, & lite contestata confessus est se esse debitorem, & condemnandus est per diffinitiuam sententiam, & datur ei tempus quadrimestre ad soluendum, iuxta leg. 2. & fin. C. de vsur. rei iud. Aut verò conuersus est debitum nullo oblato libello nec lite contestata, prout accidit in casu nostro, & tunc contra eum fertur sententia interlocutoria, hoc est, fit præceptum de soluendo infra 10. dies, idque oon de iure, sed de consuetudine. ita post Iacob. de Butrig. distinguit Bat. in l. si debitori post prin. vers. dicebat. Alber. sub nu. 1. versi. aut confessio. Ang. num. 5. & 6. Fulgos. sub nu. 5. & Iacob. de sancto Georg. num. 21. circa medium, vers. in eadem gloss. ff. de iudic. Imo. in cap. quærenti, nu. 11. & ibi Abb. sub num. 5. ff. de offi. delega. ¶Secundum tempus, quod lapsis 10. diebus à die captæ tenutæ vsque ad eius venditionem intercedere debuit, vel fuit duorum mensium, vel arbitra-
3 rium, cùm simus † in executione sententiæ interlocutoriæ, hoc est, illius præcepti de soluendo. Doct. communiter. in l. à diuo Pio. §. in venditione & maximè Alexand. num. 10. & Ias. num. 15. & 16. qui de communi testantur. ff. de re iudicata. ¶Tertium tempus subhastationis fuit
4 arbitrarium: licèt enim † text. in l. ordo. C. de execut. rei iud. requirat res diu subhastari: & Bald. ibid. nu. 4. in fine, dicat, non esse repente procedendum ad venditionem, sed pluries & diu subhastandas. Et Paul. de Castr. ibid. num. 3. inquit, subhastationes debere durare per plures & plures dies, ne fiat fraus: nihilominus in bonis priuatorum distrahendis tempus, intra quod subhastatio fieri debet, cùm non sit a iure determinatum, arbitrio iudicis relinquitur, vt idem Bald. declarat. in d. l. ordo, nu.
5 6. inquiens, tempus † designatum per illam dictionem, diu esse in arbitrio iudicis, quando venditio vel adiudicatio fit ex interlocutoria, prout in casu nostro. Et hoc idem tenet ibi Salyc. post princ. vers. item not. Bart. in l. licitatio. in prin. num. 3. ff. de publican. Ioan. de Plat. in l. si tempora nu. 1. C. de fide instrumen. & iur. hast. fisc. lib. 10. Capic. decis. 36. sub num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 129. num. 2. Roland. consil. 33. sub num. 14. lib. 1. ¶Non obstat, quòd non sit credendum Doct. supra citatis attestantibus, generalem esse consuetudinem, vt reo debitum confitenti, quando non proceditur in futura iudicij, detur tempus 10. dierum ad soluendum. Quia fuit per Dominos responsum, credendum esse ad effectum, de quo agitur, nempe ad effectum carentiæ malæ fidei Ioannis. ¶Secundò non obstat, si dicatur, quòd cùm in casu nostro in præcepto de soluendo non fuerit appositus terminus 10. dierum, intelligitur tacitè de termino legali quatuor mensium, prout expressè tradit Bald. in dict. leg. si debitor. in 3. not. Quia potiùs debet intelligi de termino consuetudinario 10. dierum quàm de legali qua-
6 tuor mensium, cùm † quælibet dispositio, qualiscunque sit, recipiat interpretationem a consuetudine, etiam contra propriam significationem verborum. Innoc. in cap. olim. sub num. 2. de verb. signific. Abb. in cap. certificari. sub. nu. 2. de sepult. Ruin. cons. 150. nu. 13. lib. 1. Dec. in l. semper in stipulationibus, num. 10. de regul. iur. & patet ex quamplurimis exemplis collectis, per Barbat. Felyn. Dec. & Rip. in c. cum M. Ferratien. de constit. & latissime per Gabriel. lib. 6. de consuetud. conclus. 1. Et tantò magis in casu nostro, in quo, vt dixi, agitur ad effectum carentiæ malæ fidei. ¶Tertiò non obstat, quòd in casu isto non constat de captione tenutæ. Quia hic plura concurrunt. ¶In primis enūtiatio, quæ fit de tenuta capta per relationem ad acta. Verba enim † enunciatiua, etiam quan- 7
do de enuntiato principaliter agitur, faciūt præsumptionem, vt per Aym. post alios, de antiq. tempor. part. 1. sect. propositum. nu. 55. cum trib. seq. ¶Secundò, tacita cōfessio partis resultans ex eius non reclamatione in actu intimationis sibi factæ de recuperando supradictam tenutam, quæ recuperatio præsupponit capturam. ¶Tertiò, amissio actorum. Quartò præsumptio, quæ capitur pro decreto iudicis mandantis ea fieri, quæ tenutam subsequuntur, & quæ nun, nisi ea præcedente, fieri potuissent, maximè, quòd solemnitas captionis tenutæ fuit specificè enuntiata. Præsumitur † enim pro iudicis decreto, in quo 8
solemnitates in specie sunt enuntiatæ. Felyn. in c. quoniam contra nu. 37. post med. vers. limita seu declara, & ibi Dec. nu. 41. vers. & istud, quod dictum est de prob. Alciat, de præsumpt. l. 3. præsumpt. 10. num. 2. cum seq. cum multis alijs, de quibus per Gabr. lib. 2. de sent. conclus. 5. nu. 37. & 38. In hanc opin. seruat Rota, vt per Achil. de decret. decis. 2. vbi testatur hanc esse commun. opin. ¶Reliqua, quæ pro parte Philippi allegantur, responsione non indigent, cùm ex facto tollantur, vltra quod per informantes io facto pro parte Ioannis satis euacuantur.

CANTVCCII.

Roman. fideicommissi seu legati. Veneris, 12. Maij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Intellectus communis ad l. non est dubium. C. de legat. habet locum, quando occupatio fit clam: secus autem si fiat palam.*

Item limitatur fauore piæ caussæ. nu. 4.

2 *Verbum, subtrahere, denotat clandestinam amotionem.*

3 *Legatarius furtiue occupans possessionē rei legatæ iure suo priuatur, quantumcunque hæreditas non fuerit edita.*

5 *Dispositio l. si quis in tantam. C. vnde vi, non procedit contra prælatum nomine Ecclesiæ occupantem, ita vt Ecclesia teneatur. ex commum.*

Imo ampliatur, vt procedat etiam si prælatus vna cum capitulo, vel habita congregatione vel consilio cum eo, occupauerit, nu. 6.

DECISIO CXLVII.

Licèt communis intellectus, ad l. nō est dubium. C. de legat. sit vt legatarius occupans rem legatam propria auctoritate, tunc demum cadat à iure suo, si occupauerit post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem, omissa distinctione, an occupauerit palam vel clam, vt per glos. Bart. Bald. Salyc. Castr. Alexand. Iac. de sancto Georg. & Ias. ibi, & de communi testatur ibidem Curn. Nihilominus † verior, & verbis ac menti illius le- 1
gis, & congruentior videtur intellectus, vt adhibenda sit distinctio, num occupatio fiat clam, vel palam, vt primo casu sit locus caducitati, secundo verò non. Et ita intelligit ibi Fulgos. ponderando † verbum, subtraxisse. qnod 2
denotat clandestinam amotionem. l. subtracto. C. de furt. l. 1. ff. de abig. quē intell. sequitur ibi Corn. addens & eam rationem, quia cùm simus in pœnalibus & restringendis, videntur coniungendæ ambæ solutiones gloss. Et hoc idē vult Ang. in l. vnica. circa med. vers. potest etiam dici. C. quorum legat. dicens, † legatarium furtiuè occu- 3
pantē possessionem rei legatæ iure suo priuari, quantumcunque hæreditas non fuerit adita, per d. l. nō est dubium. Idem quoque tenet Roman. consil. 312. in princip. inquiens legatarium palam propria auctoritate legatum vsusfructus accipientē, non perdere ius suum, licet secus si clam. Tunc enim absque dubio iure ipsius vsusfructus priuatus extitisset, per d. l. non est dubium. idē Corn. cons. 140. in fin. verbis, lib. 1. & hanc eandem sententiam latè

prose

prosequitur Ant. Gomes. in l.thauri.l.45.nu.132. ¶Item
4 dispositio.d.l.nõ est dubium, limitatur † fauore piæ caussæ: ita Capr.cons.7.nu.34.& cons.32.nu.13.Tiraq.de pri-
5 uileg.piæ caus.priuileg.45. Quia † quemadmodum dispositio.l.si quis in tantam. C.vnde vi. non procedit contra prælatum nomine Ecclesiæ occupantem, ita vt Ecclesia teneatur, vt latè per Menoch.de recuper.possess.remed.9.nu. 101. cum seq.& de communi testatur Rip. in c.sæpè.nu.95. & in l.fi.num.174.C.de reuoc.donat. Imò
6 † ampliatur secundùm nonnullos, quorum sententiam latè tuetur Menoch.vbi supra.nu.104. cum plurib.seq.vt procedat etiam si prælatus vnà cum capitulo, vel habita congregatione vel communicato consilio cum eo occupauerit: ita pari ratione dispositio.dict.l.non est dubium, non debet habere locum in prælato rem legatam nomine Ecclesiæ propria auctoritate occupante. Et ita renuerunt Domini pro Hospitale sancti Iacobi incurabilium de Vrbe contra Orsettam Amonen. in vna Roma. fideicommissi, coram Decano 12.Maij.1581.

CANTVCCII.

Roman.pecuniaria de Zabreiis. Mercurij, 17. Maij.1581.

SVMMARIA.

1 *Obligatio creditorum de cedendo omnia eorum iura, ex quibus colligatur, vt intelligi debeat de toto credito, non autem de summa redacta. cum nu.2.3.& 6.*

4 *Cessio, quando soluitur pecunia, est quædam nominis siue actione emptio.*

5 *Lites computantur in pretio rei.*

7 *Creditum vltra summam redactam repertum, quando censeatur per acceptilationem remissum.*

8 *Cessio iurium facta ex interuallo post solutionem nihil valet? secus si sit facta in ipsa solutione, vel post in continenti.*

Limita etiam nisi præcesserit pactum de cedendo. nu.11.

9 *Prius nec posterius in eodem instrumento vel contractu non datur, sed simul & semel assumit vires suas, quando est à partibus absolutus.*

10 *Cessio iurium respiciens plura tempora, & qualitates, debet intelligi secundùm tempus & qualitates, quibus adhæret.*

Limita & declara, vt nu.seq.

12 *Acceptilatio inualida respectu formæ non potest sustineri in vim pacti.*

DECISIO CXLVIII.

QVia in vltima positione huius caussæ fuit per aliquos ex Dominis excitata difficultas, *an obligatio creditorum de cedendo omnia eorum iura, intelligatur respectu summæ redactæ, vel potius respectu integri crediti.* Ideò visa fuit mihi hæc difficultas particulariter discutienda. Proposui igitur illam 17. Maij 1581. In qua Domini tenuerunt, obligationem prædictam debere intelligi respectu integri crediti, & non respectu summæ redactæ
1 Moti ex pluribus. ¶Primò, quia † d.obligatio non est restricta ad summam redactam, sed est generalis de cedendo omnia iura, meritò debet comprehendere non solùm iura respectu summæ redactæ, sed etiam iura respectu integri crediti, cum vtraque iura essent creditorũ, & vtraque illis competerent. ¶Secundò, quia concurrit multiplex verisimilitudo mentis Illust.D.Cardinalis, quòd intellexerit sibi obligare creditores ad cedẽdum omnia eo-
2 rum iura respectu integri crediti. ¶Prima enim † verisimilitudo ex eo colligitur, quòd si creditores cederent eorũ iura solum pro summa redacta, Cardinalis non habuisset compensationem periculi triũ litium, quod in se suscepit. ¶Secunda verisimilitudo sumitur ex eo, quòd Cardinalis potest cõmodius ac facilius excludere creditores posteriores, qui nõ se subscripserunt calculo vtendo iurib. sibi cessis aliis creditorib. anterioribus non solùm pro summa redacta, sed etiam pro integro credito.

¶Tertia verisimilitudo, quæ animum Dominorum non parum mouit, fuit, quia cessio integri crediti, est necessaria Cardinali ad excludendam læsionem, quam hæredes Cardinalis de Gaddis prætendere possent, allegando castrum Rianij fuisse tantummodo venditum pro pretio scutorum 70000. ¶Nam in istu casu Illustr. Cardinalis Cæsius posset excludere huiusmodi læsionem, allegando illud plus, quod d.castrũ valebat, fuisse sibi cessum & donatũ à creditoribus Cardinalis de Gaddis ius habẽtibus in eius hæreditate, & cõsequenter in d.castro. Vnde cùm in casu isto concurrant tot verisimilitudines, & per consequens adsit multiplex interesse Illust. Cardinalis, credendum est, eum voluisse sibi cedi iura, non solùm pro summa redacta, sed etiam pro integro credito. ¶Tertiò facit, quia inter creditores & Cardinalem mediante calculo & apocha fuit initus cõtractus emptionis & vendi-
tionis. Nam † creditores promittentes cedere omnia 3
eorum iura vendiderunt nomen Cardinalis de Gaddis siue actionem. quam contra eum & eius hæredes habebant. & vice versa Cardinalis Cæsius promisit illis soluere varias pecuniarũ summas in calculo specificatas. Ces-
sio enim quando † soluitur pecunia, est quædam nomi- 4
nis siue actionis emptio, vt not.Ang.in l.Modest. per illũ tex.ante n.2.vers.est ergo.& ibi Im.n.3.vers.potes etiam notare.ff.de sol.facit tex.in l.si dubitetur, & in l.cum his, & ibi gl.& Bar.ff.de fideius. Vnde stante ista emptione & venditione inter creditores & Cardinalem, non est verisimile, eum voluisse solum modo cessionem pro summis redactis, & sic pro scutis 70000. & nihil consequi respe-
ctu trium litium, quas in se suscepit, quæ † in rei pretio 5
computãtur, ad not.in l.fundi partem.ff.de cõtrah.empt. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.18. Et tãtò magis, quòd illæ erãt magni põderis, prout euentus subsecutus docuit, quia Cardinalis in illis concordandis magnas pecuniarũ summas erogauit. ¶Quartò & vltimò tollitur omnis dif-
ficultas ex obseruantia subsecuta. Nam † omnes credito- 6
res in receptione pecuniarũ eorum crediti redacti cesserunt Cardinali integrũ eorũ creditũ in calculo specificatum, nõ aũt cesserunt eorum iura pro summa redacta tãtum, vt ex lectura instrumentorum cessionum liquidò apparet. ¶Non ob. allegata in contrarium pro parte Zabreriorum. ¶Et inprimis non obstat, quòd Zabrerij cedentes in genere iura, quæ habent qualiacunque & quãtacunque illa sint, satis dicuntur adimplere obligationem de cedendo omnia eorum iura. Quia obligatio (ponderando illa verba, vice versa) est correspectiua ad calculum, in quo fit mentio de credito integro, & de redacto: sed non potest esse correspectiua ad calculũ respectu crediti redacti, vt mox deducitur. Ergo debet esse correspectiua ad calculum respectu integri crediti, & sic Zabrerij cedendo simpliciter iura, quæ habent, nõ liberãtur ab eorum obligatione. ¶Secundò non obstat, quod impossibile sit, quòd creditores approbantes, & acceptantes reductionem eorum crediti, possint cedere iura, nisi pro credito redacto, quia approbando & acceptando reductionẽ cẽsẽtur illud plus, quòd est vltra summã redactã,
per viam acceptilationis remisisse, & † sic illud plus fuit 7
extinctũ. §.1. vers.sicut autẽ.Inst.quib. mod.tollit oblig. Si enim creditor in 10. dicat, se esse contentum de quinque, videtur alia quinque remittere, & sic per acceptilationem obligatio quoad alia quinque extinguitur, prout ibi. ¶Quia pro responsione dicitur, quòd tunc obiectum intraret, quando creditores post approbationem & acceptationem reductionis, & sic post remissionem partis crediti eorum factam per acceptilationem promisissent post aliquod interuallum cedere omnia eorum iura, tunc enim oporteret hãc generalẽ promissionem restringere ad summam redactam, ex quo vltra illam pro summa remissa non potest sortiri, effectum, cùm iura pro summa remissa sint iam extincta per acceptilationem. Clara

est

8 est † enim iuris conclusio, quòd cessio iurium facta ex
interuallo post solutionẽ, nihil valet, quia iura sunt ex-
tincta. leg. Modestinus in princ.& ibi omnes Doct. ff. de
solut. At secus est in casu nostro, in quo non ex interual-
lo, sed in ipso actu remissionis siue acceptilationis facta
fuit promissio de cedendo omoia iura. Nam cessio iu-
rium facta in ipsa solutiooe, vel post incontinentis valet,
& cessat iuris extinctio. d.l. Modestinus à contrario sen-
su, & ibi Doct.& præcipuè Bart.num. 4. ante med. vers.
aut cessio fit. ¶Quòd autẽ in casu nostro promissio dece-
dendo sit facta in ipso actu remissionis, patet, quia in eo-
dem instrumento post approbationem & acceptationem
reductionis incontinenti fit promissio de cedendo, &
9 † non est dubium, quòd respectu contenorum in eodem
instrumento vel contractu, non datur priùs nec posterius,
quia conttactus simul & semel assumit vires, quando à
partibus est absolutus, vt per Bart. in l. contractus. num. 4.
per illum text. C. de fid, instrum. Soc. in l. quibus diebus.
§. quidam Titio. num. 8. circa med. vers. præterea. ff. de
condit. & demonst. Cagnol. in l. lecta num. 129. & 157. ff.
si cert. pet. & in l. fin. num. 266. C. de pact. ¶Tertiò non
obstat, quòd creditores promiserunt cedere omnia iura
tempore solutionis vel dationis schedulæ bancariæ. Er-
10 go † intellexerunt de cessione iurium crediti redacti. Er-
go debet intelligi secundùm tempus solutionis, & per
consequens de credito tantùm redacto, quia illud solùm
erat soluendum, ad regul. leg. in delictis. §. si extraneus. ff.
de noxal. action. Tum etiam, quia tempore cessionis
creditum, quod era supra redactum, iam erat extin-
ctum per acceprilationẽ siue remissionem inductam ex
approbatione, & acceptatione reductionis. ¶Siquidem
11 † pro responsione dicitur, obiectum cessare in casu no-
stro, in quo præcessit conuenrio de cedendo omnia iu-
ra: nam cessio iuris facta post solutionem ex interuallo,
quando præcessit pactum de cedeudo, est valida, & suum
operatur effectum, quia iura nun sunr extincta, prout
clarè probat tex. in dict. l. Modestinus in prin. ibi. sine vl-
lo pacto. quæ verba omnes Doct. ibi in summario in-
telligunt de pacto de cedendo. Vnde quamuis in casu
nostro creditores cedaot eorum iura ex interuallo post
approbationem & acceptatiunem reductionis, & sic
post factam solutionem pruuenientem ex remissione
seu acceptilatione, nihilominus ista cessio, ex quo præ-
cessit pactum decedendo, valet, & operatur respectu iu-
rium totius crediti, quia stante pacto de cedendo, illa
remissio, siue ficta solutio non extinguit iura crediti re-
missi. ¶Quartò non obstat, si dicatur, quòd creditores
in subscriptiooe calculi per eos facta per duos menses
ante schedulam Cardinalis declararunt se esse cootentos
de omni eo, quod in calculo continebatur pro rata eo-
rum crediti ita taxati, & redacti, & sic per istam appro-
bationem & acceptationam crediti redacti factam per
duos menses ante pactum de cedendo dicuntur iura cre-
diti vltra redactũ extincta per remissionem, seu accepti-
lationem. Nam rẽspõdetur, huiusmodi acceptilationem,
ex quo fuit facta inter absentes, quia nec Cardinalis nec
aliquis eius nomine interfuit, fuisse inutilem, nec posse
sustineri in vim pacti, ex quo fuit nulla vitio formæ:
12 Communis est enim Doct. conclusiu, vt † quandn acce-
ptilatio est inualida ex defectu formæ, quia sit facta in-
ter absentes, noo possit sustineri in vim pacti. ita gloss. &
Doct. in l. an inutilis. in prin. ff. de acceptilat. in l. si vnus.
§. fin. ff. de pact. & in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obl. & be-
ne Aret. in §. 3. num. 1. in fin. & nu. 2. Instit. quib. mod. tol-
lit. oblig. ¶Quintò non obstat, quòd Cardinalis habue-
rit recompensam pro illis tribus litibus, quia excepta
lite monachorum sancti Pauli, pro qua fuit Cardinali
assignata in calculo summa scutorum 15000. vltra eam
nihilominus ipse soluit scuta 2400. Quoad alias lites, vi-
delicet Equites. Nicolai de Gaddis, & sororum siue hæ-
redis Careinalls de Gaddis, Cardinalis Cæsius nullam
habuit recompensam, prout ex lectura calculi manifesto
apparet. ¶Sextò & vltimò non obstat, quòd creditores
cesserunt iura generaliter, quia imò. contrarium expres-
sè apparet in instrumentis cessionum, in quibus fit speci-
fica cessio integri crediti.

CANTVCCII.

Aquilan. Prioratus. Veneris, 2. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Resignatio facta non seruata forma constitutionis de publi-
can. Pij V. est nulla ab ipso initio.*

2 *Decretum irritans trahitur retro, & operatur nullitatem
vsque ab ipso initio, & afficit omnia, quæ sequuntur.*

3 *Papa reuocans ea, quæ iuris positiui sunt, intelligitur ea re-
uocare prout ex tunc. ex commun.*

*Imò potest facere, vt res facta habeantur pro infectis etiam
quoad effectus præteritos. nu. 4.*

5 *Resignatio purè & liberè facta in manibus ordinarij non
abdicat ius à resignante, nisi seruetur forma constitutio-
nis de publicand.*

6 *Resignatio conditionalis facta in manibus ordinarij tan-
quam symoniaca non valet.*

DEISIO CXLIX.

DOmini tenuerunt, constitutionem de publican. fe-
rc. Pij V. babere locum in resignatione prioratus
de qno agitur, facta de anno 1559. per Ascanium Veru-
stum pure, & liberè in manibus bo. me. Bernardini Cyril-
li tunc temporis præceptoris hospitalis sancti Spiritus
de Vrbe, ad quem collatio dicti prioratus spectabat, &
† consequenter dictam resignatiunem ob non seruatam 1
formam dictæ constitutionis, quia resignatio non fuit
publicata, fuisse & esse nullam, inualidam, nulliúsque
roboris vel momenti, perinde ac si facta non fuisset, ac
ius ab Ascanio resignante non fuisset abdicatum. ¶Et
moti sunt Domini. ¶In primis ex verbis ipsius constitu-
tionis, quæ sunt clara. Comprehendunt enim resigna-
tiones antea factas, vt patet ibi, *quòd quæcunque dictorum
beneficiorum resignationes vsque in diem publicationis præsen-
tis constitutionis facta. Item resignationes factas in manibus Or-
dinarij vel alterius collatoris, vt ibi, tam in manibus suæ Sancti-
tatis quàm cuiuscunque Rom. Pont. sui prædecessoris, aut succes-
soris, aut cuiusuis alterius etiam loci ordinarij.* Item, *nullita-
tem & inualiditatem resignationum factarum in manibus
ordinarij aliter, quàm forma dicta constitutionis exigit*, pro
vt ibi, *alioquin resignationes & cessiones ac extinctiones, con-
sensuum huiusmodi aliter quam vt præfertur, &c.* pondetan-
do illam dictionem, *huiusmodi*, quæ nedum refertur ad
extensionem consensuum, sed etiam ad resignationes
& cessiones, & sic est relatiua resignationum & cessio-
num, de quibus superiùs constitutio locuta fuit. Supe-
riùs autem constitutio locuta est etiam de resignationi-
bus factis factis in manibus Ordinarij. Meritò illas quo-
que contra formam constitutionis factas nullas & inua-
lidas reddit. Vnde non est dubium, resignationem, de
qua agitur, ob non seruatam formam dictæ constitu-
tionis fuisse nullam ab ipso initio, haberíque pro non
facta, & effectum abdicationis iuris à persona resignan-
tis minimè operari. Nam † decretum irritans, quod est 2
appositum in dicta constitutione, habet oculos retrò,
& operatur nullitatem ab ipso initio. Cassad. super reg.
decis. 12. num. 4. cum seq. Sarn. in reg. de annal. q. 5. prope
fin. Iu. Paul. decis. 14. Achil. decis. 381. Et afficit omnia,
quæ sequuntur, ita vt nec effectum nec iuris fomentum
habeant. c. si eo tempore, & ibi not. de elect. in 6. Cassad.
decis. 1. nu. 7. de resti. spol. Sarnen. in reg. de trien. q. 49.
nu. 3. Et † Papa reuocando ea, quæ iuris positiui sunt, re- 3
uocat illa, vt ex tunc. glos. cõmuniter approbata in clem.
1. in verbo, pro infectis. de immunit. Eccles. Et † potest fa-
cere, vt res factæ habeantur pro infectis, etiã quoad effe- 4
ctus

ctus præteritos. Card. Imo. Panor. & alij in d. clem. 1. Tiraq. de const. poss. par. 3. limit. 7. nu. 47. ¶ Præterea vlim verba. d. constitutionis accedit & ratio, sicut enim resignatio conditionalis ad fauorem tertij facta in manibus Papæ non abdicat ius à resignante, nisi sequatur cōditio,
5 hoc est, nisi illi tertio ius quæratur, ita etiam, † resignatio purè & liberè facta in manibus Ordinarij non abdicat ius à resignante, nisi seruetur forma dictæ constitutionis, & sic nisi sequatur tacita conditio, quæ à d. constitutione intelligitur, ad not. in l. si quis accepro. ff. de condict. ob caus. Rot. decis. 4. ante nu. 2. de rerū permut. in antiq. ¶ Nō obstant in contrarium adducta. Et in primis non obstat, quòd resignatio purè & liberè facta in manibus Ordinarij abdicat omne ius. c. quod admonet. de renunt. Rot. decis. 4. in nou. Cassad. decis. 2. nu. 3. eod. tit. licet secus sit in resignatione cōditionali ad fauorē certæ personæ, prout in terminis huius constitutionis Pij V. Rota cùm ista distinctione transiuit in vna Callagur. thesaurariæ, coram D. de Grassis 10. Ianuarij. 1578. ¶ Siquidem responsum fuit, id incidenter in illa caussa dictum fuisse, nec ratione, vel auctoritate aliqua fulciri, & propterea attendendam non esse. Secundò nō obstat, quòd rationes expressæ in proemio d. cōstitutionis non militant in resignatione facta in manib. Ordinarij. Quia non intrat obiectum, ex quo constitutio expressè disponit de resignationibus factis in manibus Ordinarij. Et propterea non potest argumentari à cessatione rationum ipsius constitutionis, cùm eius verba sint clara, nominatim, & specificè resignationes factas in manibus Ordinarij comprehendentia. Vltra quòd ignorantia resignationis potest etiam cadere in Ordinario, qui succederet ei, qui resignationem admisit. ¶ Tertiò non obstat, quòd si resignans in manibus ordinarij non publicata resignatione, & non seruata forma d. constitutionis posset ad beneficium redire, sequeretur, quòd dicta constitutio introducta in odium resignantium redundaret in eorum fauorem. Quia attenta ista ratione sequeretur, vt nec etiam resignans in manibus Papæ ad fauorem certæ personæ non seruata forma dictæ constitutionis nequiret ad beneficium reuerti, quòd tamen est falsum, prout resolutum fuit in illa Pampilonen. beneficij de Sanguessa coram R. P. D. Aldobrandino die 15. Martij. 1573. quæ resolutio fuit in aliis caussis à Rota confirmata. ¶ Quartò non obstant, verba constitutionis loquētis de resignationibus factis in manibus ordinarij: possunt enim verificari in resignatione
6 facta in manibus ordinarij sub conditione. ¶ Nam huiusmodi intelligentia nullatenus potest admitti, cum † resignatio conditionalis facta in manibus ordinarij tanquam symoniaca non valeat, gloss. & Doct. in c. ex parte, il 1. de offic. deleg. Et propterea absonum esset dicere, constitutionem voluisse resignationem symoniacam publicari, & effectum sortiri, &c.

CANTVCCII.

Legionen. capellaniæ. Veneris, 9. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Domiciliū quis habere dicitur in eo loco, ex quo est oriundus.*
2 *Filius sequitur originem patris.*
3 *Incolatus non constituitur ex domicilio naturali siue originis, sed ex accidentali.*
4 *Domicilium naturale siue originis non facit quem incolam, sed ciuem.*
5 *Domicilium naturale siue originis potest dari sine habitatione.*
Incolatus autem non potest stare sine habitatione.
Incolatus est nomen iuris duo requirens, factum habitationis, & animum perpetuo habitandi.
6 *Origo non facit quem incolam, sed ciuem.*
7 *Domicilium ibi habere intelligitur sine expectatione alicuius temporis, vbi quis declarat animum suum se velle in aliquo loco domicilium constituere.*
8 *Intellige tamen, vt aliquis actus significatiuus sequatur, vt emere vel conducere domum. nu. 8.*
9 *Masculi appellatione in materia consanguinitatis, non autem agnationis, propriè venit etiam descendens ex fœmina ex magis communi.*
10 *Pauper diuiti præfertur in beneficialibus.*

DECISIO CL.

Domini dixerunt, sententiam de partibus ad fauorem Petri Moran contra Petrum Libero latam reuocandam esse, quia cum Libero habeat omnes qualitates requisitas à fundatore capellaniæ, de qua agitur (est enim consanguineus proximior, sufficiens, clericus, & incola oppidi de villa Nuoua del campo, vbi sita est dicta capellania) cùmque in Moran deficiat qualitas incolatus, meritò ille est huic præferendus. ¶ Quòd autem in Moran qualitas incolatus deficiat, patet, tum quia testes examinari pro parte Libero super 14. articulo probant, Moran non fuisse natum, nec vnquam habitasse in oppido villæ Nouæ, nec potuisse esse contrarium, quia vidissent vel dici audiuissent. Tum quia ipsemet Moran in processu de partibus, fol. 178. in eius mandato appellat se incolam Zamoren. ¶ Non obstat, quòd Moran in oppido villæ Nouæ habet domiciliū originis paternæ, cùm eius pater ex illo loco oriūdus fuerit, & † ex quo 1
loco quis est oriundus, in eo domicilium habet. l. pen. ff. de senat. & filius † sequitur originē patris. l. assumpt. §. 1. 2
ff. ad munic. l. filios C. de munic. & orig. l. 10. Vnde si Moran retinet domicilium originis paternæ in oppido villæ Nouæ, ergo est etiā ibi incola, cùm domicilium incolatum faciat. l. ciues. C. de incol. lib. 10. Nam multipliciter respondetur. ¶ Inprimis, non probari, patrem Moran fuisse oriundum ex oppido villæ Nouæ, cùm nec id articulatum fuerit, & testes pro parte Moran examinati super 8. articulo solùm probant, patrem Moran fuisse incolam oppidi villæ Nouæ, vnde ex incolatu patris non infertur ad incolatum filij. ¶ Secundò, incolatum † non 3
constitui ex domicilio naturali siue originis, sed ex domicilio accidentali. l. pupillus. §. incola. ff. de verb. signif. vbi Alciat. num. 11. inquit, incolam enim propriè esse, qui cùm aduena esset, in aliquam regionem ea mente habitatum venit, vt ibi perpetuò sit. ¶ Tertiò, domicilium naturale † siue originis non facere quem incolam, sed 4
ciuem. l. ciues. C. de inco. lib. 10. l. priora. C. de mun. & orig. lib. 10. l. incola. ff. ad municip. ¶ Quartò, domicilium naturale † siue originis posse dari sine habitatione, vt 5
post Abb. in c. accedens, il 2. nu. 6. vt lit. non contest. scribit Socin. in c. fi. nume. 10. versic. & hoc procedit, de foro competenti. ¶ Incolatum autem non posse stare sine habitatione, cùm incolatus sit nomen iuris, duo requirens, factum habitationis, & animum perpetuò habitandi. ¶ Secundò non obstat, si dicatur, nec etiam Libero esse incolā oppidi villæ Nouæ, sed ciuē, cùm inde sit oriundus, & origo † non faciat quem incolam, sed ciuem, iuribus supra citatis. ¶ Nam respondetur, fundatorem 6
capellaniæ non considerasse differentiam iuris inter ciuem & incolam, sed voluisse, capellanum esse incolam oppidi, hoc est, habitatorem habentem animum perpetuò ibi habitandi, vt possessiones capellaniæ colat, & relinquat in eo fatum, in quo eruut sibi cōsignatæ. ¶ Tertiò non obstat, quòd qualitas incolatus requiritur tempore, quo fuerit habita capellania, & sic tempore prouisionis vel adeptæ possessionis, quo tempore Moran obtulit se paratum, & declarauit animum suum, se velle esse actualiter incolam dicti oppidi, vt in process. de partibus. fol. 18. Et † simulatque quis declarat animum 7
suum, se velle in aliquo loco domicilium constituere, dicitur sine expectatione alicuius temporis ibi domicilium habere. vt per Abb. in ca. fin. in fine de paroch. per text. in l. eius. §. Celsus. ff. ad municip. Siquidem respondetur negando

gando, qualitatem incolatus requiri tempore prouisio-
nis, vel adeptæ possessionis, quia hoc non dicit testamen-
tum, sed quòd clericus, qui habere debebit dictam ca-
8 pellam, sit incola dicti loci. Nec † sufficit illa oblatio, si-
ue declaratio animi, quia requiritur etiam aliquis actus
significatiuus domicilij, puta quòd emerit vel conduxe-
rit domum, vt declarat Soc. in c. fin. sub nu. 25. de fo. com-
pet. qui actus deficit in casu nostro, vltra quòd Moram
non potuit facere hanc oblationem, & declarationem
in præiudicium Liberi, cui erat ius quæsitum. ¶Quartò
non obstat, quòd moram tanquam descendens ex linea
masculina debeat præferri Libero descendenti ex linea
fœminina, licet vterq; sit in pari gradu, quia fundator vo-
cauit simpliciter proximiorē consanguineum, nec vllam
fecit mentionem de descendentibus ex linea masculina:
imò credendum est, eum noluisse facere differentiam in-
ter descendentem ex linea masculina, vel fœminina, cùm
non simus in materia feudi vel maioricatus, vel conser-
uationis agnationis vel alia simili, nec aliter constet de
expressa mente fundatoris: sed sumus in materia, quæ
videtur solùm requirere, vt proximior consanguineus
9 sit masculus, † quo casu æquè propriè dicitur masculus,
qui descendit ex linea fœminina, quam qui ex masculina,
vt per Castr. in l. 1. nu. 3. & ibi Corn. col. 4. sub nu. 2. vers.
an autem dicatur. C. de condit. inser. Soc. iu. in l. Gallus, §.
nunc de lege, in fin. & ibi Claud. nu. 14. ff. de liber. & post-
hum. Curt. iun. consil. 1. num. 24. versic. sexto aduerten-
dum, latè Rub. Alexand. consil. 22. num. 11. 12. 13. & 14.
& inter cons. Brun. cons. 9. num. 7. cons. 10. nu. 5. & 6. Soc.
iun. cons. 2. num. 21. & sequent. lib. 13. Bero. cons. 77. nu.
21. vbi alios citat, lib. 2. Ruin consil. 49. num. 2. versic. sed
tamen, & num. 3. lib. 1. Mandel. consil. 85. num. 4. versic.
tamen veritas est, vbi concludit hanc esse magis com-
munem opinionem. Et fuit resolutum in vna Calaguri-
tan bonorum, coram me die 13. Ianuarij. 1576. ¶Et in
omnem euentum, quando etiam Moram esset incola di-
10 cti oppidi, Libero veniret † ei præferendus ratione pau-
pertatis. Rocch. de iurepatronat. in verbo honorificum,
nu. 42. vers. secundo, crederem post Hostien. & Bur. in c.
tuam, de ætat. & qualit. sequitur Lambert. lib. 2. part. 1. q.
10. art. 3. num. 23. ante fin. vers. limitatur 2. fol. mihi 107.
Dec. cons. 542. nu. 14.

CANTVCCII.

Roman. doanæ salis. Die 16. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Citatio incerta, & vaga & nimis generalis non valet, nec arctat citatum.*
2 *Citatio ad sui essentiam requirit exactam specificationem.*
3 *Carceratus ob iniustitiam primæ capturæ relaxatus, non potest in carceribus pro alio debito etiam vero confirmari vel recommendari.*
Limitatur, nisi carceratio esset nulla ex defectu citationis, dummodò verè constaret de debito num. 5.
4 *Carceratio nulla non iustificatur ex superuenienti probatione legitima.*
5 *Captura vel carceratio nulla ex defectu citationis debet sustineri, si constet verè de debito.*
6 *Citatio non legitimè facta superueniente notitia valet sicut legitima.*

DECISIO. CLI.

FAustinus Buccellenus Brixien. mandatum executi-
uum contra se ad instantiam Camilli Costæ Macera-
ten. de anno 1575. ab A. C. relaxatum, cuius vigore idem
Faustinus postea de anno 1580. carceratus fuit, præten-
dit esse nullum ex multis, præcipuè tamen ex defectu ci-
tationis. Et propterea stante nullitate mandati se à car-
ceribus relaxandum esse. ¶Defectus citationis pro par-
te Faustini prætenditur ex incertitudine & generalitate
ipsius citationis, quia Costa citauit Faustinum dicendo
generaliter & indeterminatè instante Domino Camillo
Costa principali cessionario, nec aliter in citatione ex-
pressit personam cedentis, rem cessam, tempus cessionis,
& notarium de ea rogatum. ¶Vnde † ista citatio tāquam 1
incerta, vaga, & nimis generalis non valuit, nec arctauit
Faustinum citatum. Rot. decis. 17. de re iudic. in nou.
Roman. singul. 352. in fine, argumento, leg. qui insulam.
ff. de verborum significat. cap. fin. de rescript. Citatio
† enim ad sui essentiam requirit exactam specificatio- 2
nem, & ideò si est obscura, vel indeterminata, iudicatur
nulla. l. aut qui aliter, in princip. §. 1. ff. quod vi aut clam.
ita Roman. cons. 369. num. 8. Alexand. cons. 137. num. 13.
libr. 2. Socin. de citat. artic. 20. num. 14. Marsil. ad rub. C.
de citat. num. 368. cum sequen. & in leg. de vnoquoque,
num. 145. vbi alios citat. ff. de re iudica. Moder. de nullit.
in rubrica, ex defect. citat. num. 40. ¶Quòd autem stan-
te nullitate mandati ex defectu citationis Faustinus de-
beat a carceribus relaxari, firmarunt Domini decima-
septima Decembris, 1580. qui nulliter vel iniustè captus,
& carceratus est ante omnia relaxandus: nam iudex dici-
tur ei vim inferre, eúmque propria libertate spoliare, &
& propterea debet ad eam ante omnia restitui, & stan-
te nullitate vel iniustitia primæ capturæ, & carceratio-
nis non potest in carceribus pro † alio debito etiam vero 3
confirmari, vel recommendari. ita Bart. quæstio 6. inci-
pien. Lapus fuit captus. in principio. & in solut. circa me-
dium. vers. si verò talis violentia, sequuntur Bald. in l. le-
gata inutiliter, in primo notab. in fine, & ibi Alexand. nu.
4. ff. de legat. 1. Anchar. cons. 292. num. 2. circa medium,
versic. quinto, pro hoc, Paul. de Castr. in l. sed eximendi. §.
item si quis, num. 2. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. est.
bene Alexand. cons. 241. nu. 7. vbi id ampliat, lib. 6. late
Veronen. concil. 19. per totum Rip. in leg. naturaliter. §.
nihil commune, num. 56. Boss. de captur. nu. 9. Nicell. in
concord. gloss. 52. in tertia fallent. plenè Paris. cons. 101.
num. 7. lib. 3. Roland. cons. 65. nu. 31. lib. 3. Riminald. iun.
cons. 125. nu. 8. lib 2. Gabriel. de restitur. spoliat. conclus.
1. num. 28. & hoc idem voluerunt Bald. in leg. plerisque,
nu. 2. & cianus ibi Cast. nu. 4. ff. de in ius voc. & Soc. cons.
113. colum. penult. vers. quando ergo seruatis seruandis,
lib. 3. ¶Et captura, † siue carceratio nulla non iustifi- 4
catur ex superuenienti probatione legitima, vt per Ro-
man. cons. 241. nu. 5. circa med. vers. igitur est dicendum.
quem sequuntur Dec. cons. 75. col. 2. in prin. vers. & ideò
cum isto casu. Felin. in cap. cum dilecta, num. 4. prope fin.
vers. & dicit Ludouicus, de rescript. B. ver. dec. 259. sub nu.
2. Paris. dict. cons. 101. sub num. 7. lib. 3. Ioachin. centur. 5.
obseruat. 80. num. 3. Nouiz. alios citans. cons. 52. num. 45.
¶Bene verum est, quòd si captura † & carceratio esset 5
nulla, etiam ex defectu citationis, tamen verè constaret
de debito, vel per confessionem capti, vel carcerati, vel
alio modo, tunc deberet sustineri, nec esset locus relaxa-
tioni. ita Paul. de Castr. consil. penult. ad finem, num. 4.
lib. 1. per textum. in l. fin. §. final. ff. quod med. caus. sequi-
tur Socin. consil. 113. in fin. lib. 3. Ias. in leg. à diuo Pio. §.
in venditione, nu. 12. ff. de re iudica. Dec. cons. 449. nu. 29.
Hormanot. Dec. in §. nihil commune, nu. 15. Paris. de Put.
de syndic. in verbo, captura. Caccialup. de debit. suspect.
quæst. 14. Paris. cons. 99. num. 35. lib. 3. Aymon. cons. 46.
nu. 7. & cons. 65. nu. 4. ad fin. Rim. iun. d. cons. 125. nu. 14.
lib. 2. ¶Sed quia pro parte Costæ dicebatur, Faustinum
siue eius procuratorem habuisse notitiam cessionis, ideò
Domini 26. Maij. 1581. dixerunt, quòd si constaret de
hac notitia ante carcerationem Faustini, quòd citatio
eum arctasset, licèt ab initio fuisset nulla, quia † citatio 6
non legitimè facta superueniente notitia ita ligat, sicut
citatio legitimè emanans. Roman. consil. 410. numero
secundo. per textū. in clemen. caussam, in fine, de electio.
quem

quem sequuntur Fel. in cap. cùm contingat, nu. 8. de rescrip. & in cap. gratum, nu. 4. circa medium, versic. sed notaquod vbi agitur, de offic. delega. Marsil. in Rub. C. de probat. nu. 371. in l. de voquoque, nu. 15 a. circa medium, versi. item ante. ff. de re iudic. & singul. 259. in fine. Ruin. cons. 61. nu. 33. lib. 5. dicens, citationem nullam validari, si transiuit in notitiam citati. Dec. in d. c. cùm causam, in 3. not. ad fi. de offic. de leg. ¶ Vnde præsuppositis quibusdam in facto particulariter dubitaui 23. Iunij, 1581. *an in casu & ad effectum, de quo agitur, constet, Faustinum seu eius procuratorem habuisse sufficientem notitiam cessionis Ioan. Baptistæ Triumphi rogatæ in actis notarij causæ, & scripta in margine instrumenti societatis cum eodē Triumpho contractæ, antequam Faustinus caperetur.* Et licèt Domini 23. Iunij. 1581. fuerint varij, tamen tertia Iulij tenuerunt constare de sufficienti notitia ex monitorio A. C. decreto 9. Ianuarij, 1574. executio 13. eiusdem, & reproducto 10. Martij, in quo monitorio fuit intimata Faustino societas scutorū 2000. contracta cum Ioan. Baptista Triumpho 21. Martij, 1573. per acta Francisci Baccoleiti: non potuit autem Faustinus siue eius procurator videre instrumentum dictæ societatis, quin videret etiam instrumētum cessionis, quod tunc temporis erat scriptum, & annotatum per eundem Notarium in margine instrumenti dictæ societatis: Monitorium enim, vt dixi, fuit executum 13. Iannuarij, cessio enim fuit facta & annotata 4. eiusdem ¶ Præterea dixerunt Domini, notitiam istam colligi etiam ex inhibitione A. C. obtenta 9. Iunij, 1576. pro parte Pieræ vxoris Faustini ad impediendam executionem mandati executiui ad instantiam Costæ decreti, & relaxati super domo sita in ciuitate Racanati, ac aliis bonis Faustini eidem Pieræ ratione suarum dotium hypothecatis, quæ inhibitio fuit executa & reproducta per Dominum Ioan. Baptistam Dionisium assertum procuratorem dictæ Pieræ sub 19. Iunij, 1576. in qua quidem inhibitione Costa appellatur cessionarius Ioan. Baptistæ Triumphi, & huiusmodi notitia fuit longè antequam Faustinus caperetur. Quia hæc gesta sunt de annis 1574. 75. & 76. Faustinus verò captus fuit de anno 1580.

CANTVCCII.

Bononiensis de Maluetiis. Die. 23. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Promissio de euictione in alienatione bonorum fideicommisso subiectorum, nō potest amplius reuocari vigore fideicommissi.*

2 *Promissio de euictione facta ex vno capite, non se extendit ad aliud caput, vbi ius de nouo superuenit.*

3 *Declara tamen, vt num. seq.*

4 *Euictio quando fit ex natura rei, non sufficit simplex, siue generalis promissio de euictione, sed requiritur specifica, & expressa in illum casum.*

Limitatur, nisi euictio esset concepta verbis vniuersalibus. numer. 5.

DECISIO CLII.

Domini tenuerunt, modetandam esse inhibitionem quoad bona Tiberij pro ea rata, pro qua Carolus promisit de euictione, eique hanc promissionem obstare, quominus possit excipere de fideicommisso Co-
1 roli senioris, quia † cùm promiserit de euictione in alienatione bonorum fideicommisso subiectorum, facta per Tiberium Floriano, censetur alienationi cōsensisse, ideóque non potest illam vigore fideicommissi reuocare. l. quoties, *la prima*, & ibi Ias. numer. 2. versi. secundo limita. C. de fideicomm. Dec. consil. 323. num. primo. Rip. in l. filiusfamilias §. Diui, nu. 14. ff. de leg. 1. Paris. consil. 81. nu. 44. lib. 2. & consil. 48. nume. 16. & 17. lib. 3. Maximè, quia stante ista promissione de euictione intrat reg. l. vendicantem. ff. de euict. Roman. consil. 457. sub num. 2. versi. secundo quia Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nume. 33. ¶ Non obst. quòd Carolus non petit, fideicommissum 2 † ex capite alienationis, cui ipse per fideiussionem de euictione consensit, sed petit ex capite purificati fideicommissi per obitum Floriani sine filiis masculis. iuxta tradita per Pau. de Cast. in l. cùm pater. §. libertis, sub n. 4. de legat. 2. ¶ Nam † respondetur, tum quod fideiussio 3 Caroli de euictione nō intelligitur respectu capitis alienationis, ex quo alienatio fuit facta in casu à testatore permisso, nempe inter illos de familia, sed intelligitur respectu capitis purificati fideicommissi, in quem euentum videtur Florianus voluisse per fideiussionem de euictione prospicere. Tum etiam, quia Carolus ex prægnantia verborum instrumenti emptionis, ibi, quauis ratione vel causa, ad quod instrumentum eius fideiussio relationem habet, tenetur de euictione etiam ex capite fideicommissi, ex mox infra dicendis. ¶ Minus obst. quòd promissio Caroli de euictione non intrat in casu, de quo agitur, quia Florianus sciebat naturam & qualitatem bonorum sibi vēditorum, nempe, esse subiecta fideicommisso, cui per obitum eiusdem Floriani sine filiis masculis locus factus fuit, & sic euictio secuta est ex natura rei, quo casu, vt intraret promissio Caroli oportebat, eum promisisse de euictione expressè, nominatim, & specificè in casum euenientis fideicommissi: quando enim fit euictio ex natura rei, tunc † non sufficit simplex siue generalis promissio de euictione, sed requiritur expressa & specifica 4 in illum casum, vt post Riccard. Malumbr. declarat Bart. in l. si filiæ, ad fi. Bal. nu. 8. Ang. in fine. Salyc. prope fi. vers. quidam dicūt. & Paul. de Cast. in vltimis verbis. C. famil. ercisc. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glos. 9. n. 55. Ruin. cons. 11. nu. 11. ad finem. cons. 42. nu 19. versi. nam quando, lib. 1. cons. 92. n. 28. ad fi. lib. 3. & in terminis fideicommissi. Alex. cons. 21. nu. 4. iuncto nu. 8. vers. nec etiam obst. lib. 5. Soc. iun. cons. 128. nu. 131. cum duobus seq. lib. 1. Aym. cons. 21 1. nu. 7. late Ruin. cons. 146. nu. 2. vers. sed præmissis non obst. & nu. 3. lib. 1. & cons. 136. n. 12. & 13. lib. 2. Rol. alios cumulans cons. 51. nu. 10. vers. & accedendo. & nu. 11. 12. & 13. & 19. lib. 4. Nec est differentia inter diuisionem, in qua loquuntur Doct. in d. l. si filiæ, & emptionem, quando emptor est sciens, & euictio sequitur ex natura rei, vel ex ordinatione doctoris, vt post Alexan. d. con. 21. expressè firmat Rui. cons. 146. n. 3. circa med. vers. non est fienda differentia. sequitur Rolan. d. cons. 51. sub nu. 11. ¶ Siquidem pro responsione fuit dictum, præmissa non habere locū, quando promissio de euictione est concepta † verbis vniuersalibus, puta, quomodocunque, qualitercunq;, vel quauis de causa res euinceretur, tunc enim 5 comprehenditur eriā euictio, quæ fit ex natura rei prout declarat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 55. iunctis his quæ scribit ad fi. tit. nu. 98. Et fuit tentum in illa Roman. emphyteusis coram R. P. D. Blanchetto. Quòd autem fideiussio de euictione in casu nostro sit talis, patet, quia habet relationem in omnibus, & per omnia ad instrumentum emptionis, vbi adest conuentio, vt pretium inuestiatur in bonis immobilibus, quę sint subiecta cuicunque molestiæ, liti, & quæstioni, quæ vllo vnquam tempore mouerentur, quauis ratione vel causa. Et in euentum, quòd non inuestiatur, tunc debeat præstari fideiussio, quæ succedat loco inuestituræ, & sic in fideiussione Caroli censentur repetita illa verba vniuersalia, *ex quo succedat loco dictæ inuestituræ, &c.*

CANTVCCII.

Roman. doanæ salis. Die 10. & 21. Iulij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Cessio facta per vnum ex sociis vltra ratam debiti non valet. Intellige, vt num. 7. in fine.*

2 *Cessio facta post solutionem ex interuallo, nullo præcedente pacto de cedendo, est nulla.*

Limita, vt num. 3.

Item limita in fideiussore, num. 7.

4 *Solutio facta per vnum ex sociis debet exprimi quo nomine*

& qua obligatione fieri debeat.

5 *Fideiussor latè sumpto vocabulo quicunque dicitur, qui se pro negotio ad alium spectante obligat.*

6 *Principalis dicitur ex pluribus reis debendi, ad quem pecunia vel vtilitas contractus peruenit: alij verò fideiussores. Fallit autem respectu creditoris, nisi expressè actum esset. n. 8.*

DECISIO CLIII.

IN vltima Rota præsentis anni 1 5 8 1. quæ fuit 10. Iulij. feci verba cum R. Dominis meis super expeditione caussæ Rom. duanę salis ex nouis quibusdã fundamentis, tunc pro parte Faustini deductis, quibus, quia pro parte Camilli Costæ non fuerat responsum, expeditio caussæ fuit remissa ad primam congrēgationem, quæ fuit 21 Iulij. in qua pro parte eiusdem Costæ fuit pleoe informatum, & in qua Domini, quibus prædicta fundamenta visa sunt concludentia, nec illis satisfieri potuit pro parte Costæ, ordinarunt mihi, vt caussam cu vno ex Dominis communicarem, ac de eius voto illam expedirem, prout feci. Fundamenta autem fuerunt infra scripta. ¶ Primò, quia facultas, quam habebat Camillus Rosella capiendi pecunias ad interesse, non erat simplex, sed conditionalis in euentum, in quem pecuniæ apud Capserium, vel ipsum Rosellam non supeteffent: Et quamuis illas posset capere in illum euentum sine intimatione partis, nihilominus stante oppositione partis, debet hæc negatiua verificari, cuius verificatio pẽdet à visione computorum Rosellæ, quæ nunquam fuerunt exhibita, licet de hoc protestatum fuerit pro parte Faustini. ¶ Secundò, quia societas inita cum Ioan. Baptista Triumpho pertinebat ad Antonium eius patrem, quod ostenditur tum ex instrumẽto societatis ibi, & pro eo ab Antonio Triumpho eius patre. Tum etiã ex duabus partitis, de quib⁹ in computis baochi de Guidatis, & Atrigucijs in actis exhibitis. vna fol. 57. in princ. extr. ibi, *per due compagnie de officio, vna de scuti 2000. prasida M. Antonio Triũfi, & l'altra de scuti 500. da M. Fuluio amodei.* Alia verò partita fol. 17. eodem princ. extract. ibi, *& per rogno della compagnia con M. Antonio Triumfi scuti vndeci.* Et nihilominus non Anton. sed Ioan. Baptista cessit Camillo iura huius societatis, & in actis non constat nec de mandato ad cedendum, nec de ratificatione cessionis pro parte Antonij, & sic cessio fuit nulla, ¶ Tertiò, quia cessio fuit facta pro tota summa scutorum 2040. & tamen Faustinus non tenebatur, nisi pro
1 rata quatuor solidorum, & † sic pro quinta parte, pro qua cessio fieri debebat. Glo. in l. Modestinus, in verbo, Actionum. vbi Bart. nu. 8. ad fin. Imo prope fin. vers. sed si debitũ. Paul. de Cast. sub n. 4. ff. de solut. Nec videtur bona responsio data pro parte Camilli, quòd ipse antea soluerat ratam suam, quia hoc non poterat verificari, nisi solida-
2 tis computis. ¶ Quartò & vltimò, quia † cessio fuit nulla, tanquam facta post solutionem ex interuallo nullo præcedente pacto de cedẽdo, cõtra l. Modestinus, & ibi Bart. & alij, ff. de solut. Nam cessio fuit facta sub die quarta Ianuarij. 1574. solutio verò fuit sub die 26. Decemb. præteriti, nec constat de aliquo pacto de cedendo. ¶ Huic fundamento pro parte Costæ tres datæ fuerunt respõsiones. Prima, quòd solutio non fuerit facta ante cessionẽ, quia licèt pecuniæ fueriot numeratæ in banco nummularij, sub die 26. Decemb. nõ propterea dici potest, solutionem factam fuisse, quia erat necessaria præsentia & consensus Ioan. Baptistæ Triũphi creditoris, quę præsentia & consensus non poterat adesse, quia dies erat festiuus & solemnis Natiuitatis Saluatoris. ¶ Huic responsioni expressè repugnat instrumentum cessionis vbi, vsque ad diem 26. Decemb. preteriti, qua die habuit sortem principalem, nec festinitas, siue solemnitas diei impediebat receptionem pecuniarum. ¶ Secunda responsio est, quòd solutio facta fuit per Costam suo proprio nomine, & ad liberandum se ipsum, & eius officium, non autem ad liberandum Rosellam, vel Faustinum, aut alios, contra quos obtinuit sibi cedi iura, quo † casu cessio fieri potuit etiam ex inter- 3
uallo. Bart. in dicta l. Modestinus, n. 4. vers. aut soluit nomine ipsius soluentis. ¶ Sed hæc respõsio nõ subsistit, quia solutio fuit facta simpliciter: nõ enim Costa quãdo soluit expressit, quod soluebat pro se, vel nomine suo, vel pro obligatione sua, prout † requiritur, vt bene declarat An- 4
gel. in dicta l. Modestinus. n. 4. ver. 5. & ibi Cast. n. 6. ad fi. ¶ Tertia & vltima est respõsio, quòd Costa erat fideiussor & nõ principalis, deducendo hoc pacto, Costa soluit de suis propriis pecuniis die 3. Ian. 1573. scuta 1299. gross. 60 vt in cõputis depositariorũ in 1. extract. fol. 54. & die 12. Feb. scuta 500. eod. ext. fol. 63. Vnde Costa infert, se iã soluisse portionẽ suã: & quia adhuc pecuniæ deerãt, & Rosella, Faustinus, & alij socij nõ habebant pecunias, neque soluebant, eorum ratas Costa requisitus a Rosella accõmodauit officium suum secretariatus, super quo fuerunt acceptæ variæ pecuniarũ quantitates ad societatem: ergo Costa erat fideiussor & mandatarius: reliqui verò principales. Quòd autem Costa esset fideiussor, deducitur, quia licèt ipse obligauerit se principaliter & insolidũ, nihilominus, cùm ipse soluerit ratam suam, eius obligatio intelligitur pro ratis spectantibus ad alios consocios. Is autem, † qui se obligat pro negotio ad alium spectante, di- 5
citur fideiussor. licet largè. Bar. in l. reos, col. 2. in princ. ver. item fideiussor. ff. de duobus reis. Paul. de Cast. cons. 3, 1. sub n. 1. l. 2. Dec. cõs. 7. n. 1. & cõs. 268. n. 2. Bell. in rub. Inst. de fideiu. n. 4. Rõcheg. in d. l. reos. nu. 18. Aym. consi. 77. n. 3. ver. hoc ita præsupposito, & cons. 91. n. 2. Vel Costa dicitur fideiussor, quia pecunia, quã ipse accepit ad societatẽ officij à Triumpho, dicitur quodammodo peruenisse ad consocios, cum eorum caussa illam acceperit, & sic commodum & vtilitas contractus pertinebat ad illos. Quando autem duo vel plures rei debendi constituuntur, ad vnum tamen pecunia peruenit, vel commodum, siue vtilitas contractus pertinet, ille † censetur principa- 6
lis, alter verò, siue alij fideiussores. ita Guliel. de Cun. in l. sed Iulianus. §. itẽ si duos. & ibi. Ang & Pau. de Cast. ff. ad Senatuscõs. Maced. Bar. in l. 3. §. fi. n. 15. & ibi Cast. & Aret. ff. de duob. reis. Io. de Ana. cõs. 60. n. 1. Alex. in add. ad Bar. in l. Marcellus sub n. 7. ver. vnũ add. ff. de fideius. Cremen. sing. 39. Cast. cõs. 409. n. 1. ver. nõ obst. l. 1. Flor. in l. nullus, post princ. ff. de testib. Marsi. sing. 2. & in rub. de fideius. n. 65. & 370. post med. Lup. in c. per vestras. in 5. not. nu. 10. prope fi. ver. hinc est etiã. Aret. cõs. 33. sub. n. 2. cũ alijs allegatis per Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gl. 1. & nu. 8. & per Duen. reg. 335. in 19. lim. per Gabriel. de fideiu. cõclu. 2. & latissimè per Rõcheg. in l. 3. §. vbi duo. n. 164. vsque ad n. 169. ff. de duob. reis. Stãte igitur. quòd Costa erat fideiussor. & nõ principalis, sequitur, † vt cessio etiã ex interual- 7
lo fieri potuerit. ioxta tex. in l. Papinianus, & ibi Gl. ff. mãda. Bar. in d. l. Modestinus, n. 3. ¶ Verùm hæc respõsio reijcitur ex plurib. ¶ Primò, quia Costa sẽper fuit principalis: negociũ enim æque principaliter ad ipsũ pertinebat: nec est bona cõsequẽtia, de mense Ian. soluit scuta 1299. & de mẽse Feb. scuta 500. ergo ad nihil tenebatur. Quod apparet ex quãtitate pecuniarũ, quæ fuerũt sumptæ ad societatem officiorũ, quæ excedebat hãc summam. ¶ Accedit, quòd partita dictorum scutorum 500. de qua fol. 63. est longè post societatem contractam cum Triumpho.

¶ Secundò, tex. in d. Papinianus. & ibi Gloss. & Bart. in dicta l. Modestinus, numero 3. loquuntur in mandatore & mero fideiussore. Nullibi autem in actis constat, Costam fuisse merum fideiussorem & mandatarium, nec etiam in actis constat, Rosellam vti procuratorem Faustini, & aliorum, & administratorem negocij doanæ salis, promisisse releuare indemnem Costam: imò verba instrumenti societatis contractæ cum Triumpho, de qua solùm agitur, quia Costa egit tanquam cessionarius Triumphi, clarè ostendunt, Costam fuisse principalem, & nullus eum indemnem releuat. ¶ Tertiò nos loquimur

mus respectu creditoris, quia agim° de cessione facta per creditorem, non autem loquimur respectu reorum debendi, an videantur inuicem fideiussisse quoad actionem 8 dandam: sed † duo rei respectu creditoris regulariter non dicuntur fideiussores, nisi color esset quæsitus in fraudem legis, vel nisi expresse actum esset inter partes, vt alter eorum reuera esset fideiussor, ita Bart. in dicta l. reos, colum. 2. post princip. vers. si ergo quæritur, Ang. sub nu. 1. versic. conclud. & vers. ex prædictis, Imo. col. 1. ad fi. vers. & concludo. Castren. nu. 4. & Aret. sub nu. 5. vers. in glos. 2. idem Bar. in Auth. hoc ita, nu. 69. C. de duobus reis, Salic. in l. 1. quæst. 3, C. eod. tit. Soc. cons. 71. col. 1. vers. in primis dico, lib. 3. bene Aret. cons. 33. nu. 8. Aym. cons. 77. n. 3. vers. hoc ita præsupposito. Nat. cons. 52. nu. 6. lib. 1. cum aliis cōgestis per Ronchegal. in d. l. reos, nu. 15. ¶ Quartò & vltimò negatur, Costam soluisse pensionem suam ita, vt quando contraxit societatem cum Triumpho, dicatur se obligasse pro negocio non ad se, sed solùm ad consocios spectante, & sic non potest dici fideiussor: licet enim ante dictam societatem soluerit de suo scuta 1299. non propterea potest inferri, eum soluisse portionem suam, cum id nō possit verificari, nisi solidatis computis: imò multum verisimile est, eum ratam suam non soluisse, ex quo Guidacius & alij consocij depositarij erant creditores Costæ & aliorum sociorum causa negocij doanæ salis in quantitate scutorum 8868. prout constat ex mandato relaxato ad instātiam dictorum depositariorum contra dictos Costam & socios, quod mandatum licèt fuerit relaxatum post societatem Triumphi, creditum tamen ante eam verisimiliter debuit esse contractum saltem magna ex parte.

CANTVCCII.

Regieo. hospitalis. Veneris, 13. Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Committere, verbum est proprium hospitalis laicalis.*

2 *Clericus in dubio nemo præsumitur, sed laicus.*

3 *Mandatum an præsumatur effectuatum propter antiquitatem temporis.*

4 *Narratiua facti alieni, in qua Princeps fundat intentionem suam, non probat, si emanauit ad petitionem partis: secus si motu proprio, ex communi.*

5 *Narratiua facti alieni præsumitur emanata ad petitionem partis, non autem motu proprio Principis, & quare.*

6 *Princeps non præsumitur habere notitiam facti alieni.*

DECISIO CLIIII.

Domini firmarunt tria, in quorum duobus primis ambæ partes erant concordes, in tertio discordabant. Firmarunt enim in primis, bullam Ioan. Vigesimitertij non continere prouisionem, sed mādatum de prouidendo, prout ex eius lectura liquet. Secundò firmarunt, mandatum de prouidendo non esse in titulum beneficij, sed vti de hospitale laicale, tum quia Papa mandat com-1 mitti, & non conferri: verbum autem, † *committere*, est proprium hospitalis laicalis, Gemin. in ca. fin. num. 20. de elect. libr. 6. Tum quia mandat committi Nicolao Domicello Herberiæ, quæ denominatio conuenit potius laico quàm clerico, maximè, quòd cùm non appelletur ibi cle-2 ricus, † in dubio præsumitur laicus, Abbas in cap. bonæ, il 1. colum. penult. de electio. Tum & tertiò, quia mandat committi iuxta formam Clementinæ, quia contingit, qui modus committendi conuenit tantùm hospitali laicali, non autem beneficio, vt hîc per informantes, & aliàs in hac causa resolutum fuit. ¶ Tom & quartò, propter illam narratiuam, quòd locus iste cōsueuit quandoque per clericos, quandoque per laicos gubernari. ¶ Tertiù, quod Domini firmarunt, fuit, quòd non constat de effectuatione dicti mandati de prouidendo. ¶ Non obst. quòd pro-3 pter antiquitatem temporis † præsumitur effectus, Dec. cons. 36. num. 8. prope fin. versicul. 2. respondetur. Quia Dec. non dicit, quòd propter antiquitatem temporis præsumatur effectus, sed quòd effectus siue possessio non facit præsumi solemnitatem extrinsecam, sed sola antiquitas hoc operatur. ¶ Secundò non ob. verba illa narratiua literarum Pij Secundi & Calixti tertij, & sententiæ super iure patronatus, quòd antecessores Caroli de Boiardis locum istum habuerunt, & gobernarunt, quia sunt æquiuoca, nec concludunt necessariò in personam Nicolai, cui mandatum de prouidendo concessum fuit. ¶ Tertiò, non obst. impensa facta in expeditione literarum, quia literæ fuerunt expeditæ super mandato de prouidendo, non autem super prouisione, quæ potest esse, quòd non fuerit facta: tunc autem intraret obiectum, si literæ fuissent expeditæ super prouisione. ¶ Quartò non ob. consil. Alex. 15. num. 2. lib. 5. vbi vult, quòd si Princeps narrat, aliqua bona esse feudalia, & in ista narratiua fundet intentionem suā, quod talis narratiua probat, dicta bona esse feudalia. ¶ Quia pro responsione dicitur, quòd vltra quod Alex. loquitur de narratiua emanata super facto proprio ipsius Principis narrantis, vel sui prædecessoris, accedit, quòd communis conclusio est, quòd quamuis Princeps † fun- 4 det intentionem suam in narratiua facti alieni, nihilominus hæc narratiua non probat, si emanauit ad petitionem partis, licet secus si emanauit motu proprio, vt post alios firmat idem Alexand. cons. 112. num. 2. vbi de communi, libr. 7. & ibidem num. 5. in fin. inquit, omnes in hoc concordare, & est decis. Achil. vnica, de motu proprio, vbi etiam dicit, hanc esse communem opinionem. ¶ Fuit tamen dictum, vt videretur, an illa verba, quandoque per clericos, quandoque per laicos, &c. sint narratiua Papæ ita, vt faciant aliquod adminiculum pro Boiardo. Et † quòd potius sit narratiua partis, licèt Papa in literis non 5 exprimat, sibi à parte hoc esse narratum, tenet post Butr. & Imol. Alexand. d. cons. 112. num. 5. vbi subdit rationem, quòd ideò verisimile est, Principem id, quod narrauit, narrasse tanquam sibi à parte expositum, tum quia † Prin- 6 ceps non præsumitur habere notitiam facti alieni, l. fin. ff. pro suo. Tum etiam propter multitudinem negociorum sibi occurrentium. Fuit etiam dictum, quòd si constaret de effectuatione aliarum prouisionum post istam, de qua agitur, factarum, tunc posset videri, an ex effectuatione illarum possit præsumi effectuatio istius.

CANTVCCII.

Vrbeuetan. legati. Die Veneris, 13. Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Confessio dotis receptæ facta in testamētō semiplenam inducit probationem.*

2 *Probatio semiplena inducta ex confessione dotis receptæ facta in testamento, quibus præsumptionibus & adminiculis perficiatur, cum num. seq.*

3 *Matrimonia sine dote de consuetudine non contrahuntur.*

4 *Dos ex conditione vtriusque coniugis & consuetudine verisimiliter accepta præsumitur, stante viri confessione in testamento facta.*

5 *Confessio dotis receptæ facta in testamento iuncta cum reiterata confessione inter viuos plenam facit probationem.*

6 *Fratres vel sorores vt ad æqualitatem reducantur, in dubio iudicandum est.*

7 *Æqualitas inter filios & sorores seruanda est.*

8 *Confessio simplicis dotis verificata præsumitur etiam quoad quantitatem vera, habita consideratione dotis alterius sororis, ob æqualitatem seruandam.*

9 *Dotis numeratio præsumitur, vbi vltra eius confessionem maritus exhibuit alimenta vxori tanquam dotatæ, ex communi.*

Et eò magis vbi concurrit lapsus decennij, nu. 10.

Limita, vt num. 12.

11 *Dos constituta præsumitur, quando maritus possidet bona vxoris vt dotalia, illa sciente & patiente, ex communi.*

13 *Tempus 60. annorum in materia testium dicitur antiquum.*
14 *Testi aliàs non idoneo deponenti verisimilia creditur.*

DECISIO CLV.

DOmini concorditer tenoerunt, confessionem re-
ceprionis dotis factam per Petrum in eius testa-
1 mento, esse sufficienter adminiculatam: confessio † enim
dotis receptæ facta in testamento semiplenam inducit
probationem, vt per Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg.
78. nu. 4. circa med. quem sequitur Natt. in addit. ad Alex.
2 cons. 122. in verbo, Nam probatur. lib. 7. quæ † semiplena
probatio in casu nostro suppletur ex præsumptionibus,
cõiecturis, & adminiculis infrascriptis. ¶ Primò adest ge-
3 neralis † consuetudo, vt matrimonia sine dote non con-
trahantur. ita Bal. cons. 98. post med. vers. & t. ratione ge-
neralis consuetudinis. li. 4. Soc. iun. cons. 8. n. 17. li. 2. bene
Aym. cons. 40. n. 2. Couar. li. 1. var. resol. c. 7. n. 6. circa med.
ver. quod præterea. ¶ Secundò, verisimilitudo ipsa, quia
4 † testator cùm esset vir honestus, dos est verisimilis, attẽ-
ta conditione vtriusque coniugis, & consuetudine ita
Cum. cõs. 31. n. 1. sequitur Tiraq. in l. si vnquam, in verbo,
donatione largitus. n. 101. ver. & quod similiter. C. de re-
uoc. donat. ¶ Tertiò confessio Petri pluries reiterata extra
testamentũ, quòd receperit dotẽ ab Altomilia sua vxore,
prout probant 5. 6. & 7. testes iuxta 8. interrog. & 5. & 6.
super 8. articulo. Quæ reiterata confessio inter viuos si
5 probaretur per testes & contestes, † iungeretur cum con-
fessione facta in testamento, & faceret plenam probatio-
nem, vt per Bald. nouell. d. priuileg. 78 n. 4. post medium,
sequitur Nat. in addit. ad Alex. vbi supra, & hoc idem vo-
luit Alex. cons. 45. nu. 7. lib. 1. Et licèt testes in casu nostro
sint singulares, nihilominus concurrentibus tot conie-
cturis, de quibus supra, & infra, vehementer adminicu-
lantur, vt per Pau. de Cast. cons. 281. nu. 10. ad fi. vers. item
nõ obst. li. 1. Aym. de antiq. tẽpor. parte. 4. §. sed enim. n. 26.
Gabriell. de testibus, conclus. 2. nu. 76. ¶ Quartò identitas
dotis 400. flor. datæ Antoniæ sorori Altomiliæ, prout in
testam. dotali mihi exhibito. Ergo eadem dos 400. flor.
præsumitur data etiam Altomiliæ, vt seruaretur inter so-
rores æqualitas, quia in dubio debemus eam amplecti
6 opinionem, per quam † fratres siue sorores ad æqualita-
tem reducantur. ita Mar. Soc. sen. consil 4. prope fin. nu. 6.
inter cons Soc. lib. 1. idem Soc. cons. 108. in fi. lib. 3. Tiraq.
de iure primog. q. 4. nu. 5. Neuizan. in silu. nupt. li. 6. n. 47.
7 ante med. Et † in terminis dotis, quòd inter filios siue so-
rores debeat seruari æqualitas, tradit Dec. cõs. 26. in princ.
Mandell. de Alb. cõs. 23. n. 5. Rim. iun. cõs. 31. n. 2. ¶ Quin-
tò publica vox & fama, quòd Petrus receperit dotem Al-
tomiliæ suæ vxoris, quam famam probant 5. 6. & 7. testes
super 6. articulo, quæ fama facit semiplenam probatio-
nẽ, vt per Doct. in l. admonẽdi. ff. de iureiurand. ¶ Nõ obst.
quòd isti testes, ex quo non exprimunt quantitatem do-
tis 400. flor. non debent attendi, propter incertitudinem
dotis, quæ potuit esse valde modica, & in ea verificari
publica vox & fama. Quia pro responsione dicitur, satis
esse probare famam receptionis dotis, quia quantitas il-
lius, videlicet 400. flor. præsumitur, tũ vt seruetur æqua-
litas inter sorores, ex his, quæ supra diximus, tum etiam
quia cùm confessio Petri facta in testamento sit vera pro
parte, hoc est, quoad receptionem dotis, præsumitur ve-
8 ra in totum, & sic quoad quantitatẽ 400. flor. vt † æqua-
lis fiat determinatio. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pu-
pill. ita argumẽtatur in propriis terminis Soc. cõs. 82. n. 2.
prope finẽ. li. 3. sequitur Dec. cõs. 136. n. 10. Purp. cõs. 461.
n. 10. in fine. latè & egregiè illustriss. Card. Alb. cõs. 8. n. 10.
vers. 4. alia. ¶ Sextò & vltimò, alimentatio Altomiliæ tan-
quam vxoris dotatæ prout probant 4. 2. & 5. testis super
6. articulo. Et sic intrat doctrina Bald. in leg. 1. nu. 4. circa
9 med. ver. vnde quæritur. C. de priui. dot. vbi inquit, † quòd
per aliqua indicia apparet de numeratione dotis vltra
simplicem confessionem, vt quia maritus exhibuit ali-
menta vxori tanquã dotatæ, per text. in l. cùm vltra. C. de
non n. pecun. sequuntur Ang. Aret. in §. fuerat, sub nu. 45.
Instit. de action. Soc. cons. 82. n. 3. lib. 3. Dec. cons. 536. sub
n. 10. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus,
sub n. 101. Gox. cõs. 42. n. 13. vers. quarto. Gram. decis. 108.
n. 6. Neuiz in cons. 57. n. 8. circa med. Aym. de antiq. tem-
por. part. 1. §. propositum, nu. 72. & consil. 40. nu. 3. vers. 4.
principaliter. Purpur. cõs. 461. n. 11. Menoch. de arbit. iud.
cas. 134. n. 5. Roland. cons. 85. n. 43. lib. 1. Rimin. iun. cons.
31. nu. 15. lib. 2. Sim. de Pret. cons. 100. n. 13. & 14. Cæpoll.
cons. 448. nu. 23. lib. 3. bene Card. Alban dicto cons. 8. n. 9.
Et istam communem testatur Socin. Gozad. Sim. de Pret.
Cæpol. Card. Alban. Roland. & Rimin. in prædictis locis.
¶ Et licèt contrarium voluerit idem Socin. in l. 1. nu. 80.
& 94. ff. soluto matri. Bald. Nouell. de dot. part. 10. no. 15.
Curt. sen. cons. 99. sub nu. 3. Felyn. in c. si cautio. nu. 81. de
fid. instrum. Gozad. consil. 28. nu. 23. vers. 7. & nu. 32. vers.
ad sextam. Crot. in l. si constante, in secunda lectura. n. 40.
post. med. vers. 3. fallit. ff. solut. matr. Couar. li. 1. var. resol.
c. 7. sub n. 6. vers. sic ex cõfessione receptæ dotis, ibi, addit
tamen Bald. Nihilominus prior opinio, vt patet ex Doct.
supra relatis, est magis cõmunis. Quinimo Soc. dict. cons.
82. sub nu. 3. inquit, quòd licèt alias disputatiuè tenuerit
contra Bal. in d. l. 1. ff. solut. matr. tamen in iudicando non
est recedendum à communibus opinionibus doctissimo-
rum virorum. Vlterius Socin. in d. l. 1. nu. 80. in fine. sequi-
tur † opin. Bald. quando concurreret lapsus decennij, 10
prout in casu nostro. Et ista opinio Bald. potest compro-
bari ex illa communi conclusione, quòd † dos constitu- 11
ta præsumitur, quando maritus possedit bona vxoris vt
dotalia, illa sciente & patiẽte. Bart. in 7. q. mulier habẽs in
solut. n. 1. prope fi. Bald. cons. 98. post med. vers. 2. quia li. 4.
Ang. cons. 335. nu. 1. vers. nec obstat. Bald. nouell. de dot. in
6. part. priuil. 14. in fine. Ang. Aret. in d. §. fuerat, n. 59. vers.
vnde debet. Instit. de actio. Calcan. cons. 11. n. 5. vers. vlti-
mo credo. & n. 8. vers. iste enim. Bertr. cons. 160. ad fi. lib. 2.
Socin. iun. cons. 8. sub n. 33. lib. 2. Roland. de luc. dot. q. 74.
num. 13. Fanut. eo tract gloss. 10. nu. 40. & 41. ¶ Et opinio
† contraria cõmuni posset procedere in simplici alimen- 12
tatione vxoris, quæ potuit fieri vel ex affectione coniu-
gali, vel animo repetendi: at secus in alimentatione vxo-
ris tanquam dotatæ, quia alimentatio cum illa qualitate,
Dotatæ, operatur illam coniecturam siue indicium Bald.
Et quemadmodum, quando maritus possidet bona vxo-
ris tanquam dotalia, non sola possessio bonorum, sed illa
vna cum qualitate dotalium facit præsumi dotem con-
stitutam, ita non sola alimentatio vxoris, sed iuncta cum
illa qualitate, Dotatæ, præstat coniecturam ad iustifican-
dam confessionem dotis receptæ. Et eò magis Domini
habuerunt huiusmodi confessionem pro sufficienter ad-
miniculata, quia sumus in antiquis, cùm † in materia te- 13
stium tempus 60. annorum dicatur antiquum, & præser-
tim etiam si esset verum dictum Curt. sen. cõs. 69. sub nu-
mer. 3. vbi inquit, se semper magni fecisse decisionẽ Bald.
in d. l. 1. sub nu. 4. C. de priuil. dot. non quantùm ad conie-
cturam, quia illam reprobat, sed quantum ad illationem,
quam facit ex decisione Bald. quòd omnis leuis conie-
ctura est potens ad sustinendam confessionem dotis.
¶ Exceptiones datas contra testes Domini non habue-
runt in consideratione: vltra quòd etiam si paterentur
aliquam exceptionem, esset nihilominus eis credendum,
propter verisimilitudinem resultantem tam ex consue-
tudine generali, non contrahendi matrimonia sine doti-
bus, quàm ex dote 400. flor. data sorori Altomiliæ, quæ
dos facit præsumi eandem dotem datam fuisse ipsi Alto-
miliæ, vt æqualitas inter sorores seruaretur, prout supra
deductum fuit. Quando autem testis † deponit verisimi- 14
lia, tunc creditur ei, licèt aliàs non idoneo, vt post Ang.
cons. 367. col. fi. tradit Aym. cons. 55. nu. 7. & cons. 65. n. 23.

CANTVCCII.

Roman. fideicommissi. siue supplementi legitimæ,
Lunæ, 16. Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Fundus dotalis filiæ reuersus ad patrem per mortem viri, non potest per eum alienari, sed remanet dotalis.*

2 *Pater recuperans dotem filiæ non potest eam alienare, sed tenetur eam seruare, & remanet in suo nomine dotis.*

3 *Dos recuperata à patre non confunditur cum eius patrimonio, sed indistinctè consolidatur in ipsam filiam.*

Limita in dote data in pecunia numerata, nu. 5.

Contrarium tamen est verius, num. 7.

4 *Dos recuperata & alteri reseruanda dos appellatur.*

6 *Dotis datio requiritur cum effectu, vt filia dotata excludatur ex dispositione statuti.*

8 *Nomen debitoris potest in dotem dari.*

9 *Actio competens mulieri dotanti transfertur in maritum.*

10 *Mulier secundo nubens intelligitur dare eandem dotem, quam habuit in primo matrimonio, quamuis nulla interuenerit promissio dotis, nec vlla dotis mentio facta fuerit ex communi.*

DECISIO CLVI.

DOs data à patre filiæ soluto matrimonio per mortem viri, fuit ab eius hæredibus restituta ipsi filiæ, deinde reuersa est ad patrem, qui promisit secundo marito eiusdem filiæ soluere ad effectum inuestiendi seu emendi aliquam rem stabilem, qui pater postea fecit testamentum, in quo reliquit dictæ filiæ iure institutionis scuta decem pro omni eo, quòd ipsa petere posset de bonis testatoris, tam ratione legitimæ & illius supplementi, quàm quauis alia ratione. ¶ Dubitaui 16. Octobris 1581. *nunquid dicta filia dicatur dotata à patre ad effectum eam excludendi à supplemento legitimæ vigore statuti vrbis lib. 1. ca. 82.* Domini fuerunt concordes pro affirmatiua. Moti ex pluribus, præcipuè tamen ex tribus. ¶ Primò, ex doctrina Bal. in l. rem quam, sub nu. 1. vet. vnde statim quæro. C. de
1 iur. dot. vbi † vult, quòd pater non potest alienare fundum dotalem filiæ, reuersum ad eum post solutum matrimonium per mortem viri, sed debet illũ seruare pro sequenti matrimonio, & sentit dictum fundum non esse proprium patris, sed remanere dotalẽ, per tex. in Auth. sed quamuis,
2 C. de rei vxor. act. Et quòd pater, † qui recuperauit dotem filiæ, non possit eam alienare, sed teneatur eam seruare, & quod adhuc remaneat dos, tenet Ias. in l. 1. n. 9. circa med. vers. hoc etiam patet, C. vnd. vir. & vxor. referendo Bald. in d. l. rem quam. idem Ias. in rub. ff. solut. matrim. nu. 12. & ibi Vincent. Salui. nu. 109. vers. 2. limitatur. Nicon. nu. 15. Alciat. nu. 51. in fine. Bolognet. num. 133. prope fin. & benn Paris. num. 78. Dec. cons. 31. nu. 4. ad fin. versic. non obstat tex. Castren. in l. fi. nu. 7. circa med. vers. est tertium tempus, C. commun. vtr. iud. vbi inquit, quòd pater hodie non recuperat simpliciter dotem filiæ, soluto matrimonio per mortem viri, sed cum onere dandi pro eadem fi-
3 lia in secũdo matrimonio, & quòd † dos recuperata à patre non confundatur cum eius patrimonio, sed indistinctè consolidetur in ipsam filiam, latè Siluan. cons. 2. n. 61. ante med. vers. respõdetur quòd iure nouo. Et hæc cõclusio vltra tex. in d. Auth. sed quamuis, probatur in l. si socius pro filia, vers. quod si salua societate, ff. pro soc. vbi pater soluto matrimonio per diuortium recuperat dotem filiæ
4 cũ sua causa, vt eam possit alij marito dare, & sic † quãdo dos recuperata est alteri reseruanda, dos appelletur. Et ad idem facit l. fin. C. com. vtriusq. iud. Accedit simile hæreditatis aditæ, quæ quando est alteri restituenda, retinet nomen hæreditatis, vt per Ias. Saluiol. & Paris. vbi supra.

¶ Non obst. duæ responsiones exemplo datæ. Quarum prima est, quòd tex. in d. Auth. sed quãuis, & doctrina Bal. in d. l. rem quã, procedant in dote data in specie, illa enim reuersa ad patrem soluto matrimonio per mortem viri, remanet dos, & pater illam alienare non potest: secus
† quando dos data fuit in pecunia, vt in casu nostro, quia 5
tunc reuersa ad patrem transit in eius dominium, & confunditur cum eius patrimonio, nec retinet amplius nomen dotis, vt per Siluan. d. cons. 2. no. 61. prope fi. vers. nec obstat. ¶ Secunda respõsio est, quòd Bald. Ias. & alij supra relati nihil dicunt de effectu statutariæ exclusionis filiæ à supplemento legitimæ, ad quem effectũ tendit dubium, de quo agitur, secundùm quem effectum statutum vrbis
libr. 1. ca. 82. requirit dationem † dotis, & sic cum effectu 6
ad Soc. cons. 92. num. 5. vers. in casu autem nostro, libr. 1.
¶ Sed prima responsio nõ subsistit, quia † text. in d. Auth. 7
sed quãuis, & in corpore vnde sumitur, loquitur de dote consistente in quantitate, & mensura. Et licèt Bald. in d. l. rem quam. loquatur de dote data in specie, tamen non loquitur restrictiuè, quasi secus in dote quantitatis, sed loquitur exemplificatiuè. Et idẽ dixisset de dote consistente in quantitate, ex quo mouetur ex d. Auth. sed quamuis, & Siluan. d. cons. 2. nu. 61. prope fin. secundùm Dominos facit in contrarium, quia licèt dicat, quando dos constituta est in quantitate, non eandem restitui debere, sed satis esse si tantundem in genere restituatur, nihilominus non dicit dominium dotis constitutæ in quantitate transire in patrem, ita vt cum eius patrimonio confundatur, & ab eo possit alienari: Imò dicit contrarium, referendo & sequendo Paul. de Castr. in d. l. fin. sub nu. 7. circa med. vers. est tertium tempus, C. com. vtr. iud. ¶ Præterea text. in §. quia verò, in Auth. de æqualit. dot. vnde sumitur d. Auth. sed quamuis, videtur tollere omnem difficultatem, ponderando illa verba, *quia semel alienata est ab eius substantia.* Item ibi, *sed ipsa mensura ei nubenti rursus dare, tanquam si nec coniugisset viduatam.* Item ibi, *non solum triginta librarum auri Domina facta est.* ¶ Secunda responsio non intrat, quia Docto. supra relati loquuntur generaliter, & Bolognet. loquitur in specie ad effectum statuti excludentis filiam dotatam à successione paterna: nec videtur esse differentia, *an dos filiæ soluto matrimonio per mortem viri remaneat penes eam, vel ad patrem reuertatur.* Ipse enim, si ad eum reuertatur, non potest minuere, sed tenetur filiæ secundo nubenti integram restituere, perinde atque si foret viduata, vt expressè cauetur in d. §. quia verò. ¶ Secũdò ad ostendendum, filiam in casu nostro dotatam fuisse, fuit
dictum, illam dedisse in dotem † secundo viro nomen de- 8
bitoris, hoc est, debitũ patris, l. si debitor. ff. de iur. dot. l. si pater. ff. solut. matr. l. Nesennius, ff. de re iud. Quando autem datur in dotem nomen debitoris, tunc verè dicitur dos esse apud maritum, ita vt actio competens vxori contra debitorem datum in dotem, sit res dotalis, & maritus dicta actione in eum translata dicitur habere rem dotalem, & dos dicitur propriè & perfectè constituta: nec agit maritus contra debitorẽ ex causa dotis, sed tanquam procurator in rem suam, quia in eum ipso iure fuit translata
vtilis actio, quæ † competebat mulieri dotanti, iuxta l. fin. 9
C. quando fisc. vel priuat. vt bene deducit Ruin. ad rub. ff. solut. matrim. nu. 175. & Rolan. de lucr. dot. quæst. 11. nu. 28. Quòd autem mulier in casu nostro dederit secundo viro eandem dotem, quam primus habuerat, & per consequens actionem, quam filia habebat aduersus patrem, ad quem dos peruenit, probatur ex illa communi con-
clusione, quòd † mulier secundo nubens intelligitur dare 10
eandem dotẽ, quam habuit in primo matrimonio, quamuis nulla interuenerit promissio dotis, nec vlla dotis mentio facta fuit, vt per Roland. post alios per eum cumulatos de lucr. dot. q. 75. nu. 6. & 7. vbi de communi. ¶ Tertiò & vltimò Domini considerarunt, quòd saltem in casu isto fuit relicta dos in testamento paterno, vbi pater reliquit filiæ scuta 10. vltra scuta 200. quæ asserit dedisse pro eius primo viro per 30. annos antea. Vnde pater aut dedit hanc dotem secundo viro, & tunc sumus in dote data,

aut non dedit, sed solùm promisit, & tunc non sumus in
dote promissa tantùm, sed etiam in dote relicta, quia pa-
tet asserendo in testamento dedisse primo viro pro dote
filiæ scuta 200. negari non potest, quin ex huiusmodi as-
sertione dicatur dos 200. scutorum relicta, quatenus illa
prius soluta non essent. Et sic intrat statutũ vrbis loquens
non solùm de dote data, sed etiam de relicta.

CANTVCCII.

Pientin. affictus. Lunæ, 16. Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Æstimatio ad effectum sciendi valorem non transfert dominium in accipientem.*

2 *Æstimatio boum facta in ministerium & culturam agri, non facit emptionem.*

3 *Æstimatio instrumentorum fundi locati ad culturam, vel in perpetuum, facit emptionem.*
Declara tamen & intellige, vt ibi.

DECISIO CLVII.

DOmini steterunt in decisis, nempe, æstimationem
animalium, de quibus in instrumento affictus, non
fecisse emptionem, & consequenter periculum deprædationis illorum non pertinuisse ad affictuarios, sed ad Epi-
scopum Pientin. locatorem, & ratio fuit, quia cùm in in-
strumento affictus fuerit promissa restitotio corundem
animalium in eadem æstimatione, vt patet ex illis verbis,
al fine de la locatione li detti fittuarÿ siano obligati renderli nella
1 *medesimo stima*, æstimatio † fuit facta ad effectum sciendi
valorem ipsorum animalium, iuxta tex. in l. si inter virum
& vxorem, & ibi gl. & Doct. C. de iur. dot. Bal. in l. ex con-
uentione, in 3. oppos. & ibi Salic. in vltima oppos. vers. 3.
& melius Iason, nu. 2. vers. limita istam regulam, & bene
Dec. nu. 7. C. de pact. Corn. cons. 15. nu. 3. vers. item non-
nunquam, lib. 2. Socin. cons. 17. nu. 2. vers. 2. casus, & num.
3. lib. 1. Rolan. consi. 92. nu. 6. & 21. lib. 2. late Couar. pract.
quæst. ca. 28. nu. 3. vbi de communi. Et quoad boues idem
est dicendum, ex his, quæ scribunt Bald. in d. l. 1. in fine, &
ibi Salic. col. 3. vers. & ex hoc deducitur, C. cõmodat. idem
Sal in l. sicut certò, §. nunc videndum, nu. 7. ff. eo. ti. volen-
2 tes, † quòd si ego loco tibi fundum & trado boues æsti-
matos non absolute, siue (vt ipsi deducunt) in simplicem
libertatem habendi, sed in ministerium, & culturam agri,
tunc æstimatio non facit emptionem. Quòd autem in ca-
su nostro bones sint traditi ad colendum agrum, colligi-
tur ex instrumento affictus, ibi, *& principalmente habbiano*
à dare in stima boui 25. aranti in ditte possessioni, & in terminis
locationis fundi cum traditione boum æstimatorum, vt
æstimatio non faciat emptionem, est cons. Anch. 72. per
tot. Et tollitur omnis difficultas ex cedula vẽditionis par-
tis animalium factæ per Episcopum Petro affictuario du-
rante affictu. Si enim æstimatio animalium fecisset em-
ptionem, superflua fuisset hæc secunda venditio, cùm se-
mel meum non possit amplius effici meum, §. sic itaque,
Instit. de action. ¶ Non obst. quòd ista venditio partis a-
nimalium erat fictitia, & simulata facta ad effectum cau-
tellandi Petrum, quando soluebat pecunias affictus anti-
cipare, quia si fuit facta ad effectum cauendi Petro, ergo
dominium animalium erat penes ipsum Episcopum, aliás
si fuisset penes Petrum, non fuisset ei cautum. ¶ Minus
obst. dictum Salic. in l. 3. ff. locat. vbi vult, quòd quando
locatur † fundus ad culturam vel in perpetuum, & instru-
3 menta fundi tradũtur æstimata, tunc æstimatio facit em-
ptionem. Quia dictum Salic. procedit in dubio, quando
scilicet instrumenta fundi simpliciter æstimantur, prout
loquitur text. met. in d. l. 3. At secus, quando fit conuentio
de restituendo animalia in eadem æstimatione, prout in
casu nostro, quia tunc æstimatio fit ad effectum sciendi
valorem animalium, vt supra diximus. Nec etiam obstant
illa verba posita in instrumento affictus, *& che li bestiami*
se consegneranno, siano della pari qualità & bontà che si riceuo-
no, quia intelliguntur de animalibus substitutis in locum
aliorum demortuorum.

CANTVCCII.

Romanensis supplementi legitimæ. Lunæ, 23.
Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens de hæredibus intelligitur de descendentibus.*

2 *Pactum renunciationis hæreditatibus paterna acceptatum à patre pro se & suis hæredibus, intelligitur de descẽdentibus à patre exclusis extraneis.*

3 *Statutum declaratorium propriè consistit circa aliquod verbum dubium.*

4 *Statutum nouum veteris declaratoriũ habens verba aliqua ex quibus appareat, mentem statuentium fuisse non comprehendere præterita, ad illa non trahitur.*

5 *Constitutio antiqui iuris declaratoria habentis prius in contrarium intellectum vel interpretationem, nõ trahitur ad præterita.*
Idem si super antiquo iure erãt diuersæ opiniones, & nouum ius alteram ex illis approbat, & declarat: secus si vniformiter intelligebatur. nu. 6.
Item limita, nisi tale ius vltra communem intellectum communiter etiam ita obseruetur, num. 7.

8 *Verbum, Hæres, positum in statuto cum dictione, Semper, intelligitur de quocunque hærede.*

9 *Statutum contra ius commune in eo quod non est clarum, reducitur ad intellectum iuris communis, vt illud minus corrigat.*

DECISIO CLVIII.

DOmini concorditer & sine difficultate steterunt in
decisis, nempe, statutum nouum, lib. 1. cap. 141. non
esse declaratorium statuti veteris, lib. 1. ca. 82. & quatenus
esset declaratorium, non trahi ad præterita. ¶ Quoad pri-
mum moti sunt Dn. Primò, quia † statutum antiquum, 1
dum loquebatur de hæredibus, intelligebatur de descen-
dentibus, ex deductis per Nat. & Brun. in locis citatis in
decisione, & ex resolutione cum multa maturitate facta
in illa Roman. de Lante, ad quorum corroborationem
duo fuerunt addita. Vnum, quod statutum antiquum, lib.
1. c. 82. loquens de successione ex testamento, habet rela-
tionem ad aliud statutum subsequens cap. 85. loquens de
soccession ab intestat. quod excludit filias propter fratres
ipsarum filiarum, meritò recepit interpretationem ab eo,
vt intelligatur de descendentibus. Alterum, † quòd sicut 2
pactũ renunciationis hæreditatis paternæ acceptatum à
patre pro se & suis hæredibus, intelligitur de descenden-
tibus à patre, exclusis extraneis, vt per Couar. in c. quãuis,
part. 3. §. 3. n. 4. circa med. vers. 4. si paternam de pact. lib. 6.
ita intelligi debet statutum prædictum, arguendo à pacto
ad statutum, vt per Euerard. in loc. à pact. ad statutũ. ¶ Se-
cundò, quia compilatores nouorum statutorum fuerunt
inter alios illi iidem Aduocati, qui iam scripserant in illa
Rom. de Lante. in qua, quia sciebant, bis in Rota resolo-
tum fuisse, quod verbum, *Hæredibus*, positum in statuto
antiquo intelligebatur de descendentib. & non de trans-
uersalibus, ideò credendum est, eos volentes compre-
hendere quoscunque agnatos, etiã transuersales, ad eua-
dendum huiusmodi resolutionem addidisse verba illa, *De*
agnatione etiam transuersali, non per viam declarationis,
quia sciebant illud verbũ, *Hæredibus*, non esse amplius du-
bium, stante resolutione Rotæ, sed per viam nouæ dispo-
sitionis. ¶ Tertiò quia, cùm † statutũ declaratorium pro-
priè consistat circa aliquod verbum dubium, vt per Dec. 3
in c. fi. n. 13. vers. nam hoc bene procedit. de constit. cùm-
que dubietas illius verbi, *Hæredibus*, consistat in eo, quòd
potest dupliciter intelligi, vel de descendentib. vel etiã de
extraneis, idcirco si statuẽtes voluissent declarare, vtique
dixis-

dixissent, *à descendētibus patris vel aui*, vel dixissent, *ab hæredibus quibuscunq; etiam extraneis patris vel aui*. Vnde cùm dixerint, *ab heredibus patris vel aui de agnatione etiam transuersali*, signum est eos processisse non per viam declarationis, sed per viam nouæ dispositionis. § Quoad secundum, quod statutum nouum, quatenus esset declaratorium veteris, non trahatur ad præterita, moti sunt Domini ea ratione, quia † quando statutum nouum declaratorium babet verba aliqua, ex quibus appareat, mentem statuentium fuisse non comprehendere præterita, prout est verbum, De cætero, tunc non trahitur ad præterita. Butr. in d.c. fi. n. 15. vers. vel quando nō proferuntur. & vers. nisi statutum nouiter factum, per text. in c. fin. de sponf. duor. in c. 1. de postul. prælat. lib. 6. in procem. Clem. in fine, & in Clem. prima, de vsur. in c. licèt cano. de elect. in 6. in quibus iuribus est verbum, De cætero, sequuntur Imo. in d.c. fi. de cōstit. n. 12. vers. nam primò dicit. Barbat. n. 39. vers. vā primò dicit. Felyn. n. 5. Bolognet. in l. omnes populi, n. 163. de iust. & iur. domin. in c. ex antiquis. colum. 3. vers. & hæc limitatio est vera. iuncto vers. vel si esset appositum verbum. quę sequitur ibi Præpos. ad verbum. sub n. 7. distinct. 54. Abb. in d.c. fi. de spōf. duo n. 4. vers. in contrarium. & ibi Præpos. n. 3. prope fi. vers. aut aliter non declarat. Franc. in c. 1. n. 5. de postul. prælat. lib. 6. Capt. reg. 6. nu. 21. Et banc conclusionē esse satis claram dicunt Imol. Felyn. & Præpos. vbi supra. sed in nostro proprio Sanctissimi Dn. vltra illa verba, *ad futurarum causarū decisionem ac negociorū expeditionem*. Ex quibus verbis colligitur, statuta noua respicere causas & negocia futura. Adest etiam verbum, De cætero, ibi, *statuimus. & Apostolica auctoritate decernimus*, vt De cætero. § Non obst. quòd ibi verbum, *De cætero*, refertur solùm ad statuta vetera, vt ea de cætero nō possint allegari. § Quia vltra quod dicitur, nulla alia statuta, quam hæc noua allegari possint, quod idem est, ac si dictum esset, nulla statuta, quam hæc noua seruentur, adsunt etiam verba illa subsequentia, *mutolate ac perpetuò obseruent*, ad quæ refertur illud verbum, De cætero. § Præterea, quòd statutum nouum etiam si esset veteris declaratorium, nō trahatur ad præterita, patet ex eo, quòd habebat prius in contrarium intellectum, & interpretationem Rotę, vltra Nat. & Brun. quo † casu constituto antiqui iuris declaratoria non trahitur ad præterita. prout voluit Gloss. in c. 1. in verbo, de cętero. ibi, cōmuni iudicio, & ibi Gemin. col. vlt. post. prin. vers. nota be ne istam glossam. & Franc. n. 5. vers. vel ipsa constitutio. de const. Præpos. in d. c. fi. de sponf. duo. n. 3. prope fi. vers. fi verò habet cōsuetudinem vel communem interpretationem. Capr. de reg. 6. nu. 21. & bene Gemin. in d.c. ex antiquis. col. 3. circa med. eo. vers. hæc procedunt. distinct. 54. vbi inquit, quòd tune

6 † constitutio iuris veteris declaratiora trahitur ad præterita, quando erant diuersæ opiniones iuris antiqui, & nouum ius approbat & declarat alterā ex istis opinionibus. At secus est, quando ius antiquum vniformiter intelligebatur, prout in casu nostro stāte intellectu Nat. & Brun. & vltimo loco ipsius Rotæ. § Nec obst. quòd vltra communem intellectum siue interpretationem requiratur etiam

7 communis obseruantia. Quia † Glos. in dict. c. 1. in verbo, de cętero. de postul. prelat. lib. 6. fundat se in communi iudicio, & ibi Franc. loquitur solùm de communi opinione, & interpretatione, & Præpos. in d.c. fin. de spons. duor. loquitur alternatiuè de consuetudine, & de cōmuni interpretatione, & sic sunt duæ limitationes separatæ, vna de cōmuni intellectu siue interpretatione, altera de consuetudine siue obseruantia. § Non obst. quòd in statuto vete-

8 ri fit mentio de hæredibus cū dictione, Semper, quo † casu verbum, Hæres, intelligitur de quocūq; hærede, vt per Doct. in l. Gallus, §. etiā, ff. de libe. & posth. quia dictio, *Semper*, in statuto veteri nō respicit personas hæredum, sed testamentum & vltimam voluntatem patris & aui. § Minus obst. quòd cùm statutū antiquum deroget iuri communi, cùm dicat, non obstante iure canonico & ciuili, non potest recipere interpretationem à iure communi, secūdùm quod verbum, Hæredib. intelligitur de descendentibus. § Quia pro responsione dicitur, hoc esse verum iu eo, in quo statutū antiquum voluit derogari iuri communi, videlicet, quòd non petatur supplementum legitimæ: sed cùm non loquatur de quibuscunq; hęredibus, sed simpliciter de hæredibus, debet in statuto exclusiuo fœminarum de descendentibus intelligi. Nam † statutum contra 9 ius commune in eo quòd non est clarum, reducitur ad intellectum iuris communis, vt illud minus corrigat. Dec. cons. 44. nu. 16. Paris. cons. 9. nu. 53. lib. 2. Ad alia bene respondetur per D. Bisciam.

CANTVCCII.

Tusculan. vineæ. Veneris, 27. Octobris. 1581.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum producens videtur confiteri omnia in eo contenta, quatenus instrumentum probat, ex communi.*

2 *Falsum committitur nō solum fabricando, sed etiam ea scienter vtendo.*

3 *Confessio resultans ex productione instrumenti eatenus valet, quatenus instrumentum potest sustineri.*

4 *Scripturam producens continentem factum alienum præsumitur ignoranter producere.*

5 *Factum alienum quot modis consideretur.*

6 *Confessio resultans ex productione instrumenti præiudicat producenti, & contra eum probat.*

7 *Productio instrumenti quot modis dicatur scienter facta.*

8 *Testes falsos producens præsumitur habere scientiā veritatis.*

9 *Hæres præsumitur scire factum defuncti in lucro captando, & agendo: secus si de damno euitando tractetur, vel conueniatur.*

Idem in facto arduo, cuius notitia præsumitur. num. 10.

11 *Scientia præsumitur ex qualitate facti, quando est tale, vt soleat in notitiam deuenire.*

DECISIO CLIX.

Domini concorditer tenuerunt, cedulam, de qua agitur, quāmuis sit suspecta de falso, non pręiudicare Tulliæ, nec contra eā probare, quòd Frācifcus creditor, cuius ipsa est hęres, falsificauerit dictā cedulā ad effectum impediendi futuram probationem Henrici debitoris, ne scilicet posset probare se soluisse vel satisfecisse mutuo in grano vel hordeo in illis duobus annis 1561. & 62. in quibus cadit suspicio falsitatis, & per consequens, quòd dictus Franciscus tacitè confessus fuerit, dictum mutuum sibi fuisse solutū vel satisfactum, & ratio potissimum fuit, quia communis conclusio est, quòd quando sine dolo & ignorantet producitur instrumentū, quod postea detegitur falsum, quòd illa tacita confessio, quæ resultat ex productione, est adeò cohærens instrumento, vt eo sublato tanquam falso, tollatur & tacita confessio tanquam accessoria: Producens enim † instrumentum videtur confiteri, quatenus instrumentum probat. ita Abb. 1 in c. cùm venerabilis, nu. 27. ante med. vers. 3. quia sicut. & post med. vers. quando autē productio fuit. Paris. n. 6. Dec, nu. 23. vbi in fine testatur de cōmuni. extra de excep. Rom. cōs. 294. in princ. Alex. cōs. 108. n. 5. & 6. li. 5. Quòd autem Tullia produxerit dictam cedulam sine dolo & ignoranter, deducitur, tum quia si scienter produxisset, commisisset falsum, quod † committitur non solùm fabricando 2 scripturam falsam, sed etiam ea vtendo. Angel. in l. maiorem, per illum text. C. ad l. Cornel. de fals. Barbat. conf. 54. numer. 16. libr. 3. Tum quia non est verosimile, Tulliam sciuisse dictam cedulam esse suspectam de falso, quia si sciuisset, non produxisset, cùm ea non indigeret, & ex quo habebat fundatam intētionem in instrumento mutui: nec pro parte Amatoris erat aliquid probatum circa solutionē, vel satisfactionem mutui. Tum etiam & tertiò, quia in dubio non præsumitur quis velle sibi præiudicare per confessionem resultantem ex productione

3 instrumenti.arg.c.super hoc.de renunt.& † confessio sua
suspenditur,quatenus instrumentum valeat.ita Dec.in d.
c.cùm venerabilis,nu.24.in fine.Tum etiã & quartò,quia
4 producens † scripturam continentem factum alienum
præsumitur ignoranter producere , cùm in facto alieno
regulariter ignorãtia præsumatur.l.fi.ff.pro suo.& in spe-
cie sentit.Bart.in l. si falsus. C. de falsis , & clarè hoc dicit
Bald.in l.vltima.n.3.in fi.C.si minor maior.se dixer.Aret.
in c.præsentium,sub nu.13.ibi,aliquando certum est , vel
præsumptio iuris clara , quòd qui fecit falsum articulum,
formauit illũ ignoranter,quia erat de facto alieno.sequi-
tur ibi Felyn.sub n.11.de testib.Capi.decis.67.n.7.Boss.in
pract.crim.tit.de fals.n.154.vers.sed si est præsumptio.latè
Menoch.de arbit.iud.cas.315.nu.11.12.13.& 14.vbi bene
5 respondet fundamentis Ruin. contrarium tenentis cons.
86.nu.6.lib.4.¶ Quòd autem in casu nostro simus † in fa-
cto alieno,patet,quia, ãnt loquimur de eo quod contine-
tur in dicta cedula,& tũc sine dubio factum est alienum,
cùm sit negorium gestum inter Frãciscum & Henricum,
aut loquimur de scriptura vel subscriptione ipsius cedu-
læ,& tunc quoque certum est factum alienum,aut loqui-
mur de alteratione dictæ cedulæ circa millesimum con-
uertendo 1560. in 1562. & tunc etiam non potest verisi-
militer dici , nisi factum alienum, cùm ista alteratio veri-
similiter nõ sit commissa à Tullia,tum quia verisimile est
eam non fuisse informatam huius negocij, tum quia non
indigebat huiusmodi alteratione & falsitate,cùm proba-
tio solutionis mutui (ad quã tollendam hęc falsitas com-
mitti potuit)nulla esset facta pro parte Amatoris,non ob-
stãte quòd prius dederit articulos, & testes examinauerit.
¶Non ob. quòd imò Tullia produxit dictam cedulam do-
6 losè & scienter , quòd eius confessio , † quæ oritur ex tali
productione,ei præiudicat,& contra eam probat.Abb. in
d.c.cùm venerabilis.nu.39.Felyn.n.27.Dec.n.28.Aym.de
antiq.tempor.part.1.§.viso de verbis.n.52.vers.sed adhuc
7 isto.Gabr.de reg.iur.cõclus.1.n.19. Et † quòd Tullia pro-
duxerit dictam cedulam sciẽter,probatur tum ex his,quæ
scribit Bald cõs. 446.n.3.vers.& ex hoc sequitur.lib.5.vbi
8 inquit,quòd producens † falsos testes præsumitur habe-
re scientiã veritatis.sequitur Aym.cons.123.nu.6. in fine,
9 † Tum etiam , quia scientia Francisci præsumitur conti-
nuata in Tullia , quæ cũ sit eius hæres, repræsentat perso-
nam illius , & tractat non de damno euitando , sed de lu-
cro captando, & non conuenitur , sed agit, vt per Dyn.in
reg.pręsumitur,nu.5,quẽ sequitur ibi Io.Andr.in princ.&
Franc.n.4 post princ.vers.itẽ in hæredib.de reg.iur.lib. 6.
Capr.reg.79.n.20.Gabr.de reg.iur.conclus.5.n.23.¶Nam
ad dictum Bald.d.cons.446.sub.nu. 5. respondetur , Bald.
loqui in producente falsos testes super facto proprio,
quo casu non mirum si producens præsumitur habere
scientiam veritatis, quia in facto proprio ignorantia non
pręsumitur.l.verius.ff.de probat.Sed Tullia in casu nostro
non produxit super facto proprio,sed alieno.vt supra de-
ductum fuit.Meritò,&c. ¶ Ad dictum Dyn.d.regula præ-
sumitur,num.5.respondetur,Dyn. loqui , quando præce-
dit scientia in persona defuncti : tunc enim præsumitur
continuata in persona hæredis , tanquam repræsentante
personam defuncti ; sed in casu nostro non constat de
scientia in persona Francisci, quia licèt possibile sit , eum
alterasse dictam cedulam , tamen est etiam possibile eam
non alterasse. ¶ Præterea potest etiam responderi , quod
10 tunc † hæres præsumitur habere notitiam de facto de-
functi,quando ęst arduum.vt per Abb.cons.3.ante n.8.q.
16.vers.tamẽ quia verisimile est,li.2. sequitur Aym. cons.
11 168.n.5.vers.ideò dicit.Nam † sciẽtia pręsumitur ex qua-
litate facti,quando est tale , vt soleat in notitiam deueni-
re.Corn.cõs.168.n.11.li.4. Aym.vbi supra.Et est multum
verisimile , factum alterationis siue falsitatis dictæ cedu-
læ , quatenus fuisset factum Francisci , non deuenisse ad
notitiam Tulliæ eius hæredis, cùm factum sit tale,vt po-
tius soleat occultari , quàm ad alterius notitiam deueni-
re. Et in omnem euentum cùm Tullia habeat intentio-
nem fundatam in instrumento mutui , & pro parte Ama-
toris excipiatur de solutione, vel satisfactione ipsius mu-
tui , quam intendit probare per dictam cedulam , iuncta
confessione Tulliæ resultante ex productione , non in-
cumbit onus probandi Tuliæ , se produxisse dictam ce-
dulam ignoranter , sed incumbit onus probandi Amato-
ri, Tulliam produxisse illam dolosè , & scienter , quod
hactenus non probauit.

CANTVCCII.

Auersan. Tenimenti. Veneris , 24. Nouemb. 1581.

SVMMARIA.

1 *Alienatio rei Ecclesiasticæ duo copulatiuè requirit.*
2 *Prælatus prohibitus alienare bona Ecclesiæ , est etiã prohi-*
bitus compromittere.
3 *Solemnitas non requiritur in re solita concedi.*
4 *Assertioni alienantium non statur , quod res sit solita alie-*
nari ex communi.
5 *Solitum alienari probatur vel per duas locationes cũ cursu*
40.annorum, vel per vnam solemniter factam , ex com-
muni,
6 *Præsumptio solemnitatis ex lapsu lõgissimi temporis est fun-*
data in taciturnitate partium.
7 *Forma Paulina circa alienationem rei Ecclesiasticæ,quæ sit.*
8 *Informatio extraiudicialis non sufficit ad formam Paulinã,*
nisi in rescriptis,si in euidentem, ei derogetur , & specia-
liter concedatur.
9 *Additio , vel noua qualitas adiecta facit concessionem no-*
uam & diuersam.

DECISIO CLX.

FVit conclusum , monasterio sancti Laurenti Auer-
san.licuisse ac licere recedere à locationibus siue con-
cessionibus in emphyteusin tenimenti , de quo agitur,
factis Dominis de Capua de anno 1501.de anno 1523. &
de anno 1554. Quia nulla ex istis locationibus siue con-
cessionibus fuit solemniter facta , & tamen pro validita-
te alienationis rei Ecclesiasticæ duo † copulatiuè requi- 1
runtur , solemnitas siue forma requisita , & iusta caussa
alienandi.c.prim o.de reb.Ecclesi.non alien. Cle.1.eo titu.
Dec.qui de communi cons.142.n.4.& cons.282.n.6.cum
aliis per Couar.lib.2.vari.resol. cap.17.n.2.¶Quòd autem
locationes huiusmodi c. reant solemnitate siue forma
requisita , patet. Nam prima fuit facta à certis laicis ar-
rendatoribus fructuum dicti monasterij assertis procu-
ratoribus illius. Secunda fuit facta in vim laudi, quod ni-
hil operatur , quia † Prælatus cùm sit prohibitus aliena- 2
re bona Ecclesiæ , est etiam prohibitus compromittere.
Alex.cons.35.nu.2.lib.2.Paris.cons.134,nu.11.lib. 4. Nec
potest sustineri virtute confirmationis Præsidentis &
Diffinitorum iuxta concessionem Innocentij VIII. quia
inferius respondebitur. Tertia non fuit confirmata , imò
per sententiam Vicarij & Cantoris Auersan. commissa-
riorum Apostolicorum declaratum fuit illam non cessis-
se,nec cedere in euidentem vtilitatem dictæ Ecclesiæ , &
monasterij , & ideo non posse confirmari. Non ob. quòd
simus in re solita concedi , quo † casu non requiritur so- 3
lemnitas. c. 2. de feud. Quia † de isto solito non constat, 4
nec statur assertioni alienãtium.Bar.in l.si forte.ff. de Ca-
stren.pec.quẽ cõmuniter approbari asserunt Paris.cõs.62.
nu.7.lib.1.& Crauet.cons.175.nu.2.idem Bart.in Auth.si
quis in aliquo.nu.12.& ibi Dec.n.36.vbi alios citat. C.de
eden.Alexa.cons.17.n.6.lib.4. Probatur † autem istud so- 5
litum , aut per duas locationes cum cursu 40. annorum,
aut per vnam solemniter factam , prout est communis
conclusio,de qua testatur Ias.cõs.145.col.3.in princ. vers.
dicitur autẽ,& col.pen.pariter in princ.vers.nõ ob.secun-
dũ,lib.2.Claud.de Seisel.in spec.feud.pag.175.ver. cõclu-
dẽdo.pa.179.ver.tamẽ cõcludẽdo.& pa.182.ver.aut verò,
& vers.

& vers. procedit ergo, Curt. iun. de feud. prima par. 2. par. princip. q. 4. num. 8. & 9. Ruin. cons. 35. sub num. 30. lib. 1. Clar. in §. feudum, q. 13. vers. nunc pro intelligétia. Et fuit tétum in vna Zamoren. locationis coram r. p. d. Seraphino 14. Decembris 1579. ¶ Secundò non obst. præsumptio
6 solemnitatis ex lapsu longissimi temporis. Quia † ista præsumptio est fundata in taciturnitate partium, vt bene deducit Socin. iun. cons. 56. sub num. 13. libr. 1. Quæ taciturnitas partium hic non adest, quia prima locatio fuit facta de anno 1501. & super ea antea annum 1523. mota fuit lis in consilio Neapolitano, deinde deuentū ad compromissum, prout narratur in primo rescripto sacræ pœnitentiariæ obtento de anno 1551. secunda verò locatio facta fuit de anno 1523. & super ea mota lis de anno 1549. & sic partes nunquam tacuerunt spatium 30. annotum. ¶ Tertiò non obst. quòd in casu nostro adest consensus Apostolicus, ex quo secunda locatio facta de anno 1522. fuit confirmata à Præsidente & Diffinitoribus capituli generalis congregationis Cassinen. vigore facultatis sibi ab Innocentio VIII. cóceffæ. Quia dicta facultas est con-
7 cessa seruata forma Paulinæ † requirentis, testes & probationes pro veritate narratorum recipi, quæ forma non fuit seruata, cùm nulla testium nec probationū receptio appareat, sed solùm constet de quadam relatione Auditorum Perusij existentium, & à ciuitate Auersan. per 200. millia ria distantiam. ¶ Nec obst. quòd sufficit extraiudicialis informatio, vt per Abb. cons. 41. col. 2. vers. ex qui-
8 bus verbis, lib. 1. Quia id † procedit quando in rescriptis, si in euidentem, derogatur Paulinæ, & Commissariis conceditur facultas se extraiudicialiter informandi, quæ derogatio nedum in casu nostro non adest, sed priuilegium Innocentij expressè continet debere procedi iuxta formam Paulinæ. ¶ Quartò non obst. quod secunda locatio facta de anno 1523. fuerit confirmatoria primæ, factæ de anno 1501. Quia secunda locatio est noua cóceffio, tum quia talis appellatur in primo rescripto sacræ pœnitentiariæ, ibi, ac facta noua concessione. Tum quia verè non potest esse, nisi noua concessio, ex quo prima locatio facta fuit de toto tenimento pro masculis tantùm singulis 29. annis ad renouandum, sub obligatione de soluendo 15. tarrenos pro renouatione sub annuo redditu curruum duorum fœni, & quatuor tumulorum grani. Secunda verò locatio facta fuit solùm de vno tenimento, altero incluso in prima locatione liberè dimisso pro liberis legitimis in perpetuum, cum augmento annui redditus duorum tumulorum grani, & sine conuentione de renouando. Vnde cùm in secunda locatione omnia sint innouata, illa non potest dici confirmatoria primæ locationis, sed
9 est noua concessio, cùm † additio siue noua conuentio, vel noua qualitas faciat, concessionem esse nouam & diuersam à prima, argumento l. ius ciuile, ff. de iust. & iure, & in specie post Bal. not. Alexan. cons. 19. num. 2. libr. 15. Brun. cons. 112. sub numer. 6. Ruin. cons. 20. num. 7. libr. 1. cum aliis cumulatis per Decis. Pedemon. 23. num. 22. 23. 24. 25. & 26. Demùm non obst. quæ dicuntur de instrumento antiquo, de enunciatiua sententiæ, de præscriptione & eius interruptione. Quia bene tolluntur per Dom. Bisciam.

CANTVCCIL
Toletan. pensionis siue excusati. Lunæ, 20. Nouembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Quorum tenores, quid operetur.*
2 *Pensionarius non tenetur contribuere, vbi pensio fuit libera ab omni onere reseruata.*
3 *Pensionarius regulariter tenetur contribuere pro rata pensionis ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficij, super quibus est reseruata pensio.*
4 *Papa nō præsumitur velle derogare exemptioni quæ in contractum transiuit.*
5 *Iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum.*
6 *Papa derogans obligationibus Cameralibus censetur etiam derogare iuramento.*
7 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius quæsitum ex contractu.*
Fallit in contractu & obligatione super pensionibus, num. 8.
9 *Papa non potest disponere super matrimonialibus in nō subditos.*
10 *Pensionarius exemptus vigore concordiæ, si soluat onera regalia, potest repetere à titularibus.*
11 *Colonus soluens collectam repetit à domino.*
12 *Pactum inter emptorem & venditorem de non soluendo decimas, non præiudicat Ecclesiæ.*
13 *Dispositio quando potest interpretari, vt operetur vnum vel duo contra ius commune, debet interpretari vt operetur vnum tantùm, & non duo.*

DECISIO CLXI.

FVit concorditer conclusum, Reuerendis. Episcopum Viglenanen. teneri contribuere ad solutionem Excusati pro rata suæ pensionis secundùm distributionem Iudicum Excusari, quia reseruatio suæ pensionis est anteriot Excusato. Et licèt in ea adsint clausulæ prægnantissimæ, nihilominus fuit illis derogatum in confirmatione concordiæ Excusati. Dicitur enim in cócordia, quòd omnes personæ, cuiuscunque qualitatis & dignitatis existentes, habentes pensiones, sint cóprehensæ, vt contribuant, non obstantibus quibuscunque clausulis, exemptionibus, prærogatiuis, seu donationibus, & obligationibus etiam in forma cameræ. In confirmatione autem dictæ concordiæ adsunt clausulæ derogatiuæ amplissimæ, & † clausula, Quorum tenores, cuius vigore omnia exprimi possunt. 1
iuxta cons. secundùm Ant. de Butr. per Rotam pluries canonizatum. ¶ Non obstat allegata in contrarium. ¶ Et in primis non obst. quòd pensio ista fuit reseruata libera immunis, & exempta ab omni onere, quo † casu pensionarius non tenetur contribuere, Gig. de pensio. qu. 59. nu. 6. 2
¶ Quia huiusmodi immunitas & exemptio fuit sublata per dictam concordiam, obligantē pensionarios ad contribuendum, non obstantibus quibuscunque exemptionibus. Vnde pensionarius in casu nostro subdata exemptione per dictam concordiam remanet obligatus ad contribuendum. Nam † pensionarius regulariter tenetur contribuere pro rata pensionis ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficij, super quibus est reseruata pensio. Caccialup. de pensio. q. 17. Gig. d. q. 59. nu. 1. 2. & 3. 3
¶ Nec obst. replicatio de his, quæ scribit idem Gig. dict. q. 59. nu. 9. post Catd. cons. 102. in princ. vers. & idem, tenet, & Alex. cons. 122. nu. 16. vers. quinimo, lib. 4. quia cessat stante clausula, *Quorum tenores, &c.* ¶ Secundò non obstat, quòd exemptio in casu nostro transiuit in contractū, cui † Papa non præsumitur voluisse derogare, c. 1. de pact. 4
c. ex multiplici, vbi Abb. nu. 4. de decim. ¶ Quia clarè constat, Papam voluisse derogare ex illis verbis seu donationibus, &c. ¶ Nec obst. replicatio, quòd illa verba debent intelligi de clausulis donationis solitis, apponi in supplicationibus, non de his, quæ continentur in obligatione ad partes facta, & sic obstat duplicitas vinculi, videlicet priuilegij Papæ, & contractus partium, ad glo. in clemen. dudum, in verbo, pacta. de sepultur. Achil. decis. vnica. de confirmat. Quia illa verba intelliguntut de donationibus per viam contractus, quia dicitur, seu donationibus & obligationibus in forma cameræ. Si enim Papa derogat obligationibus etiam cameralibus: ergo derogat contractibus, & sic cessat duplicitas vinculi, quia Papa derogat nedū exemptionibus, sed etiam contractibus. Tertiò non obst. quòd obligatio cameralis in cāsu nostro fuit cū iuraméto, quòd est seruandū, cùm † possit seruari sine interitu salutis æternæ, c. cùm cótingat, de iureiur. & sic concurrit
tri

triplicitas vinculi videlicet priuilegij Papæ, obligationis cameralis & iuramenti, & in concordia derogetur simpliciter obligationibus in forma cameræ, de iuramento
6 autem nullum verbum. ¶ Nam † fuit responsum, per derogationem obligationum cameralium, censeri derogatum etiam iuramento, quia aliàs derogatio nihil operaretur, cùm omnes obligationes camerales sint iuratæ. Et ad corroborationem huius responsionis fuit dictum, quòd aliàs Per Rotam decisum fuit, statutum vrbis lib. 4. c. 23. mandans in donationibus certas solemnitates adhiberi, intelligi etiam de donationibus iuratis, licèt in eo non fiat mentio de iuramento, ne aliàs statutum reddatur elusorium, cùm (*vt plurimum*) donationes fiant cum iuramento. Vnde Papa in casu isto derogauit exemptionibus, obligationibus cameralibus, & iuramento, & sic cessat triplicitas vinculi. ¶ Nec obst. replicatio, quòd illa verba, & obligationibus etiã in forma cameræ, debeant intelligi de obligatione camerali de soluendo pensionẽ, non de obligatione camerali de donãdo suum, & de soluendo de suo proprio. Quia derogando Papa donationibus & obligationibus etiam cameralibus non est dubium, quòd derogauit etiam obligationi de donando suum, & de soluendo de suo proprio. ¶ Quartò
7 non obst. quòd † Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius quæsitũ ex contractu. Dec. cons. 410. nu. 22. Aym. de antiq. tempor. par. 1. in princ. n. 33. cùm contractus & consensus sit de iure naturali. quod Princeps non tollit. Io. And. & Abb. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Sarn. in compend. vtriusq; sign. sub n. 81. vers. & quod dictũ, & n. seq. Quia ista materia pensionum Papa potest tollere contractus & obligationes, & ius ex eis quæsitum: nam omnia dependent à gratia Papæ, &
8 substistentia pensionis, quam † si Papa diminuit, contractus & obligatio nõ operatur. Put. deci. 53. fuit cõclusum, alias 59. li. 1. Mohed. deci. 138. ¶ Nec obst. replicatio, quòd quando Papa disponit circa conuentionem de soluendo de suo proprio, disponit super patrimonialibus, super
9 † quibus non habet potestatem non subditos, Abb. in c. cum dilectus, n. 5. de integat. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 6. sub num. 5. & seq. Et quòd ista solutio de suo proprio est duplicata. Primò in supplicatione reseruationis pensionis. Secũdò in obligatione camerali: adeò quod licèt prima dependeat à gratia Papæ, tamen secunda est libera, & absoluta, & de per se stans, & sic adhuc intrat duplicitas vinculi. Nam hæc omnia tolluntur considerando solutionem de suo proprio tanquam consecutiuam, & accessoriam ad reseruationem pensionis. ¶ Vltimò non obst.
10 quòd † pensionarij vigore cõcordiæ tenentur contribuere quoad legem, sed possunt repetere à titularib. ad l. ædiles. §. quicunq; de via pub. & l. litib. §. fi. C. de agri. & cens. lib. 11. per quę iura not. Bald. in l. si cũ duob. §. in coeunda. in 2. not. ff. pro soc. & in l. 1. sub n. ver. 6. C. de iure emphyt,
11 quòd † si colonus soluat collectam, repetit à domino. sequitur Nat. cons. 409. nume. 5. lib. 2. Et ad id fuit allegatus
12 Abb. in cap. in aliquibus, n. 6. de decim. vbi vult, † quòd si transferens fundum in alium paciscatur, vt ipse teneatur ad solutionem decimarum, & non possessor, quod hoc pactum non præiudicat Ecclesiæ, quominus possit petere decimas à possessore, licèt valeat pactum in præiudicium paciscentium, quia si possessor soluit decimas, potest illas repetere ab alienante. Et ista tantò magis videntur hoc casu procedere, quòd cùm verba concordiæ possint intelligi respectu Regis, non sunt intelligenda respectu
13 titularis: quia † quando dispositio potest interpretari, vt operetur vnum vel duo contra ius commune, debet interpretari, vt operetur vnum tantùm, & non duo. Gozad. cons. 19. num. 5. ¶ Nam pro responsione dicitur, istud nõ applicari casui nostro, quia ideò colonus soluens collectas repetit à domino, quia non colonus, sed dominus ad illas tenetur. Et ita loquuntur Nat. & Bald. vbi supra, Et ideò quoq; possessor soluens decimas repetit ab alienante, quia non possessor, sed alienans vigore pacti ad eas tenebatur: At secus est in casu nostro, quia pensionatius de iure tenetur contribuere pro rata pensionis ad solutionem oneris, nec verba concordiæ possunt intelligi respectu Regis, quia obligatio cameralis non poterat obstare Regi, sed solùm titulari. Et ideò concordia derogans obligationibus cameralibus, debet intelligi respectu titularium, non respectu Regis.

CANT V C C I I.

Prænestin. hæreditatis. Lunæ, 27. Nouembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Castra existentia intra 40. milliaria, nõ soluentia sal focaticum, non sunt subiecta statuti Vrbis.*

2 *Statutum continens prohibitionem fauorabilem comprehendit omnes subditos vbicunq; existentes.*

Declara tamen, & limita, vt num. seq.

DECISIO CLXII.

Domini reteoris decisionibus factis in illa Vrbeuetan. hæreditatis coram R. P. Domino Robusterio confirmantibus decis. Put. 24. lib. 3. quod † castra existen- 1 tia intra 40. milliaria, si non soluant sal focaticum, non sunt subiecta statutis vrbis, firmarunt regulam pro Domino Iulio, quòd promissio D. Marchionissæ de præstandis alimentis dictis Iuliæ & Catharinæ eius filiabus, non sit nulla ex defectu formæ & solemnitatum statuti vrbis ca. 23. lib. 4. & cap. 19. libr. 5. & consequenter, instrumentum continens huiusmodi promissionem esse validum, & illi standum esse respectu dicti statuti. Et ratio est, quia cùm ciuitas Prænestina non soluat sal focaticum, prout in secundo præsupposito, in ea non habeat locum statuta vrbis. ¶ Non obst. quòd Dominus Iulius, & Domina Marchionissa sint ciues, & quòd dictũ statutum est prohibitiuum in personam, & continet prohibitionem fauorabilem, ne mulieres propter sexus fragilitatem decipiantur, & † quòd propterea comprehendit illos tanquam ci- 2 ues Romanos vbicunque existentes, & contrahentes, vt per Bat. in l. cunctos populos, ou. 32. vers. aut statutum est prohibitiuũ, & ibi Bal. nu. 13. vers. sed quod contra, & Salic. sub nu. 11. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 41. nu. 7. lib. 5.
¶ Quia † pro responsione dictum fuit, quòd dictũ statu- 3 tum respiciat principaliter formã & solemnitatem contractus, secundario verò personã, quia principaliter prohibet contractum fieri, nisi seruata forma & solemnitate. de qua ibi, licèt hanc prohibitionem faciat etiam ratione personæ, quæ secundario consideratur, vt per Caccialup. in dict. l. cunctos populos, num. 90. & Ias. cons. 69. col. fin. vers. & sic statutum principaliter, lib. 3. Rui. cons. 201. nu. 8. circa fin. vers. & hoc est rationabile, lib. 1. Ant. Gabr. lib. 6. de stat. concl. 8. nu. 17. Hoc idem voluit Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 26. vers. sed contra prędicta, prout deducit Ias. vbi supra. An autem ab hac regula pro Dom. Iulio firmata sit recedendum ex capite obseruatiæ statutorum vrbis in ciuitate Prænestin. iunctis confessionib. Domini Iulij: vel ex eo, quòd Senator habet ius distringendi Columnenses, & alios Barones in eorum castris intra 40. milliaria existentibus, erit particulariter videndum.

CANT V C C I I.

Teletan. decimarum. Veneris, prima Decembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Decima prædiales cui debeantur, an Episcopo, an vero Ecclesiæ parochiali, vide distinctionem.*

2 *Immemorabilis præscriptio requiritur ad id præscribendum, cuius commune resistit.*

3 *Decima prædiales debentur Ecclesiæ loci vbi sita sunt, nisi per consuetudinem aliter inductum sit, in qua sufficiunt decem anni.*

4 *Consuetudo vt inducatur prater ius, decem anni sufficiunt.*

DECI

DECISIO CLXIII.

QVoad decimas prædiorum antiquitus possessorum
per homines de Yepes in territorio de Occána in
termino vocato, *la Manilla*, conclusum fuit, sine difficul-
tate illas deberi Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopo
Toletan. tantum, nec alius de eis participauerit, prout
probant testes, de quibus in summario dato pro parte
Archiepiscopi, vt patet etiam ex arrendamentis factis ab
anno 1580. vsque ad annum 1588. ¶ Quo vero ad decimas
prædiorum emptorum ab anno 1524. vsque ad annum
1560. per eósdem homines de Yepes in eisdem territo-
rio, & termino, de quibus supra, Domini dixerunt, quòd,
1 aut cura animarum Ecclesiæ parochialis oppidi de Ye-
pes non spectat ad Archiepiscopum, & tunc tenuerunt,
decimas istas ei non deberi, quia deficit immemorabilis,
2 quæ † in casu isto requiritur, propter resistentiam iuris
communis, vt hic per informantes Beneficiatorum. Et in
specie tradit Rebuff. de decim. q. 13. nu. 84. prope fi. ¶ Aut
spectat ad Archiepiscopum, & tunc resoluerunt ei deberi,
quia pro parte ipsius probatur sufficienter consuetudo
percipiendi integram decimam ex prædiis prædictis: Li-
3 cet enim † decimæ parochiales, quales sunt hæ, de qui-
bus agitur, debeātur Ecclesiæ loci, vbi sita sunt prædia, ta-
men per consuetudinem induci potest, vt debeantur Ec-
clesiæ loci, vbi administrantur sacramenta, & ad inducen-
4 dam istam † consuetudinem sufficiunt decem anni, cùm
non sit contra, sed præter ius, Abb. in ca. cum sint, num. 6.
in fine, vers. ideò consuetudo, de decim. Achil. decis. 2. de
decim. Pur. decis. 154. incipien. fuit dubitatū, aliàs 165. li. 1.
quam decennalem consuetudinem testes Archiepiscopi
bene probant. ¶ Non obst. quòd Archiepiscopo resistit
ius commune, quia ipse percipit decimas istas ratione pa-
rochialis Ecclesiæ de Yepes. ¶ Secundò non obst. testes,
de quibus in summario additionali, quia decimustertius
super tertio, interrogatus dicit, quòd vno anno habuit in
arrendam decimas parochiæ sancti Ioannis, & quòd ali-
qui incolæ de Yepes, qui habebant prædia in territorio
de Occanna, attulerunt decimam vini ad dictam paro-
chialem. Iste testis non concludit, nec probat interruptio-
nem consuetudinis, quia potest intelligi de primo anno,
quo empta fuerunt prædia. Septimus super decimo octa-
uo dicit, quòd quidam Ioannes de Portez, dum esset inco-
la de Yepes, emit vnam hæreditatem in territorio de Oc-
canna, & quòd eo anno soluit decimam in oppido de Oc-
canna: iste testis probat de primo anno tantùm, 14. super
18. similiter loquitur de vno anno tantùm, & non dicit,
de quo anno. ¶ Tertiò non obstat, quòd huiusmodi deci-
mæ fuerunt solutæ per homines de Yepes metu censura-
rum. Quia censuræ potuerunt emanere post inductam
consuetudinem.

CANTVCCII.

Valiterana aquæ, Lunæ 11. Decem-
bris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Aqua scaturiens in fundo superiori, licèt fluxerit per mille annos in fundum vicini inferioris, potest tamen dominus fundi superioris talem aquæ cursum impedire.*
2 *Limita tamen & declara, vt num. seq.*
3 *Seruitus negatiua vt acquiratur domino fundi inferioris nō diuertendi aquā, vltra opus manufactum per dominum fundi superioris, requiritur ipsius scientia & patientia.*
4 *Interdictum, vti possidetis, datur in subsidium, vbi nō competunt alia interdicta particularia.*
5 *Interdictum, vti possidetis, non datur pro seruitute rustica habente caussam discontinuam, & quare, num. 6.*
6 *Interdictum de aqua quot. & æstiua, datur, vbi aqua ducitur à capite.*

DECISIO CLXIV.

DOmini plura firmarunt. Primò, quòd Canonici &
capitulum sancti Petri mediantibus eorum condu-
ctoribus fuerunt, maximè de tempore affictus Domini
Bonifacij, & Domini Iulij, in quasi possessione conficien-
di paratam in fossato existente inter casale delle Castella
capituli sancti Ioannis, & casale campi mortui capituli
sancti Petri ad effectum, vt aqua fossati mediante parata
defflueret in casale campi mortui pro irrigandis linariis,
& quòd parata adhærebat vtrique casali, vel casali delle
Castella, vt probant testes examinati pro parte Capituli
sancti Petri, quartus & quintus super maceriis, septimus,
iuxta 12. 25. 26. & 27. & super quinto, octauus iuxta 24. &
26. vndecimus iuxta 25. duodecimus iuxta 25. & 26. deci-
musquartus iuxta 11. & 27. decimusquintus iuxta 25. &
super quinto. ¶ Secundò, Domini firmarunt limitationem
ad reg. illam, quòd licèt aqua scaturiens in fundo superio-
ri fluxerit per mille annos in fundum inferiorē, non pro-
pterea † dicitur ius aliquod quæsitum domino fundi in- 1
ferioris, ita vt non possit dominus fundi superioris talem
cursum aquæ impedire, cùm talis cursus in mera eius vo-
luntate cōsistat, l. Proculus, ff. de dam. infect. l. si in meo fun-
do, ff. de aqua plu. arcen. Veron. de seruit. aquæduct. n. 55.
Balb. de præscript. 2. part. 4. part. princ. q. 4. sub nu. 3. Aym.
de antiq. tempor. part. 4. §. vltimo, nu. 39. Roland. cons. 53.
nu. 26. li. 2. Firmarunt (inquam) limitationem ad istam re-
gulam, vt nō procedat, † quando interuenit aliquod mi- 2
nisterium hominis, siue opus manufactum in fundo su-
periori, tunc enim ex tali ministerio siue opere arguitur,
aquam non iure facultatis, sed iure seruitutis decurrere,
& sic ex opere manufacto in fundo superiori acquiritur
seruitus negatiua non diuertendi aquam de fundo infe-
riori, vt post Paul. de Castr. cons. 243. prope fin. vers. præ-
terea potest esse, li. 2. Calcan. cons. 56. n. 11. vers. si verò lo-
quimur, Angel. cōs. 7. col. 2. post med. vers. licèt bene faciūt,
firmat Aym. vbi supra nu. 40. & vltra per eū allegatos, hoc
idem tenet Veron. vbi supra, nu. 56. in princ. & nu. 57. pari-
ter in prin. & nu. 58. post mediū, vers. aut habens fundum,
& nu. 60. ante medium, vers. in contrarium videtur, Balb.
vbi supra, Rip. in l. quominus, n. 88. in fin. ff. de flum. Gabr.
de præscrip. conclu. 10. nu. 14. & hoc idē voluit Bar. in d. l.
1. §. hoc interdicto, n. 9 ad fi. vers. possunt etiam, ff. de itin.
actúque priuat. post Innoc. in c. bonæ, el 2. post princ. vers.
potest etiam constare, de postul. prælat. Veron. de seruit.
rust. præd. c. 1. nu. 27. prope finem, Alb. cons. 35. nu. 2. Rim.
iun. cons. 86. num. 3. ¶ Tertiò firmarunt Domini, quòd in
acquirēda huiusmodi seruitute negatiua, & quasi posses-
sione ipsius vltra opus manufactū requiritur † scientia & 3
patientia Domini fundi superioris, prout in specie tenet
Veron. loco, de quo supra nu. 58. post med. vers. aut habēs
fundum. nō enim in istis incorporalibus acquiritur quasi
possessio, nisi concurrat scientia & patiētia, l. secunda, vbi
omnes, C. de seruit. & aqua. Veron. vbi supr. num. 58. latè
Balb. de præscrip. 2. part. 4. part. princ. qu. 1. nu. 12. ¶ Quar-
tò Domini firmarunt, in casu isto capitulo sancti Petri
competere interdictum vti possidetis, quia quando non
competunt alia interdicta particularia, tunc datur † in- 4
terdictū vti possidetis, vt per Menoch. de retinen. possess.
remed. 3. numer. 138. vers. ego opinor. ¶ Nec obstat, quòd
pro seruitute rustica habente caussam discontinuam,
qualis est ista de qua agitur, non datur † interdictum vti 5
possidetis. Bart. in l. 1. in princ. nu. 4. ff. vti possid. Iacob. de
Arena in l. 1. sub nu. 2. & ibi Salic. in sexta oppos. C. eo. tit.
Rum. cons. 106. num. 8. lib. quinto Coras. in leg. penul. nu.
18. versicul. vbi verò, & numer. 19. ff. de seruit. Menoch. di-
cto remed. 3. numero 103. & 109. cum sequen. ¶ Nam † id 6
procedit ea ratione, quia pro seruitutibus rusticis ha-
bentibus caussam discontinuam prodita sunt specialia in-
terdicta, de itin. actuque priua. de riuis, de aqua. quotid. &
æstiua. Et ideò non fuit necesse ad interdictum vti possi-
detis recurrere, vt declarat Salicet. vbi supra, & latiùs Co-
ras. in dicta leg. penult. nu. 16. & Menoch. d. remed. 3. nu.
110. ¶ Sed in casu nostro non competit interdictum de
aqua

7 aqua quot. & esti. quia † aqua non ducitur à capite, prout in illo interdicto requiritur, leg. 1. §. hæc interdicta, ff. de aqua quot. & æstiua. Ideò oportet confugere ad interdictum vti possidetis. ¶ Reseruarunt autem Domini particulariter videndum, an scientia capituli sancti Ioannis probetur verè vel præsumptiuè, & an scientia præsumpta sufficiat.

CANTVCCII.

Mediolanen. decimarum, Lunæ, 18. Decembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Spolio agens debet primum extremum concludenter probare ex communi, & magis communi.*
Limita in casu particulari, num. 5.
2 *Decima diminuta consueta est præstari.*
3 *Decima propriè dicitur de decem partibus vna, quando dicitur integra.*
4 *Decimarum plures sunt species & differentiæ.*

DECISIO CLXV.

EX instrumento locationis factæ de anno 1502. Domini dixerunt, non probari pro parte Francisci de
1 Nigris primum extremum, quod † debet plenè, & concludenter probari, Affl. decis. 364. n. 5. Plot. in l. si quando, nu. 115. C. vnde vi. Rolan. qui de cōmuni & magis communi, cons. 50. num. 16. lib. 2. Menoch. qui etiam de magis communi, de recuper. remed. 15. n. 408. cum sequ. Sarn. in reg. de infirm. q. 36. Put. decis. 72. alias 75. incip. Dubitauit D. Prosper. lib. 3. idq; in Rota tritissimum est. Licèt enim in dicto instrumento concedantur in emphyteusin perpetuam decimæ, sine ius decimandi pro annuo canone centum librarum, & licèt dictum instrumentum habuerit effectum, quia postea emphyteuta retrocessit de anno 1542. non tamen ex hoc sequitur, emphyteutam integras decimas percepisse, & mentio decimarum facta in dicto
2 instrumento, verificatur etiam in decima † diminuta, quæ præstari consueuit, cap. in aliquibus, de decim. Socin. cons. 207. n. 6. circa medium, vers. non obst. secunda ratio, lib. 2. Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 18. Et maximè, quòd huiusmodi integræ decimæ perceptio excluditur ex verbis dicti instrumenti, ibi, *cùmque huiusmodi decima hactenus solum fuerit locari aliquando plus, aliquando minus.* Item ibi, *nec spes in futurum sit maioris perceptionis, præcipuè, quia aliqui debentes soluere decimā prædictam interdum se difficiles excogitatis viis præstant in solutione ipsius decimæ, super quibus recusationibus vt plurimum solent lites exoriri*, quæ verba, vt dixi, excludunt perceptionem integræ decimæ. Et præsertim etiam, quòd ex fide Præpositi Treni & aliorum constat, solùm vigesimam exigi, & talem exactionem semper soli-
3 tam fuisse. ¶ Non obst. quòd decima † propriè dicitur de decē partibus vna, Abb. in c. 1. in primo notab. de decim. Card. in c. cum homines, nu. 1. eo. tit. Rebuf. de decim. q. 3. nu. 25. ¶ Nam respondetur, quòd tunc dicitur de decem partibus vna, quando dicatur integra, & sic non simplex nomen decimæ, sed illud adiunctum, integra, facit, vt intelligatur de decem partibus vna. Et ita loquitur Rebuff.
4 referens † inter alias diuisiones siue species decimarum, quandam decimam esse integram. quandam non: Aliàs iura disponentia, decimas solui cum omni integritate, & sine diminutione, vt in cap. commissum, ca. peruenit. cap. cum homines, c. ex parte canonicorū, & c. non est, de decim. frustra adiicerent illa verba, *cū omni integritate & sine diminutione*, si decima non diceretur, nisi de decem partibus vna: satis enim est pro decima aliquid solui, vt decima dici possit, ita argumentatur, Soc. dicto cons. 297. sub n. 6. circa medium, lib. 2. ¶ Præterea respondetur, quòd in casu nostro non agitur de significatione verbi, Decimæ, sed de probatione quasi possessionis exigendi integram decimam, quæ probatio non potest colligi ex instrumento loquente simpliciter de decimis, quæ licèt potuerint esse integræ, potuerunt etiam esse diminutæ: & propterea, qui dicit, integras decimas fuisse exactas, debet id probare: & tantò magis, quod in casu nostro verba instrumenti indicant perceptionem decimæ non integræ, sed diminutæ. ¶ Non obst. quòd illa verba, aliquando plus aliquando minus, intelligantur respectu annui canonis, qui a conductoribus soluebatur, qui variabatur secundùm varietatem annorum fertilium & sterilium. Quia ista varietas canonis poterat prouenire non solùm ex varietate annorum, sed etiam ex non solutione integræ decimæ, maximè, quia in instrumento subiicitur, quòd aliqui debentes soluere decimam, interdum in eius solutione excogitatis viis se difficiles præstabant. ¶ Non obst. quòd primū
5 extremum † potest præsumptiuè probari, vt per Put. in 5 decis. præalleg. ¶ Quia Put. loquitur in casu particulari, imò præsupponit regulam in contrarium, quod primum extremum debet plenè probari.

CANTVCCII.

Narnien. molendini. Veneris, decima Nouembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Minas & iniurias afferens aduersario ex causa litis, perdit causam ex bulla Alexandrina.*
2 *Verba in dubio debent intelligi ad excludendum delictum.*

DECISIO CLXVI.

DOmini pro maiori parte tenuerunt intrare Bullam Alexandrinam † propter minas & iniurias illatas 1 per Marcum Ioanni Iacobo, quas dixerunt probari, tum ex confessione Marij facta in supplicatione, ibi, si quæris mihi panem auferre, & ego cor tibi eruam, cum nonnullis aliis verbis iniuriosis: tum ex querela Io. Iacobi ibi, *si ego volo auferre panē, ipse vult mihi eruere cor*, & quod faciet, & dicit, iniuriādo, & verba iniuriosa proferendo, ad quam querelam Marcus in supplicatione relationem habet. ¶ Tum & tertiò ex testibus clarè probantibus huiusmodi minas, & iniurias. ¶ Insuper Domini dixerunt, minas & iniurias prædictas fuisse illatas ratione molendini, & sic causa litis, tum quia testes probant, Marcum dixisse Ioanni Iacobo, vade & porta lotricine, quod est vnum ex instrumentis molendini. ¶ Tum etiam, quia testes intelligunt, Marcum, quādo dixit Ioan. Iacobo, *tu vis mihi auferre panem de manibus*, voluisse inferre, huiusmodi panis ablationem sibi fieri ex causa molendini. ¶ Non obst. quòd Marcus locutus fuit sub conditione, *si tu vis mihi auferre panem, ego tibi cor eruam.* Tum quia omnes testes, dum referunt ista verba, loquuntur simpliciter. Tum quia Ioannes Iacobus in querela, ad quam se refert Marcus in supplicatione, dicit, quòd venit Marcus, & cœpit me iniuriare dicendo, *quod ego volo ei auferre panem, & quòd si volo ei auferre panem, ipse vult mihi eruere cor*, & sic illa dictio, *Si*, stantibus verbis præcedentibus debet exponi pro, *postquam.* ¶ Non obst. quòd Marcus fuerit prouocatus, quia de ista prouocatione non constat: imò testes videntur probare contrarium. ¶ Non obst. quòd Marcus dixit, *si velle facere, vt Io. Iacobus puniretur, & mitteretur ad triremes via iuris, & cū iustitia*, quia ista verba proferuntur ad aliud factum immediatè præcedens, prout ex verbis testium apertè colligitur. ¶ Non obst. quòd illa verba, *volo tibi eruere cor*, possunt intelligi † iuridice ad excludendum de- 2 lictum, ad trad. per Alex. consilio 188. sub. num. 7. lib. 7. & per Aym. cons. num. 126. ¶ Quia Alexand. loquitur de illis verbis, ego me vendicabo, quæ cum possint dupliciter intelligi, debent intelligi de vindicta licita, quoniam in benigniorem partem debet fieri interpretatio, vt ipse post Guliel. de Cun. ibi. deducit. At secus in ablatione cordis, quę non potest dupliciter intelligi, & non reperitur licita. ¶ Non obst. alia, quia bene tolluntur per informantes.

CANTVCCII.

Imolen. iurispatronatus. Veneris, 7. Iunij. 1577.

SVM

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus ex quibus acquiri & probari possit.*
2 *Actus ordinanti, non autem exsequenti tribuitur.*
3 *Iuspatronatus non ex dotatione vel largitione bonorum acquiritur, sed ex dotatione. ex magis communi.*
4 *Fundans, construens, vel dotãs Ecclesiam acquirit iuspatronatus, etiam si illud non reseruauerit, dummodo expresse illud non remiserit. ex communi.*
5 *Actum explicans non sponte, sed ex necessitate, vel pro exercitio officij sui præmium consequi non debet.*
6 *Hæres grauatus à testatore fundare Ecclesiam, si cogeretur à iudice, non haberet iuspatronatus: secus si voluntarie fundaret.*
7 *Collatio Papæ valet de beneficio iurispatronatus, si patronus non est in quasi possessione præsentandi.*
8 *Præsentatus ab existẽte in quasi possessione præsentãdi, præfertur præsentato à vero patrono. ex commun.*
9 *Collatio iurispatronatus facta ab ordinario existente in quasi possessione liberè conferendi valet, & præfertur præsentationi patroni in quasi possessione non existentis.*
10 *Proprietas absorbet causam possessionis, si prius de ea constiterit.*

DECISIO CLXVII.

DOmini cum duobus præsuppositis, vno quod Ab-
bas monasterij Ecclesiæ sãctę Marię in regula Imo-
len. dioc. iurisdictionem habeat ordinariam. Altero, quòd
non constet, capellam sancti Sigismundi in dicta Eccle-
sia existentem, habuisse dotem tempore, quo Nicolettus
de Tartagnis senior in eius testamento reliquit dictæ ca-
pellæ pro dote tot bona, quæ ascenderent ad summam
quingentarum librarum Bononien. Domini (inquam)
1 cum istis duobus pręsuppositis dixerunt constare † de iu-
repatronatus illorum de Tartagnis ad dictam capellam
ex dotatione, vigore dicti legati dotis, ita vt prouisio A-
postolica Scipionis de Calderinis nõ intret. ¶ Non obst.
quæ pro parte Scipionis deducuntur. Et in primis non
obst. quòd Alexander & Nicolettus iunior ex consigna-
tione certorum bonorum per eos Abbati & commissa-
rio dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ facta; non potuerint ius-
patronatus acquirere, attento quòd huiusmodi consi-
gnatio fuit facta pro solutione & satisfactione, legati do-
tis per Nicolettum seniorem dictæ capellæ sancti Sigis-
mundi simpliciter, & sine vlla reseruatione iurispatrona-
tus relicti, & talis consignatio debet tribui Nicoletto se-
niori leganti, non autem Alexandro & Nicoletto iunio-
2 ri hæredibus soluentibus, cùm † actus ordinanti, non au-
tem exequẽti, tribuatur, ca. super literis. de rescript. Rom.
cons. 366. sub nu. 1. Butr. cons. 74. nu. 4. Dec. cons. 381. ad fi.
bene Aym. cons. 144. nu. 2 ad fin. & nu. 3. ¶ Siquidem pro
respõsione dicitur, iuspatronatus quæsitum fuisse ex dote
per Nicolettum seniorẽ relicta, quia licèt ex simplici do-
natione, legato, vel largitione bonorum non acquiratur
iuspatronatus, tamen secus est, si hæc fiant pro dote, quia
simpliciter donans vel legans videtur potius benefactor
quam dotator, & acquisitor iurispatronatus. Iura enim
3 indulgent † iuspatronatus non benefactori, sed dotanti,
ca. filiis. 16. quæst. 7. ita Abb. in ca. quoniã, n. 10. de iurepa-
tronat. & cons. 59. n. 2 post medium, vers. quin imò li. 2. &
cons. 106. sub n. 2. vers. 1. enim requiritur. eo li. Hoc idem
voluit Ioan. And. in cap. primo, circa medium, versic. ideò
dictũ est, de iurepatron. Roch. de iurepatron. in verbo, &
dotauit, n. 9. vers. contrarium tamen. Sum. Ang. in verbo,
Iuspatronatus, nu. 4. vers. & nota. Pau. de Cittadin. de iure-
patron. parte 3. caus. 2. quæst. 13. num. 77. in fine. & latissi-
mè Lambert. de iurepatronat. art. primo. q. 6. parte prima,
lib. 1. nu. 9. vsque ad 17. fol. 50. secundùm vltimam impress.
& hanc esse magis communem opin. inquit Bero. d. capit.
quoniam. num. 89. post princ. Et licèt Nicolettus senior in
prædicto dotis legato non reseruauerit iuspatronatus, ta-
men sat est eum expressè illud non remisisse. Est enim re-
ceptissima conclusio, vt † fundans, construens, vel dotans 4
Ecclesiam acquirat iuspatronatus, etiam si illud non re-
seruauerit, dummodò expresse illud non remiserit, Ioan.
And. Card. Butr. Bald. Imo. Abb. Aret. & Fel. in c. significa-
uit, de testib. Archid. Ioan. And. Gemin. & Franc. in cap. 1.
de iurepatr. lib. 6. Rot. decis. 5. de iurepatr. in antiq. Rocch.
de iurepatron. in verbo. Ecclesiam fundauit. q. 8. num. 12.
latè Lambert. eod. tract. lib. primo, part. 1. q. 2. art. 4 fol. 12.
vbi sub nu. 14. testatur hanc esse communem opinionem,
eamq; ab omnibus teneri. Secundò non obst. quòd prædi-
cta bonorum consignatio non potuerit operari acquisi-
tionem iurispatronatus, quia facta fuit ab Alexandro &
Nicoletto iuniore, † nõ sponte & ex mera liberalitate, sed 5
ex necessitate, quia astringebantur propter additionẽ hæ-
reditatis Nicoletti senioris, vnde intrat regula, quod ex-
plicans actum non sponte, sed ex necessitate, vel pro exer-
citio officij sui, præmium consequi non debet, l. tertia, §.
vtrũ. ff. ad Syllanian. Nell. de bannit. 2. parte secund. tem-
por. quæst. 12. ¶ Nam respundetur, Alexandrum & Nico-
lettum iuniorem grauatos à Nicoletto seniore ad consi-
gnanda tot bona pro dote d. capellæ, non coactè & iussu
iudicis, sed voluntariè hanc consignationem fecisse. Et
propterea intrant, quę scribit Pau. de Cittadin. de iurepat.
3. part. caus. prima. q. 17. n. 55. quẽ refert, & sequitur Lam-
bert. in lib. 1. parte 1. q. 4. artic. 7. fol. 30. quòd † hæres gra- 6
uatus à testatore fundare Ecclesiam si cogeretur à iudice,
non haberet iuspatronatus: secus si voluntarie fundaret.
¶ Tertiò non obst. quòd ad impediendam prouisionem
Apostolicam, non sufficit quem habere iuspatronatus, sed
oportet eum habere quasi possessionem præsentandi,
cùm præsentatio sit fructus quasi possessionis. Ideò valet
† collatio Papæ de beneficio iurispatronatus, si patronus 7
non est in quasi possessione pręsentandi, vt post Inno. tra-
dit Card. cons. 69. num. 4. vers. sufficit, dicens, quòd quan-
do adsunt veri patroni non existentes in quasi possessione
præsentandi, & alij non patroni existentes in quasi posses-
sione, in literis Apostolicis nõ est opus facere mentionem
de veris patronis, sed de existentibus in quasi possessione,
quia per literas Apostolicas nõ præiudicatur veris patro-
nis quoad præsentationem, quando nõ ipsi, sed quasi pos-
sessores facere debent, & Card referunt, & sequuntur Fe-
lin. in tract. quando lit. Apost. non par. col. antepen. in 9. li-
mit. Dec. cons. 117. nu. 2. ant. med. ver. & quantum ad pro-
positum, cons. 124. nu. 1. circa med. cons. 126. num. 3. circa
med. cons. 129. nu. 2. vers. & propterea, cons. 134. nu. 1. ante
med. vers. ideo not. voluit Lamber de iurepatro. art. 1. q. 3.
part. 1. lib. 2. num. 8. fol. 15. & latius art. 23. q. 9. par. 3. lib. 2.
fol. 244. ¶ Et propterea † præsentatus ab existente in quasi 8
possessione præsentandi præfertur præsentato à vero pa-
trono. Butr. in c. consultationibus, n. 9. circa med. vers. per
hoc & ibi. Abb. nu. 6. de iurepatro. idem Abb. cons. 54. nu.
2. ante med. vers. quinimo. libr. 1. Dec. cons. 112. nu. 2. ante
med. ver. & ideo præsentatio. cons. 124. n. 1. post med. ver.
& ideò dicunt, cons. 126. nu. 3. vers. adeò quòd præsenta-
tio, cons. 129. n. 1. cons. 134 sub. n. 1. vers. & adeò ista quasi
possessio Crau. cons. 322. nu 5. ver. imo pręsentatus ab eo.
Lambert. post alios art. 6. q. 3. part. 1. lib. 2. nu. 1. & 2. fol. 19.
Rip. dicens hanc esse communem conclus. in c. cũ Eccle-
sia Suttina. n. 130. de caus. poss. & propriet. Vnde licèt cõ-
staret de proprietate iurispatronatus istorũ de Tartagnis,
tamen cùm ipsi tempore vltimæ vacationis dictæ capellæ
nõ essent in quasi possessione præsentandi, sed ordinarius
in quasi † possessione liberè conferendi sequitur, vt colla- 9
tio dictæ capellæ spectaret ad Episcopũ, non autem præ-
sentatio ad patronos. Rot. decis. 14. de iurepatro. in antiq.
Doct. supra citati cum multis aliis congestis per Menoch.
cons. 90. nu. 124. ¶ Sed pro responsione dicitur, præmissa
procedere, quãdo fuit processum ad institutionem, & an-
tequam cõstaret de proprietate iurispatronatus. At secus
si prius constiterit de proprietate, quia † tunc proprietas 10

absorbet caussã possessionis,c.cùm dilectus,de causs.poss.
& propriet. & ita declarat Abb.in d.ca.consultationibus,
nu.9. vers. quod ego intelligerem sequitur Pau.de Citta-
din.de iurepatro.part.6.art.3.q.7.num.16. Dec.consi.127.
nu.1.& consi.149.nu.2.post med.vers.& retenta ista con-
clusione.Lambert.de iurepatr.art.6.q.3.part.1,lib.2.nu.4.
vers.tertius est casus,fol.19.Sed in casu nostro antequam
ordinarios Imolen.executor literarum Apostolicarum fa-
ceret collationem dictæ capellæ Scipioni de Calderinis,
habenti mandatum de prouidendo in forma dignũ, con-
stitit eidem ordinario de proprietate iurispatronatus isto-
rum de Tartagnis,Merito,&c.

DECANI.

Roman. Viridarij.Die 5.Decembris,1580.

SVMMARIA.

1 *Laudemium non debetur,nisi dominium sit penes eum, cui est soluendum,& num.4.*

2 *Habitatione domus concessa, intelligitur venire etiam ipsa domus,non autem ipsius vsus tantum.*

3 *Ecclesia sancta Sabina est vna de antiquissimis 28. titularis Cardinalium presbyterorum.*

5 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

6 *Laudemium semper debetur illi,qui est maior dominus,qui alius præfertur.*

7 *Vsus est seruitus,quæ non cadit in re propria.*

8 *Enunciatiua verba ex vnico tantùm instrumento non probant.*

9 *Verba enunciatiua,vt probent,debent esse clara.*

DECISIO CLXVIII.

IN caussa Rom.Viridarij prætendebant Prior & fratres
sanctæ Sabinæ deberi laudemium tam à D. Francisco
Cintio propter alienationem,factam à bo.me.Alexandro
Ruffino,D.Christophoro Cintio,eiusque patri, quam e-
tiam à D.Mutio de victoriis sibi à D. Mario de Capizuc-
chis, cui asserebatur Viridarium fuisse alienatum à præ-
dicto D. Mutio, sed cùm ex aduerso pro parte eorundem
Dominorum Cintij & Marij prætenderetur, laudemium
non deberi,fuit dubitatum, stantibus nonnullis præsup-
positis, ex quibus colligebatur series facti huius caussæ,
*an constaret de tali dominio, & proprietate Ecclesiæ,cui debe-
batur laudemium.*Et die Lunæ,5.Decembris,1580.vtraque
parte latissimè informante, fuit resolutum, laudemium
non deberi.cùm non constet de dominio, seu proprietate
Prioris,& fratrum,seu Ecclesiæ sanctæ Sabinæ,prout ne-
1 cessarium est, quòd † penes eos sit dominium vel penes
Ecclesiam,in qua ipsi sunt intitulati,Dec.consi.138.nu.5.
cum aliis allegatis. ¶ Inprimis enim dũ fit fundamentum
super concessione Honorij, in qua conceduntur fratri-
bus Ecclesia ad celebrandum, & domus ad habitandum,
Domini dixerunt, ex hoc non probari dominium, quia
dato,quòd vbi conceditur domus ad habitandum, intel-
2 ligatur † ipsa domus concessa,non autem vsus ipsius tan-
tũ,l.4.ff.de alimen.lega.l.donationes, §.species,& ibi Bar.
quẽ omnes sequuntur,de donatio.tamen non simpliciter
conceduntur istæ domus,sed cum limitatione, videlicet,
sicut seculares Ecclesiæ habuerunt: quomodo autem ha-
buerint,non apparet,licèt non posset declarari ex conces-
sione Sixti, ex qua manifestissimè deprehenditur, quod
existebat domus pro inhabitatione titularis. Cum autem
Honorius in sua concessione reseruet ius titularis, sequi-
tur quòd domus titularis nõ fuit translata in fratres, quia
limitata caussa limitatum producit effectũ, maximè quia
in bulla Sixti habetur, quòd ille Cardinalis tũc temporis
titularis præparauerat tam domum assignatam fratribus,
quàm illam, quæ erat deputata ad vsum ipsius, & conse-
quenter in prædicta domo deputata pro titulari fratres
nihil habent,cùm ipsi non sint intitulati in dicta Ecclesia
3 sanctæ Sabinæ, quæ est † vna de antiquissimis 28. titula-
tis Cardinalium presbyterorum, vt scribit Honorius in
libello de tit.Cardinalium. Addebant aliqui ex Dominis
vltra prædicta,laudemium † nõ deberi,nisi dominium sit 4
penes eum,cui est soluendum, vt supra dictum est. ¶ Sed
dato, quòd fuisset penes fratres vel Ecclesiã, vtique fuis-
set translatum per ipsos in contractu locationis perpetuæ
in fauorem Marij Ruffini, in quo dicitur, nullo iure, nul-
láque actione in,de,& super parte domorum, & hortorũ,
præterquam annuo censu 36. Ducatorum reseruatis : ex-
ceptio enim † firmat regulã in non exceptuatis,Soc.cons. 5
167.lib.2. ¶ Præterea cùm titulus & administratio Eccle-
siæ sit penes Cardinalem titularem,cùm quæritur,cui de-
beatur laudemium, semper † præfertur ille, qui est maior 6
dominus,Spec.in tit.de emphyt.q.105.nu.129.& ei debe-
tur,non autem inferiori: tametsi in casu isto neque etiam
Cardinali titulari debetur propter dismembrationem fa-
ctam à Paulo Tertio.¶ Quòd autem Cardinalis sit maior
dominus,ex eo patet,quòd est titularis.Item quia cui hor-
tum applicauit,sumptibus illius pro tempore titularis fuit
fabricatũ,ex quo apparet de eius potiori iure, aliàs appli-
catio non valuisset. ¶ Non obstat , quòd solueret ex eo
quatuor vegetes vini, & quòd eo absente vsus esset fra-
trum.Quia hæc non solùm non probant dominium,quin
potiùs destruunt. Vsus † enim est seruitus, quæ non cadit 7
in re propria,l.in re communi. ff.de seruit.vrb.in prædio.
Quod confirmatur , quia ipsemet Paulus Tertius vocat
vsum & commoditatem hoc ius fratrum sibi pro recom-
pensa,& recognitione vsus,& commoditatis, quam dicti
Prior & fratres in dicto viridario habere consueuerunt,
qui etiam in locatione per ipsos facta agnoscunt eorum
ius euanescere,quoties adest Cardinalis titularis, cùm in
eum casum fateantur & velint resolui prædictas locatio-
nes.¶ Neque obstat concessio facta per ipsos Mario Ruf-
fino, quia ad abundantem cautelam voluit Marius obti-
nere fratrum consensum : Nam postquam approbarunt
motum proprium Pauli Tertij, & literas camerales, di-
cunt, & nihilominus etiam de nouo, quatenus opus sit,
vel expediat,&c.dederunt,cesserunt,&c.¶ Secundò prin-
cipaliter,dum informantes pro fratribus fundant se in il-
lis verbis enũciatiuis,de quibus in bulla Sixti,vbi dicitur,
vinea vestra,vnde videtur constare, quòd vbi est hortus,
seu viridarium, aderat vinea fratrum : fuit responsum.
¶ Primò, quod ista verba enunciatiua non probant, nisi
ex vnica bulla tantùm,quòd † non sufficit secundùm opi- 8
nionem quam tenet Rota. Achil.de iurepat.decis.6.Aym.
de antiq.temp.n.76.¶ Secundò,ad † hoc, vt verba enun- 9
ciatiua probent,debent esse clara. Aym. in loco allegato,
num.80.Sed in casu isto hoc non concurrit,quia non cla-
rè apparet,si illa vinea comprehendatur in horto,imò po-
tius arguitur quòd Cardinalis, & hortum & vineam ar-
boribus instruxit, & quòd hortũ cum vinea ad maiorem
decorem conseruauit, & nullum verbum, quòd vinea sit
inclusa in horto.Postremo dismembratio Pauli Tertij po-
tius facit contra fratres, dum separat & dismembrat do-
minium à titulari, & procedunt ea, quæ superius dicta
fuerunt.

LANCELLOTTI.

Roman.bonorum de Cruciariis.Die 20.Fe-
bruarij, 1568.

SVMMARIA.

1 *Actus hominum non extenduntur vltra quam geruntur.*

2 *Societas ex quibus coniecturis inducatur.*

3 *Habitatio & communis vita fratrum per se sola non est sufficiens coniectura ad inducendam societatem.*

Fallit, nisi sit longæua.num.5.

4 *Testis familiaris non probat.*

6 *Societas debet probari per actus illam necessario inferentes.*

7 *Societas vt inducatur ex communicatione lucri, debet hinc inde eadem fieri communicatio. & quare.*

8 *Societatem omnium bonorum non infert communicatio lucri hinc inde acquisiti etiam inter fratres.*

9 *Emptum*

9 *Emptum ab aliquo ex fratribus in communione manentibus, præsumitur ex propriis pecuniis, si maior erat.*
10 *Societas tacita omnium bonorum vt censeatur inducta, tria copulatiuè requiruntur.*

DECISIO CLXIX.

Conclusum ea præsuppositis & depositionibus testium, non constare de societate omnium bonorum tacitè contracta in vrbe inter Antonium & fratres de Cruciariis, quia cùm tota hæc materia inducendi tacitam societatem omnium bonorum, vel vnius negotia-
1 tionis sit coniecturalis, dependens ab actibus † hominum, voluntates non extenduntur vltra quam gerantur actus, vt tradit Bart. hoc tradens pro regula, in l. Titium. §. altero. col. fi. vers. tertio casu, de admin. tutor. Et ideò ni-
2 mirum si variè reperitur consultũ per Doct. quia † quandoque graues, quandoque violentas requisiuerunt coniecturas secundùm factorum varietatem, vt dixit Anch. cons. 302. col. 1. Tamen Domini in præsenti dubitatione dixerunt, coniecturas adductas non esse sufficientes ad
3 inducendam societatem bonorum. Nam † communis habitatio, & communis vita fratrum per se sola non sufficit, iuxta communẽ opinio. quã attestãtur Alciat. in tracta. de præsumptio. in prima reg. præsũpt. 25. n. 11. & Dec. cons. 548. numer. 5. Et minus etiam videtur concludenter probata per testes. Nam primus testis licèt super primo articulo illam deponat, tamen super secundo dicit, quòd semper manebant simul. 6. verò testis non multum pro-
4 bat, cùm † tempore depositionis viueret expensis Bartholomæi aduersarij Elisabettę. ad not. per Felyn. & Doct. in c. in literis. de testibus. 19. verò super secũdo articulo est sibi contrarius in 25. interrog. Nec placet saluatio adducta per Cruciarios, nam primus extraiudicialiter examinatus non reddit caussam scientiæ, & his testibus est contrarius tertius super secundo articulo. Accedit † quòd
5 Doct. nõ sunt contenti communi habitatione, nisi etiam sit longæua. Anch. d. cons. 202. col. prima. Dec. cons. 21. In princ. Et hanc testes non probant. ¶ Alia etiam coniectura, scilicet communicationes lucrorum inter ipsos fratres, Dominis non placuit, tum quia non est sufficienter probata, quia 16. testi non multum creditur, vt supra dictum est. Præterea super secundo artic. inquit, ideò fratres dedisse Antonio pecunias, quas lucrabantur, quia Antonius ipsos alebat, ex quo excluditur coniectura so-
6 cietatis, quæ † debet probari per actus illam necessario inferentes. Ang. cons. 31. in fi. 19. testis ad 25. interro. loquitur de communicatione lucrorum extra vrbem, de qua communicatione non est quæstio. Contrarium autem eius quod deponunt testes isti, probat tertius testis super tertio articulo. Tum etiam non placuit, quia etiam si probatum esset, fratres communicasse eorum lucra Antonio, necesse est etiam probasse, quòd Antonius vice
7 versa communicauerit sua etiã lucra fratribus, quia † debet hincinde fieri communicatio, vt dicit Bart. in d. §. altero. vers. tertio casu. vbi adducit rationem, quòd ideò tibi confero, quia tu mihi cõfers. Anch. d. cons. 302. dub. 1. Ideò idẽ Ang. cons. 85. dub. tertio. circa fi. requirit cõmunem arcam, in qua debuissent reponi lucra hincinde communicata. Tandem dixerunt, non propterea ex communicatione, quam faciebant dicti fratres de lucris acquisitis ex eorum operibus, inferri debere ad societatem om-
8 nium bonorum, sed † tãtùm ad societatem illius quæstus. vt not. Bart. in l. si patronus. circa finem. C. cõmun. diuid. & in d. §. altero. vers. 3. casu Anch. cons. 302. nu. 1. ¶ Nam circa alia bona debuissent probare, quòd tempore illorum acquisitionis omnes vixissent in communi, vel de pecuniis communibus fuissent acquisita, quod non est probatum. Et in hac opinione eò magis Domini se confirmabant, quia Antonius communiter reputabatur Dominus, vt dicit secundus & tertius testis ad 25. interrog. Et quia etiam ipse Antonius emerat solum, in quo domus fuit ædificata, vt dicit tertius testis super tertio. Quo casu præsumitur nomine proprio emisse, & si essemus in dubio, cuius nomine fuisset emptum, præsumeretur † ex 9
propriis pecuniis ipsius, ex quo fratres erãt maiores iuxta doct. Bart. in d. l. si patronus. nu. 4. & in d. §. altero. vers. 3. casu. Anch. d. cons. 302. dub. 2. vbi hanc cõiecturam considerat pro excludẽda præsumptione societatis omnium bonorum. Et † si teneatur illa opinio, quòd tria cõpula- 10
tiuè requirantur, vt censeatur inducta tacita societas omnium bonorũ, scilicet communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum circa res, & personas, vt post Oldr. voluit Ang. cõs. 112. & cons. 31. in fin. Anch. d. cons. 302. Dec. d. cons. 21. col. 1. in fi. & cons. 68. in prin. & est commun. opin. de qua per Alc. in d. tract. de præsumpr. & per Dec. d. cons. 548. nu. 5. Res caret omni difficultate, quia fratres de Cruciariis. qui illã probare debent, ex quo in illa se fundant, non probarunt nisi per vnum testem, scilicet primũ, qui est extraiudicialiter examinatus, & deponit per verba vt potuit videre.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan. Castrorum. Venetis, 4. Maij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Dictio, Vsque adiecta numero & gradus includit, ex communi, nu. 5.*
Et procedit nulla habita ratione odij vel fauoris, nu. 2. reprobata opin. Dec. cons. 511.
Fallit, nisi resultet prauus intellectus, nu. 3.
4 *Spurij prohibentur succedere patri, non autem collateralibus.*

DECISIO CLXX.

Domini dixerunt, dictionem, Vsque in verbis pacti, de quo agitur, includere, non autem excludere tertium gradum. Indubitata est enim conclusio, quòd † di- 1
ctio, Vsque adiecta numero, & gradui includit, nõ autem excludit. Oldrad. cons. 49. Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. Ægid. in c. 1. in vltima colum. vers. qui dicendum. de ordin. ab Episc. qui tenet hoc pro indubitato. Ioan. de Plat, in l. peculiari. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Prob. ad Monach. in c. fin. num. 33. de except. in 6. Brun. cons. 109. nu. 16. vol. 1. Alex. cons. 110. nu. 20. lib. 3. Purpur. cons. 389. nu. 1. communiter approbari dicit Bello. cons. 80. nu. 9. Idque † procedit nulla habita ratione odij vel 2
fauoris, vt per Bart. & Ægid. supra alleg. Idque probant iura adducta pro Iacobo, præcipuè si addatur præpositio, In, vt per eosdem ¶ Huic regulæ Rotæ censuit non applicari limitationes Bart. allegatas pro Illustr. hæredibus, videlicèt, vt † non procedat, quando resultaret prauus in- 3
tellectus, & contra leges, quæ reincidunt in vnum, vt per Ioã. de Plat. in loco allegato. vers. & similiter. Prauus enim intellectus. & legi contrarius sunt vnũ & idẽ, vt in exemplis ipsiusmet. Bart. Nam si statuatur terminus litigãdi vsque ad diem Dominicam, dies illa non includitur, quia est prohibitum ius dicere. c. fi. de dilat. ¶ Item si vendatur prædiũ vsque ad sepulchrum, non includitur, quia vendi non potest. Prauus autem intellectus, & legi contrarius non resultat ex eo, quòd potiùs tertius gradus, quàm secundus includatur. ¶ Nec obst. quòd spurij sint prohibiti à successione, quia † prohibẽtur à successione patris, nõ 4
autem collateralium & extraneorũ. Glos. cõmuniter approbata in verbo, Participiũ. in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. Et fuit pluries resolutũ in hac caussa. ¶ Nec obst. auctoritates Bero. cons. 148. nu. 42. in 2. & Soc. iun. cõs. 6. nu. 28. lib. 1. Quia respõsionibus datis pro Iacobo, quę Dominis placuerunt, additum fuit, quòd in illis casibus nõ potest applicari limitatio Bart. ipsi enim loquuntur in statutis, quæ deferunt ab intestato hæreditatem masculis exclusiuis fœminis & istis repugnat. l. maximũ vitium C. de liber. prẹter. In casu autẽ proposito nulla repugnat lex, & præsupponitur validitas pacti, de qua postea erit agẽdum. Nec etiã obst. Dec. cons. 511. Quia † dũ dicit, quòd in 5

materia odiosa dicto, *Vsque* non includit, loquitur contra communem Doct. sententiam, quòd haec dictio adiecta quātit. ti discretæ includit. ¶ Secundò in casu Decij ideò vltim us non censetur grauatus, quia non datur persona, cui debeat fieri restitutio, cùm vltimus sit, quem nemo sequitur. ¶ Præfatis non repugnat Bal. in l. à Caligato. C. de nupt. Quia, *vt in fine ipse dicit*, hæc dictio includit, & excludit, prout iuris ratio suadet, & mens disponentis. Hoc autem casu iuris ratio contrarium non suadet, data validitate pacti, erit ergo standum proprietati verborum.

¶ Vltimò mouebantur ex alia dictione, *Computandum*, quæ esset frustratoria, si non includeretur tertius gradus. ¶ Nec obst. quòd præscribat modum computationis, quia talis modus nō potest præstibi, nisi eum inclusione, alias dixissent paciscentes, *vsque ad secundum gradum computandum*. Erit igitur videndum de pacti validitate.

DECANI.

Roman. compromissi. Lunæ, 25. Iunij, 1581.

SVMMARIVM.

1 Compromissum habet in se tacitam conditionem, vt in eo deducta censeantur apposita qu. tenus laudum sequatur.

DECISIO CLXXI.

FVit dubitatum in caussa Rom. compromissi de Cuppis, *an instrumenta rogata per Campanum & Maynum Notario sint comprehensa in compromisso in casu & ad effectum, de quo agitur*. Quę difficultas licèt pluries proposita fuerit, tandem die Lunæ, 25. Iunij, 1581. fuit resoluta contra dominos de Cuppis: licèt enim Domini tenuerint, huiusmodi instrumenta fuisse comprehensa in compromisso inspectu illius tenore, nihilominus eō desiderato effectu, de quo in dubio, concluserunt dicta instrumenta non esse nouata, quominus illorum vigore isti de Cibbis possint agere executiuè contra Dominos de Cuppis. Tum quia
1 † deducta in compromisso censentur apposita, quatenus laudum sequatur, vt per Alex. cons. 21. in princ. vol. 1. per Felin. in c. cum olim. in fin. de præscript. eum vulg. Tum etiam, quia in eodem compromisso adest præseruatio per viam declarationis, ne prædicto instrumēto præiudicium censeatur illatum, & per consequens inspiciendus est tenor laudi, quo inspecto nō legitur aliquid, per quod censeri debeat sublata via executiua dictorum instrumentorum, præcipuè cùm in ipsomet laudo adsit præseruatio, quòd in his, in quibus non est laudatum, iura partium remaneant illæsa. Et ita fuit conclusum.

ALDOBRANDINI.

Roman. casalis. Veneris, 4. Maij, 1582.

SVMMARIA.

1 Ecclesiæ possessor quando agit & experitur pro iuribus dictæ Ecclesiæ & possessionis, non potest excludi ante sententiam declaratoriam.

Limita, nisi esset in possessione recenti num. 2.

3 Tempora contra morosum coniunguntur.

DECISIO CLXXII.

DOmini fuerunt cum decis. Mora namque D. Francisci videtur magna & inexcusabilis, cum ferè per cennium eanonem non soluerit. ¶ Nec obst. quòd soluere non teneretur Canonicis vti intrusis in cappellania, quasi quòd propter reseruationem vnio dictæ cappellaniæ facta sacristiæ à Cardinali Aminiato vltimo Aprilis. 1569. esset nulla, quia imò tenebatur, ex quo canonici possidebant. Exercitium enim actionum competeotium vel prælato vel loco non fundatur super iustitia tituli, sed præsentis possessionis, pro qua semper præsumitur:
1 Quando enim † possessor Ecclesiæ agit, & experitur pro iuribus dictæ Ecclesiæ, & possessionis, non potest excludi ante sententiam declaratoriā, vt dicit Aneh. cons. 197. nu.
2 1. vers. non obst. si dicatur. ¶ Nec obst. quòd † id procedat in possessione longæua, non autem in possessione recēti. Rot. decis. 1. de restit. spolia. in nou. eū aliis allegatis. Quia quando hæc limitatio vera esset, cùm inter vnionem, quæ habet datam vltima Aprilis 1569. & declarationem deuolutionis factam de mense Septembr. 1572. intercessermt tres anni & amplius, ad hunc effectum dixerant Domini, huiusmodi possessionem non esse recentem. Et hine est, quòd vbi agitur de beneficio, talis possessor regula de triennali redditur tutus. ¶ Non obst. quòd melius fuisset non producere titulum, quàm titulum infectum. Quia in primis à die moti iudicij vsque ad diem productionis, intercesserunt anni quatuor: Fuit enim producta vnio 26. Februar. 1576. Et nihilominus D. Franciscus nō soluit, & sic iam erat incursa mora. Vltra quòd eùm ad hūc effectum nō requiratur exacta probatio tituli, vt dicitur in d. decis. 1. cùm Cardinales vt plurimū habeāt indulta, quòd etiam habet Cardinalis Armoiacus, vt vidimus in aliis caussis, non poterat dici non coloratus iste titulus: Si enim expectatiua reuocata tribuit in spolio titulum coloratū, tantò magis vnio Cardinalis illam præstabit ad istum effectum præsertim, quia ex hac caussa D. Franciscus non recusauit soluere, quod manifestè patet, quia si hac ratione renuisset soluere, producta confirmatione vnionis soluisset, quòd tamen nō fecit: quam † moram post productam 3 vnionem Apostolicā incursam censuerunt Domini coniungendam eum antecedente, ex allegatis decisionibus Put. & Achil. Nec placuit responsio data, quòd hoc nō sit ius ex caussa de præterito. Quia satis est ex caussa de præterito, ex quo prouenit, & habet caussam ab illa possess. & vnione antea factā à Cardinali, vltra quòd dicitur ex caussa de præterito, quia prouenit ex obligatione D. Francisci proueniente ex instrumento locationis de anno 1531.

¶ Et facit simile allegatum, quòd si Ecclesia per annum vacasset, & postea de rectore fuisset prouisum, licèt emphyteuta ante nō fuisset in mora, si tamen anno sequenti non soluit, res incidit in commissum, quia emphyteuta cessauit per biennium soluere, & adeat persona, cui ante lapsum biennij soluere poterat. Et idem igitur statuendum est in hoc casu, in quo post nedum vnum biennium, sed post tres biennios lapsos adfuit persona, cui tuto solui poterat, & nihilominus D. Franciscus non soluit nec obtulir, imò per integrum annum sustinuit litem vsque ad executionem. Fuit enim producta vnio Apostolica 4. Iulij, 1578. & executio facta 30. Augusti, 1579. Apparet itaq; ex his satis clarè de mora inexcusabili. ¶ Nec facit, quòd egerint Canonici spolio, quia id fuit ferè in vltima parte iudicij: nam 26. Martij, 1579. tantum fuit suspensum petitorium: Vltra quod, etiam quod ageret spolio D. Franciscus, qui nitebatur contra actu, & dicebat, Canonicos spolio agere non posse, ex quo facto suo Ecclesia cecidera à possessione, & quod ipse comprehendebatur in locatione, debuit vel soluere, vel offerre.

SERAPHINI.

Roman. hæreditatis de Pichis. Mercurij, 13. Iunij, 1582.

SVMMARIA.

1 Voluntas vltima in dubio pro perfecta habetur.

Quod procedit etiam si in actu testandi post hæredis institutionem superuenit impedimentum, num. 2.

Et quando dicatur perfecta, num. 7.

3 Voluntatis mutatio non præsumitur.

4 Voluntas testantium ex arburio viuentium colligitur.

5 Solennitatis imperfectio non attenditur, vbi nō agitur de probādo testamento per scripturā, sed per testes, ex communi.

6 Testamentum momento temporis quando dicatur perfici.

8 Frenesis superueniens testatori post explicationem suæ voluntatis non nocet.

DECISIO CLXXIII.

FVit dubitatum, *an in casu, de quo agitur, Achilles testator habuerit voluntatem suam pro perfecta*. Et post iteratam caussæ propositionē fuit per Domioos conelusū pro parte affirmatiua. Regula enim est, vt in dubio † volūtas pro 1 perfecta habeatur, tex. est in l. si is qui. & ibi Bal. in 3. not. & Imol.

& Imol.col.fi.de testam. Alex.conf.74.nu.3.lib.1.& conf.
105.in fin.lib.7.Ruin.conf.1.post. nu.22.lib.2. Curt. iun.
2 conf.12.ante fin.Et † procedit hæc regula, etiamsi in actu
testandi post hæredis institutionem superuenerit impe-
dimentum, vt probatur ex eadem l.si is qui, & coadiuua-
tur hoc sententia ex coniecturis facti. ¶Prima est, quia
iam per Notariū Achilles fuerat interrogatus de omni-
bus, quæ scripta fuerant & continebantur in nota extra
eius cubiculum confecta, & omnia fuerant per ipsum
approbata, ex quo apparet eum circa reliqua nihil per-
3 mutare voluisse. Non enim præsumitur † voluntatis mu-
tatio. Bald. in l.quoties.§.1.in 3.not.de hæred.instit. & ibi
Imol. nu.5. Et hæc circumstantia per ipsummet Nota-
rium probatur in sua depositione ad 9. articulum, quæ
coadiuuatur ex dictis aliorum testium de eadem re depo-
nentium. ¶Secunda est, quia per testes probatur, quòd in
actu stipulationis testamenti superuenerat impedimen-
tum infirmitatis, vt bene in facto deducitur, ex quo ar-
gui potest perfectio voluntatis, cùm non soleat deueni-
ri ad illum actum, nisi prius perfectè, explorata volunta-
te. ¶Tertia est, quia conformis est huiusmodi voluntas
ei quam prius propalauerat, nempe se velle hæredes suos
instituere Dominicum, & Franciscum de Picchis. Volun-
4 tas † enim testantium ex arbitrio viuentium colligitur. l.
quoniā. C. de natur.liber. Imol.in l.filio præterito, nu.17.
de iniust.rapt.testam. Calcan.conf.8.nu.41. Aym.conf.98.
in fine.& 155.nu.11. ¶Neque obstant in contrarium pri-
mo loco deducta respectu imperfectionis resultantis ex
non publicatione testamēti. Quia illa imperfectio respi-
cit Notarium, nō testatorē, & dicitur imperfectio solem-
5 nitatis, quæ † non attenditur, vbi non agitur de probādo
testamentum per scripturam, sed per testes. Ruin. conf.1.
nu.22.lib.2. Quicquid ipse alibi senserit, quia loquitur
contra communem, vt liquet ex Didac.in c. relatum. il. 1.
col. pen. vers.3. conclus. de testam. & testatur nouissimè
Zunt. resp. pro vxor.nu.504. ¶Secundò non obst. quæ de-
ducuntur ex cons. Oldrad. 119. cum aliis per informan-
tes congestis. Quia in casu Oldrad. clarum erat omnia
per testatorem sine Notario facta, fuisse præparatoria ad
testamentum, non quod tunc actum testandi explicare
voluerit: Hic verò secùs est, cùm adesset Notarius, qui in-
terrogauit Achillem super sua voluntate, & iam fuerant
prius facta præparatoria media persona D. Hieronymi de
Picchis. Et ideò hanc fuisse explicationem suæ volunta-
tis dicendum est. ¶Neque repugnat huic interpretationi
Notarius, qui dicit, has interrogationes factas ad effe-
ctum explorandi, an scriptura dictata per D. Hierony-
mum, esset iuxta voluntatem Achillis, quia loquitur de
priori interrogatione, non autem de posteriori. Sed & hic
magis inspicienda est intentio testantis, quàm notarij:
non enim potest immotari ex tacita Notarij voluptate.
¶Tertiò non obstant deducta ex Bald. in d. l. si is, qui. in
prin. & ibi Castr. nu.6. & Cum. ibidem. Ias. in l.1. num.13.
6 & Ruin. num.4. de leg.1. cum aliis, quòd † testamentum
momento perficitur, cum vel ad extraneos actus deueni-
tur, vel licentiantur testes, vel Notarius. Quia licet hæc
arguant actus perfectionem, non tamen sunt omnino
necessaria, ita vt si non fiant, actus habeatur pro imperfe-
fecto. Quia si ita Doct. dicta interpretentur, esset contra-
ria conclusioni primo loco confirmatæ, quod in dubio
voluntas habetur pro perfecta. Et est contra text. aper-
7 tum in d. l. in qua ex sententia Labeonis tunc dicitur † vo-
luntas eius, qui obmutuit, imperfecta, si constaret voluis-
se plures hæredes pronuntiare, vt bene faciunt pro hac
parte Castr. conf.450. in rationibus dubitādi, licèt postea
propter circūstantias facti recedat ab ea parte. Fulg. conf.
116. Ioānes, n.4. Cels. Vgo conf.116.n.4. Sim. de Pret. cōs.
95. nu.8. ¶Non obst. quòd non fuerit dispositū per Achil-
lem de sepultura, quia neq; constat concludenter, quòd
de ea disponere voluit, & si voluit, satis id declarauit im-
plicitè, dotando capellam, prout fecit, & bene facit Pur-
pur. conf.15. col. pen. per informantes allegatus. ¶ Vltimò
quæ † dicuntur de frenesi, non obstant, cùm superuene- 8
rint post explicationem suæ voluntatis, & non differt ca-
sus iste à casu dict. leg. si is qui. in quo testator repente ob-
mutuerat. ¶ Et ex his sublata videntur in contrarium de-
ducta, & pro perfectione voluntatis conclusum.

SERAPHINI.

Roman. pecuniaria. Veneris, 27. Octo-
bris. 1581.

SVMMARIA.

1 *Promissioni & obligationi sua contrauenire nemo potest.*
2 *Stipulatio rati quando committi dicatur.*
3 *Mandatum in rem propriam morte non expirat.*
4 *Mandatum in rem suam ex quibus colligatur factum.*
5 *Verba intelligēda sunt secundum naturam actus, super quo interponuntur.*
6 *Mandatum in rem suā comprehēdit exercitium directarum, & etiam vtilium cessiones.*
7 *Hypotheca tacita ex legis dispositione oritur.*
8 *Militia huius temporis imputantur in legitimam sicut de antiquis.*
9 *Pretium penes eum, qui nō potest prætendere se illud retinere ex causa onerosa, succedit loco rei.*

DECISIO CLXXIV.

FVit resolutum, D. Elisabettam vti priorem & potio-
rem præferendam esse in exactione pecuniarum offi-
ci militis pij cæteris creditorib. q. Raffaelis, ratione hy-
pothecæ appositæ in instrumento procuræ: Postquam
enim fuit constituta procuratrix ad exigendum fructus
officij, & ad illud vendendum, cedēdum, & alienandum,
& pretium leuandum, & recipiendum, & omnem vo-
luntatem suam faciendum, idem D. Raphael constituens
se ratum habiturum totum id, & quicquid in præmissis,
& quolibet præmissorum per eam factum fuerit, sub hy-
potheca & obligatione omnium bonorum suorum, &c.
Habet ergo hypotheca præexistentem obligationem de
rato habendo quicquid per eam factū fuit. Et ideò quem-
admodum si D. Raffael viueret, & eam exigere volentem
hoc pretium impediret, † diceretur contrauenire pro- 1
missioni & obligationi suę. l. quo enim. vers. rē habere. &
§. fin. ff. rem rat. haber. eodem pacto tenentur creditores,
qui ab eo caussam habēt, ratum habere, alioquin † com- 2
mittitur stipulatio rati. l. si indebitum. §. fi. d. tit. rē rat. ha-
ber. & sic cessat quod opponitur ex l. soluitur. & l. itē libe-
ratur. quib. mod. pig. vel hipot. sol. cū manifestè legatur in
mandato præcedens obligatio de ratum habendo, cui
innititur hypotheca, quæ tunc statim orta est licèt exer-
citium actionis hypothecariæ tunc competat, cùm im-
peditur, quo minus facultate sua vtatur. ¶ Neque obst.
quod mandatum morte expirasse dicatur. quia † cùm sit 3
in rē propriā, morte nō expirat. l. illam. vbi omnes. C. de
donat. Bart. in l. 2. §. sed & si quis. ff. eod. cū aliis cōgestis
per Gabr. de procur. conclus.2. limit.10. ¶ Quod autē mā
datum sit in rem suam, non est dubitandum. Nam præ-
terquam, quòd verba mandati hoc expresse continent,
colligitur † etiā ex clausula, ponens eam in locum ius & 4
esse suum. Alex. in l. in prouinciali. §. si ego. nu.6.7.& 8. de
oper. noui nunt. Paris. conf.107.n.35. lib.3. maximè, cū hic
concurrat materia cōueniens, & apta ad huiusmodi man-
datum, prout considerat Alex. d. §. si ego. num.8. est enim
recognitio quædam bonæ fidei: erant enim empta ista
officia ex pecuniis ipsius D. Elisabettæ. Rom. conf.350. n.
6. Et † ideò verba sunt intelligēda secundū naturā actus, 5
super quo interponūtur, vt inquit Ruin. conf.109.n.1. Ex
† quo sequitur, non solùm fuisse mandatum exercitium 6
directarum, vt per Alex. d. no.8. & Ias. l. prima, nu.2. C. de
act. & oblig. sed etiā fuisse cessās vtiles, l. qui quadringēta.
vbi Bart. in secundo not. ad Trebe. Idē in d. §. si ego. & in
l. planc. famil. ercis. Bald. conf.408.nu.6. lib.1. prius. Paris.

lib.3.Bero.consi.188.nu.4.libr.1. Maximè stante clausula, omni meliori modo, in princip. dispositione appositi.
1 ¶ Neque obst. ponderatio facta super clausula, Pro eo. Tum quia posita est tantum in ea parte, in qua datur facultas exigendi fructus officiorum. Tum quia exponitur pro eo, id est loco sui. ¶ Neque facit, quatenus dicatur mandatum in rem suam, Paris.d.consi.107.nu.24.& n.33.lib.3. Et ex his cessat obiectum, quod sit ex eo, quòd o. Raphaël non habeat hæredem, quod tamen in facto exemplo negatur. Et ex his conclusum, D. Elisabettam esse præferendam. Quod ex alio etiam suaderi potest, quia eum pecu-
7 nias suas pro emendis militiis dederit, ex eo orta fuit † ex legis dispositione tacita hypotheca, per text.in l.fin.cum Auth.seq.C.de pignor. Auth.quo iure.qui pot.in pignor. habe.Neguſ.de pign.2.memb.5.par.n.21. Rebuff.ad constitut.reg. Gall.tit.de constit.redd.princ.nu.24. Nec dubitādum idem iudicari de militiis huius temporis, quòd de
8 antiquis, cum † eas imputati videamus in legitimam ad instar antiquorū, vt per Nicol.de Vbal.in tract.de success. ab intest.part.1.nu.30. Et fuit aliàs coram me resolutum in vna Roman. diuisionis de Prathelis. ¶ Nec obst. quòd
9 extet solummodo pretium, & nō res ipsa, quia † cùm pretium sit penes eum, qui non potest prætendere, se illud retinere ex caussa onerosa, succedit loco rei, glo. Bart. & alij in l.1.de distract.pig. Neguſ.1.memb.5.partis princ.post. nu.48.versi. aut sumus in hypothecaria. Et hæc ex abundanti dicta sunt.

SERAPHINI.

Roman. societatis 700. Lunæ, 6. Nouembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Officium totum non dicitur alienatum per alienationem tituli notariatus.*
2 *Indiuiduum non dicitur, cuius pars eandem affert vtilitatem, quam affert totum.*
3 *Societatem non dissoluit mutatio rei, nisi eximatur ab vsu communi.*
4 *Societas durat, quamdiu superest aliquid ex ea re, super qua est contracta.*

DECISIO CLXXV.

Cum præsupposito, quòd societates contrahi possint etiam super officiis non vacantibus, Domini dixerunt, societatem non fuisse dissolutam per venditionem tituli notariatus, remanēte dominio scripturarum penes
1 venditorem cùm † totum officium non sit alienatum, §. soluitur, Instit.de societat.l.si id quod quis, §.1.&l.verum, §.fi.ff.pro soc. ¶ Neque obstat alienatio tituli. Quia adhuc remanent scripturæ capaces societatis. ¶ Neque obstat in-
2 diuiduitas contractus, cùm † pars eandem afferat vtilitatem, quàm affert tota, & sic cessat ratio, Bar.in l.cum vsusfructus, num.4.de vsufruct.legat. Et fuit resolutum in illa Rom. societatis de Luchinis coram R.P.D. meo Blāchetto. ¶ Non obst. quòd locatio ad longum tempus transferat dominium vtile in conductorem. Quia satis est, quòd dominium directūm remaneat, idque nō inutile, sed cum
3 redditu sufficienti & capaci pro prædicta societate: † Hæc enim mutatio non habetur in cōsideratione, nisi per eam non eximatur res ab vsu communi. Gloss.in d.leg.verum, §.fin.in verbo, conditionem pro soc. ¶ Quæ deduci possunt ex l. cùm eiusdem, de ædilit.edicto, cum simil. nō faciunt ad rem, cùm loquantur in contractu emptionis a
4 quo differt societas, † quæ [illegible] huius naturæ, vt duret, quamdiu superest aliquid ex ea re, super qua est cōtracta. ¶ Non obst. quòd scripturæ sint inseparabiles a titulo. Quia vsus interpretatur hoc ratione alienationis tertiam personam, quia habens scripturas cogitur eas vendere habenti titulum, nec potest aliis vendere possunt tamen separari de vtriusque consensu, vt quotidie fieri solet, & hoc casu factum esse videmus. Et ex his sublata sunt omnia, quæ in contrarium deducebantur.

ROBVSTERII.

Roman. dotis de Mellinis. Lunæ 13. Martij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Solutio debet interpretari secundum quod magis verisimile est pro soluente.*
2 *Tempus solutionis faciendæ attenditur quoad anteriorem hypothecam.*

DECISIO CLXXVI.

Domini fuerunt pro D. Blāca ex adductis per informantes ipsius, & præcipuè ex verisimili mente soluentis, & recipientis voluntatis, & aliis circumstantiis, scilicet ex mandato Rotæ, & quia D. Gentilesca cessit iura sibi competentia super palatio, ergo pro hypotheca dicti palatij: Voluerunt enim soluētes liberare palatium, vt hic per informantes, & comprobabant aliqui ex Dominis, quòd † summa magis conuenit dictæ hypothecæ 1
ac palatio, quàm alteri. Et ideò allegabant Paul. de Floranan.in l.1.numer.4.ff.de solut. & aliquid per Soc.consi.85. nu.6.cum pluribus seq.in 2. ¶ Placebat etiam aliud fundamentum informantium pro dicta Blanca, quòd nulla hypotheca dicitur anterior, quia attenditur tempus solutionis faciendæ, l.si ex pluribus, §.fi.ff.de solut. Imol. in d.l.1. nu.1.in princ.eod.tit.de solut.& bene Paul.de Florauant. in d.l.1.nu.38. Et ex istis dicebant cessare omnia exempla adducta, quibus etiam informantes bene satisfaciunt particulariter.

ALDOBRANDINI.

Roman. tutelæ. Lunæ, 12. Februarij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Confessio tutoris in actu voluntario pupillo non nocet. Limitatur tribus modis, cum nu. 2. & 4. cum reprobatione tamen primæ & secundæ limitationis.*
3 *Iuramentum nihil operatur in præiudicium tertij.*
5 *Confessio prælati adminiculata nocet Ecclesiæ.*
6 *Confessio mulieris non obstante dispositione statuti, adminiculata ei nocet.*
7 *Adminicula quæ faciunt valere confessionem aliàs non valituram, quæ sint.*

DECISIO CLXXVII.

Regulæ, quòd confessio tutoris in actu voluntario pup.llo non noceat, pro parte D. Fuluiæ & litis consortium afferebantur tres limitationes. Quarum duæ fuerunt per Dominos reprobatæ: Tertia fuit approbata, & resumeram, vt videatur, an applicetur. Prima igitur erat, † quòd huiusmodi regula non procedat, vbi emanat circa 1
actum secum gestum, & in re pertinentē ad eius administrationem, Curt.in l.fin.§.quod obseruari, num.89.C.de iur.calum. Quæ Dominis non placuit, tū quia in iure subsistere non videtur, cùm contra se communem habeat opinionem, Tiraq.de retract.conuent.§.4. Glos.6.nu.12. Tum quia, quando in iure vera esset, in facto nō applicatur. Mouetur enim Curt. per consi.Paul.de Cast. quod ipse ptimum appellat, sed est consi.34.lib.1. qui dicit, id procedere duobus concurrentibus. Primò, quòd confessio tendat ad liberandum, & quòd consistat in facto proprio ipsius tutoris, quorum nullum casui quadrat: confessio enim hæc non tendit ad liberandum, nec versatur circa actum cum tutore gestum, ex quo Adrianus confessione falsus fuit, dotem integram habuisse à Petro, non autem ab Honorio tutore. ¶ Secunda limitatio erat, vt † nō ha- 2
beat locum, quando huiusmodi cōfessio est iurata. Ruin. consi.73.nu.4.lib.5. quam Domini etiam reiecerunt, quia † iuramentū non operatur in præiudicium tertij, c.quam- 3
uis.de pact.in 6.c.licet, de iureiur.in 6. Bal.in l.1.n.6.C.de inoff.donat. Bar.in l.Titia.§.Imperator.n.5.ff.de l.2. Aym. consi.229.n.7. Et quia ratio Imol.in l.qui bona, §.si alieno. n.53.de damn.infect.quam sequitur Rui.d.consi.73.nu.9. lib.5. quòd ideò præiudicat, quia tutor potest transigere, cuius transactionis species est iuramētum, l.2. de iureiur. magnam

magnam patitur difficultatem in hoc casu, cùm tutor in-
uentatium non confecerit, & cùm præcederet confessio
clara Adriani, & quia omnes Doct. in d. l. fi. §. quod obser-
uari, C. de iur. calum. contrarium manifeste sentiunt: alio-
qui frustratoria fuisset appositio, quòd non posset deferri
iuramentum tutori, ex quo eius confessio non præiudicat
pupillo, si indistinctè iurata confessio præiudicaret. Et
Fulg. consi. 209. loquitur & ipse in confessione iurata, &
nihilominus distinguit inter cõfessionem factam in actu
4 voluntario, & necessario. ¶ Tertia erat limitatio, † quando
cum confessione tutoris concurrunt adminicula, Rum.
cons. 14. nu. 4. lib. 1. Nat. cons. 543. nu. 2. quod idem vide-
5 mus in cõfessione prælati, quæ † adminiculata nocet Ec-
clesiæ. Bal. & alij in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacro-
6 san. Eccles. Idem † in confessione mulieris, vt nõ obstante
dispositione statuti vrbis adminiculata ei noceat. Achil.
decis. prima de confes. quam conclusionem veram esse in
iure firmarunt Domini, sed voluerũt particulariter vide-
re, an hoc casu concurrant adminicula præponderantia
prædictæ confessioni Adriani iuratæ. Pro adminiculis cõ-
siderabantur infrascripta. ¶ Dictum Gentileschæ, quæ
7 † probat semiplenè, quòd actus iste factus fuit interue-
niente Iulio Adriano, quem nonnulli testes deponunt so-
litũ fuisse murmurare de mala administratione tutorum;
quod sit verisimile, Honufrium, & Iulium prædictum vo-
luisse tam imprudenter eutari ad vtilitatem tertij, scilicet
Adriani: quòd hæc confessio facta in publico instrumen-
to, & tempore, quo si fuisset falsa, contrarium facilè pro-
bari potuisset. Cõsiderabantur quoque partitæ librorum
allegatæ, quæ licèt non faciant mentionem de dote, non
constat tamen, quod inter Petrum & Adrianum alia ver-
saretur contractio. Idque tantò magis, quia paulo infra
est appositum computum accõcij, quæ partitæ etiam ali-
quo modo quadrant cum dicto Gentileschæ, quæ cõque-
rebatur, & dicebat nolle residuum dotis solui ita paula-
tim & minuatim. Considerabatur quoque, quòd illa pri-
ma confessio potuit fieri ad effectum assecurandi totam
dotem forte propter creditores Adriani: Relatio perito-
rum, quòd potius tutores remanebãt creditores. Vice au-
tem versa pro contraria parte considerabatur, quòd isti
tutores non confecerint inuentarium, quod nulla datur
causa simulandi, quare Adrianus ista serio, & per instru-
mentum publicum cum interuentu fratris Doctoris vo-
luerit fateri dotem recepisse, si ea nõ recepisset. Conside-
rabatur quoque, quòd Honofrius in bonis pupillorum se
ingesserat, cùm pecudes illorum condoxisset, licèt postea
eas restituerit, quòd casale valdè expediens, vt dicunt te-
stes pro pupillis, quod eorum pater conduxerat, acquisi-
uit pro se, non pro pupillis. Considerabatur ille rumor, de
quo deponunt testes, quod malè administrabant, & quod-
aderat aliqua suspicio, quòd Adrianus & Honofrius cum
bobus & maioris datis insolutum Adriano vigore huius
secundi instrumenti simul exercuerint artem campi, &
propterea dixerunt vt particulariter dubitem, an in casu,
de quo agitur, confessio sit ita adminiculata, vt illi, & non
primæ standum sit.

SERAPHINI.

Placentin. bonorum. Veneris, 7. Aprilis, 1581.

SVMMARIA.

1 *Caussa & solemnitas copulatiuè requiruntur in alienationi-
bus bonorum Ecclesiæ, nec vnum sine alio sufficit.*

2 *Papæ auctoritas non supplet defectum caussæ, licèt suppleat
defectum solemnitatis.*

3 *Caussæ defectus reddit nullam interpositionem decreti super
alienatione.*

4 *Decreti fauore in dubio præsumitur.*

5 *Rector Ecclesiæ vendens bona Ecclesiastica tenetur saltem
resarcire de suo.*

6 *Rector debet ex fructibus Ecclesiæ prouidere indemnitati
Ecclesiæ, non autem bona illius alienare.*

7 *Inquisitio de quibus bonis fieri debeat comparatio rei quæ
prætenditur vtilis, est inquisitio circa caussam principa-
lem ipsius alienationis, & sic circa euidentem vtilitatem.*

8 *Euidens vtilitas dicitur caussa finalis alienationis bonorum
Ecclesiasticorum.*

9 *Alienatio quãdo fit ex caussa vtilitatis est necessaria inqui-
sitio quid potius expediat: secus si ex caussa necessitatis.*

*Imò non solùm vtilitas, sed etiam quòd sit euidens, requiri-
tur, num. 10.*

DECISIO CLXXVIII.

FVit resolutum, alienationẽ terrarum, de quibus agi-
tur, fuisse nullam, non obstantibus literis, si in eui-
dentem, & confirmatione subsecuta. Etenim † in huius- 1
modi alienationibus copulatiuè requiruntur caussa & so-
lemnitas, nec vnum sine alio sufficit, vt per Doct. in c. sine
exceptione. 12. quæst. 2. vbi latissimè Laurẽt. de Rodulph.
in octaua quæst. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Et
licèt † auctoritas Papæ suppleat solemnitates, iuxta cons. 2
Abb. 4. lib. 1. non tamen supplet defectum caussæ: imò
defectus † caussæ reddit nullam interpositionem decreti 3
super alienatione, Gemin. cons. 48. nu. 9. Tunc enim non
verificatur conditio, sub qua Papa rescripsit, nempè si ce-
debat in euidentem, vel necessitatem, vel vtilitatem Ec-
clesiæ. Ideò si neutrum verificatur, nulla est interpretatio
decreti, Rum. cons. 68. nu. 5. lib. 1. Et † licèt pro decreto in 4
dubio præsumatur, vt aliàs fuit dictum, tamen admittitur
probatio in contrarium, quod non subsit, neque necessi-
tas, neque euidẽs vtilitas. Quæ quidem hoc casu conclu-
denter probata videntur: cùm enim Abbas de anno 1519.
vendidisset bona Ecclesiæ tanquam patrimonialia pro
libris 1744. ipse † saltem erat debitor Ecclesiæ prædictæ 5
quantitatis, c. statuimus, cum duobus sequ. 12. qu. 2. Cúm-
que per quindecim dies ante celebrationem contractus,
de quo agitur, idem Abbas consecutus fuerit lib. 6000. ex
transactione inita cum Bottis apparet, quod non suberat
necessitas alienandi: cùm enim debitum, quod vrgebat,
esset tantum libr. 3998. & Commendatarius haberet in
manibus lib. 7744. satis apparet, nulla cogente necessitate
factam fuisse alienationem. Neque obst. quod responde-
tur, quantum ad libr. 1744. non præsumi, quod extarent,
quia de suo proprio Abbas tenebatur respondere, vt d. c.
statuimus 12. quæst. 2. ¶ Non ob. quòd posset aliam sum-
mam 6000. lib. tanquam fructus Abbatiæ pro se retinere,
quia hoc procedit, quando non subest necessitas alienan-
di, aliàs † debet ex fructibus, si potest, prouidere, non au- 6
tem bona Ecclesiæ alienare, Glos. in ca. 1. vers. defensore.
de reb. Eccl. non alien. in 6. & ibi Io. Monac. nu. 3. Abb. in
c. nulli. nu. 5. de reb. Eccl. non alie. Syluester in verbo, alie-
nare. nu. 1. ¶ Quantum verò ad vtilitatem, probatur iam
non superesse, imò cõstare de damno, ex quo poterat Ab-
bas ex illis pecuniis nedum restituere melioramenta, sed
etiam emere aquas, quibus indigebat; nã pro his omnib.
sufficiebant li. 6998. & ipse habebat in manibus lib. 7744.
Et ita omnibus solutis supererant ei lib. 746. Ergo nõ fuit
vtile tunc tẽporis vendere prædicta bona pro aquis emẽ-
dis, quas cõparare poterat ex pecuniis penes eam extanti-
bus. Inquisitio † enim de quibus bonis fieri debeat cõpa- 7
ratio rei, quæ prætenditur vtilis, est inquisitio circa cauſ-
sam principalem ipsius alienationis, & sic circa euidẽtem
vtilitatẽ. Feder. de Sen. cons. 249. n. 2. Franc. in c. 1. n. 19. de
reb. Eccl. non alie. Et negari nõ potest, quin expressio om-
nium istorum non solùm reddidisset Papam difficiliorem
ad concedendam alienationem, sed etiam ipsum penitus
retraxisset: & ideò videtur supposita persona Pelagatti-
næ, quod hoc negotium & facilitas consequendi aquas
sine alienatione aliorum bonorum detegeretur. ¶ Non
obst. exemplo deducta, & primò quod dicitur, has pe-
cunias fuisse in melioramentis expositas. Quia hoc non
probatur, & plura deducuntur, quæ contrarium suadent;
sed vt hoc admittatur, si res ita se habet, apparebit ex alio

de damno: nec euidens vtilitas alias considerata, proue-
nisset ex illis lib. 3000. quibus comparatæ sunt aquæ, sed
ex aliis 600. impensis in melioramentis. Et ideò dum dici-
tur, nihilominus contractum in se fuisse vtilem, non satis-
facit, quia cùm omnia possent commodè fieri sine bono-
rum alienatione, damnosum fuit Ecclesiæ vno & eodem
tempore priuari & bonis & pecuniis. ¶ Præterquam quod
rescriptum est subreptitium, & nullũ, vt supra deductum
est, vt per Ruin. cons. 157. num. 26. libr. 1. Neque obstat,
quod in huiusmodi literis, si in euidentem, non attenda-
8 tur falsa expressio, quia † Papa solũ habet præ oculis eui-
dentem vtilitatem tanquam caussam finalem, vt per So-
cin. cons. 15. nu. 57. lib. 1. Hoc enim procedit, quando sub-
reptio non versatur circa ipsam caussam: tunc enim sine
caussa Papa concessurus non fuisset, Dec. cons. 142. n. 5. &
6. Et hoc est, quod Federic. de sen. d. cons. 249. voluit, quòd
9 quando † alienatio fit ex causa vtilitatis, sit necessaria in-
quisitio, quid potius expediat, quia hoc est inquirere de
ipsa caussa alienationis: Secus vero, quando fit ex caussa
necessitatis: sufficit enim quod subsit necessitas. Et eo
magis hæc procedunt, ex quo in similibus alienationibus
10 requiritur † non solum vtilitas, sed & quod sit euidens
vtilitas, Corn. cons. 244. nu. 5. lib. 2. Barbat. cons. 40. libr. 1.
cum aliis allegatis. Et ideò ex his omnis aliis fundamẽtis,
quæ leuiora Dominis visa sunt, conclusum, alienationem
neque necessariam, neque vtilem fuisse, & consequenter
literas, si in euidentem, & confirmationem subsecutam
Dominis Puteobonellis non suffragari.

ROBVSTERII.

Neapolitan. fundaci. Lunæ, prima Iunij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Beneplacitum sedis Apost. ex lapsu 30. ann. cum possessione præsumitur in alienatione bonorum Ecclesiasticorum.*

2 *Consensus collegij requiritur ad remittendum caducitatem.*

DECISIO CLXXIX.

Difficultas fuit restricta, *an ex lapsu 38. vel 39. annorum
cum continua quasi possessione seu solutione canonis præsu-
matur beneplacitũ sedis Apost. Et an præsumatur consensus con-
fraternitatis in alienatione facta per Ioan. Antonium in sorores
1 de Caroccilis.* ¶ Circa primam resoluerunt, † ex lapsu 30.
annorum cum possessione presumi beneplacitum. ex Put.
& Aug. de reb. Eccles. non alien. & aliis plurib. in Roman.
sancti Laurẽtij in Damaso, coram D. de Rubeis isto anno
allegatis. ¶ Quoad secundam partem Domini dubitabãt,
2 cùm simus in vniuersitate vel collegio, in quo † requiri-
tur consensus collegij ad remittendam caducitatem, vt
latè cumulat Clar. in §. emphyteusis, q. 10 Et quia monia-
les auidentur potentiores, cum quibus est facta alienatio.
Sed hoc tollitur ex facto, quia ab initio fuit in particula-
res. Solum igitur remanet difficultas de collegio seu vni-
uersitate, ex adductis per Clar. d. q. 10.

Perusin. bonorum de Bartolinis. Lunæ, 4. Februarij. 1585.

SVMMARIA.

1 *Monachus ante professionem testari potest: & excludere monasterium.*

2 *Hæreditas monasterium ingressi sine testamento decedentis acquiritur monasterio.*

3 *Hæredes monasterium ingressi possidentes bona præsumuntur habuisse scientiam testamenti.*

Et eò magis in hæredibus extraneis, num. 4.

5 *Consanguinei à communiter accidentibus solent esse solliciti de bonis ingredientium monasteria.*

6 *Præscriptio 40. annorum cum continuata possessione nocet etiam Ecclesiæ.*

Quod procedit etiam non data bona fide hæredum, quando agitur de auferenda hæreditate, hæredibus institutis iam acquisita, num. 7.

8 *Bona fides in quærendis non est necessaria.*

DECISIO CLXXX.

Fuit resolutum, quòd si monasterium prætendit hære-
ditatem Petri vti acquisitam ob eius ingressum, iuxta
Auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. Frustra quæ-
ritur de preseriptione, stãte † testamento ipsius Petri ante 1
emissam professionem, de cuius validitate non est dubi-
tandum. §. illud Auth. de monac. c. in presentia, de probat.
in quo sunt instituti fratres ipsius, excluso monasterio.
¶ De cuius testamento hæredes notitiam habuisse satis
constare dixerunt, cũ semper possederint eius bona, quæ
cùm ab eis alio titulo licitè possideri non potuissent, quia
† sine testamento ipso iure fuissent quæsita monasterio. 2
authen. ingressi. vbi Bart. nu. 28. & alij, C. de sacrosan. Ec-
cles. ad euitandum delictum, necessariò dicẽdum est fuis-
se possessa titulo hæreditario, & † consequenter habuisse 3
scientiam testamenti, Corn. cons. 250. sub nu. 9. colum. fi.
lib. 4. bene Aymon. cons. 123. numer. 4. ¶ Maximè † cùm 4
simus hæredibus extraneis, in quibus regulariter præsu-
mitur scientia testamenti, Bart. in l. eius qui, in 5. notab. ff.
si certum petatur, & in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 15.
de verb. oblig. Dec. cons. 603. sub nu. 14. ¶ Et est etiam ve-
risimilis ista sententia, quia † à communiter accidentibus 5
solent consanguinei esse solliciti de bonis ingredientium
monasteria, ad not. per Aymon. cons. 193. num. 7. ¶ Quod
si monasterium prætendit huiusmodi hæreditatem tan-
quam deuolutam ob non adimpletam voluntatem testa-
toris, qui in hunc euentum vocauit monasterium, Domi-
ni, omissa disputatione, an ob non præcedentem moni-
tionem huiusmodi caducitas esset incursa, & ex quo non
fuit declarata contra primum hæredem, possit hodie de-
clarari contra hæredem hæredis, quæ indigent particula-
ri discussione, concluserunt, hoc casu monasterio obstare
præscriptionem stante continuata possessione hæredum
cum lapsu quadraginta annorum, & vltra, quo † tempore 6
præscribitur etiam contra Ecclesiam, c. de 4. & capitulo,
illud, de præscript. ¶ Quod † procedit etiam non data bo- 7
na fide heredum, quia agitur de auferenda hæreditate, he-
redib. institutis iam acquisita, & acquirenda monasterio
propter inobseruantiam testamenti, quo † casu cùm si- 8
mus in quærendis, non est necessaria bona fides, ex doctr.
Anchar. in cap. sine possessione, sub nu. 7. in fine, de regul.
iur. Sot. consi. 63. nu. 7. lib. 1. Dec. cons. 554. num. 2. Balb. de
præscript. 2. part. 3. part. prin. q. 13. num. 9. Tiraq. in l. si vn-
quam, in verbo, reuertatur, num. 391. C. de reuocan. dona-
tio. Marian. iun. cons. 145. nu. 71. lib. 1. Put. decis. 128. lib. 2.
vbi alios adducit. ¶ Et ex his conclusum contra mona-
sterium.

LANCELLOTTI.

Firman. bonorum. Lunæ, 28. Martij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Mater in medio existẽs an excludatur ex substitutione compendiosa, coniectura attenduntur.*

2 *Matrem excludere dicitur persona à testatore magis dilecta, ex communi.*

3 *Matrem minus diligi à testatore, quibus ex coniecturis probetur, & num. 5. & 6.*

4 *Matris qualitas multum consideratur in coniecturanda mente testatoris.*

5 *Substitutio facta de tota hæreditate censetur pupillariter & per fideicommissum facta.*

6 *Compendiosam substitutionem factam cum clausula, omni meliori modo, censetur testator voluisse valere iure directo intra pupillarem ætatem.*

7 *Clausula, omni meliori modo, in fine posita ad omnia refertur, nisi detur ratio diuersitatis.*

8 *Testator in dubio videtur se ad id referre, quod quilibet sapiens disposuisset.*

9 *Matrem magis diligere testator præsumitur, quando se restrinxit ad bona sua tantum.*

10 Clau

10 *Clausula, omni meliori modo, quatenus intelligeretur restricta ad proxima tantum, limitatur nisi ratio subiectæ materiæ contrarium suadeat.*

DECISIO CLXXXI.

DOmini omissa disputatione illius controuersæ opi-
nionis, *an substitutio compendiosa facta impuberi conti-
neat pupillarem, etiam matre existente in medio*, voluerunt
illam resoluere ex coniecturis, quæ eliciuntur ex testa-
1 mento, quas † attendi debere omnes Doctores conue-
niunt, etiam tenendo opinionem in fauorem matris. Et
die Lunæ, 28. Martij. 1583. resoluerunt, ex testamento
ser Dominici Roscij colligi talem eius mentem conie-
cturatam, vt voluerint excludere matrem Constantiæ
puellæ. Et moti fuerunt principaliter, attenta qualita-
te personarum substitutarum dictæ constantiæ. Siquidem
ei testator substituit filios proprios, ac etiam suos nepotes
ex filio prædefuncto, quæ personæ cùm verisimiliter sunt
2 magis ab eo prędilectę quam d. mater, dicendum † est, vo-
luisse illam excludere a successione dictæ Constantiæ. se-
cundùm Bartol in l. secunda, nu. 44. de vulga. & pupill. vbi
dicit hanc coniecturam multùm consonare voluntati te-
statoris, & hæc opinio Bart. est communiter approbata, vt
dicit ibi Ias. num. 41. Ripa num. 60. & in l. Centurio. num.
137. Aym. consilio 141. numero 7. cum aliis, de quibus per
Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 5. titu. 15. numero
30. Sfor. Odd. in tracta. de compendiosa subst. part. 5. artic.
3. fol. 16. versicul. exemplum primum. Eman. Cost. in cap. si
pater. versicul. superstite matre numero 10. de testamen.
3 in 6. ¶ Secundò moti sunt † attenta etiam modica dile-
ctione testatoris erga ipsam matrem, tum quia non erat
ipsius vxor, prout loquuntur Doc. in terminis huius
quæstionis, sed erat nurus, tum etiam quia testator le-
gauit dictæ matri victum & vestitum, si in domo ipsius
testatoris voluisset manere vnà cùm dicta Constantia
puella, & dummodo conferret suæ dotis fructus, & po-
neret laborem eius manuum, subdens testator, quòd
extra domum aliquid ei non reliquit. Tum etiam, quia
idem testator reliquit tutores & curatores dictæ Con-
stantiæ Flauium & Fonteium suos filios vna cum Casci-
otta famula ipsius testatoris, de quorum etiam consensu
voluit illam debere collocari matrimonio, nulla habita
consideratione matris. Ex quibus colligitur, quòd testa-
tor non multùm confidebat de illa, maximè cùm verisi-
mile sit, quòd prædictis attentis testator existimauerit,
dictam matrem, cùm iuuenis esset, facilè conuolaturam
4 ad secundas nuptias, prout postea transiuit. Et † in con-
iecturanda mente testatoris Doct. plurimum considera-
runt qualitatē matris, secundùm Bart. in dicta l. 2. in princ.
nu. 43. de vulg. & pupil. cum aliis de quibus per Mantic. in
dicto tract. lib. 5. tit. 15. n. 18. cū sequen. Sfort. Odd. d. tract.
de compendios. fol. 158. col. 2. versic. sublimitatur 1. ¶ Pro
tertia coniectura placebat Dominis etiā illa, quia testator
5 post mortem d. constantiæ diuisit bona inter filios suos &
nepotes per quotas, quo casu cùm † dicatur facta substi-
tutio de tota hæreditate, censetur ipsum voluisse pupil-
lariter & per fideicommissum substituere. secūdùm Bart.
in dicta l. Centurio, nu. 36. vbi Rip. nu. 155. Soc. iun. n. 289.
Alciat. nu. 98. Ias. nu. 48. Gallian. nu. 444. Odd. in d. tract.
fol. 162. col. 2. vers. sed tene cōmunem. ¶ Quartam conie-
cturam eliciebant ex clausula, omni meliori modo, ap-
posita in dicta substitutione, propter quam præsumitur,
6 testatorem voluisse † illam valere iure directo intra pu-
pillarem ætatem, per consil. Ioan. de Amic. 15. nu. 10. vers.
præterea in substitutione. ¶ Nec obst. quòd dicta clausula
sit restricta ad substitutionem Flauij tātum. Quia diceba-
tur de hoc non constare, sed potius esse referendam ad
omnes præcedentes substitutiones, ex quo est apposita
in fine illarum, & non datur ratio diuersitatis, quare ma-
gis ad vnam quàm ad alias substitutiones sit referenda,
7 ideò † ad omnes est referenda, vt tradit Dec. cons. 79. n. 1.
versicul. 2. præmittendum. Aym. consil. vltimo, numer. 14.
volum. 2. præsertim propter illa verba, & hoc, quæ præce-
dunt dictam clausulam, omni meliori modo, videtur con-
stare, quòd testator senserit de omnibus gradibus substi-
tutionum. ¶ Hæc interpretatio contra matrem diceba-
tur etiam esse amplectenda, quia quilibet sapiens ita
disposuisset, ad cuius sapientis sensum testator respexit,
prout habetur in fine testamenti, † & quia etiam in du- 8
bio ita pręsumi debet. iuxta c. si pater, de testam. in 6. ¶ Nō
obst. coniectura ponderata in contrarium ex illis verbis
testamenti ibi, eius bona, &c. ex quibus videtur testator
voluisse se restringere ad sua bona, non autem ad bona
Constantiæ, prout in pluribus partibus testamēti eadē di-
ctio, eius, refertur ad testatorem. Et † quādo constat quòd 9
testator voluit se restringere ad bona sua, tunc interpre-
tatio fit pro matre, vt per Doct. de quib⁹ hîc per informā-
tes. ¶ Quia respondetur, quòd in dictis partibus testa-
menti dictio, eius, necessariò erat referenda ad testato-
rem, & Doct. in contrarium allegati loquuntur, quando
testator clarè se restrinxit ad bona sua dicēdo, bona mea,
vt post Bal. declarat Salyc. in l. precibus. col. pen. in prin.
vers. sed dico quod hic. C. de impuber. Rip. in d. l. Cēturio,
n. 120. At hîc nō potest dici, testatorē clarè sensisse de bo-
nis suis, vt patet ex lectura dicti testamēti. ¶ Pręterea † illa 10
opinio de restrictione procedit, nisi ratio subiectæ ma-
teriæ contrariū suadeat, vt dicit. Imo. in l. ex facto, in prin.
vers. in Glos. in verbo. sua, ad Trebel. late Mātic. vbi supra,
li. 8. tit. 14. n. 20. cum sequen. at hîc ratio subiectę materię.
quæ est prædilectio filiorum, suadet contrarium, & est
tantæ potentiæ, vt præualere debeat isti coniecturæ, vt
supra dictum est, & præualet etiā proprietati verborum,
vt hic per informantes. ¶ Minus obst alia coniectura,
quæ elicitur ex substitutionibus factis Flauio & Fonte-
io filiis maioribus dicti testatoris, dum testator visus est
eisdem verbis, scilicet, voluit eius bona remanere, &c. quę
debent intelligi de bonis ipsius testatoris, quia sunt rela-
ta ad filios maiores, quibus non potest fieri nisi fideicom-
missaria. ¶ Quoniam respondetur, quòd istæ substitutio-
nes sunt diuersæ ab illa facta Constantiæ, & diuersa est
earum ratio, & in maioribus, qui non sunt pupilli, non
potest congruere nisi fideicommissaria: at in pupilla po-
test congruere etiam directa pupillaris. Vnde ex diuersis
non est inferendum. ¶ Alias coniecturas Domini dixe-
runt esse debiles, & non præualere dilectioni filiorum,
quæ sola sufficit in concursu omnium coniecturarum, &
illis bene respondent informantes.

LANCELLOTTI.

Burgensis canonicatus. Veneris, 28. Ianuarij,
1583.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia vacatio durat vsque ad confirmationem electionis.*
2 *Exercitium iuris quæsiti per electionem Prelatus acquirit per confirmationem.*
3 *Prelatus potest conferre beneficia post electionis confirmationem.*
4 *Prouisio Apostolica habet vim confirmationis.*
5 *Iurisdictio Episcopalium est interdicta capitulo, stante prouisione Apostolica.*
6 *Prouisio sola tribuit exercitium iurisdictionis. ex communi.*

DECISIO CLXXXII.

CVm præsupposito, quòd gratia Apostolica, facta in
fauorem Domini Nicolai, sit iustificata, fuit resolu-
tum, illam esse canonizandam non obstante collatione
facta Domini Francisco per capitulum vti sede Archie-
piscopali Burgen. vacante, quia dicta sedes tunc non va-
cabat, ex quo Archiepiscopus erat de dicta Ecclesia pro-
uisus in consistorio, super dicta prouisione expediuerat
literas: Nam † vacatio Ecclesię durat vsque ad confirma- 1
tionem. Glos. in clemen. 1. in verbo, collato, vt lit. pend. &
ibi not.

ibi not.Imol,nu.20.vers.iuxta prædicta.Fel.in c.cum Ber-
toldus,col 2.nu.3.vers.dixit etiam,de re iudica. Pauin. de
offic.& potesta.ca.sed vacan.prælud.7.nu.16.in fin.Franc.
in c.quamuis,§.1.nu.1.de electo.libr.6.Rot. decis.6.versi.
hoc etiam,de elect.in nou.¶ Per dictam verò cōfirmatio-
2 nem Prælatus † acquirit exercitium iuris quæsiti per cle-
ctionem,glos.1.in ca.4.distinct.63.Felin.in d. c. cùm Ber-
toldus,nu.2.vers.quale ius.Abb.in c.transmissam,n.2.cir-
3 ca fi.vers.itē not.de Elect.Et † ideò post confirmationem
potest etiā conferre beneficia.Abb.& Doct.in c.nouit. de
off.legat.Silu.de benefi.part.3.q.40.Petr.de Biasi.de elect.
4 part.3.c.44.num.4.¶ At † prouisio Apostolica non solùm
habet vim electionis,sed etiam cōfirmationis ita , vt pro-
uisus possit,non obstante. c.auaritiæ, de elect.in 6. admi-
nistrare ac exercere suam iurisdictionem , vt tradit Felin.
in c.cam te.col.3.n.5.vers.3.extende.de rescript. & ibi per
Abb.nu.2.in fin.& in ca.tua.nu.2. de his quæ fiunt à præ-
lat.Calder.consi.4.de elect.Franc.in c.1.in princ.nu.4. de
5 elect.in 6.Pauin.d.tract. part.3,cap. 44.nu.5. ¶ Et † quòd
iurisdictio sit interdicta capitulo stante dicta prouisione,
ex literis expeditis,not.Glo.in Clem.1.§.propter. vers.sed
vacandum,de hæretic.Pauin.d.prælud.7.n.14.¶ Non ob-
stat , quòd Archiepiscopus de tempore dictæ collationis
factæ per Capitulum nondum cœpisset possessionem Ec-
clesiæ , quia illa non est necessaria de iure communi , sed
6 sufficit sola prouisio † quæ tribuit exercitium iurisdictio-
nis,secundùm Gloss.communiter approbatam in ca, pen,
vers.collatio.de præbend.in 6.Couar.var.resolut.lib.3. ca.
16.nu.1.Abb.in d.c.transmissam,nu.3. vbi testatur etiā de
communi.Felin.in d.c.eam te.colum,3.vers.& hinc est,vt
late in c.ne Dei,nu.2.vers.4.de Simon.Petr.de Biasio d.ca.
44,nu.4.Franc.in c.eum qui.§.insuper.nu.6.de præb. in 6.
Gem.in d.c.si electio.nu.6.de elect.in 6.

LANÇELLOTTI.

Gadicen.administrationis Fabricæ, Mercurij,
4. Maij,1583.

SVMMARIA.

1 *Denominatio alicuius res probat contra denominantem.*
2 *Archiuium Ecclesiæ an præsumatur Episcopi,an verò capituli.*
3 *Clauium custodia maximum præbet argumentum ad demonstrandum,cuius sit locus.*
4 *Scriptura extracta ex archiuio vt probet contra tertium, necesse est,quod custos non sit suspectus.*
5 *Custodia archiuij debet esse fidelis, aliàs posset cōmitti fraus, ex communi.*

DECISIO CLXXXIII.

DOmini resoluerunt, non probari archiuium Eccle-
siæ Gadicen. esse commune inter Episcopum & ca-
pitulum, quia nō solùm pro parte dicti capituli non pro-
batur hæc communio , prout illam probare tenetur , ex
quo fundat se in scriptura concordiæ , quam dicit extra-
xisse ex communi archiuio,iuxta l.2.de probat.cum simil.
verum pro parte Episcopi probatur contrarium.¶ Et pri-
mò,quia coram Iudice compulsori pluries capitulum al-
1 legauit esse hoc suū archiuium, quæ † denominatio con-
tra ipsum probat.vt per Bald. cons.205.num.2.in 3.Aym.
consi.111.nu.18. ¶ Secundò , quia dictum archiuium est
intra ædes capitulares,& in loco,vbi capitulum solet cō-
gregari pro rebus ad ipsum spectantibus , vt probant te-
2 stes,& † propterea præsumitur esse suum archiuium, non
alterius, argumento eorum , quæ tradit Bald. in l. insulæ.
de iudic.& in Rub.de contrahen.empt.quæst. 22. Roma.
cons.5.num.1.in fin. ¶ Tertiò,quia claues,sub quibus cu-
stoditur dictum archiuium , retinentur per tres benefi-
ciatos,ad id expressè deputatos per capitulum ita. vt nul-
lus absque mandato capituli possit inde extrahere scri-
pturas,vt probatur ex testibus & pluribus actibus,de qui-
bus in processu compulsoriali,& præsertim ex eo, in quo
dictus compulsor mandauit effractis seris aperiri dictum
archiuium,recusante capitulo consignare claues, ad hoc,
vt pro parte Episcopi non possent extrahi scripturæ , fa-
cientes ad caussam , quæ † custodia clauium maximum 3
præbet argumentum ad demonstrandum , quòd archiuiū
non sit commune, sed capituli tantùm , iuxta ea quæ tra-
dit Boer.de custod.clauium,num.42. ¶ Et propterea Do-
mini dicebant,quòd quamuis probaretur , archiuium es-
se commune,ex quo tamen, vt dictum est , illius custodia
residet penes capitulum scripturæ in eo existentes non
probarent contra Episcopum , quia † inter substantialia, 4
quæ requiruntur,vt scriptura extracta ex archiuio probet
contra tertium,necesse est, quòd custos non sit suspectus,
vt tradit Felin.in cap.ad audientiam,col.4.nu.13.vers.pri-
ma conclusio,de præscript.Abb.in cap.cùm caussam, co-
lum.1,vers.Gloss.1.de probatio.vbi dicit,† quòd custodia 5
debet esse fidelis,vt ibi Dec.col.3.vers.4.fallit.Corn.cons.
142.colum.3.vers.restarent,volu.3.vbi inquit, quòd aliàs
posset committi fraus , cùm vnus posset aliquam priua-
tam scripturam ibi recondere,vt postea ex auctoritate ar-
chiuij probaret , & est communis opinio , vt dicit Socin.
cons.258.colum.2.vers.sub publica custodia,volum.2. Et
ista suspicio in casu,de quo agitur,posset considerari pro-
pter litem , quæ hodie viget inter Episcopū & capitulum
super hac scriptura extracta ex dicto archiuio.¶ Non ob-
stat,quòd testes vocant hoc archiuium locum publicum,
& quòd illi datur fides , quia intelligitur inter ipsos capi-
tulares. ¶ Minus etiam facit , quod in dicto archiuio ad-
sint scripturæ pertinentes etiam ad Episcopum , quia po-
tuerunt ibi recondi ab ipsis capitularibus propter inter-
esse, quod habent etiam ipsi in dictis scripturis.

ALDOBRANDINI.

Regiensis bonorum. Veneris, 4. Nouembris , 1583.

SVMMARIA.

1 *Actus vt impediatur idem iudicandum est de casu dubio & pendente,quod de certo.*
Declara tamen & limita,vt num.2.
3 *Pacto seu promissioni contraueniens secundo loco agere potest,non autem primo.*
4 *Promissio duplex tollit solutionem expensarum dupla soluta.*
5 *Euictio habet locum , vbi expressè renunciatur fideicommissis.*
6 *Promissio de defendendo sumptibus partium nō restringitur ad expensas faciendas in extrahendis instrumētis,& exhibendis testibus.*

DECISIO CLXXXIV.

DOmini fuerunt cum resolutis. Promissio namque
subministrationis expensarum clarè legitur in te-
stamento diuisionis anni 1577. vbi promiserunt dictæ
partes de dictis bonis cuilibet eorum obuenientis quæstio-
nem aliquam non mouere,nec inferre,nec mouenti con-
sentire:imò illa adinuicem,scilicet,quælibet pars pro eius
rata, videlicet, tertia parte legitimè defendere à quacun-
que persona,collegio, &c. Ipsas partes vel eorū hæredes,
vt supra inquietante siue inquietare volente in iudicio &
extra , omnium ipsarum partium sumptibus & expensis
communibus. Cùm itaque promiserint defendere sum-
ptibus suis bona adinuicem in diuisione cessa ab omni
persona molestante,& nunc Dominus Claudius moleste-
tur à primogenito Comitis Alphonsi , intrat consequen-
ter obligatio. ¶ Non obst.pactum siue protestatio,de qua
in dicto instrumento , quòd in euentum , in quem ex illa
diuisione quæreretur aliquod ius alicui collegio vel Ec-
clesiæ , quæ forte in pœna vel aliquo casu contrauentio-
nis ordinata per maiores suos in eorum dispositionibus
vocaretur,dicta conuentio habeatur pro non facta. Tum
quia adhuc sub iudice lis est , an fuerit taliter contrauen-
rum,

tum, vt ius sit quæsitum fabricæ, & cùm super hoc mo-
lestetur Dominus Claudius, intrat obligatio de defen-
dendo communibus expensis. Tum quia restricta est illa
protestatio ad effectum euitandi contrauentionem, non
autem promissionẽ obligationis defensionis illius caus-
sæ, in qua pro vna parte fuisse contrauentum, & pro alia
contrarium asseratur, vt in hoc casu. ¶ Tum & tertiò,
quatenus opus sit, supponuntur in diuisione alia bona
nõ subiecta fideicommisso. Vnde si hinc insurgeret con-
trauentio loco bonorum subiectorum fideicommisso,
alia subroganda prætenduntur à Domino Claudio, quæ
omnia dum discutiuntur, viget obligatio defensionis
1 communibus expensis. ¶ Nec facit, quòd † ad impedi-
endum actum idem iudicamus de casu dubio, & pen-
dente, quòd de certo. l. sufficit. ff. de cõdit. indeb. l. prima. §.
2 si pendet. ff. ad Macedon. cũ aliis allegatis. Quia † id non
applicatur: certa est enim obligatio subministrationis ex-
pensarum, nec ea pendet ab aliquo euentu, nisi ab euen-
tu molestationis, quia iam est purificatus. Et illa regula
procedit, quando præsens status tendit ad exclusionem,
& dubitatur, an exclusio sit futura perpetua vel ne, tunc
enim ex illa dubietate præsumitur perpetua: sed quando
præsens status non tendit ad exclusionem, sed dubitatur,
an in futurum inducatur exclusio, vt in hoc casu, tunc
dubium non habet vim exclusionis, & ideò agi potest.
Bart. qui ita declarat; in l. Iulianus verũ debitorẽ, nu. 38. &
39. de condit. indeb. & Ias. in l. fi. idem Ias. in l. sufficit. n. 6.
ff. eod. ¶ Non obstat quòd petendo bona feudalia dictus
Claudius contrauenerit. Quia Domini perstiterunt in re-
sponsionibus iam datis, quarum prima est, quòd prius
contrauenerant Comes Alphõsus & Camillus, qua stan-
3 te † etiam quòd secundo loco Dominus Claudius con-
trauenerit, agere potest. Alex. qui alios citat, in l. cùm pro-
ponas, la 2. n. 6. C. de pactis. & ibi Alciat. n. 37. vbi de com-
muni testatur, cum aliis allegatis. ¶ Nec placuit Dominis
consideratio modici interualli 16. dierũ, quod intercedit
inter celebrationem instrumenti cum fabrica, & præsen-
tationem rescripti Cæsarei, factam à Domino Claudio,
quia sicut dicitur quòd non ita subito obtinentur rescri-
pta à Cæsarea maiestate, ita nec in curia tam cito conclu-
duntur negoria, præsertim cum collegiis & congrega-
tionibus. ¶ Secunda erat responsio, quòd in diuisione
præseruatur dispositio Comitis Francisci in illis verbis,
& etiã iuxta disposita per eũ in eius testamento, seu etiam
Comitis Camilli, quæ verba, iuxta disposita per eũ, intel-
lexerunt Domini de Comite Francisco, qui iam condide-
rat testamentum, non autem de Comite Alphonso, cuius
primogenito bona feudalia concedebantur. ¶ Non ob-
4 stat, quòd duplex † promissio tollat solutionem expen-
sarum. Ale. in l. venditores. de ver. obl. Quia id intelligi-
tur dupla soluta. l. emptorem. §. Cassius. ff. de actio. empt.
5 ¶ Et cùm † in instrumẽto expressè renuncietur fideicom-
missis, frustra dicitur non intrare obligationem euictio-
nis, ex traditis in l. si familiæ. C. famil. ercis. ¶ Si enim renũ-
ciant diuidentes fideicommisso, & volunt teneri defen-
dere à quacunque molestante persona, ergo teneri vo-
luerunt etiã, quòd moueretur quæstio ratione fideicom-
missi, quia clara intentio eorum erat, quòd fideicommis-
sa non sortirentur effectum. ¶ Et dum dicitur, quòd pro-
miserunt legitimè defendere, ergo non coguntur litem
iniustam suscipere: Respondetur, quòd de hoc quæri-
tur, an sit iusta vel iniusta, & dum de hoc disputatur, sub-
ministrandæ sunt impensæ, & illa verba possunt esse ad-
iecta ad exclusionem defensionis de facto. ¶ Non obst.
quòd Comes Camillus non contrauenerit. Quia imò &
ipse contrauenit, ex quo nedum non reuocauit impetra-
tionem factam à fabrica sed potius expressè eam ratam
habuit, vt liquet ex instrumento penes acta vltimo loco
dimisso. ¶ Et cùm euictio, quæ prætenditur, proueniat
ex caussa longè antecedente hanc diuisionem, nempe ex
fideicommisso bo. me. Patriarchæ, cessant, quæ deducun-
tur vltimo loco, ex Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glo. 9. nu.
35. cum seq. Cúmque promissio caueat † de defendendo 6
omnium ipsorum partium sumptibus, cessat quoque re-
strictio allegata ex Castr. Alex. & aliis, in l. venditores. ff.
de verb. obliga. quod teneatur solùm ad expensas facien-
das in extrahendis instrumentis, & exhibendis testibus.
Quia (vt dictum est) promissa est defensio omnibus ex-
pensis promittensium, quo casu cessat prædicta restrictio
d. l. venditores, de verb. oblig. vbi gloss. & alij.

ALDOBRANDINI.

Valentin. beneficij Sanctæ Luciæ, Lunæ, 16.
Maij. 1583.

SVMMARIA.

*1 Patronus nec per se ipsum, nec per procuratorem à se consti-
tutum potest se præsentare, & quare.*
Declara tamen & limita, vt num. 2. & seq.
3 Dictio, Seu, potest stare correctiuè.
4 Indefinita non æquipollet vniuersali ad destructionẽ actus.
5 Patronus compatronum præsentare potest.
*6 Acceptatio in tempore facta præsumitur, & ex caussa ma-
gis vtili.*

DECISIO CLXXXV.

DOmini concluserunt, præsentationẽ factam de per-
sona Andreæ esse validam. ¶ Quamuis enim patronus
† nec immediatè per se, nec mediante procuratatore à se 1
constituto se ipsum præsentare queat. cap. per nostras, de
iurepa. & post. Doct. in c. fin. de instit. & in ca. ex insinua-
tione, de iurepat. Rocch. in tract. de iurepat. in verbo, Ipse
vel is a quo, nu. 37. q. 20. Lambert. in 1, part. 2. lib. q. 8. art.
9. cũ aliis allegatis. Cuius cõclusionis duæ sunt rationes.
¶ Prima ratio ambitionis euitandæ. ¶ Secunda, quia de-
bet esse differentia inter præsentantem & præsentatum.
c. fin. de inst. ¶ Tamẽ vtraque ratio visa fuit Dominis ces-
sare in casu, de quo agitur. Considerarunt enim, quòd
mandatum concessum ab Andrea, & Francisca, & Elisa-
betta eius sororibus Nicolao eorum fratri, non fuit ad
præsentandum Andream, & personam sibi bene visam.
Et quamuis Dominus Nicolaus videatur explicasse actũ
ipsius præsentationis etiam nomine ipsiusmet Andreæ,
quo casu ex acceptatione resultare videtur idem effectus
ambitionis, vt per Lamber. d. art. 9. 8. q. 1. part. 2. lib. tamen
† dixerunt Domini id non abdicari, tum quia non ita de 2
plano procedit, quòd præsentatio sit facta nomine om-
nium, quia licèt Nicolaus in præsentatione dicat, omnes
dicti proponentes, tamen postea subiicit, & seu dictus
Nicolaus tam suo quam aliorum compatronorum suo-
rum nomine præsentat. Vnde † cùm dictio illa, Seu, stare 3
possit correctiuè, Aret. in Rub. de except. nu. 2. Et de pa-
tronis indefinite fecerit mentionẽ, in materia odiosa ad
faciendum incidere in vitium ambitionis, & † ad destru- 4
ctionem actus, non videtur dicendum, quod indefinita
æquipolleat vniuersali. l. ff. 2. de lib. & posth. vbi Dec. rui.
cons. 98. nu. 4. lib. 1. Et licèt alij actus postea subsecuti vi-
deantur arguere, quod idem factum fuerit nomine An-
dreæ, tamen dicebant aliqui, attendendum esse actum
præsentationis. Sed quicquid sit de hoc, dixerunt, quòd
non applicatur casui nostro dictum Lambert. loquitur
enim Lambert. quando vnus patronus constituit procu-
ratorem ad præsentandum, & procurator præsentat pa-
tronum, qui illum procuratorem constituit, hoc enim
casu de plano procedit dictum suum. Quia si præsentatus
acceptat præsentationem de se factam a procuratore, ne-
cessariò acceptat præsentationem de se, & à procurato-
re nomine suo factam. At quando (vt in hoc casu) plu-
ries, inter quos est ipse præsentatus, constituerunt pro-
curatorem ad præsentandũ, quia præsentauit non solùm
nomine illius, quem præsentat, sed aliorũ patronorum,
qui ipsum constituerant procuratorem, præsentatus po-
test

eſt acceptare præſentationem factam nomine aliorum,
& non ſuo, quo caſu in nullam incidit ambitionem, & eſt
differentia inter præſentatum & præſentantem, quia pa-
5 tronus † compatronum præſentare poteſt, gloſ. in c. con-
ſuluit, de iurepat. Doct. in d. c. per noſtras, eo. tit. Lambert.
d. 1. par. 2. lib. q. 8. artic. 5. Et conſequenter in hoc caſu ceſ-
ſant ambæ rationes prohibitionis c. per noſtras. Et simpli-
citer acceptando præſentationem cenſetur Andreas illam
acceptaſſe eo modo, quo ſibi proficua futura erat præſen-
6 tatio acceptata. Sicut † enim acceptatio præſumitur facta
in tempore, Rot. in antiq. deciſ. 13. de conceſſ. præben. &
24. de probat. in antiq. ita præſumitur facta ex cauſſa ma-
gis vtili. Aym. conſ. 24 nu. 13. Cõſequenter cenſendus eſt
Andreas acceptaſſe præſentationem factam nomine cõ-
patronorum, non autem nomine ſuo, quia hoc pacto eui-
tat nomẽ ambitionis, & ſuſtinetur actus, nec videtur ele-
giſſe viam ad impugnandam ſuam diſpoſitionem. ¶ Nec
obſt. quòd fuerit præſentatus abſens. Quia perſona ſua
erat cognita Ordinario, à quo fuerat ordinatus, & quia
fuit examinatus, vt referunt ipſimet examinatores 26.
Maij, 1575. & propterea non intrant allegata per infor-
mantes pro ſocietate. ¶ Fuit confirmata ſupraſcripta de-
ciſio Lunæ, 25. Iunij. 1563.

ALDOBRANDINI.

Bononien. bonorum de Pipinis. Lunæ, 50 De-
cembris, 1583.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia agens ad reſtitutionem bonorum emphyteuticorum ob lineam finitam, tenetur ſoluere omnia melioramenta hæredibus emphyteutæ, & numero ſequen. per totum.*

2 *Diſpoſitio l. in fundo. ff. de rei vendic. procedit ſolùm in bonæ fidei poſſeſſore, qui cauſſam non habet à domino.*

3 *Eccleſia petens reſtitutionem in integrum aduerſus contractum tenetur ſolùm reficere melioramenta ſecundum diſpoſitionem l. in fundo, ff. de rei vendic.*

4 *Melioramenta ſi plus valent tempore reſtitutionis, quàm quo fuit impenſum, an Eccleſia teneatur ad illud plus.*

5 *Fructus compenſantur cum melioramentis à bonæ fidei poſſeſſore factis.*

6 *Melioramenta tranſmittuntur ad hæredem emphyteutæ.*

DECISIO CLXXXVI.

DIxerũt Domini, plures eſſe pro Pipinis, & magis in-
1 caleſcere pro ipſis. Pro hac opi. enim ſtant † Ang. in
l. domos, nu. 2. ff. de leg. 1. & ibi Pau. de Caſt. n. 7. Alex. poſt
prin. Iaſ. n. 4. & ibi etiã Cuman. Ruin. conſ. 14. nu. 3. & cõſ.
38. nu. 25. l. 1. & conſ. 117. ſub nu. 1. lib. 3. & conſ. 165. nu. 6.
lib. 4. & eſt de mente Corn. conſ. 86. nu. 8. lib. 4. ibi. & alias
in ſimili dixit Bal. vbi poſt Bal. & Pau. de Caſt. aſſerit, quòd
2 l. in fundo. ff. de rei vendic. procedit † ſolùm in bonæ fidei
poſſeſſore, qui cauſſam nõ habet à domino. Et ſentit ean-
dem opinionem conſ. 158. nu. 8. lib. 3. Roland. conſ. 28. nu.
14. & conſ. 30. nu. 6. libr. 5. Molin. de primogen. Hiſpania-
rum, ca. 26. nu. 13. Anto. Gomeſ. ſuper 26. lege tauri, nu. 3.
Ioan. Gartia. in tract. de expenſ. melioramen. ca. 24. nu. 3.
vbi de cõmuni. Alemur. Vaſqes in q. de iure emphyt. q. 25.
nu. 28. verſ. decima concluſio. ¶ Pro contraria parte ſtant
ſolùm Marzar. in epit. fideicommiſſ. qu. 65. & latiùs conſ.
14. verſ. melioramenta. Burſat. conſ. 71. nu. 23. lib. 1. Cagn.
in l. 2. nu. 175. C. de pact. inter empt. & vendit. ¶ Et quam-
uis Abb. in ca. 1. de in integr. reſtitut. & ibi Bero. n. 38. cum
3 ſeq. nolint, quòd quando Eccleſia reſtituitur † in inte-
grum aduersùs contractum, teneatur ſolùm reficere me-
lioramenta, ſecundùm diſpoſitionẽ l. in fundo. de rei ven-
dic. tamen particularem poteſt habere rationem, ex quo
reſtitutio huiuſmodi omnia reponit in priſtinum ſtatum,
& reſoluit cõtractum, & omnia hinc inde reficiuntur, &
ſatis eſt, quod ille, contra quem conceditur reſtitutio, non
ſit in damno: at in caſu, in quo verſamur, contractus non
reſoluitur nec reſcinditur. ¶ Voluit tamen Domini vide-
re rationem huius concluſionis, quia prædicti Domini
mouentur per tex. in l. domos, ff. de legat. 1. qui non vide-
tur probare hanc concluſionem, quando † melioramenta 4
plus valent tempore reſtitutionis, quam quo fuit impen-
ſum, quod tamen ſecundùm aliquos non videtur ſubuer-
tere illam opi. quia nec tex. in l. in fundo. ff. de rei vendic.
videtur poſſe applicare terminis, de quibus agimus; ex
quo loquitur ſolùm in bonæ fidei poſſeſſore, qui ex qua-
dam tantùm æquitate cõſequitur melioramenta. Et hinc 5
eſt, † quòd fructus compenſantur cum eis, l. ſumptus, ff.
de rei vendic. quod non eſt in eo, qui eſt dominus etiam
vtilis tantùm. Iste enim ſi ædificat in ſuo, & fructus ſuos
facit, maximè in contractu emphyteutico, in quo quando
finitur emphyteuſis, ob lineam finitam, non autem ob
culpam, melioramenta omnia remanent propria hæredis
emphyteutæ, cùm ad † illum tranſmittantur, Clar. qui 6
cæteros allegat de emphyt. 45. quæſt. Si ergo dominium
horum melioramentorum eſt hęredis emphyteutæ, ſi Ec-
cleſia vult ea conſequi, æquum videtur, vt etiam ſoluat
iuſtum pretium, ex quo tractatur de acquirendo, quod
ſuum non eſt. Quia tamen viſa fuit Dominis materia
conſiderabilis, volunt perpendere rationes vtriuſque opi-
nionis.

ALDOBRANDINI.

Mantuan. attentatorum. Lunæ, 1. Iulij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura facta à domino in aliam perſonam, pendente appellatione inter eum & vaſallum, dicitur attentata. Fallit tamen, vt nu. 7.*

2 *Impetratio noui iuris etiam lite pendente; quando collitigans illud impetrat, à tertio non dicitur attentata.*

Declara tamen & limita. vt nu. ſeq.

4 *Caducitatem declarare licèt dominus poſſit lite pendente. non poteſt tamen ius in alium transferre.*

5 *Alienatio rei litigioſæ dicitur attentata.*

6 *Clauſula, cum annexis, & connexis, comprehendit in appellatione à grauamine negotium principale.*

8 *Inferioribus non eſt aperiendum via diſputadi de validitate inhibitionis, vel de vi comprehenſiua illarum.*

DECISIO CLXXXVII.

COncluſerunt Domini pro maiore parte, inueſtitu-
ram, de qua agitur, eſſe attentatam. Cùm enim No-
biles petiiſſent à Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Mantuano,
licentiam vendendi terras, quas ab ipſo Epiſcopo in feu-
dum recognoſcunt, Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. P. D. Clau-
dio Abbati, ac eius Nepotibus, qui omnes ſunt & ipſi in
eiſdem inueſtituris comprehenſi, & a denegatione li-
centiæ appellaſſent, commiſerunt in Rota cauſam hu-
iusmodi appellationis cum clauſula, quam & quas, de, &
ſuper præmiſſis, cum annexis & connexis, quæ commiſ-
ſio comprehendit omnia ea, ſuper quibus fundare ſe po-
terat Epiſcopus ad denegandam iſtam licentiam, & ea
omnia, ſuper quibus ſe poterant fundare Nobiles ad
oſtendendum, quod non erat neceſſaria, vt mox dicitur.
Cùm itaque Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Mantuanus
fuerit perſonaliter inhibitus 15. Febr. 1583. & nihilomi-
nus ipſemet 13. April. 1583. diſueſtiuerit de omnibus his
bonis Nobiles, declarando nolle illos ampliùs in vaſal-
los, deque illis inueſtiuerit illuſt. D. Carolum, clarè ap-
paret, per hanc inueſtituram, quoad hoc fieri deterius,
& non ſolum † attenuari, ſed etiam tolli ius Nobilium, 1
quia diſueſtiuntur de eorum iure, & de eo alius inueſti-
tur, & conſequenter bene intrãt tradita ab Ægid. poſt In-
noc in c. ſi. vt lit penden. dec. 749. & Rot. 25. de reſcrip. in
nou. Stante enim firma hac inueſtitur, fruſtra tractãt No-
biles an requiratur licentia. vel ne, in alienatione vltimo
loco facta in cõfeudatorios, ſi illi nil habẽt, & fruſtra agũt
an teneãtur ſoluere laudemiũ Epiſcopo pro hac alienatio-
ne, ſi expreſſis verbis Epiſcopus profitetur nolle amplius
eos eſſe ſuos vaſallos, de eorũ portione aliũ inueſtiẽdo; &
propterea (vt dixi) eſt attẽtata, vt poſt Pau. de Caſt. con. 72.
lib. 2.

lib.2.dicit Felyn.consil.32.nu.13. Refert Gabriel.de iudic.
2 conclus.4.num. 24. ¶ Non obstat, quòd impetratio † noui iuris etiam lite pendente, quando collitigans illud ius impetrat à tertio, non dicatur attentata. Quia non pro-
3 cedit † in impetratione obtenta à communi Domino, id est, Prelato, Innoc.dict.cap.si vt lit.pendent.præsertim, qoando per illum (vt in hoc casu, quemadmodum supra dictum fuit) præiudicatur iuri collitigantium, Ægid. vbi supra per text.in cap. 1.prope fin.vt lit.pendent.& c. caussam quæ.de testibus. Maximè, quia ea mediante datur nouus collitigans respectu huius licentiæ obtinendæ, quia habetur in consideratione in primo & secundo. Et lite pendente non procedit supradicta conclusio, quando ille tertius est inhibitus, vt in hoc casu inhibitus erat Episcopus. ¶ Nec obstat, quòd Dominos directus possit declarare caducitatem lite pendente, Capic.decis.16.numer.6.
4 Achill.1.loc.prædict.decis.426.eadẽ die lib.3. Quia † non videtur bona consequentia, potest declarare, ergo potest ius in alium lite pendente transferre: transferendo enim bona iam de illis disponit, vt de propriis, quòd lite
5 pendente facere nequit. Et † hinc est, quòd alienatio rei litigiosę est attẽtata, tot.tit.ff.& C. de litigios.& officio iudicis, reuocatur. Afflict.decis.396.nu. 10. Cùm igitur Nobiles commiserint caussam appellationis à denegatione licentiæ cum clausula, quam & quas, & clausula, cum an-
6 nexis & connexis, sicut † hæc clausula comprehendit in appellatiõne à grauamine negotium principale, Ægid. decis. 629. in fin. quia negari non potest, quin negotium principale contingat illam caussam: ita & in hoc casu, cùm lis penderet, an Episcopi licentia sit necessaria, vel ne, quando alienatio fit in conuestitis, contingebat hanc caussam prætensio Episcopi, quòd Nobiles cecidissent ob alienationem factam in extraneos. Erat etiam connexum cùm hoc negotio prætensio Nobiliũ, quòd ob clausulam de qua in inuestitura Aloysij, ad habendum, tenendum, & quicquid sibi & Aloysio, suisque hæredibus deinde placuerit faciendum, sine contradictione ipsius D. Episcopi, & successorum suorum, saluo semper iure feudi D. Episcopi, indistinctè nulla requireretur licentia in quibuscunque alienationibus, & quod pactum deinde in sequentibus inuestituris appositum, prohibens alienationes, super quo se potissimum fundat Episcopus in ista inuestitura, non teneat, sed attendenda sit prima inuestitura. Cùm igitur Episcopus esset inhibitus vigore huius commissionis, non potuit quicquam concedere,
7 quod tangeret hæc bona. Et † cessant tradita ab Innoc.& aliis in c.fin.vt lit.pendent. Quia non loquuntur, quando quis impetrat aliquid à cõmuni Domino inhibito. Quod dicebant aliqui ex Dominis non habere aliquam diffi-
8 cultatem secundùm stylum Rotæ, ne † aperiatur inferioribus via disputandi de validitate inhibitionis, vel de vi comprehensiua illarum, Achil. decis. 7. de attenta. & ne contemnantur. Vltra, quod hæc inuestitura ex clausulis multũ prægnantibus continet & caput caducitatis, quòd prætenditur ex alienatione facta in confeudatarios, quatenus ex ea Nobiles cecidissent. Et propterea dicebant Domini, illam, tanquam quoad præmissa attentatam, reuocandam &c.

ALDOBRANDINI.

Balneoregien. alluuionis. Lunæ, 8. Iunij. 1583.

SVMMARIVM.

1 *Possessio tam naturalis quàm ciuilis amittitur per inundationem.*
Imò etiam ignorans perdit possessionem.nu.3.
2 *Præscriptio interrumpitur per possessionem ciuilem ex communem.*
4 *Possessio, quæ non potest retineri, amittitur etiam ab ignorante.*
5 *Aqua recedente possessio reuertitur ad priorem possessorem noua apprehensione interueniente.*

DECISIO CLXXXVIII.

DOmini concluserunt, probari possessionem Dominorum de Ballionibus. Probat etiam, testes ipsos in loco, de quo agitur, retinuisse aquas, plantasse arbores, & exegisse pœnas ab ingredientibus dictum locum. ¶ Non
obstat † antiquior possessio Aluianen. vti amissa per inun- 1
dationem, l.3.§.Labeo.ff.de acquir.poss.vbi Doct. Qua mediante nedum naturalis, sed etiam ciuilis possessio amittitur, vt per Bart.Soc. & Ias.in d.§.Labeo. num.3. Si
enim ciuilis retineretur, † præscriptio non interrompere- 2
tur, prout interrumpi tenent Doct, per glos.in d. §.Labeo. cõmuniter receptam, l.qui fundum.in princ.ff.pro empt.
Ex † qua inundatione nedum sciens, sed etiam ignorans 3
possessiunẽ perdit, Soc.in d.§.Labeo, nu.2.Ias.nu.4.Pos-
sessio † namque, quæ retineri non potest, amittitur etiam 4
ab ignorante, Bart.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas. in pen.oppos.de acquit.possess. ¶ Non obstat, quòd fuerat modica inundatio. Quia imò magna fuit, ex quo flumen nono relicto alueo ad antiquum rediit. Quod autem breui recesserit flumen ex loco illo, & calcari semper potuerit, vel illico Aluianenses se præparauerint ad recuperationem, ex istis testibus non probãt. ¶ Minus obstat, quòd
recedente aqua † possessio ipso iure reuertatur ad prio- 5
rem possessorem, vt in l.vsumfructum.ff.quib.mod.vsusfruct.amit. l. si locus. ff. quemad. seruit. amit. Aret. in §. quod si naturali. Instit.de rer. diuis. Nam aqua recedente necessaria est noua apprehensio, Rum. cons.45.nu.2.lib. 4. Nec glos.quam allegat. Aret.in d.§.quod si naturali. in verbo, remanere, id dicit. Imò contrarium innuit, dum dicit, possessionem aqua recedente restituendam esse, quod dictum Aret.reprobant Modern.de alluuion. lib.2. cap.22.num.8.

ALDOBRANDINI.

Treueren.abbatissatus. Veneris, 7. Octobris. 1583.

SVMMARIA.

1 *Beneficiorum appellatione comprehenduntur etiam regularia.*
2 *Constitutio de publicandis non habet locum in electiuis beneficiis.*
3 *Successor intelligitur etiam respectu possessionis.*
4 *Decretum irritans inficit possessionem, & omnes iuris effectus, illius tollit.*

DECISIO CLXXXIX.

COncloserunt Domini, constitutionem de publican. resignationibus comprehendere etiam huiusmodi abbatissatum, quantumuis electiuum: verba enim & ratio cõstitutionis conueniunt. Verba, quia ea sunt vniuer-
salia ibi, in qoibuslibet beneficiis, quorum † beneficio- 1
rum appellatione comprehenduntur etiam regularia, Card.in Clem.1. q.5.nu.12.de iud.Felyn.in ca.postulasti. ante nu.5.de rescript. ¶ Ratio etiam euitandi fraudes, de qua in prooemio dictæ constitutionis, bene applicatur. Et quamuis huiusmodi monasteria natura sua sint ele-
ctiua, tamen † & in electiuis, vt sunt monasteria consisto- 2
rialia, locum habet constitutio, quando renuntiantur: tunc enim regulantur legibus loquẽtibus de impetratione beneficiorum, Sarneu.de annal.quæst.11. ¶ An autem Anna, hoc non obstante, possit stare de allegatione Lap. 89. Domini amplius censuerunt super hoc cogitandum.
licèt enim successor † intelligatur etiam respectu posses- 3
sionis, vt per Put.in allegata decis. 154.lib.3. Achil.decis. vnica, de successio. nihilominus cùm constitutio de pu-
blican. habet decretum † irritans, quod inficit posses- 4
sionem, & omnes iuris effectus illius tollit, Cassad.super reg.decis.7.num.3. Crescent.decis.13.in fin. non videtur, quòd talis detentor, cùm non habeat sua detentatio aliquod fomentũ iuris, possit dare de allegatione Lap. Quia id posse facere pendet à iuris dispositione. Et licèt fortasse hoc decretum non esset totaliter iustificatum, tamen

pars petit remiſſoriam ad illud plenius iuſtificãdum, quæ circa hoc ſibi concedenda eſſet. Licèt enim materia videatur obiectiua, eſt tameo de iure dantis. Ex qua Nicolaus impetrauit ob non publicationem. Et quamuis replicetur, quòd ius remanſit penes Franciſcum, contra eam opponitur, quod non fuit benedicta.

ROBVSTERII.

Cæſarauguſtan. parochialis. Lunæ, 14. Nou. 1583.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus habens titulum coloratum eſt reſtituendus contra quemcunque etiam poſſeſſorem cum titulo, de ſtylo Rota.*

2 *Actore plenè probante ſuam intentionem debet pariter reus probare ſuam exceptionem.*

3 *Reus non tenetur probare ea, quæ veniunt in replicatione actoris.*

4 *Reſignatio præſumitur publicata ex poſſeſſione triennali, niſi agatur de ſpolio.*

5 *Poſſeſſio ſpoliatiua eſt improba, & ſine aliquo iuris fomite.*

6 *Qualitas faciliùs probatur quàm ſubſtantia rei niſi pars ſit ipſius.*

DECISIO CXC.

FVit reſolutum, quòd Michael Monterde poteſt agere remedio poſſeſſorio ad reintegrationem ſuæ poſſeſſionis primæuæ contra Ioannem: quia ſi iura ſunt bene recognita, vt præſupponitur, ipſe probauit primum & ſe-
1 cundum extremum. Et † cùm habeat titulum coloratum,
ſequitur, quòd eſt reſtituendus contra quemcũque etiam
poſſeſſorem cum titulo, iuxta obſeruationem Rotæ. Non
obſt. coſenſus reſignationis in fauorem Marci auctoris.
Mayce, & ſic quòd ceciderit à poſſeſſione facto ſuo.
Quoniam reſpondebant Domini, quòd cùm Monterde
actor plenè probauerit ſuam intentionem ex titulo co-
2 lorato & duobus extremis, debet † Mayces reus pariter
plenè probare ſuam exceptionem, Dec. conſ. 57. colum. 1.
in fi. cũ ſeq. Et ſicut actor probauit qualitates neceſſarias
ad ſuam actionem, ita reus debet probare qualitates &
circumſtantias ad ſuam exceptionem: Franc. in c. 1. in 1.
no. de præſcript. Ayın. conſ. 226, nu. 8. Sicq; cùm Maycas
excipiat de voluntaria dimiſſione poſſeſſionis ex prætenſa
ſa reſignatione in Ioannẽ Marcum, debet probare quali-
tates neceſſarias ad dictam dimiſſionem poſſeſſionis, &
conſequenter debet probare, dictam renuntiationem in
Ioannem Marcum fuiſſe publicatam, iuxta conſtitut. Pij
V. cùm ſit pars renuntiationis, & ſine ea non excluditur
actor ab iſto remedio recuperandi poſſeſſionem anterio-
rem, vt pluries fuit in Rota reſolutum, prout informãtes
bene deducunt, & dant copias deciſionum. ¶Non obſt.
3 quòd † non tenetur reus probare ea, quæ veniunt in re-
plicatione actoris, Oldr. conſ. 229. num. 3. Quia reſpond.
quòd publicatio non reſpicit replicationem actoris, ſed
qualitatẽ & circumſtantiam rei, cùm ſit pars reſignatio-
nis, vt reſoluerunt in illa Callagutitan. quam adducunt
informãtes. ¶Nõ obſtat, quòd ex quo † probatur trienna-
4 lis poſſeſſio. Io. Marci auctoris, ex alleg. Lap. 89. probatur
ſaltem præſumptiuè, quòd dicta reſignatio fuit publicata.
Quoniam reſpondebant, quòd cùm allegatio Lap. non
habeat locum in ſpolio, vt in deciſionibus adductis per
5 informãtes. Nam † poſſeſſio ſpoliatiua eſt improba, & ſi-
ne aliquo fomẽto iuris. l. improba poſſeſſio. C. de acquir.
poſſ. Caſſad. deciſ. 6. de præbend. Monterde, qui probauit
ſpolium, habet fundatam intentionem in ſpolio. Vnde ſi
Ioãnes vult excludere ſpolium ex allegatione Lap. debet
probare poſſeſſionem Io. Marci fuiſſe legitimam, & ta-
lem, quæ poſſit producere iſtos iuris effectus, cùm (vt di-
xi) eſt iam probata inſerta. ¶ Nec ſufficit dicere, quòd
allegatio Lap. facit præſumere, hanc reſignationem eſſe
6 publicatam, quia † hoc procederet, vbi non eſſet proba-
tum ſpolium pro parte Monterde, ſed illo probato ad ex-
cludendum illud, oportet probare publicationem aliun-
de, quàm ex triennali poſſeſſione, alioquin ferè ſemper
triennalis poſſeſſio auctorum excluderet ſpolium. ¶Vlti-
mò, non obſtat, quod hic agitur ſolùm probãda iſta qua-
litate publicationis eo, quòd eſt probata ſubſtantia rei,
quæ conſiſtit in ipſa reſignatione, & facilius probatur
qualitas quàm ſubſtãntia. Quia † dicebant, quòd cùm 7
iſta qualitas ſit pars ipſius reſignationis, non ſatis eſt pro-
baſſe partem rei, niſi etiam probetur integra, & cum
omnibus ſuis partibus. Nihil enim eſt actum, donec ali-
quid ſupereſt agẽdum. Et cùm hoc onus ſpectet ad Ioan-
nem quouſque ſit probata iſta qualitas publicationis, &
probatio Monterde plena & perfecta præualet, vt poſ-
ſeſſio Io. Marci dicatur ſemper ſpoliatiua, quouſque ſit
probata qualitas, quæ excludit ſpolium. Et ita tenuerunt
Domini pro Monterde, niſi Ioannes probet publicatio-
nem reſignationis.

BLANCHETTI.

Vrbeuetan. caſtrorum. Lunæ, 15. Iunij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Dictio, gradus, poſita pro extremo in pacto excluſiuo fœminarum an ſtet incluſiuè, vel excluſiuè.*

2 *Argumentum valet de pacto ad ſtatutum.*

3 *Statutum excludens fœminas deſcendentes propter maſculos eſt odioſum odio irrationabili.*

Idem in pacto dicendum eſt.

Diſtingue tamen aliquos caſus, & limita, vt nu. 11. ex communi.

4 *Diſpoſitio imponens pœnam ſine culpa eſt odioſa, etiam ſi reſpiciat publicam vtilitatem.*

5 *Spurij & naturales nullo iure vocantur ad excluſionem propriarum filiarum.*

Imò etiam per ius diuinum excluduntur. nu. 7.

6 *Nepotes excluduntur ab hæreditate aui, cum primo diſponenti, non autem grauato ſuccedant.*

8 *Diſpoſitio hominis ſtrictiùs interpretanda eſt, quàm diſpoſitio legis.*

9 *Intentio principalis in diſponente inſpicienda eſt, licèt diſpoſitio exorbitans à iure communi ſit odioſa.*

10 *Primogenitura dicitur fauorabilis, licèt repugnet æqualitati ſeruanda inter filios.*

11 *Maſculi an & quando poſſint excludere fœminas ex diſpoſitione legis, vel hominis, vide hic aliquos caſus.*

Quod an procedat etiam in ſpuriis, videas bene.

DECISIO CXCI.

PRopoſui dubium, *an pactum, de quo agitur, ſit odioſum odio irrationabili?* Cùm enim iam fuerit alias reſolu-
tum eſſe odioſum, videndum erat, an iſtud odioſum, de
quo in pacto, eſſet irrationabile ita, vt dictio † ſupradi- 1
cta gradui, ſtaret incluſiuè, vel excluſiuè, iuxta trad. per
Bald. in l. meminiſſe. ff. de off. proconſul. idq; ex eo, quòd
nõ potuit decidi ex diuerſitate ſententiarũ, an ſola dictio,
vſque adiecta gradui in hac diſpoſitione includeret, vel
excluderet. Et quia vota Dominorum fuerunt varia, ni-
hil etiam ſuper hoc fuit reſolutum. ¶Quòd enim iſtud
pactum ſit odioſum odio irrationabili, multis modis
conſiderabatur. Primò, quia in hac materia, licèt † ar- 2
guere de pacto ad ſtatutum, Bald. in l. cũctos populos nu.
19. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Vnde † cùm plu- 3
res Doct. teneant, huiuſmodi ſtatuta excludentia deſcen-
dentes fœminas propter maſculos, quamuis reſpiciant
fauorem agnationis, eſſe odioſa odio irrationabili, idem
dicebant firmandum in hoc caſu. Bald. enim. in c. 2. ver-
ſic. ibi prohibens. de feud. cogn. dicit, talia ſtatuta, licèt ex
vſu approbata, eſſe irrationabilia, & in l. lege. 12. tabularũ,
quòd ſunt iniurioſa, & in conſ. 83. nu. 3. volum. 1. eſſe ini-
qua, & contra naturalem æquitatem. Et quòd huiuſmo-
di ſtatuta ſunt irrationabilia, tenuerunt Barbat. conſil. 39.
in princip. volum. 2. Gozadin. conſil. 39. num. 12. & plures
ex allegatis pro hæredibus: Alij dixerunt odioſiſſima,

vt Ful

vt Fulg. in l. maximũ vitium. nu. 4. C. de lib. præt. & in d.
l. lege 12 tab. dicit impia. Signorol. cons. 101. num. 28. di-
cit odiosa odio irrationabili, imò irrationabilissimo. Sei-
sel. in l. 2. de in ius vocan. col. vlt. vers. & si attendatur, ait
esse odiosa odio irrationabili. Plures etiam Doct. vtun-
tur verbis Imperatoris. d. l. maximum vitium, quod caus-
4 satur quodammodo à natura. Regulare enim est, † quòd
dispositio imponens pœnam sine culpa sit odiosa, l. quis-
que. C. ad l. Iul. Maiest. l. 1. §. quare. ff. de ventre inspicien.
etiã si præ se ferãt publicam vtilitatem. Et de Macedonia-
no sentit Paul. Castr. in l. qui exemptioné. nu. 8. ff. de con-
dict. indeb. Ruin. in l. nemo potest. nu. 75. ff. de leg. 1. Quę
si procedunt, quando legitimi vocantur ad successionem
exclusis filiis fœminis, multò magis habent locum, quan-
do spuriis & natis ex damnato & punibili coitu defertur
successio, qui ab intestato nullo modo succedere possunt,
§. fin. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. Et quòd talia statuta
sint improbanda, post Federic. de Sen. cons. 275. tenue-
runt omnes allegati in decis. Boet. 127. nu. 9. & per Ruin.
cons. 137. nu. 2. & Felyn. in l. fin. num. 73. de constit. Quæ
multò magis applicantur proposito casui, in quo spurij
nascitur & transuersales vocantur ad exclusionem pro-
5 priarum filiarum, quòd † nullo iure reperiri inductum,
dicit Corn. cons. 97. circa princ. in tertio. Potuisset enim
ex isto pacto dari casus, vt alter ex paciscentibus habuis-
set spurium, alter verò filiam fœminam, & ea filia à spu-
rio fuisset exclusa, qui casus licèt non contigerit, tamen
non ex euentu qualitas pacti, sed ex mente paciscentium
6 iudicari debet. Præterea † nepotes excluduntur ab hære-
ditate aui, cùm primo disponenti, non autem grauato
succedant, l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pup. Ac-
cedit, quòd vix aliud statui posse videtur, cùm spurius in
tertio gradu posset excludere masculum legitimum in
quarto. ¶Non obstat, quòd de iure diuino masculi exclu-
dant fœminas. Num. cap. 7. & quòd per l. 12. tabul. & me-
7 diam iuris prudentiam idem statueretur. Quia † etiam
per ius diuinum spurius excludebatur à successione, &
disposita in dictis iuribus sunt sublata, per l. maximum
vitium. C. de liber. præter. ¶Non obstat, quòd sit factum
fauore agnationis, quia etiam statuta sunt eodem fauore
condita, & tamẽ omnes prædicti Doct. & alij allegati di-
8 cunt, illa esse rationabilia, præcipuè, cùm hic non † aga-
tur de legis, sed de hominis dispositione, in qua strictius
est procedendũ, ex trad. per Cyn. in l. quicunq; C. de seru.
fugit. ¶Nec mouebant eum deducta ex Corn. allegat. in
pluribus suis cons. per d. Burghesium. Quia in omnibus
locis vtitur verbis dubitatiuis, & omnes auctores licèt
dicant talia statuta esse fauorabilia, tamen intelliguntur,
quoad caput inclusiuum, non verò quoad exclusiuum.
¶Contrariũ sentientes mouebantur. Primò, quia omnis
9 † dispositio exorbitans à iure communi censenda est
odiosa: sed iuxta doctr. Bart. in l. qui exceptionem. num.
2. ff. de condict. indeb. communiter receptã, & quæ à Ro-
ta seruata fuit in caussis Lucan. decanatus, & Pharen. pẽs.
coram R. P. D. meo Aldobrandino, debet inspici id, quod
fuit præcipuum in intentione disponentis. Et potest dari
10 exemplum in primogenitura, † quæ repugnat æqualita-
ti seruandæ inter filios, l. inter filios. C. famil. ercisc. & ta-
men est fauorabilis. Præterea cùm in re propria quilibet
sit moderator & arbiter, l. in re mandata. C. mandat. cùm
paciscentes vsi fuerint iure suo, nemini dicũtur iniuriam
fecisse, præcipuè cùm hic agatur de castris, quorum ad-
ministratio non debet respectu vasallorum confundi,
quia facilius sæpe per fœminas, quàm per masculos tran-
seunt in familias alienas. Et placebãt auctoritates allega-
tæ pro D. Iacobo. ¶Allegatis in contrarium respondebãt
distinguendo tres casus, videlicèt, quòd si filia fœmina
excludatur à filiis masculis, & mandat filias dotari, hoc
11 casu † statutum dicatur fauorabile, vt de communi testa-
tur Brun. de statut. exclus. art. 4. nu. 5. Et non esse iniquum
dicit Bald. in cons. 129. lib. 5. Imol. in l. Titio centum. §.
Titio genero. n. 11. ff. de condit. & demonst. ¶Alius casus
est, quando filia propter patronũ excluditur, iuxta tradita
per Bald. in leg. quiconque. nu. 11. Cod. de seru. fugit. qui
non est casus, propositæ quæstionis. ¶Tertius verò fit ca-
sus, quia transuersalis masculus excludit fœminam pari-
ter transuersalẽ, & hoc casu talem dispositionem si man-
datur dotari, tenebant fauorabilem, ex Cald. Cons. 4. de
constit. Aret. cons. 43. Non enim dici debet ius iniquum,
quod procedit ab eo, qui habet potestatem ita disponen-
di, vt per Lap. alleg. 101. nu. 12. Non obstant, quæ dicta
fuerunt de spuriis, quia cùm in eadem oratione vocan-
tur legitimi, debet eadem determinatio vtrumque deter-
minare, l. iam hoc iure. ff. de vulg. Et † sicut respectu legi- 12
timorum dispositio est fauorabilis vel saltem non odiosa
odio irrationabili, ita & ista: hæc tamen responsio pos-
set pati aliquam difficultatem, ex trad. per Ruin. cons. 157
nu. 7. volum. 2. ¶Poterunt igitur informantes hoc con-
siderare, & principio audientiarum mensis Octobris ite-
rum caussam proponam. Et 21. Nouemb. 1583. fuit reso-
lutum pactum esse odiosum odio irrationabili.

BLANCHETTI.

Roman. societatis. Lunæ, 20. Iunij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Suasio suadenti vtilis, ei autem cui suadetur damnosa, arguit dolum.*

Eòque magis, si ea reticeantur, quæ respiciunt commodum reticentis, & damnum ignorantis, nu. 2.

3 *Dolum arguit diligentia quæ adhibetur insolita.*

4 *Dolus dans caussam contractus annullat contractum.*

5 *Reg. l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. quomodo intelligatur.*

6 *Dolus præponderans culpæ suffragari non debet.*

DECISIO CXCII.

Accepit Oliuerius pecunias mutuo super officio,
quod habebat à Christophoro absente, ad societatẽ
per tres menses duraturam, & deinde ad beneplacitũ sub
periculo vitæ à Christophoro nominandæ in ratificatio-
ne, & donec ratificaret sub periculo vitæ dicti Christo-
phori, illinc ad 20. dies in eodem officio Christophorus
ratificauit, & nominauit periculum vitæ pro summa scu-
torum 550. R. D. Frãcisci Bãdini clerici cameræ, qui cùm
postea grauissimè ægrotaret, Christophorus disdixit so-
cietatem, & pendente spatio 15. dierum disdictam societa-
tem notauit in maiore summa, quo die seu nocte sequen-
ti decessit d. R. D. Franciscus, cùm postea iam Oliuerius
pecunias soluisset Christophoro, egit coram A. C. pro re-
stitutione earundem, allegans se dolo circumuentum ad
renouãdum societatem, cùm ignorasset Christophorum
nominasse vitam R. D. Francisci. Ideò de ordine S. D. N.
præsupposita serie facti latiùs per partes deducta pro-
posui dubium in Rota, *an Christophorus teneatur ad re-
stitutionem dictarum pecuniarum Oliuerio?* Et Domini di-
xerunt, Christophorum teneri, cùm dolosè versatus sit
cum Oliuerio. Suasio † enim suadenti vtilis, ei autem, 1
cui suadetur, dãnosa, arguit dolũ. l. seruus. suus. ff. de dol. l.
Iulianus. §. per contrarium. ff. de act. empt. Aym. cons. 670.
nu. 4. cũ aliis allegatis per magnif. & eruditiss. D. Petrũ Al-
dobrandinum, quæ Dominis placuerũt. Idque † eò magis
si ea reticeantur, quæ respiciunt commodum reticentis, 2
& damnum ignorantis, Abb. cons. 68. num. 2. lib. 1. Corn.
cons. 424. nu. 4. post Bart. & Paul. de Castr. in l. 1. §. vendi-
tor. ff. de act. empt. & eundẽ Bart. in l. quarto. eo. tit. ¶Qui-
bus accedit † insolita etiã diligentia Christophori, vt di-
cta societas renouaretur, ex qua arguitur etiã dolus, Dec. 3
cons. 448. num. 23. Ex quo † sequitur, quòd cùm iste do-
lus fuerit deceptiuus, & dederit caussam huic contractui, 4
ex eo annullatur contractus, Cremen. in l. 2. nu. 12. C. de
rescin. vend. Ingen. in l. contractus. num. 108. ff. de reg. iur.
cum aliis allegatis. ¶Non obstat reg. l. qui cum alio con-

5 trahit.eod.tit. Quia † procederet, si ante ratificarionem
contractus remansisset in suspenso: sed cùm interim con-
tractus subsisteret, & pecuniæ starét periculo vitæ Chri-
stophori, non potest negligentiæ argui Oliuerius, præci-
pue cùm in re propria liceat esse negligenté. l. quod Ner-
6 ua. ff. depositi. ¶ Vltimo dolus † præpōderat culpæ, & ideò
suffragari non debet, l. cùm sex. vbi glos. ff. de ædilit. edict.
¶ Non obstat, quòd Oliuerius potuerit voluisse renooa-
re, ne si forte d. Franciscus etiam conualuisset, teneretur
restituere. Quia non est verisimile, vt quo tépore luctum
sibi imminebat, voluerit damnosè, & eum pro quo dictas
pecunias receperat, sobiicere, cùm regulariter nemo præ-
sumatur proprium iactare, l. cùm de indebito. ff. de pro-
bat. Non obstat. l. actiones. §. diximus ff. pro soc. Quia in
proposito non est quæstio, an dissolutio societatis teneat,
quia hoc est indubitatum, sed an renouatio facta susti-
neat. ¶ Nec refragantur decisiones in caussa Romanen.
societatis coram me. Quia illa Rota voluit videre, an
constaret de fraude: & licet ex illa infirmitate D. Clarix
decesserit, tamen constitit, quòd nec medicus, nec ipsa
habuerunt illam infirmitatem tempore factæ nomina-
tionis pro tali, vt ita de facili potuisset mori hîc autem
tempore factæ renouationis apparet, quòd D. Franciscus
animam exhalabat. Ex quibus sequitur, quòd eius, quod
ignoranter solutum fuit, repetitio detur l. prima. ff. de
condict. indebit.

ROBVSTERII.

Camerinen. fideicommissi. Ven. 7. Nouemb. 1569.

SVMMARIA.

1 *Notariatus quasi possessio sufficit ad validitatem instrumenti, quando aliàs probari non potest.*

2 *Decretum interpositum à iudice præsumitur cum caussa cognitione.*

Idq; magis in iudice maiori num. 3.

4 *Decreti fauore non præsumitur in arduis & alteri præiudicialibus, nisi in iudice maiore.*

5 *Citationis solemnitas ex lapsu 30. annorum præsumitur etiam in grauibus, & contra tertium, & nu. 11.*

Idem ex auctoritate iudicis. nu. 11. Intellige tamen, vt num. 13. & 14.

6 *Decreto iudicis creditur super requisitis ad exemplandum instrumentum, de quibus satis est, eum se informare.*

Idq; magis vbi est adminiculatum. num. 7.

8 *Notarius non præsumitur ex sola antiquitate temporis, nisi in antiquissimis.*

9 *Iudicis decreto attestanti aliquem esse notarium, creditur. & nu. 12. cum antiquitate 30. annorum.*

10 *Notarij manus siue scriptura est vnum de requisitis ad interponendum decretum super ipsius validitate.*

14 *Solemnitas extrinseca præsumitur in decreto interuenisse ex lapsu 30. annorum & iudicis auctoritate, licet in eo non fuerit enuntiata.*

DECISIO CXCIII.

PLacuit Dominis, vt si originale instrumenti, de quo
agitur, haberi possit absque expensis partis, transmit-
tatur ad curiam, vt animus iudicare debentis quiescat ex
variis circumstātiis, quia decretum iudicis, de quo in isto
exemplo, videtur defectiuum, cùm dicat, quam cognitio-
nem adhibuit, quæ non fuit sufficiens, vt infra dicā. Nam
si hoc non obstaret, plures, qui videtant, tenebant, quòd
adducta contra istud exemplum pro parte Iuliæ non ob-
starent. ¶ Primò enim dicitur non constare de notariatu
Ser Bartholomęi notarij rogati. Dicebāt aliqui quòd cùm
iudex non potuerit interponere decretum super isto par-
ticulari exemplo, nisi constito sibi de notariatu illius Ser
Bartholomæi, aut de quasi possessione notariatus saltem
1 posterioris, quia † illa forsan sufficit, vt post alios Boer.
dec. 76. in fin. & iudex in decreto enuntiet illū notarium
legalē & authenticum, vt in princ. & in subscriptione di-
cti instrumenti, credendum est in istis extraiudicialibus
licèt non essemus in antiquis, quòd cum caussæ cogniti o-
ne hoc enūtiauerit. quia præsumitur pro iudice, & decre-
tum † ab eo interpositum fuisse cum caussæ cognitione, 2
nisi probetur cōsuetudo, quòd hæc solent in illis partibus
fieri incontinenti, & sine caussæ cognitione, Spec. & alij
per Alcia. de præsump. reg. 3. præsumpt. 10. Aym. de antiq.
temp. par. 2. n. 5. cum plurib. seq. Achil. de decre. decis. 2. &
de dispens. decis. 4. Put. lib. 2. decis. 142. Fuit dictum in vna
Conclen. Præsertim † cùm non simus in iudice pedaneo, 3
sed maiori, vt cōsiderat Cott. in memor. in verbo, decretū
maioris iudicis. ¶ Non obstat, quòd vbi factū est arduum,
& alteri tertio præiudiciale, nō præsumatur pro decreto,
vt post Egid. & alios limitat Put. decis. 142. post med. Nā
vltra, † quòd Egid. d. decis. 377. & 618. & etiam Put. ibi lo- 4
quuntur in executore, dicunt, quòd multoties sunt leoes,
quod tamen non est in maiore iudice, pro quo præsumi-
tur, vt supra. Et † in grauibus & contra tertium præsumi- 5
tur solemnitas citationis ex lapsu 30. annorum, Put. decis.
134. & 333. lib. 2. Eodem modo ex auctoritate iudicis hic,
cùm non simus in tertio, quia cùm saltem omnes interesse
putantes essent vocandi, vbi non est certa persona, quæ
lædi posset, vt infra dicam, & nullus contradicat non po-
test dici tertius cùm omnes sint vocati. Et cum Docto. in
auth. si quis in aliquo, punant communiter hanc fallen-
tiam, quādo exemplum fuit sumptum auctoritate iudicis,
ostendunt, quod in specie volunt, quòd † credatur iudici 6
super requisitis ad exemplandum instrumentum. Nec re-
perio, quòd iudex in exemplum habeat facere processum
in scriptis, sed quòd ipse debet se de requisitis informare,
& decretum interponere, vt per Salic. post alios in d. auth.
si quis in aliquo, num. 4. Abb. in c. fin. colum. 1. in fine, cum
seq. de fide instrumēt. Et si aliter diceremus, limitatio ista,
quam ibi adducunt Doct. multum restringeretur, aut pa-
rum seruiret, vltra, quod vltra decretum interuenit anti-
quitas 29. annorum, & etiam assertio duorum vel trium
notariorum exemplantium, vt per Salic. ibi. Adeò † quod 7
decretum iudicis est valdè adminiculatum, & etiam pu-
nit Couarr. pract. quæst. cap. 21. num. 6. in 4. casu. ¶ Nec
adsit aliqua suspicio falsitatis doli, & corruptionis, vt ipse
inquit ibidem in secundo casu. Et facile sit alteri parti, si
in hoc sentit grauamen, probare suspicionem fraodis vel
doli, probando quòd in eadem ciuitate nulla adest me-
moria de isto notario. ¶ Non obstat, quòd notariatus ma-
gis respiciat probationem quàm solemnitates, quæ sub-
stantia non ita de facili præsumitur, Aym. de antiq. tem-
por. part. 3. numer. 12. & 20. Nam † verum est, quòd ex 8
sola antiquitate temporis non præsumitur notatius, nisi
in antiquissimis, aut aliàs, prout Aym. ibi. Sed † in decre- 9
to iudicis, in quo asserit talem notarium, præsumitur pro
iustitia, & sic substantia actus decreti, & præsumitur pro
solemnitatibus, quòd vocatis vocandis, vt infra dicam.
Nam præsumitur pro iudice, vt supra dixi. Et ita Doct. in
auth. si quis in aliquo, solùm requirunt decretum iudicis
competentis in exemplatione cum duobus notariis, qui
non debent in scriptis facere processum, sed satis est, quod
asserunt illum esse notarium legalem, quia præsumitur
pro iudice. ¶ Non ob. cons. Alex. 166. & Roland. quia lo-
quūtur in generali commissione iudicis, in qua militant,
quæ dicunt ipsi: sed nos sumus in particulari decreto po-
sito super certa scriptura, in qua militant ea, quæ de præ-
sumptione iudicis dixi. ¶ Et quòd dicūt, ex assertione no-
tariatus facta de præsenti non inferri ad præteritum, hoc
est, ad tempus datæ instrumenti, non militat in particula-
ri decreto apposito super certa scriptura, quia non est cre-
dendum, quòd si ille non esset notarius de tempore da-
tæ instrumenti, aut saltem non esset in quasi possessione
notariatus, apposuisset decretum super ipsa scriptura.

¶ Secundò principaliter dum opponunt isti agentes pro
Iulia non constare, quòd illa esset manus notarij rogati,

tollitur

tollitur eisdem rationibus, quibus tollitur prima obie-
10 ctio de notariatu, quia † istud est vnum de requisitis ad interponendũ decretum super ista scriptura, vt per Boer. decis. 37. post Salyc. & Abb. supra allegat. Et hic militant eædem rationes, quæ militant in ea de notariatu. ¶ Tertio non obstat, quòd dicunt non constare de citatione
11 saltem generali contra interesse putantes. Quoniam † ex decreto iudicis, & ex lapsu 30. annorũ præsumitur etiam in præiudicium tertij, Felyn. in c. sicut. de re iudic. Cassad. de procurat. decis. 3. Put. lib. 2. decis. 334. & decis. 133. etiã in graui præiudicio. Et licèt Aym. etiamsi non citet Achil. de decret. de antiq. tem. in loco allegato, teneat esse ne-
12 cessarium tempus valde antiquum, tamen † auctoritates præallegatæ loquuntur, vbi non adest decretum iudicis, & sic non adest citatio, nec enuntiationes, nec decretum: sed vbi adest decretum iudicis, præsumitur saltem cum antiquitate 30. annorum, vt supra. ¶ Non obstat Achil. quòd vbi non est enunciata solemnitas, non præsumitur.
13 Quia † verum ex solo decreto, sed cum antiquitate temporis 30. annorum, & decreto iudicis præsumitur citatio, ex locis supra allegatis. ¶ Non obstat decis. Neapolitan. Massariæ. Quia ibi non erat enunciata solemnitas nec erant lapsi 30. anni prout hìc, & licèt non sint lapsi in totum 30. anni, tamen ad inducendam hanc præsumptionem non est curandum de tam modico tempore. ¶ Nec obstat, quòd in decreto non enuntietur, nec repetiatur scripta ista citatio, & ex inspectione decreti appareat non interuenisse, vt per Paul. & alios per Aym. de antiq. temp.
14 Nam † cùm simus in solemnitate extrinseca, quæ non solet semper in ipso actu interponi, sed post potest extra ipsum, & tunc licèt non enuntietur, nec in decreto appareat interposita, ex lapso temporis 30. annorum, & ex auctoritate iudicis præsumitur interuenisse, Corn. consil. 348. num. 31. cum sequent. lib. 1. Put. lib. secundo. decis. 208. & decis. 134.

SERAPHINI.

Perusin. hæreditatis. Lunæ, 23. Iunij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Error in denominatione hæredis vti filij, qui tamen non sit, vitiat testamentum.*

2 *Compendiosa substitutio quo casu non contineat vulgarem directam, sed solam fideicommissariam.*

3 *Dictio vniuersalis, omnibus, posita in institutione hæredis comprehendit etiam iura & actiones.*

4 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione ex mente testatoris veniunt etiam iura & actiones.*

5 *Institutio in re certa trahitur ad totam hæreditatem nullo hærede vniuersali instituto.*

6 *Verbum generale, bona, non restringitur per adiectionem specierum.*

7 *Dictio, dicta, refert præcedentia cum omnibus suis qualitatibus.*

8 *Substitutio facta impuberi in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus quare non sit vniuersalis in casu Bald. consil. 49. lib. 2.*

DECISIO CXCIV.

Dominicus Alfanus in suo testamento instituit suos hæredes Cæsarem & Paridẽ per hæc verba, *in omnibus aliis meis bonis mobilibus & stabilibus, quæ de iure ad me spectare possent, constituo & relinquo meos hæredes vniuersales Cæsarem & Paridem filios meos legitimos & naturales.* Deinde paulò infra substitutionem fecit per hæc verba, *& in euentum, quod (Deus auertat) dicti Cæsar & Paris decederent sine filiis legitimis & naturalibus, dicta bona remaneant de vno in alium, & casu, quo (prohibeat Deus) ambo decederent sine filiis legitimis & naturalibus, dicta bona remaneant Dominæ Dominicæ Africæ filiæ meæ dictorum Cæsaris & Paridis sorori.* Paris alter ex filiis ante patrem sine filiis decessit. Deinde obiit Dominicus testator, cui successit Cæsar, qui & ipse obiit nullis relictis filiis, eique vigore fideicommissi successit Africa. ¶ Horatius Alfanus eiusdem Dominici filius, cui pater in testamento reliquerat pro legitima certam pecuniarum summam, impugnare cœpit testamentum paternũ ex variis capitibus, & inter cetera ex eo capite, quòd testamentum esset factũ caducum, cùm Paris viuente patre obierit, & Cæsar † institutus vti filius, non 1
esset filius testatoris, qui error vitiat testamentũ, l. si pater. C. de hæred. instituen. Dec. cons. 542. Neq; sustineri posse ex capite substitutionis: nam quamuis compẽdiosa contineat vulgarem, & faciat testamentum incipere à secundo gradu, tamen † cùm dicta substitutio sit restricta ad 2
bona stabilia & mobilia, facta per verbum commune, remaneat, non potest capere vulgarem directam, sed solùm fideicommissariam, Bart. in l. cogi. §. ff. ad Trebell. & in l. Centurio, nu. 18. de vulg. & pup. Castrens. consil. 16. nu. 5. & cons. 49. lib. 2. Corn. cons. 322. nu. 10. lib. 3. Nat. cons. 68. nu. 4. ¶ Dubitatũ itaque sub die Veneris, 8. Iunij, 1582. *an ex huiusmodi substitutione testamentum sustineri posset?* Fuit per Dominos conclusum sustineri, quia indubitatum est, institutionem esse vniuersalem, quamuis dixerit testator in omnibus bonis suis mobilibus & stabilibus, nulla iurium facta mentione, propter dictionem vniuersalem, omnibus, quæ facit, † vt ex intentione testatoris 3
omnia bona contineantur, siue in mobilibus, siue in immobilibus, siue in iuribus & actionibus consistant, Fulg. in l. 1. nu. 3. C. si aduers. transact. Paris. cons. 25. nu. 69. lib. 2. ¶ Et ratio est euidens, quia licèt bonorum mobilium & immobilium appellatione nõ contineantur iura & actiones, cùm nullo loco circumscribãtur, l. fideicommissum. §. tractatum de iudici. l. Caius. in princ. de leg. 2. Tiraquel. de iur. primog. q. 49. latè Pinel. in rub. C. de bon. matern. part. 1. nu. 24. Gabr. de verb. signif. conclus. 6. tamen † se- 4
cus est, vbi ex intentione proferentis & actus natura veniunt, vt bene declarat Guid. Pap. cons. 52. nu. 2. ¶ Ne testator dicatur pro parte testatus & pro parte intestatus decedere contra, l. ius nostrum. de reg. iur. ¶ Et hinc est, † quòd institutio in re certa trahitur ad totã hæreditatem 5
nullo hærede vniuersali instituto; l. 1. §. si ex fundo. & l. quoties §. si duo. de hæred. instituen. Et hanc sententiam cõfirmat Pinel. d. part. 1. nu. 29. qui reddit bonã rationem. † Nõ enim est nouum (inquit) vt verbum generale, bona, 6
non restringatur per adiectionem specierum, argum. tex. vbi Bart. in l. quæsitum. §. fin. de fun. instruct. Canonist. in c. sedes. de rescript. & ibi optimè Dec. Corn. cons. 200. nu. 6. in 3. Ruin. cons. 161. nu. 4. in 3. Paris. cons. 92. num. 41. in primo. Afflict. dec. 107. no. 3. factũt. not. per Paris. cons. 67. no. 9. lib. 2. ¶ Ex his sequitur, sequentem substitutionem, quæ fit per ista verba, dicta bona remaneant, esse intelligẽdam de omnibus bonis in vniuersum, prout intelligebatur institutio. Et ista † est vis dictionis repetitiuæ, dicta, 7
quæ refert præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, l. à filio. §. testator. de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. si quis seruum. §. fi. nu. 5. ¶ Neq; obst. cons. Bald. 46. quidam nomine Cola. lib. 2. vbi videtur valde, quòd substitutio 8
† facta impuberi in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, non sit vniuersalis, quia ibi nulla adest dictio repetitiua in casu Bald. per quam appareat factam fuisse substitutionem vniuersaliter in omnibus bonis in institutione comprehensis, sed facta est substitutio simpliciter in bonis mobilibus & immobilibus, & ideò restricta & non vniuersalis. Vnde reliqua portio hæreditatis remanebat in hæreditate pupilli ad fauorem matris. Et ita fuit per Dominos conclusum, iterata positione caussæ die Lunæ, 25. Iunij, 1582.

SERAPHINI.

Ceruien. bonorum. Mercurij, 23. Martij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusi finita per generationem vel caducata potest alius de familia petere renouationem inuestituræ.*

Limita sex modis, vt num. 2. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. quas intellige & declara, vt ibi.

3 *Clausula in fine proposita non refertur ad omnia, quando venit continuatiuè ad aliquam dispositionem.*

5 *Annus petendi inuestituram computatur à die scientia.*

6 *Facultas petendi renouationem inuestitura durat spatio 30. annorum, ex communi.*

DECISIO CXCV.

FVit proposita caussa super secunda parte dubij, *an D. Lucretia saltem sit inuestienda de bonis, de quibus agitur?*
1 Et Domini dixerunt, eam esse in casu † regulæ, ex do-
ctrina Bartol. in l. 1. §. permittitur. de aqua quotid. & æsti-
ua. Exemplo afferunt plures limitationes. ¶Prima est
† fundata super pacto, de quo in inuestitura anni. 1496.
2 quasi, quòd in ea renuntiatum sit præfato iuri, ad consil.
Soc. ion. 9. no. 14. lib. 3. ¶Hanc limitationem Domini ha-
buerunt pro vera in iure, sed in facto dixerunt non ap-
plicari, quia pactum non loquitur in casu generationis
finitæ, sed in casu contrauentionis, vt apparet ex illis ver-
bis, alioquin si contrauentum fuerit, & ibi, & eo casu ad-
ueniente, quæ restringunt dispositioné ad solum euétum
contrauétionis. ¶Neque obstat, quòd clausula in fine po-
3 sita referatur ad omnia. Quia non procedit, quando ea
venit continuatiuè ad aliquam dispositionem, vt in hoc
casu, Bart. in l. fi, de reb. dub. aut venit accessoriè ad præce-
dens capitulum, ideò non potest referri ad alia, Dec. post
alios. in c. secundo requiris, nu. 3. de appel. ¶Neque potest
dici superflua, cùm veniat ad maiorem & abundátiorem
cautelam. ¶Secunda limitatio † est, quòd ista, quæ petit
4 reuocationé, est fœmina: sed huiusmodi limitatio rei re-
iecta fuit in caussa Bononien. de Campegiis corá R. P. D.
Robuster. diebus præteritis, cuius decisionis copia data
fuit. ¶Tertia limitatio † est, quòd nó fuerit petita renoua-
5 tio infra annum. Sed cùm iste annus computetur à die
scientiæ, vt per Gabriel de iure emphyt. conclus. 1. nu. 11.
Et non constet, quòd habuerit notitiam huius rei per an-
num ante petitam renouationem, ista limitatio non pla-
cuit Dominis, maximè, quia iam intra annum alius ex-
traneos fuerat per bon. mem. Episcopum, tunc temporis
inuestitus, & ideò † talis facultas durat spatio 30. annorú,
6 vt ex cómuni sententia tradit idem Gabr. loco supra ci-
tato, n. 20. ¶Quarta limitatio † est, quod nó teneatur Epis-
7 copus inuestire, quia tépore petitionis res non erat inte-
gra, Rom. cons. 70. nu. 3. vers. tertio potest dici. Alex. con-
sil. 10. in fi. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis. 43. vers. sed pone.
Gozad. cons. 39. nu. 23. & 71. nu. 1. Sed hæc limitatio pati-
tur magnam difficultatem. Nam idem Alex. in l. si mihi
& Titio, nu. 20. de verb. oblig. reprobat hanc opinionem.
& Ruin cons. 161. nu. 36. lib. 1. Paris. cons. 28. lib. 1. apostol.
ad Roman. cons. 22. ¶Quinimo Gozad. hanc dicit se pu-
tare falsam, in cons. 86. nu. 24. vers. non obstat. Et in euen-
tum, quòd esset vera, dicit, quòd procederet, vbi aliqua
negligentia posset impingi venienti post inuestituram.
Sed quare multi relati per Gabriel. dict. conclus. 1. nu. 20.
teneant istam limitationem, & alij relati per Riminald.
iunior. cons. 444. numero sexto, & numero 50. cum se-
quent. teneant contrarium, videndum esset de ipsius ve-
ritate, quatenus super ea pars insistere velit. ¶Quinta li-
8 mitatio † est, quòd solis hæredibus competat hoc ius.
Gabriel. dict. conclus. prima, numero decimooctauo. &
addit. ad Roman. dicto cons. 22. cum aliis allegatis. ¶Sed
præterquam, quòd prædicti Doctores videntur velle,
quod hoc procedat in emphyteusi hæreditaria, in casu
isto dicta Lucretia est hæres patris ab intestato, vt per te-
stes fuit probatum. ¶Sexta limitatio † est, vt non teneatur
9 Prælatus facere inuestituram, nisi eisdem conditionibus,
quæ ab extraneo reperiuntur, Gabriel. ibidem, num. vige-
simo octauo. Et ideò Lucretiam non esse admittendam,
cùm non obtulerit eandem conditionem, quam Comes
Pandulphus, qui scuta bis mille soluerat. Sed hîc viden-
dum est, *an Lucretia huius conditionis scientiam habuerit, & an possit hodie excusari, & moram purgare*, ex quo à die mo-
tæ litis bon. mem. D. Episcopus recusauit se velle eam in-
uestire, quod erit particulariter discuriendum. Item re-
seruatum fuit, vt videatur, an isto caso prouisio hominis,
de qua in prædicta inuestitura in facultate danda de no-
minando vnum ex familia, tollat prouisionem legis. Quæ
de præcedenti inuestitura anni 1477. dicuntur, nó faciunt
ad rem, cùm ista sit posterior, & in ista præsupponatur
deuolutio, neque de aliis inuestituris fuit habita ratio in
præsentiarum, cùm adhuc non sint in forma probante.

SERAPHINI.

Pampilonensis Iuris visitandi. Mercurij, 27. Aprilis. 1583.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio omnimoda qua dicatur.*

2 *Visitatio pendet à iurisdictione ordinaria.*

3 *Appellatio datur ab inferiori ad superiorem.*

4 *Clausula, constito de præmissis, quid operetur.*

5 *Sententia sine processu non probat pro qua lata de recenti non præsumitur, etiam quòd esset lata partibus præsentibus & non appellantibus.*

6 *Appellare licèt ad Papa, nec valet consuetudo in contrariú.*

DECISIO CXCVI.

DVbitatum fuit, *an inhibitio emanata vigore prioris commissionis sit moderanda iuxta formam reformatoriæ, vel denuò inhibendum vigore vltima commissionis?* Et quan-
tum ad priorem partem dubij, fuit dictum per Domi-
nos pendere ex eo, *an narrata in commissione reformatoria fuerint iustificata?* Narratur autem, præceptoriam,
de cuius visitatione agitur, esse intra limites iurisdictio-
nis prioratus Nauarræ, & competere Priori tam circa
visitationem dictæ præceptoriæ & illius membrorum
& personarum, quàm aliàs. Item quòd Consilium or-
dinarium deuenit ad sententiam præiudicialem dicto
Priori, à qua fuit appellatum ad Consilium completum,
& quòd consilium completum seruatis seruandis decla-
rauit, dictum Priorem tanquam ordinarium extra for-
mam statutorum debere visitare. Item, quòd à Consilio
completo non appellatur, nisi ad capitulum generale, &
quòd talis appellatio habet solùm effectú deuolutiuum
& non suspensiuum. Quódque executoriales relaxatæ
fuerút, & quòd aduersarij cófouendo se in eorú licentio-
sa & scandalosa iura per incerta subreptitia extorserunt.
Quantùm ad primú, ex narratis, quòd præceptoria sit in-
tra limites prioratus, satis videtur iustificatum, nec diffi-
tetur. ¶Quantùm ad secundum, quòd omnimoda iurisdi-
ctio pertineat ad priorem, hoc patitur difficultatem: nam
pro verificatione deducitur stabilimentum, de quo in
summario, numero 4. quòd licèt tribuat iurisdictionem
Prioribus, hoc tamen non tribuitur illis simpliciter, sed
vna cum capitulo prouinciali, & hoc non derogando
iurisdictioni, quam habent Commendatarij in fratres
capellanos, ex quo † colligitur hanc non esse omnimo- 1
dam iurisdictionem, de qua per gloss. in Clement. 1. in
verbo, omnimodam. de for. compet. Et hinc etiam sequi-
tur, Priorem sine capitulo prouinciali vigore huius stabi-
limenti visitare non posse, cùm † visitatio pendeat à iu- 2
risdictione ordinaria. c. 1. §. hanc autem. de censib. in 6.
Socin. de visitat. num. 4. versic. 10. quæro. ¶Neque etiam
cap. 7. eod. tit. facit ad rem, cùm loquatur tantùm de iuris-
dictione, quam habent priores Ecclesiæ in conuentu:
tamen vigore stabilimenti secundi de visitatione posset
dici, Priorem habere ius visitandi, probata tamen subre-
ptione, quæ ex eo argui videtur, quòd in hac præce-
ptoria Prior habet ius confirmandi electionem, & con-
firmatio huiusmodi procedit, prout appellatio, quæ da-
tur

3 tur † ab inferiori ad superiorem, vt per Hostien. de ele-
ctio. nu. 77. Sed quia super hoc non informatur, possèt,
quatenus in dubiũ reuocetur, particulariter dubitari. Sed
hîc insurgit alia difficultas. Nam posito, quòd verificetur
iurisdictio Prioris respectu iuris visitandi, sed non respe-
ctu omnimodæ iurisdictionis, dubitari potest, *an satis di-
catur iustificata commissio, quæ habet clausulam, constito de*
4 *præmissis?* Et Domini conabantur sufficere, cùm † d. clau-
sula sit referenda ad ea, quæ præbent caussam Papæ cre-
dendi prædictã moderationẽ, & hæc sola sufficit ad eam
obtinendam, licèt alia narrata non sint vera. Ægid. decis.
280. Itẽ quòd illud, quod narratur, sententiam latã fuisse
à Concilio completo seruatis seruandis, non est verifica-
5 tum, cùm non sit productus processus & † sententia sine
processu non probat. Mohed. decis. 248. Et pro sententia
de recenti lata nõ præsumitur, etiam quòd esset lata par-
tibus præsentibus, & non appellantibus. Aym. de antiq.
tempor. part. 2. nu. 25. & 27. Quod etiam narratur, non
dari appellationem à Concilio completo, nisi ad capitu-
lum generale, & interim non suspendi executionem,
iuxta formam stabilimentorum, non videbatur quibus-
dam ex Dominis verificandum, quia non adest taxatiua
illa, nisi, in stabilimento. Et ideò non potest argui, quòd
non licet appellare ad sedem Apostolicam: Esset enim ar-
gumentum à contrario sensu dicere, appellatum est à
completo ad generale, ergo ad alium superiorem appel-
lari non potest, quod in hac materia non admittitur. Ri-
6 mina. l. sen. cons. 423. num. 14. lib. 3. Cùm † potius debea-
mus interpretationem passiuam sumere à iure commu-
ni, vt ad Papam appellare liceat, cap. dilecti, el 3. de appell.
Neque admittitur consuetudo vel præscriptio in contra-
rium. Franc. in d. cap. dilecti, nu. 14. de appell. Neque fieri
potest fundamentum in confirmatione, quia id tantùm
confirmat, quod expressum est, non autem extendit dis-
positionem. Quantùm ad posteriorem partẽ dubij, Do-
mini dixerunt, non esse ad instantiam Præceptoris san-
ctiss. Crucifixi inhibendum, cùm adhuc de suo interesse
non constet. Et ideò tota hæc disputatio reducitur ad
merita negotij principalis, quo examinato erit proce-
dendum ad vlteriora.

SERAPHINI.

Roman. condictionis indebiti. Mercurij, 19.
Ianuarij, 1585.

SVMMARIA.

1 *Pactum vsurarium quando dicatur.*
2 *Lucrum preceptum ex aliena pecunia vsurarium dicitur.*
3 *Vsura non cadit nisi in mutuo vero vel palliato.*
4 *Conditionem quamlibet de soluendo potest quis apponere in re sua donando.*
5 *Societas ratione inæqualitatis, quando dicatur sapere vsuram.*
6 *Nouatio vel reformatio contractus, quando intelligatur à partibus fieri.*

DECISIO. CXCVII.

IN caussa Roman. cõdictionis indebiti inter Illust. Do-
minos Ludouicum & Valerium Vrsinos ex vna, & Il-
lustr. D. Magdalenam Strotiam de Anguillaria ex altera
dubitatum fuit, *an sententia in Capitolio lata esset confirman-
da.* Cùm enim fuisset tradita nuptui Illustr. D. Lucretia
filia D. Magdalenæ Illust. q. bon. mem. D. Iordano Vrsino
cum dote 20000. scutorum monetæ, quorum 10000. sol-
uenda erant tempore subarrhationis, pro solutione verò
reliquorum D. Magdalena promiserat eodem tempore se
soluturam scuta 8000. quorum 8000. sex mille deberent
inuestiri in tot bonis stabilibus pro fundo dotali, quorum
fructus per quatuor annos per D. Iordanum percipiendi
deberent constituere sortem principalem scutorũ 2000.
pro solutione residui prædictæ dotis 20000. post verò di-
ctos quatuor annos teneretur d. D. Iordanus dare Dom.
Magdalenæ singulis annis scuta 360. durante eius vita
naturali cumque deposita fuissent scuta 5250. auri in au-
ro ex pecuniis dotalibus D. Magdalenæ in banco Domi-
norum de Montautis pro solutione dictorum scutorum.
6000. inuestiendorum, prædicti D. Iordanus & Magda-
lena deuenerunt ad huiusmodi conuentionem, nempe,
vt pecuniæ prædictæ depositatæ penes Montautos leua-
rentur de d. banco, & inuestirentur in emptione grani
depositandi penes personas confidentes, & ex retractu
venditionis d. grani primo reponeretur sors principalis
penes bancum, ex residuo verò D. Iordano solueretur id,
quod ei debebatur vsque ad integralem summam sibi
promissam nomine dotis, residuum verò diuideretur in-
ter dictas partes. Cùmque post mortem d. Iordani disso-
lutum fuisset matrimonium, & veniret dos restituenda,
& ex d. grano factum fuisset notabile lucrum ascendens
ad scuta plusquam 4000. auri, ex eis fuerunt per hæredes
D. Iordani soluta D. Magdalenæ scuta 2000. pro comple-
mẽto dotis, & residuũ diuisum inter ambas partes, prout
in schedula diuisionis. Hisce ita peractis Illustr. Domini
Ludouicus & Valerius prætendentes, huiusmodi solu-
tionem fuisse indebitè factam, commiserunt caussam re-
petitionis tanquam indebiti. Et nitebantur duplici fun-
damento. ¶ Primò, quia prætendebant, pactum illud de
soluendis post quatuor priores annos annuatim D. Mag-
dalenæ scutis 360. esse † vsurarium, propter vniformi- 1
tatem præstationis, ad consil. Dec. 116. ¶ Secundò, quia
hanc societatem asserebant iniustam & illicitam ex eo,
quòd cùm D. Magdalena nihil proprium in hac societa-
te haberet, cum pecuniarum dominium esset penes d. D.
Iordanum, nihilominus ipsa † participauit æqualiter de 2
lucro ex aliena pecunia proueniente. cõtra glos. & Azon.
in l. si non fuerit, pro socio. Dec. in l. si pascenda, in 2. not.
qui testatur de communi, Couar. variar. resolut. cap. 2. nu.
3. vers. ego sane, cum aliis per eum allegatis. ¶ Fuit tamen
per Dominos vnanimiter conclusum non competere
Illust. Dominis Vrsinis condictionem indebiti. Non qui-
dem ex primo capite inualiditatis pacti, de quo in consti-
tutione dotis, quia vsura † non cadit, nisi in mutuo vero 3
vel palliato, cap. consuluit, de vsur. & patet ex definitione
vsuræ, de quo per Doct. in Rub. de vsur. & ibi Bero. nu. 37.
vet. sed præmissis. Et hîc nullum cadit mutuum, nec ve-
rum, nec palliatum, sed est dotis datio sub illa conditione,
quam quis † rem suam donando potest apponere, l. res 4
quæ, in fi. vbi Bald. C. de iur. dot. l. inter viru, & ibi glo. de
pact. dotal. ¶ Neque secundò ratione inæqualitatis socie-
tatis. Nam omisso, quòd contra opin. glos. & Azo. multi
tenuerũt post Ioan. vt per Dec. & Couar. allegatos, tamen
† illa opinio procedit, vbi partes omnino æquales portio- 5
nes habent in rebus societatis, & conueniunt, vt lucrum
sit inæquale: vel quãdo portiones sunt inæquales, & con-
ueniunt, vt lucrum sit æquale. Sed hoc casu hæc non
applicantur: licèt enim pecuniæ essent dotales, tamen d.
Iordanus non poterat de eis ad libitum disponere, sed
erant inuestiendæ in bonis stabilibus. Potuerunt ergo
partes à priori illa conuentione recedere, & in nouam ra-
tionem solutionis residui conueniri, prout fecerunt, &
fuit hæc quædam reformatio solutionis, iuxta not. per 6
Cagnol. in l. lecta nu. 49. si cert. petat. ex qua longè maio-
rem vtilitatem, & commodum consecutus est Dom. Ior-
danus, quàm ex priori pactione. ¶ Nam primò citius
consequebatur supplementum scutorum 2000. quod
consequuturus non fuerat, nisi toto quadriennio ela-
pso. ¶ Secundò, consequebatur partem lucri vltra di-
ctum supplementum ex negotiatione prouenientis, quæ
omnia proueniebant ex consensu Dominæ Magdalenæ,
cuius erant pecuniæ. ¶ Nec facit, quòd tantundem lu-
cri ipsa perceperit, quantùm Dominus Iordanus. Quia
ex pactione priori ipsa habuisset post quatuor annos,

quibus fiebat repletio reſidui ſummæ dotalis ſcuta 560.
quę abſorbebant redditus totius ſummæ ſcutorum 6000,
in bonis ſtabilibus inueſtitorum. Et tamen ex ſecunda
conuentione habuit tantummodo dimidium lucri ex d.
ſumma prouenientis. Iuſta ergo fuit & valida huiuſmodi
conuentio. Ex quo concluſum fuit, condictionem inde-
biti Illuſtr. Dominis Vrſinis non competere, & votum
aſſetamenti iuſtè prolatum fuiſſe.

ROBVSTERII.

Bononien. bonorum. Venetis, 10. Decemb. 1582.

SVMMARIA.

1 *Renouatio inueſtituræ poteſt peti ab hæredibus emphyteutæ excluſis aliis, ex communi.*
Ampliatur etiam ad fœminas, vbi præſertim non ſunt maſculi. nu. 2.
3 *Fœmina ſemel excluſa ſemper remanet excluſa.*
Fallit niſi ſit ſub ſilentio poſita.
4 *Inueſtitura quando recipiat interpretationem paſſiuam à iure communi.*
5 *Integra res an ſit, vel ne in petenda renouatione inueſtituræ per hæredes emphyteutæ, non habetur in conſideratione.*
6 *Bart. doctrina in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiu. loquitur in petentibus renouationem.*

DECISIO CXCVIII.

FVit reſolutum cõſtare de iniuſtitia inueſtituræ factæ
in fauorem Dominorum de Campegiis, de qua in
1 puncto. Quia † doctr. Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua
quotid. & ęſtiua, eſt vera & communis, & pluries per Ro-
tam recepta, Quam cõmunem atteſtabatur Roman. con-
ſil. 22. nu. 5. Dec. conſ. 131. & plures alij relati per Clar. in
§. emphyteuſis, q. 43. & per Ant. Gabriel. de iure emphyt.
2 cõcluſ. 1. in princ. ¶ Quam † opinionem Domini amplia-
runt etiam ad fœminas, quæ præſertim vbi nõ ſunt maſ-
culi, poſſunt ex eadem ęquitate petere ſibi renouationem
fieri. Raphael. Cuman. conſ. 166. circa finem. Fulgoſ. con-
ſil. 4. & 220. ad finem. Imol. conſ. 39. in fine. Paul. de Caſt.
conſ. 159. circa fin. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 47. nu. 9. Soc. iun.
conſ. 76. num. 121. lib. 1. Pariſ. conſil. 22. nu. 36. lib. 1. Bero.
conſil. 98. num. 6. & 10. volum. 1. ¶ Nec placuit Dominis
ratio Ruin. conſil. 15. colum. fin. verſic. nec obſtat poſtre-
3 mo, volum. 1. quod † fœmina ſemel excluſa ab inueſtitu-
ra ſemper remanere debeat excluſa. Quia aliud eſt, quòd
ſit excluſa, aliud, quod ſit ſub ſilentio poſita, ſeu præter-
miſſa: Nam ſufficit, quod in inueſtitura non excludatur
4 à renouatione petenda, quia tunc inueſtitura † paſſiuam
recipit interpretationem à diſpoſitione iuris communis,
l. 1. §. lex. Falcid. cum ibi not. per Bar. ad leg. Falcid. Et ideò
ſi petatur, debet ſibi fieri renouatio, d. §. permittitur. Ideò
ſi fiat inueſtitura ad tertiam generationem, poterit quar-
ta generatio petere renouationẽ, & tamen illa non com-
prehenditur in inueſtitura, quia hoc caſu non veniunt ex
inueſtitura, ſed ex æquitate, d. §. permittitur, præallegati,
¶ Non obſtat, quod res non erat integra propter inueſti-
5 turam factam Dominis de Campegiis, tum † quia com-
munis eſt in contrarium, vt hic per informantes, & bene
per Riminal. iun. conſil. 444. num. 49. Tum etiam, quia
noluerunt Domini attendere iſtam præuentionem fa-
ctam ab Eccleſia, quæ fuit facta in fraudem petentis re-
nouationem, cum Eccleſia dixerit velle pro ſe retinere,
& non retinuerit, ſed alteri cõceſſit. Rip. in l. 1. ſub nu. 10.
de priuil. credit. cum aliis per eoſdem informantes citatis.
¶ Non obſtat, quod materteræ erant proximiores. Quia
6 illæ non petierunt renouationem. Et † doctrina Bart. in
d. §. permittitur, cum ſequentibus loquitur in petenti-
bus renouationem. Ex quibus & aliis deductis per infor-
mantes Domini concorditer reſoluerunt pro Dominis
de Ludouitiis.

Sabinen. beneficiorum. Mercurij, 15. Decembris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus quando agitur de familia potenti, debet probari ſecundum formam Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 9.*
Limita & declara, vt nu. 3. & 5.
2 *Familia potens æquiparatur vniuerſitati & perſonæ potenti.*
4 *Verba, nec aliter, de eorum natura formam important.*

DECISIO CXCIX.

DOmini concluſerunt, quod cum in caſu, de quo agi-
tur, agatur de iurepatronatus familiæ Dominorum
de Vrſinis, & conſequenter de familia potenti, probatio
† iuriſpatronatus debet eſſe talis, qualem requirit ſacr. 1
Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 9. Idem † enim iudicatur de 2
familia potenti, quod de vniuerſitate & perſona potenti.
Put. deciſ. 18. aliâs 51. lib. 1. Peregr. deciſ. 5. lib. 2. & in fa-
milia Vrſinorum, Ioan. Paul. deciſ. 86. aliâs 87. maximè in
hoc caſu, in quo prætenditur iuſpatronatus nõ vnius aut
alterius beneficij, ſed omnium, quotquot illa ſint, benefi-
ciorum exiſtentium in ſtatu iſtorum Illuſtriſſimorum
Dominorum. ¶ Neque reſtringuntur hæ deciſiones ad
Principes non recognoſcentes ſuperiorem, cum parti-
culariter Ioan. Paul. loquatur in familia Vrſinorum, præ-
ſertim in Italia ob abſentiam ſummorum Pontificum
dum Auinioni morabantur, & ob abſentiam Cardina-
lium Epiſcoporum, qui in huiuſmodi Epiſcopatibus re-
ſidere non ſolent, & ſæpè ſæpius etiam ab vrbe aberant,
Et hoc de Italia ſentit Put. deciſ. 65. quia in cauſſa Oicen.
& verſus fin. lib. 1. Ex quo tollitur fundamentum factum
ſuper eo, quod Epiſcopi Sabinen. ſunt Cardinales, quo-
rum reſpectu huiuſmodi familiæ nõ poſſunt dici poten-
tes. ¶ Nec placuit Dominis limitatio allegata, quod ceſſet
prædictum ſacr. Concil. quando ſimul cum immemora-
bili probatur fama dotationis vel fundationis, quia † vl- 3
tra, quod decretum indiſtinctè loquitur, requirit pro
forma vltra probationem immemorabilis continuatas
præſentationes, quæ per ſcripturas authenticas proben-
tur, & ſint ſortitæ effectus, vt oſtendunt illa verba, nec
aliter, de quorum natura † eſt formam importare, vt poſt 4
Bart. & alios tradit Dec. conſ. 528. num. 12. Ruin. conſ. 92.
num. 25. lib. 3. Socin. iun. conſil. 46. num. 27. lib. 4. Vnde
non diſputando, an forma in hoc caſu poſſit adimpleri,
per æquipollens, cùm huiuſmodi diſputatio pertineat ad
ſacr. congregationem Illuſtriſſi. Dominorum Cardina-
lium, dixerunt Domini, quando id fieri poſſet, non æqui-
pollere probationem famæ factam per teſtes probationi
requiſitæ à ſacra Synodo, quæ de teſtibus omnino confi-
diſſe non videtur, quãdo agitur de iurepatronatus harum
perſonarum, & propterea non ſibi ſatisfecit, quod proba-
rétur prçſentationes per teſtes, ſed voluit vltra hoc, quòd
per ſcripturas authenticas probarentur, & conſequenter
vltra probationem teſtium, iſtam aliam ſpeciem proba-
tionis per ſcripturas requiſiuit. ¶ Nec deciſ. Put. & Chiſ-
ſan. allegatæ dicunt, † quod quando allegatur fama dota- 5
tionis ſimul cum immemorabili hoc ſufficiat: Sed dicũt,
quod probata immemorabili quilibet, quantúuis potens,
poteſt allegare titulum fundationis & dotationis, quòd
tamen ſacrum Cõcilium in his perſonis non admittit. Et
quamuis verum ſit, quod in aliis perſonis non alterat diſ-
poſitionem iuris cõmmunis, verum eſt etiam, quod in iſtis
alterat, ex quo ſola probatione immemorabilis non con-
tentatur. Et ex his dicebant non obſtare ſententiam or-
dinarij, quia non iuſtificatur ex actis, & quamuis iſta be-
neficia ſita ſint in tenuta iſtorum Illuſtr. Dominorum, &
ex illa percipiant decimas, non propterea infertur, quòd
ab illis fuerint dotata, cùm potuerint fundari, & dotari,
antequam ad manus iſtorum Illuſtr. deuenerint. Inclina-
bant etiam Domini non probari immemorabilem.

ROBVSTERII.

Parmen. prætenſæ illegitimatis. Die 27. Decemb. 1582.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Illegitimitatis caussa pendens coram iudice Ecclesiastico est præiudicialis articulo profano pendente coram iudice laico. & nu. 10.*

Intellige, & declara, vt num. 5.

2 *Spolij restitutio potest impediri per ostensionem clari & boni iuris sui.*

Declara tamen, vt nu. 6. & limita, num. 7. & seq.

3 *Inhibitio recipit interpretationem a iure communi in qualibet dispositione etiam exorbitanti.*

4 *Attentatum committit, qui reuerentiam tribunalis non seruat.*

6 *Spoliati culpa & facto si proueniat impedimentum, cessat fauor spolij.*

9 *Ecclesiasticus iudex non potest cognoscere de caussa spolij rei profanæ.*

10 *Iudex Ecclesiasticus inhibet seculari in caussa illegitimitatis.*

11 *Iudex laicus debet supersedere in articulo profano, dum Ecclesiasticus iudex procedit in articulo præiudiciali.*

DECISIO. CC.

FVit resolutum, inhibendum esse in specie, ne iudices,
de partibus procedant in caussa spolij per Dominas
Borromæas intentati, donec caussa illegitimitatis ad in-
stantiam earundem de Borromæis in Rota introducta, sit
terminata, & quæ post simplicem inhibitionem Rota-
lem, iuxta formam commissionis emanatam, gesta fue-
runt in partibus coram iudicibus laicis in dicta caussa
spolij, esse tanquam attentata & nulla reuocanda, quia
1 † hæc caussa illegitimitatis pendens coram iudice Eccle-
siastico, est præiudicialis articulo profano pendenti co-
ram iudice laico, quo casu iudex Ecclesiasticus inhibet
ipsi laico, ne procedat ad vlteriora in illo casu profano,
sed supersedeat, quousque sit finita caussa illegitimitatis,
cap. tua, de ord. cognit. cap. quanto, de iudic. c. lator. c. tuã,
qui fil. sint legitimi. Innoc. in cap. caussam quæ, *el 2.* post
princ. qui filij sint legitimi. Alexan. in l. Titia, nu. 18. ff. so-
lut. matrim. Rip. post Bart. & alios, in l. 2. de re iudic. Bero.
consil. 119. num. 7. lib. 3. ¶Est autem præiudicialis arti-
culus super prætensa illegitimitate d. Marchionis, quia
si non controuerteretur quæstio sui status, posset com-
parendo in illo iudicio spolij executiuo intentato contra
Comitissam à Sala docere de claro & bono iure suo in
2 petitorio vel possessorio. Et † propterea impedire restitu-
tionem in illo iudicio spolij per easdẽ Dominas de Bor-
romæis introducto. Rot. decis. 3. de caus. poss. & propriet.
in nou. Abb. in cap. literis, nu. 7. & 33. de restitu. spoliato.
Menoch. de recuperand. possess. remed. primo, num. 372.
Gabriel. de restitut. spoliat. conclus. 4. num. 46. Crescen.
decis. 158. Et fuit resolutum in caussa nullius Castrorum,
coram bon. mem. Oradino, de anno 1567. & in alia Ro-
man. de benefacere coram R.P. Dom. Blanchetto, de an-
no 1576. Vnde totum id, quoad hactenus in spretum in-
hibitionis Rotalis factum fuit in iudicio spolij, tanquam
attentatum & nullum, nisi pars cesserit istis attentatis, &
illa purgauerit aut signatura, aliud statuerit, est in primis
3 reuocandum, quia † inhibitio sumit interpretationem à
iure communi. Dec. cons. 33. num. 4. vers. vnde inhibitio.
Et est regulare in qualibet dispositione etiam exorbitan-
ti, vt recipiat passiuam interpretationem à iure commu-
ni, l. 1. §. lex Falcid. vbi Bart. ad leg. Falcid. Et ideò cùm (vt
dictum est) iudicium Ecclesiasticum de iure communi
esset præiudiciale profano, sequitur, quod inhibitio ar-
ctauit & inhibuit. Paris. cons. 39. num. 9. in princ. Cùm er-
4 go fuerit spreta, vt ex actis apparet, fecit † attentatum,
præsertim propter reuerentiam tribunalis. Rot. decis. 20.
& 31. de appellat. in nou. Crescen. decis. 94. Fab. decis. 33.
Achil. decis. 7. de attentat. ¶Nõ obstat, quòd hæc, quæ di-
cuntur in iudicio Ecclesiastico præiudiciali, intelligantur
5 † in petitorio, sed non in iudicio spolij, vt in d. cap. caus-
sam quæ, vbi Anch. in 3. & 6. not. Zabar. in 2. not. Barba.
col. 2. in 3. oppos. qui filij sint legit. Et in hoc vltra infor-
mantes faciebãt magnam vim aliqui ex Dominis. Quo-
niam respondetur id esse in odium spoliantis, & fauorem
spoliati, vt sit restituendus in primis, non obstante hac
exceptione illegitimitatis. Et cessat dispositio d. ca. tuam,
de ord. cognit. & dicunt Doct. in dict. c. caussam quæ. Sed
† hic cessant ambæ istæ rationes de odio spoliantis, & fa- 6
uore spoliati, quia non est spoliator, qui impedit restitu-
tionem, sed tertius, qui docto de bono iure in petitorio
vel possessorio, potest impedire restitutionem, vt patet
ex deductis. Cessat etiam fauor spoliati, quia ipsæmet do-
minæ Borromeæ opposuerunt de ista prætensa illegiti-
mitate, & sic facto & culpa ipsarum dominarum de Bor-
romæis non potest cognosci de isto testamento, & fidei-
commisso, aut alio iure istius tertij, quo casu, quando fa-
cto vel culpa spoliati prouenit impedimentum, cessat fa-
uor spolij, ex cumulatis per Aym. cons. 83. num. 2. Nam
non est exceptio Marchionis de testamẽto vel fideicom-
misso, quæ requirat altiorem indaginem, sed replicatio
istarum dominarum de Borromæis de illegitimitate. Et
propterea est discutiendum in primis, vt bene Soc. con-
s. 59. num. 4. & 6. in 3. Neque obstant tres limitationes
adductæ per informantes, quòd tertius impedit restitu-
tionem in spolio. Nam prima, quòd † non procedat, 7
quando non constat de iure tertij, nec incontinenti con-
stare potest, non potest verificari, imò verisimiliter est
totum contrarium, quia stante exceptione illegitimita-
tis iste Marchio est impeditus facto istarũ Dominarum
deducere ius clarum & bonum: & nõ est credibile, quòd
si non haberet bonum ius, istæ dominæ Borromeæ op-
posuissent hãc exceptionem illegitimitatis, & habuissent
recursum ad signaturam vel ad Rotam, quæ ex ordine
Sanctiss. habet facultatem moderandi has inhibitiones
in istis caussis illegitimitatis, non auctoritate propria ius
dicere, & spernere inhibitiones de curia præsertim Rota-
les. ¶Secunda limitatio de iure † spoliantis connexa cum 8
iure tertij. Et tertia de calũnia & malitia, præsertim spo-
liantis, & Marchionis si non probantur, nec datur aliquis
fumus in facto, quamuis in iure sin veræ. Et licèt hæc ma-
teria non bene oleret apud alios ex Dominis tamẽ dixe-
runt, quòd tota ista suspicio hominis purgatur ex eo, quia
istæ Dominæ Borromeæ poterant de istis tribus limita-
tionibus & aliis, si quæ essent, experire coram iudicibus
laicis, & nihilominus ipsæ, quasi diffidentes de istis iudi-
cibus habuerunt recursum ad iudicem Ecclesiasticum,
opponendo aliam exceptionem illegitimitatis: ex quo
facilè coniicere possumus, quòd ius istius tertij sit bonũ
& clarum: nec ex eo, quod spoliator sit mater, & tertius
sit filius, & maritus pater assistat filio ipso iure, sequitur
connexio vel dolus, & mala fides, quia si filius habet bo-
num ius in istis bonis tota suspicio calomniæ euacuãtur.
Nec enim filius pro matre, nec maritus pro vxore tenen-
tur. Aut igitur deducant melius istud factum, ex quo pos-
sit intrare aliqua limitatio ad regulam de iure claram, aut
cedant huic iudicio illegitimitatis contra Do. Marchio-
nem moto, & poterunt coram iudice laico deducere has
limitationes, & quæcunque alia sua iura Alioquin æqui-
tas non patitur, vt vna manu petant restitutionem pos-
sessionis, & alia impediant Marchionẽ, ne vtî tertiùs pos-
sit experiri de iuribus suis, propter exceptionem illegiti-
mitatis. ¶ Non obstat, quòd signatora cassauit caussam
spolij contentam in commissione, quia iustè fecit, cùm
nõ † pertineat ad iudicem Ecclesiasticum cognoscere de
caussa spolij rei profanæ, vt in d. c. caussam quæ, *el 2.* qui fi- 9
lij sint leg. & ibi omnes not. Sed ex hoc nihil infertur, vt
pendente caussa illegitimitatis in Rota iudex Ecclesiasti-
cus potuerit procedere in articulo præiudiciali. Nec etiã
infertur, quòd Rota nõ potuerit inhibere medio tempo-
re, cùm totum hoc remanserit in dispositione iuris com-
munis

munis,quo inſpecto eo ipſo,qnòd eſt commiſſa cauſſa il-
legitimitatis, ſequitur,qood eſt ſuperſedendũ in articulo
10 præiudiciali,& iudex † Eccleſiaſticus inhibet ſeculari, c.
lator, cum aliis deductis. ¶Vltimò nõ obſtat,quòd ſigna-
tura non deroget ptiuilegiis Principum ſecularium. Quia
oullo modo eſt derogatum,ſed tribuitur vnicuique quod
11 ſuum eſt de iure communi. Nam † iudex laicns debet ſu-
perſedere in articulo profano, & Eccleſiaſticus medio
tempore ptocedere in atticulo ſpeciali,cap. tuam, de or-
din.cognit.

ROBVSTERII.

Parmen.illegitimitatis. Ven. 10. Decemb. 1582.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio proueniens à iure eſt iuſta & canonica, & attendi-
tur vbique.*

Imò de ſtylo Rotæ ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda.

2 *Tertius impedire poteſt ſpolij reſtitutionem docendo incontinenti
de claro & bono ſuo iure in petitorio, & etiam in
ſummario poſſeſſorio competenti fideicommiſſario.*

*Limita tamen, vt non poſſit impedire, ne ſpoliatus interim
agat in iudicio ſpolij vſque ad rem iudicatam in eius pe-
titorio, num. 3.*

Quam limitationem intellige, & declara, vt nu. 5.

4 *Res iudicata vel confeſſio partis niſi adſit, non dicitur con-
ſtare de iure vnius, & de non iure alterius in propoſitio-
ne petitorij.*

Fallit in iudicio ſummario & executiuo, num. 10.

6 *Tertius habet actionem contra ſpoliantem ad acquirendam
poſſeſſionem & exceptionem, ad elidendam actionem
ſpolij contra ſpoliatum.*

7 *Spoliatus non habet actionem ſpolij contra tertium pro re-
cuperanda eius poſſeſſione.*

8 *Iudicium adipiſcendæ poſſeſſionis ceſſat per probationem pe-
titorij incontinenti probati.*

9 *Fideicommiſſario competit etiam remedium ſummarium,
& quorum bonorum.*

11 *Actori expedit plura habere remedia, & ius ſuum pluri-
bus exceptionibus & defenſionibus tueri.*

DECISIO CCI.

FVit reſolutum, vltimam ceſſionem attentatorum per
Dominas de Borromæis factam, non ſufficere in ca-
ſu de quo agitur, qui eſt limitata ad attentata poſt pri-
mam inhibitionem Rotalem,& tamen conſtat,quòd an-
te dictam inhibitionem iam erat introducta cauſſa ille-
gitimitatis ad inſtantiam earundemmet Dominarum de
Borromæis per ſpeciale reſcriptum Sanctiſſimi, ſub dat.
Romæ, 13. Decemb. 1578. directum ordinario. Placentin.
contra eundem Do. Marchionem, & fuerunt examinati
teſtes ſine interrogatoriis, & alia geſta in conſilio Ducali
Placentin. in ſpretum litis pendentiæ ſuper dicta illegiti-
mitate coram iudice Eccleſiaſtico, cùm huiuſmodi lis eſ-
ſet præiudicialis dictæ liti in conſilio Ducali penden. fe-
cit illam ſilere,& geſta medio tempore fuerunt attentata,
vt plenè aliâs in hac cauſſa fuit reſolutum, & datur copia
deciſionis. ¶Nec refert, quòd huiuſmodi decretum cita-
tioois, & inhibitionis Placentin. nondum eſſet intima-
tum Marchioni,& conſortibus tempore,quo fuerunt iſta
geſta: quoniam nuoc agitur de reuocatioue geſtorum
per Procuratores ipſarummet dominarum, quarum no-
mine fuit commiſſa cauſſa illegitimitatis, & obtentum
decretum huiuſmodi citationis & inhibitionis, in quo-
rum præiudicium lis dicitur pendere poſt obteotum ta-
le decretum, & ſtatim ſibiipſis dicuntur inhibuiſſe, ne
quid poſſint in cauſſa ſpolij præiudiciale attentare, prout
ipſæ dicunt expreſsè in dicto decreto, & fuit hoc plu-
ries reſolutum. ¶Nec obſtat, quòd lis non penderet
tunc in Rota, ſed in partibus coram Placentin. Quia hoc
non refert, cùm ius ipſum inhibeat ſtãre præiudicio cauſ-
3 ſarum, quæ † inhibitio cùm proueniat à iure, eſt iuſta &
canonica,& attẽditur vbique, c. nõ ſolùm, de appell. in 6.
cum aliis per Pariſ. cõſ. 108. n. 6. in princ. Et licèt in inhibi-
tionibus emanatis a curia nõ fiat diſtinctio, an ſint cano-
nicæ, vel ne, ſed ex ſtylo curiæ ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ, ſint
timendæ & moderandę ex rationabilib. cauſſis, tamẽ hoc
non facit, quin etiam inhibitiones extra curiam, quando
ſunt canonicæ, producant hunc iuris effectum attenta-
torum. ¶ Non obſtat, quòd iſtæ cauſſæ ſpolij intentati pro
iſtas Dominas de Borromæis contra Comitiſſam à Sala,
& illegitimitatis contra Marchionem non ſint præiudi-
ciales, aut connexæ ſeu ad inuicem ſe cõtingant, vt de io-
re vna faciat ſilere aliam. ¶ Quoniam † hoc iam fuit ple- 2
ne dictum in deciſ. prima iſtius cauſſæ, quòd cùm Mar-
chio ſit tertius, & produxerit teſtamentum proauitum
coram iudice laico, & in eo appareat de claro fideicom-
miſſo in eius fauorem inducto, nec in actis conſtet de ali-
qua eius colluſione cum Comitiſſa matre, nec de com-
modo reſultante in fauorem d. ſuæ matris, potuiſſet ipſe
Marchio, qui eſt tertius propter exceptionem dominij
ſui incõtineoti probati tollere, ſeu elidere actionem ſpo-
lij ipſis de Borromæis competentem,& impedire non ſo-
lùm, quòd poſſeſſio reſtitueretur Borromæis docentibus
de ſuo ſpolio, ſed etiam obtinere, vt traderetur ſibi, ter-
tio probante in petitorio, & etiam ex remedio ſummarij
poſſeſſorij, quod etiam competit fideicommiſſario, vt
plenè iſta omnia fuerunt deducta in prima deciſione.
¶ Nec obſtat, quòd licèt Marchio potuiſſet in fine litis
impedire reſtitutionem poſſeſſionis iſtis ſpoliatis,& obti-
nere illa ſibi conſignari, non † tamen potuiſſet impedi- 3
re, quominus iſtæ Dominæ vti ſpoliatæ interim agerent
in iudicio ſpolij,& illud proſequerentur, & in eo obtine-
rent ſententiam, quouſque ipſe Marchio obtinuiſſet rem
iudicatam in petitorio, cùm † in iſtis non dicatur conſtare 4
de iure vnius,& de non iure alterius in petitorio, niſi ad-
ſit res iudicata, vel confeſſio partis, Rot. in nou. de reſtit.
ſpol. deciſ. 3. Caſſad. eo. tit. deciſ. 3. & tradunt omnes in c.
dilectus, de cauſ. poſſeſ. & propriet. Alex. & alij in §. nihil
commune. Et ſic Marchio licèt ſit tertius & nõ ſpoliaue-
rit, tamen idẽ videtur eſſe, præſertim in fauorem ſpoliati,
vt proſecutio iudicij ſpolij non impediretur per tertium,
quouſque tertius non obtinuiſſet rem iudicatam in peti-
torio, & multò magis hic, vbi iſte tertius facit ſe fidei-
commiſſarium, qui debet capere de manu hæredis, & ſic
non ſunt attentata, cùm non intret aliqua inhibitio legis
circa proceſſum medio tempore factum. ¶ Quoniam re-
ſpondetur primò, quod ad hoc, † vt intret huiuſmodi in- 5
hibitio iuris in iſtis cauſſis, ſufficit, quòd vna poſſit parere
præiudicium alteri. Et ex hoc reſultat, quòd ſtatim illud
iudicium debet ſilere, alioquin contenditur iudex, & fit
præiudicium liti & parti,& ſic intrant attentata, vt plenè
fuit deductum in d. 1. reſolutione. ¶ Secundò reſpõdetur,
quòd quicqoid ſit in iudicio ſpolij contra ſpoliatum in
iudicio retioẽdæ poſſeſſionis, in quibus loqouutur ſupra
allegata, tamẽ in iudicio adipiſcendæ poſſeſſionis explo-
ratum eſt, quòd etiam in profanis non requiritur res iu-
dicata, ſed ſufficit, quòd per inſtrumẽta, aut alia legitima
documenta conſtet dę iure tertij claro,& ante concluſio-
nem in cauſſa, vt cõcludunt omnes in l. fi. C. de edict. diui
Adr. tollen. Aret. Felin. & alij, in c. ſignificauerunt, de teſt.
Put. deciſ. 28. lib. 2. Ant. Gabr. de reſtit. ſpol. concl. 1. n. 102.
& ſeq. Et fuit plenè diſcuſſum in cauſſa Bononien. iuriſ-
dictionis coram bon. mem. Otadino. ¶ Petitorium enim
abſorbet poſſeſſorium,& cui damus actionem ex petito-
rio prouenientem ad conſequendum poſſeſſionem, mul-
tò magis exceptionem, quæ elidit actionem alteri, qui ex
ipſo remedio poſſeſſorio agit ad adipiſcendam poſſeſſio-
nem. Nec in iudicio quis experiri poteſt ſine actione. Et
ideò gl. fin. Butr. Abb. & alij in c. in literis, de reſtitut. ſpol.
& plures cumulati in deciſ. & per Gabric. de reſtitut. ſpol.
concluſ. 1. num. 45. dicunt, quòd tertius † habet actionem 6
contr

contra ſpoliantem ad acquirendam poſſeſſionem, & ex-
ceptionem, ad elidendam actionem ſpolij contra ſpolia-
tum. Vnde ſi habet exceptionem contra ſpoliatum, ſe-
quitur, quod medio tempore non poteſt agere, quia, vt
dictum eſt, nemo ſine actione experitur. ¶ Nec dicatur,
quod debemus iudicare de iſto iudicio, non prout de iu-
dicio adipiſcendæ, ſed recuperandæ, ex quo Bortomeæ
7 ſunt ſpoliatæ. Quoniam † vetum eſſet, ſi ageretur contra
ſpoliatum: ſed hic agitur contra tertium nõ poſſeſſorem,
contra quem ipſæ nullam habent actionem: imò tertius
habet exceptionem contra ipſarum actionem ſpolij, vt
dictum eſt. Et ad ſummum poſſet ipſarum prætenſio cõ-
8 parari iudicio adipiſcendæ, quòd † ceſſat per probatio-
nem petitorij incontinenti probati, multò magis contra
ipſas, quæ non habent actionem neque exceptionem
contra tertium, præſertim, cum fideicommiſſario etiam
9 † competat remedium ſummarium, d. l. ſi. C. quorum bo-
norum, vt plenè fuit reſolutum in Maceraten. de iſto an-
no coram R.P.D. Gipſio. Nec in iſto caſu eſt regulariter
neceſſaria reſtitutio, quia fideicommiſſarius cogitur & i-
ſto caſu de manu hæredis accipere, vt plenè deducitur per
10 Dom. Tiberium. Et cùm iudicium † iſtud ſit ſumma-
rium, & executiuum de iure ciuili, vel vigore Ægidianæ,
vbi ligaret, & cùm ſimus in executiuis, eſt perinde, ac ſi
eſſet res iudicata. Rota, & plures alij, quos cumulat Ga-
briel. d. concluſ. 1. n. 89. de reſtitut. ſpoliat. Et ideò debent
iſtæ Dominæ de Bortomæis ratificare primam ceſſionem
attentatorum factam per aſſertum procuratorem, aut il-
lam de nouo facere, quæ comprehendat etiam iſtud tem-
pus litis ad inſtantiam ipſarum introductæ ſuper dicta il-
legitimitate coram D. Ordinario Placentin. & tantò ma-
gis, cùm cognoſceret Epiſcopus Placentin. quòd d. cauſſa
illegitimitatis ad inſtantiam ipſarummet, & ex reſcripto
Sanctiſſimi, & poſtea ad inſtãtiam eiuſdem Marchionis,
fuerit introducta coram Parmenſi, & demùm fuerit ad-
uocata ad Rotam, & ſignatura ordinauit, vt iſtæ Dominæ
cedant omnibus iſtis attentatis, prout aſſertus Procura-
tor bene ceſſit, tamen ipſæ nolunt ratificare. Meritò or-
dinarunt Domini, quod ſi infra breue tempus non rati-
ficant primam ceſſionem, vel de nouo iuxta illã non ce-
dant, feratur ſententia reuocatoria iſtorum attentatorũ,
quia eſt læſa maieſtas iudicis delegati, & ius partis eſt fa-
ctum deterius, cum fuerint medio tempore recepti te-
ſtes in conſilio Ducali contra Marchionem, & litis con-
ſortes abſque interrogatoriis, ſciens ipſe Marchio ius
11 ſuum ſaluum fore. Expedit † etiam actori plura remedia
habere, & ius ſuum pluribus exceptionibus & defenſio-
nibus tueri, capit. vt quis duas, de elect. in 6. cum aliis per
Aym. conſil. 16. n. 6.

GRASSI.

Roman. portionis hæreditatis. Mercurij, 5. Maij. 1574.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio authen. præterea, C. vnde vir & vxor, cum ſimilibus, quibus caſibus non habeat locum. & num. ſeq. 10. & 11.*
2 *Vxor vilis & ſolita laborare viuente marito, ſi cum eius operibus & exercitio poteſt ſe alere, non dicitur pauper.*
3 *Paupertas in cauſſa alimentorum eſt remiſſa arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonæ. & numero 18. ex communi.*
4 *Ruſticus diues dicitur, ſi habet centum, licèt nobilis dicatur pauper, ſi habeat mille.*
5 *Ignobilitas viri argnit ad vtilitatem vxoris, etiam in materia dotis conſtituenda.*
6 *Cenacularia ars quæ dicatur.*
7 *Pater non tenetur alere filium inopem, quando ex induſtria viuere poteſt.*
8 *Inops, verbum quid importet.*
9 *Vilis perſona habens centum in bonis, dicitur diues.*
Vxor habens paruam dotem, an debeat ali à viro, quod ſic. ex communi.
13 *Dos nulla & parua æquiparantur.*
14 *Verbum, parua, in materia dotis intelligitur de notabili paruitate, non de ſimpliciter parua. ex communi.*
15 *Parum & nihil æquiparantur.*
16 *Legatum factum à viro vxori, ex quo ſe alere poteſt, facit ceſſare diſpoſitionem auth. præterea, C. vnde vir & vxor.*
17 *Paupertas vxoris tempore mortis viri attendenda eſt. ex communi.*
18 *Pauper quis dicatur vel ne, arbitrio iudicis remittitur ex communi.*
19 *Vxor nobilis operari debet, quando ex conſuetudine patriæ non eſt dedecus.*
20 *Dos congrua ſuccedit loco legitimæ in tantum, vt nec augeatur auctis facultatibus, ſi tempore quo fuit aſſignata erat congrua.*
Imò etiam ſtante ſtatuto, quòd fœminæ ſint contentæ dote data. num. 21.
Limita, niſi dos eſſet exigua, & conſtare poſſet filiam eſſe enormiter læſam. num. 22.
23 *Læſio conſideranda eſt ſecundum ſua tempora, quæ variantur ſecundum varias diſpoſitiones.*

DECISIO. CCLI.

FVit reſolutum, diſpoſitionem auth. præterea, C. vnde
vir & vxor. & §. quoniã verò, de exhib. reis, & §. quia
verò, in Auth. vt lic. mat. & auiæ. non † intrare in caſu, de 1
quo agitur. Quamuis enim materia viſa ſit Dominis la-
tiſſima, & difficilis ex plurib. ſimul iunctis, quæ hic con-
currunt, quorum aliqua licèt ſigillatim conſiderentur,
fortè nõ ſufficerent, vel ſaltẽ eſſent dubia, tamen omnib.
ita cõiunctim attentis, viſum eſt, in hoc caſu ceſſare præ-
dictam auth. ¶ Et primò placuit ratio, quòd quãdo † vxor 2
eſt perſona vilis & ſolita laborare viuente marito, ſi cum
eiſdem operibus poteſt ſe alere, non dicitur pauper, nec
intrat auth. præterea, cùm † paupertas in hoc caſu ſit re- 3
miſſa arbitrio iudicis ſecundùm qualitatem perſonæ,
Corn. Bald. Roman. & alij in d. auth. præterea, vt hîc per
informãtes, Fabian. de Pep. nu. 71. de commun. Menoch.
de arbit. lib. 2. cent. 1. caſu. 65. 66. potiſſimum. d. caſu 65.
num. 7. Couar. var. reſolut. lib 2. c. 6. num. 8. qui plura con-
gerit. Cec. conſ. 163. nu. 5. & 6. Ruin. conſil. 55. nu. 4 & 4.
lib. 1. Tiraquell. de nobilit. 2. 20. nu. 156. & 158. Et in ter-
minis d. auth. præterea, cum allegatis per Doct. in quibus
ruſticum † diuitem vocant, ſi habeat centum, licèt nobi- 4
lis dicatur pauper, ſi habeat mille. Et quòd ipſa Antonia
& ex ſui natiuitate, & quia fuit vxor hortulani, & ex aliis
de quibus per informantes, fuerit vilis, præſupponitur
probatum per teſtes. Item etiam eius maritus mortuus,
qui erat ruſticus, tabernarius, laborator vinearum, &c. vt
præſupponitur etiam probatum. Ex † cuius ignobilitate 5
infertur etiam ad vtilitatem vxoris, per vulg. not. Tiraq.
vbi ſupra. num. 163. etiam in materia conſtituendæ dotis
per quem plur. vulg. Eò maximè, quòd cùm maritus &
eadem vxor exercent artem locandi lectos, quam † cena- 6
culariam vocant, eodem mortuo potuit ipſa etiam ſenex
eandem artem exercere, eodem modo viuere, quo hacte-
nus vixerat, quo caſu ſtante tali vtilitate & exercitio, non
poteſt dici tã inops & egena, vt intret diſpoſitio. d. auth.
vt per Roland. conſ. 14. nu. 15. 16. & 45. lib. 3. idem Socin.
conſ. 30. nu. 12. lib. 2. Quando exercendo officia mulie-
rum ſuæ qualitatis ſe ſubſtentare poteſt, vt in ſimili di-
cunt, † patrem non teneri alere filium inopem, quando 7
ex induſtria viuere poteſt. l. ſi quis à liberis, in prin. iuncto
§. ſed ſi filius. & ibi Bar. de liber. agnoſc. cũ aliis cumulatis
par Doct. in prædictis locis, qui caſus eſt in fortiorib. ter-
minis, quia alimẽta debentur filio de iure naturali, vt per
eos ¶ Huc pertinet † verbum, inops, de quo in d. auth. præ- 8
terea, quod idem importat, quod nihil habens. Socin. d.
conſil.

conſ.30. Alexan.conſil.71.num.3.lib.7. Afflict. deciſ.179.
nu.2. Cùm maximè vltra exercitium habeat dotem ſcu-
torum 200. & donationem propter nuptias ſcutorum
50. quæ dicitur magna dos, attenta qualitate perſonæ, vt
per Abb.& Soc.allegat.per Bero.conſ.520. num.15.lib.1,
9 vbi volunt, quòd † perſona vilis habens centum in bonis
dicatur diues. Et prædicta tantò magis placent, quia dict.
auth. præterea, eſt odioſa & contra ius commune, quo
vxor nó habet legitimam in bonis viri, & eſt exorbitans,
vt dicunt ibi Doct. & Roland.d.conſ.14.circa prin.& alij
10 plerique. Item etiam, † quia ſumus in fœmina dotata, in
qua multi grauiſſimi auctores tenuerunt, dictam authen.
non procedere, vt Soc.d.conſ.30.& conſ.121. ſub nu. 38.
cum ſeq. qui refert vſque ad tempora Bald. omnes ita te-
nuiſſe. Et verè d.auth. loquitur tantùm de indotata. Et
11 † licèt hodiè communis ſit cõtraria in dote parua tamen
quia hæc materia eſt maximè controuerſa, quia text.cla-
re de indotata loquitur, ponderando etiam eum, prout
ponderat particulariter Socin.d.conſ.121. num. 38. cum
ſeq.lib.4.& d.conſ.30.eodem lib. Alciat. in loco allegato.
& fortaſſe idem etiam tenet Bero.in cap. Raynutius, nu.
159.& 160. videtur, quod tantùm vxori indotatę debean-
tur. Et cum Soc. fortaſsè tenet Tiraqoel.de iudic.in rebus
exig.feren.car.33.verſ.9.ex hoc infert Bal. ¶Et in hac ma-
teria videbatur aliquibus ex Dominis potens argumen-
tum, quia prædictum remedium.auth.præterea, videtur
inductum ad ſimilitudinem, l.fi. C.de repud. quæ videtur
12 procedere tantùm in indotata, vt per eos. Quia † tamen
prædictam auth.præterea, procedere in dote parua refert,
& communem eſſe dicit Socin.d.conſ.30.nu.2. & Salyc.
d.auth.præterea.& ex Caſtr.& Romá.in l.2.ff. ſolu.matr.
licèt Socin.in prædicto conſ.30.& in alio.121. ſub nu.28.
vt ſupra dixi, teneat contrarium. Communem eſſe etiam
refert Roland.d. conſ.14. lib.3. in loco allegato, quia eſt
13 † identitas rationis inter dotem modicam & nullam, in
verſ.hanc quoq; partem, ex mente Nicol.de Vbald. Ang.
in tract. de teſtam. Seyſel.in l.1.ff.ſolut. matrim. & pluri-
morum aliorum, quos cõgerit potiſſimum Patiſ. & Dec.
& alij recẽtiores poſt Nicol.de Vbald.de ſucceſ.ab inteſt.
par.4.nu.8.& Mattheſ.de ſucceſ.ab inteſtato, 4.part.prin.
nu.22.cum aliis, quos etiam refert Tiraq. d.ver.nono, &
Fab.de Pep. in d.auth. præterea, nu.6. Placuit Dominis,
14 † verbum, parua, intelligi de notabili paruitate, non de
ſimpliciter parua. Et hanc eſſe communem referunt Mo-
dern.in d.auth.præterea. Et ita in effectu de tali paruita-
15 te, de qua dicitur, paruum & † nihil æquiparãtur, videtur
eſſe de mente Bald.ſupra allegat. & Socin. in d. conſ. 30.
quam diſtinctionem tenet Corn.in d.auth. præterea, nu.
4.& Modern. vt ſupra, cum quibus etiam tranſit Curt.
iun.nu.7.verſ.circa iſtud ſecundum. Et videtur etiam de
mente Aret.in d.auth.præterea, nu.1. dum dicit, quòd iſta
æquiparantur ad beneficium conſequendum, nihil habe-
re, & minimũ habere. Idem videtur etiam de mente Mat-
theſil. vbi ſupra, vbi dicit, paria ſunt, non habere dotem,
vel habere valde modicam. Paruam autem dotem dice-
bant Domini non videri in quæſtione propoſita in 200.
ſcutis, & donatione prædicta de 50.ducatis, per prædicta.
¶Addebant aliqui Domini in fortiorib.terminis, quod in
muliere, quæ 300.lib.tantùm in dotem habebat, & cui
ex teſtamento per maritum erat factum legatum, ex qui-
bus omnib. ipſa ſe alere poterat, ceſſet diſpoſitio.d. auth.
per Rimin.conſ.114.cum pluribus.ſeq.maximè nu.14.&
16 15.lib.1. vbi vult, † quòd ceſſante inopia, & quomodo-
cunque habeat alimenta vxor, puta, quia habet patrẽ di-
uitem vel prælegatum ſimile, quod ſemper cenſetur ceſ-
ſare diſpoſitio d.auth. quaſi à ratione ceſſante, & mẽte d.
auth.præterea. Quia tamen, quòd legatum faciat ceſſare
d.authen. videtur contra illum tex.& contra Doct. præ-
dictos, licèt aliquibus Dominis placerent reſponſiones,
quas idem Riminal.in fin. accommodat, tamen ſuper hoc

ſolo Domini non ſe fundarunt, ſed iungendo cum quali-
tatibus prænarratis videtur eas adiuuare, & confirmare.
Placebat etiam ad idem Cephal. conſ.224.nu. 10. 11. 12.
& 13.lib.1. qui in ſpecie loquitur in caſu noſtro in legato
facto vxori, ex quo ſe poteſt alere. Ea ratione, quia cùm
dies legati cedat à morte mariti, eo tempore impoſſibile
videtur eam dici inopẽ. Quod pluribus rationibus com-
probat, vbi omnino vult ceſſare d. authent. vbi tantùm
habet, quòd non cogatur mendicare, quomodocunque
habeat, & tantò magis, ſi habet ex legato à viro, qui Ce-
phal. refert & ſequitur Roland.d.conſil.14. & multis de-
ductis in contrarium reſpondet, & quòd ceſſante inopia
vxoris ſuperſtitis, quaſi ceſſante cauſſa finali d. authen.
præterea, ceſſet eadem authen. placuit Dec.conſ.24. ante
nu.1. vbi apoſtil. Ex † quibus dato etiam, quòd paupertas 17
vxoris non tempore contractus matrimonij, vt quam-
plures exiſtimarunt, ſed mortis attendenda ſit. Et com-
munem refert Roland.conſ.15.ſub.nu.5.lib.3. qui plures
rationes & auctoritates refert & comprobat. Et videtur
eſſe de mente text. in d.authen.præterea, & d.§. quomo-
do, & §.fin. Auth.de exhiben.reis, quam dixerunt Domi-
ni eſſe lauſſimam quæſtionem, vt per eundem Roland.
d.conſ.15. qui latè diſputat, & innumeros vtrinque cõge-
rit tamen attenta prædicta conſideratione legati ceden-
tis à morte tolli, imò retorqueri videtur, de cuius tamen
dicti veritate non eſt viſum Dominis neceſſarium in hoc
caſu plenè agere, ſtantibus ſupra conſideratis. Cùm igi-
tur, † an quis poſſit dici diues vel pauper in terminis auth.
præterea, C. vnde vir & vxor. ſtetur arbitrio iudicis, iuxta 18
gloſ.ordinariam in d. auth.præterea, quam communiter
approbari poſt Scriben. ibi refert Soc. conſ.30.num.1. ex
mente Doct. in prædicta auth, & Bart.in l. ſi conſtante, in
1. quæſt. princ. arbitrati ſunt Domini in quæſtione pro-
poſita mulierem non eſſe dicendam pauperem ad effe-
ctum, vt intret prædicta authen. de qua agitur, cùm præ-
dicta eius dos fuerit congrua tam reſpectu dantis, quàm
recipientis, & cùm ipſa ſit vilis & in matrimonio, & poſt
operari ſolita eſſet. Et maximè placebat in hoc. Soc.conſ.
121.nu.45.cum ſeq.lib.4. vbi loquitur † in nobili Senenſi, 19
& vult, quòd operari debeat, quando ex conſuetudine
patriæ non eſt dedecus. Et vltra ſupra deducta, & pro
confirmatione prædictorum placebat Dominis pulchra
ratio. Et plane in terminis, quòd, an dos ſit parua vel
congrua ad effectum, vt in iſta materia aliqua dicatur in-
dotata, non eſt recedendum à regul. iuris communis,
quæ volunt, vt habeatur ratio temporis conſtitutæ do-
tis, quæ † dos cõgrua ſuccedit loco legitimæ, per vulg. in 20
tantum, vt nec augeatur auctis facultatibus patris, ſi tem-
pore, quo fuit aſſignata, fuit congrua, quando ſit iuſſa a
ſtatuto eſſe contenta dote cõgrua. Bald.in auth. res quæ,
no.16. C.commun.de leg. Ruin.in l.Gallus, §. & quid ſi
tantum, nu.174.de liber.& poſthum.& conſ.56. num.14.
lib.3. latè Menoch.de arbitr.caſ.194. Aym.conſil.1.nu.14.
Et in † tantum eſt verum, vt ſi extet ſtatutum, quòd 21
ſtantibus maſculis fœminæ ſint contentæ dote data,
quo caſu quæri poſſet, an poſſint vſque ad legitimam
dotari. Et communiter dicunt Docto. quòd ſic, vt per
Bald.in auth.res quæ, nu. 16. cùm latè congeſtis per Me-
noch.ibidem num.2. Tamen, † ſi dos eſſet exigua & con- 22
ſtare poſſet, filiam eſſe enormiter læſam, tunc poſſet con-
queri: ſed hæc læſio eſt conſideranda nõ ſecundùm tem-
pus mortis patris, ſed ſecundùm tempus dotis conſtitutę,
vt per Menoch. loco citato. Sic in caſu propoſito in iu-
dicando, an dos ſit talis, quæ æquiparetur non doti, in-
ſpiciendum eſt tempus dotis conſtitutæ, quo caſu non
eſt dubium tunc fuiſſe congruam & decentem. Et plura
ſimilia nota in legitima, in læſione ex contractu, in dona-
tione inofficioſa, quæ conſiderantur ſecundùm ſua tem-
pora, ponit vbi ſupra Menochius, qui plura ad hoc con-
gerit. Ex quibus omnibus, vt dixi, ſimul conſideratis, fuit
conclu

conclusum, in casu proposito D. Antoniam non potuisse vocari indotatam, nec inopem, nec si viueret, posse habere quartam in bonis mariti prædefuncti, consequenter, nec hodie eius hæredem posse eam consequi, & in effectu non intrare in casu, de quo agitur, dispositionem, §. quoniam vero, in Auth. de exhiben. reis, nec sæpè allegatam auth. præterea, C. vnde vir & vxor.

LANCELLOTTI.

Roman. alimentorum. Die 23. Aprilis, 1572.

SVMMARIA.

1 *Alimenta præterita debentur iure actionis, non autem officio iudicis.*

2 *Testator in dubio censetur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*

3 *Legatum de alimentis quando præsumatur perpetuum, & perpetuo præstandum per hæredem hæredis.*

4 *Modus adiectus dispositioni non mutat ipsius substantiam, sed stat demonstratiuè.*

5 *Superfluitas in legato alimentorum potius admittitur, quàm quod quis eis priuetur, etiam quod fiat interpretatio contra ius.*

DECISIO CCIII.

FVit conclusum, alimenta præterita de iure peti posse,
1 quia † cùm non sint debita iudicis officio, sed iure actionis, scilicet ex testamento, etiamsi legatarius de suo se aluerit, potest tamen illa petere, not. Bart. in l. libertis, de alim. & cibar. lega. & in l. de alimentis, C. de transact. vbi Ias. nu. 6. Dec. nu. 5. qui alios adducit. Et ista alimenta possunt peti tantũ pro tempore vitæ Aloysij legatarij, l. Caio, §. Imperator, de alim. & cibar. legat. l. 1. C. de lega. & vtro-
2 bique not. Doct. Ideò cẽsetur † testator in dubio voluisse se conformare cum iuris dispositione, vt not. in l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. Et in dubio etiam facienda est interpretatio, vt legatum potius sustineatur, quàm pereat. Dec. cons. 602. nu. 3. Neque huic interpretationi videntur repugnare verba illa, durante vita suprascripti hæredis, quia sunt adiecta solutioni, non dispositioni. Nam primo loco testator legauit 180. atque ita perfectam dispositionem fecit de alimentis. Vnde oritur supradicta præsum-
3 ptio, † quòd sit perpetuum legatum, & perpetuò sit præstandum per hæredem hæredis, vt not. Barto. in l. alimenta, de alimen. & cibar. leg. & l. libertis, §. Lucius, C. eod. Postea idem testator disposuit circa modum soluendi, videlicet soluenda per supradictum suum hæredem durante
4 eius vita, quæ verba, † tanquam apposita solutioni non mutant substantiam legati iam in esse deducti, & sui natura perpetui, sed stant demonstratiuè, l. quæ testamento, ibi not. Bart. de leg. 2. Dec. cons. 419. nu. 8. cum seq. Et placuit Dominis in hac materia alimentorum potius admit-
5 ti † superfluitatem, quàm quod quis priuetur alimentis, etiam quòd fiat interpretatio contra ius. Et similis interpretatio fit, per d. l. primam, C. de legat. vbi legatum alimentorum factum sub conditione, donec legatarius moratus fuerit cum hærede, durat etiam mortuo hærede. Et ita dicit Imperator se arbitrare. Licèt secundum Doctn. dictiones, huiusmodi, donec, & quousque, sint ex sui natura limitatiuè temporis ita, vt vltra id tempus non subsistat legatum, vt ibi not. Castren. Corne. & cæteri.

ROBVSTERII.

Latinen. frumenti. Veneris, 22. Iunij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Diuersitas rerum comprehensa sub duabus actionibus constituit duas tantum partes integrales.*

2 *Sententia lata in vna vel duabus summis, an exequi & sustineri possit in maiori vel minori summa.*

DECISIO CCIIII.

COncluserũt Domini, quòd ex nouiter deductis con-
1 stet de iniustitia sententiarũ in Rota latarum ad fauorem R. P. Dom. Episcopi Latinen. Aliqui ex Dominis mouentur, quòd sententiæ continent duas summas in hæc verba, videlicet, currus frumenti grossi 18. & tumulorum 24. faciendo summam tumulorum 682. & currus frumenti Romanelli sex, & tumulos 17. faciendo summam tumulorum 233. quæ summæ 682. Et 233. computantur tunc pro duabus summis, non autem pro tot summis, quot sunt tumuli, vel curr⁹, cùm sint sub duab. actionib. † comprehensæ, & constituunt duas tantum summas 1
integrales, & indiuiduas. Vt bene deducit Put. in decis. allegata 330. in 1. lib. incipi. ad instan. Archiepiscopi Tumitan. Et cùm ex schedulis prædictis in actis iunctis testib. sit clarũ, quòd Petrus, non est debitor præcisè in istis summis, sed vel in maiori vel minori summa. Imò plures Domini tenebant, quòd non est debitor, nisi in vno tantùm curru cum dimidio, sequitur, quod sententia, quæ in istis duabus summis est indiuidua & iniusta in parte, sit in totum iniusta, imò etiam nulla, quia in maiori vel minori summa non est seruata tela iudiciaria, nec lata aliqua sententia, quæ exequi possit in dicta maiori vel minori summa, nisi tantùm in dictis summis præcisis, vt bene deducit Put. in d. decisione. ¶ Non obstãt decis. allegatæ per informantes hic. Quoniam † diuersi sunt termini de sententia 2
lata ex falsa caussa, quæ regulariter valet, cùm habeat telá iudiciariam, à terminis de sententia lata in vna vel duab. summis an sustineantur vel exequi possint in maiori vel minori summa. Quoniam in ista maiori vel minori summa nulla datur petitio neque tela iudiciaria, neque aliqua sententia, cùm illæ summæ expressæ in sententia constituant vnum tantùm integrale, & indiuiduum, quo scisso in parte, totum corruit. Hæc tamen intelliguntur, quando pars se restrinxit ad illas summas, prout hìc, quæ in voce retuli. ¶ Non obstat, quòd ad incurrendum pœnam, vt petentibus plus debito, requiritur dolus, qui non probatur hìc. Nam vltra, quod, vt aliqui credebant, non est expeditum, an in isto casu talis petitio fuerit sine dolo. Dixerunt Domini, quòd non agitur nunc de illis pœnis, sed de iuris communis dispositione, quòd sententia est indiuidua lata pro vna vel duabus summis, vt non possit scindi in aliis summis maioribus vel minoribus, vt supra dictum est.

BLANCHETTI.

Larinen. frumenti. Lunæ, 9. Decembr. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Sententia pro parte nulla nec reformari, nec confirmari potest pro ea parte, quæ est valida, nisi contineret diuersa capita, ex communi, vbi de intellectu multorum iurium.*

DECISIO CCV.

FVit resolutum, sententiam in Rota latam per R. Do.
meum Robusterium esse confirmandam, quia † sen- 1
tentia pro parte nulla nec reformari, nec confirmari potest pro ea parte, quæ est valida, nisi cõtineret diuersa capita. Et est communis opinio Dd. in l. fi. ff de iurisd. omn. iud. vbi Bologn. n. 13. & Rota tenuit coram Put. decis. 320. lib. 1. Non obstat, l. 1. §. item si calculi, ff. quando sent. sin. appel. rescind. Quia facit in contrariũ, dum decidit, quòd ab huiusmodi sententiis non est necesse appellare, quia absque appellatione rescinduntur. ¶ Non obstat, l. certa, C. quando prouoc. non est neces. Quia facit etiam in contrarium, dum dicit, à sententia iudicis, qui in mulctis excedit, non esse appellandum. ¶ Non obstat Bald. in l. 2. nu. 2. C. de re iudic. Quia Salic. ibi reprehendit ipsum optima ratione, quia in sententia non consideratur materia, sed forma. ¶ Quo verò ad periurium licèt exceptio ipsius posset habere locum, etiamsi de illa oppositum non fuisset, nec opponi posset, tamen illa est sublata. Nam cùm Reuerendiss. Episcopus institerit post transactionem pro executorialibus, non potest opponere de transactione, cùm ipse contrauenerit. ¶ In reliquis placuerunt allegata pro Petro Paulo.

GRASSI.

Reatio. Castripostæ. Lunæ, 9. Aprilis, 1576.

SVMMARIA.

1 *Caussa criminali pendente debet supersederi in ciuili ab ea dependenti ex communi.*
Limita & declara, vt nu. 2. & 5.
3 *Probationi etiam diminutæ solet dari fides ex verisimilitudine, & aliis adminiculis.*
4 *Testis dicto in primo examine standum est, licèt in secundo examine etiam iurato dixerit contrarium eius, quod dixit in primo. ex communi, & quare.*
5 *Accusatio falsi intentata in caussa criminali, vt præiudicet caussæ ciuili, requiritur, quod sit intentata etiam contra ipsam partem, non contra testes tantum.*
6 *Surbonatio opposita quando non præiudicet.*

DECISIO CCVI.

1 LIcèt regula sit, quòd † pendente caussa criminali de-
bet supersederi in ciuili ab ea dependenti, l. fin. C. de
ordin. cognit. secundum intellect. Barto. in l. edita, quẽ se-
quontur communiter Doct. vt per Curt. iun. ibi, nu. 181.
& sub nu. 182. versic. igitur omnes concludunt. Claud. no.
68. sequutus Alex. in l. reum criminis, colum. 1. vers. Barto.
autem hic dicit rationem, C. de eden. qui etiã ait, hũc esse
magis cõmunem intellectũ, ad l. fi. sequitur, & alios refert
Roland. consil. 13. nu. 1. lib. 2. ad idem Peregrin. decis. 295.
li. 2. in caussa Fulginaten. Put. 278. li. 1. in vna Senogabien.
Et quòd quando caussa criminalis est præiudicialis ciuili,
tunc sit supersedendum, aliàs non, latè per Pot. 99. lib. 1.
Peregrin. decis. 133. in vna Toletan. lib. 2. Clar. de cõmuni,
in prax. crim. q. 2. vers. sed quæro. ibi. Et ita cõclodũt com-
muniter Doct. cum pluribus concordant. quæ possent
2 addi. ¶ Tamen prædictis non † obstantib. in quæstione
proposita fuit resolutum, nõ esse supersedendum in caus-
sa ciuili coram me pendente, sed magis esse procedeo. ad
vlteriorẽ executionem, & ad ipsam liquidationem, non
obstante pendẽtia litis criminalis, & accusatione de falso
corã A. C. Et placuit Dominis pro primo fundamento de-
cisionis, distinct. Afflict. 229. quòd. aut ius totius caussæ
consistit in testib. accusatis de falso, & tũc sit superseden-
dum, aut non cõsistit, & tunc non superseden. in caussa ci-
uili, vt ait Afflict. ibi, sub n. 2. & 3. & addebãt Domini. Rol.
late in d. cons. 13. vbi optimè materiã examinat, & bene, ad
casum, n. 17. lib. 2. vbi alios congerit. Quod autẽ ius caussę
totius nõ cõsistat in duobus testibus accusatis, facilè pro-
batur ex decis. aliàs facta corã R. P. D. Robusterio. sub die
4. Maij, 1574. vbi apparet, Dominos resoluisse pro spolio
nõ solùm propter duos testes, de quibus agitur, sed etiam
multos alios testes. Item propter alias coniectutas & cir-
cumstantias. Item & propter illam seriẽ facti. Verba enim
sunt formalia in fine prædictæ decisionis (quod ex tota
serie facti Domini viderunt rem non habere difficulta-
tem.) Et maximè, quia stante verisimilitudine, & aliis ad-
3 miniculis soler dari fides probationi † etiam diminutæ.
Aym. consi. 73. sub nu. 41. vers. alibi, cum pluribus similib.
allegatis ab eo. ¶ Addebant aliqui Domini sibi placere il-
4 lam opin. quòd licèt testis in secundo † examine etiam iu-
rato dixerit contrarium eius, quod dixit in primo, tamen
videtur magis standum primo dicto, quàm dixit commu-
nẽ Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29. sub nu. 4. vers.
& ex hoc à fortiori. sequitur Clar. pract. crim. q. 53. sub
vers. tertius est casus, qui allegat rationem, quia ex primo
dicto iurato & iudiciali, ius est quæsitum parti, quicquid
dixerit Ruin. cons. 65. post n. 8. lib. 1. Itẽ timor subornatio-
nis. Hoc etiam pertinere videntur rationes allegatæ per
Ror. decis. 19. de testib. in nou. cũ aliis in vlt. positione hu-
ius caussæ adductis. Et licèt illud primũ dictum debilite-
tor, vt per Alciat. & Clar. in locis prædictis, tamen, vt dixi,
tota decisio siue ius totius caussæ nõ fuit fundatum super
istis duobus testibus. Vnde satis est, quòd isti præbeant
adminiculum aliis in dicta decisione aliàs consideratis. Et
satis est secundùm prædictam distinctionem Afflict. quòd
totum ius non consistit in dictis testibus accusatis de fal-
so, vt certissimè non consistit in casu nostro, vt liquet ex
lectura prædictæ decisionis. Et pro confirmatione præ-
dictæ distinctionis Afflict. & Rolan. addebant etiam Bal.
in c. super eo, in fi. de appel. vbi Purpor. no. 4. & Franc. sub
num. 2. vers. his ergo, & similib. ¶ Secondum fundamen-
tum decisionis fuit, quod † ad hoc, vt in caussa criminali
accusatio falsi intentata præiudicet caussæ ciuili, requiri- 5
tur, quòd sit intentata etiam contra ipsam partem, oon
contra testes tantùm. Idẽ Rolan. d. cons. 13. n. 12. & 13. cum
seq. Et in casu nostro nihil est intentatum contra Illust. D.
Iacobum, qui verè est pars & principalis in hac caussa. Er-
go non debet supersederi propter solos testes accusatos,
Bart. in l. si testium, nu. 3. de pet. hæred. Bal. in c. fin. de fide
instrum. Affli. Maran. & alij allegati à Rolan. sob. d. nu. 13.
Non † obstat oppositio de subornatione opposita contra 6
Illustr. D. Prioratum. Quia vltra, quòd nihil releuans vi-
detur, hactenus deduci, dicebatur, hoc non posse io hoc
præiudicare prædicto Illust. D. Iacobo, cuius nomine hæc
tota caussa semper fuit agitata, & hodie etiam agitatur. Et
ea, quæ de cessione eidem D. Priorato facta, item, quæ de
expensis ab eodem factis in hac caussa dicuntor, vltra plu-
res responsiones per eius informantes datas, non liquent,
neque legitimè de eis apud acta constat, & nihil produ-
ctum reperitur. Vnde de eis Domini oullam prorsus ha-
bendam rationem censuerunt. Et maximà, ne detur occa-
sio facilis, vt qui post longam litem succubuerunt ad im-
pediendum executionem rei iodicatæ, ita de facili con-
fugiant ad allegandum huiusmodi subornationes, & fal-
sitates, vt sola accusatione instituta retardent executio-
nem, nullo alio, qood releuet, docto.

BRAVI.

Volaterranen. iurisdictionis. Die 14. Ianuarij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Episcopus de iure communi, & ex decretis. Concil. Trid. habet ius visitandi Ecclesias sibi subditas: exemptas autem tanquam sedis Apostolicæ delegatus.*
2 *Exemptum esse, & nullius iurisdictionis esse, differunt.*
3 *Exemptio est priuatio, quæ præsupponit habitum.*
4 *Exemptus locus largo modo & impropriè constituit territorium de per se.*
5 *Episcopus in aliena diœcesi potest prætendere ius ex præscriptione vel priuilegio.*

DECISIO CCVII.

CIrcumscriptis infra dicendis fuit per Dominos reso-
lutum R. D. Episcopo Volaterrano competere ius
visitandi in Archipresbyteratu Collis. Siue enim dica-
mus, huiusmodi Archipresbyteratũ non esse exemptum,
quo † casu iure communi, & ex decretis Concil. Trid. pos-
se Episcopum visitare, haod dubium non est, c. cùm non 1
liceat, de præscript. c. 1. in princ. de censib. lib. 6. & c. 6. sess.
24. Concil. Triden. cum aliis, siue sit ipse exemptus, qoia
tunc licet non vti ordinarius, tamen tanquam sedis Apo-
stolicæ delegatus poterit visitare, vt pluribus in locis di-
sponit Concil. Triden. sess. 7. c. 8. & sess. 14. c. 4. & sess. 25. c.
8. & sess. 24. cap. 10. ¶ Non obstant adducta per R. D. Ar-
chipresbyterum. Quæ enim de exemptione dicuntur ex
sententia & priuilegio Innocentij, non faciunt, cùm in
multis ibi sub iurisdictione Volaterrã. Episcopi subiectus
reponatur Archipresbyter. Et ita sententia non potuit
eum exemptum appellare. Sed esto, quòd esset, adhuc ex
dictis decretis Conc. subest d. Episcopo, quoad visitatio-
nẽ. Tum, etiam quia cõstat, quòd sit in diœcesi ex resolu-
tione in hac caussa facta sub die 13. Iuo. præteriti. ¶ Quòd
sit nullius diœcesis, non docet dictus Archipresbyter, &
sibi inuicem repugnant, quæ pro eius parte deducuntur.
Implicant enim, quòd sit nullius, & quòd sit exemptus.
quia † quando aliqois est nullius locus, nec est in diœce- 2
si, nec de diœcesi. Id enim huiusmodi oomen designat,
quando

quando autem sit exemptus,licèt nõ sit de diœcesi, adhoc
tamen est in diœcesi,vt per Abb.in c̃.Apostolicæ.nu. 3. de
donat.Felyn.in c.graue,colũ,5.de priuileg.Petr.de Vbald.
3 de canonic.portio.cap.4.q.6.n.11. Exemptio † enim cùm
sit priuatio, vtique præsupponit habitum iuxta vulgata.
Id enim proprietas nominis designat,scilicet,exẽptus, vt
qood vni conceditur,ab alio auferatur,vt in Rubr. & in l.
4.ff.ne quis eum, qui in ios voc.est vi exi.l.is cũ quo,ff.de
pecul. Et hoc discrimeo constituit Concil.Trid.d.sess.24.
cap. 9. cùm ibi loca exempta per Episcopũ, de cuius diœcesi
suot, vt Apostolicæ sedis delegatum permittat visitare,
quæ verò nullius,per viciniorem. ¶ Non etiam suffragantur
auctoritates D.Archipresbiteri,quòd locus exemptus
constituat territorium de per se, de quo per Franc.in
c.2.nu.10. vbi Ancha.de constit. cum multis adductis per
4 Rolan.cons. 33.parte 3. Quia † omnes ibi loquuntur per
modum æquiparationis, & impropriè, & quoad certos
effectus: realiter enim distinguuntur,ex late trad.per Fely.
in d.c.graue,colum.1.2.& 3.de ordin. ¶ Sed omnem tollit
difficultatem, quia cùm agatur ad effectum visitationis,
Conc. Triden. non curauit de ista æquiparatione, sed eo
casu constituit, Episcopum posse visitare tanquam delegatum
sedis Apostolicæ. Ex quibus apparet discrimen
esse inter esse in diœcesi,vel de diœcesi,vel nullius.Minus
opitulatur decretum sacræ congregationis, de quo in secundo
præsupposito. Quia ibi Illust. Patres, quòd Archipresbyteratus
collis sit in statu nullius, non terminarunt,
sed præsupposuerunt,quod si verum nõ est, visitatio pertineat
ad R.D.Episcopum,ex cap.9.sess.24,Cõcil. Triden.
& ex aliis supra deductis. ¶ Non etiam applicatur doctrina
Innocent.in cap.bonæ,il 2. nu.4. de postul. præl. quam
sequitur Bal.in l.2.q.14.n.35.C.de seruit.& aqu. Quia nõ
5 dicit id, ad quod allegatur, sed quòd † Episcopus potest
prætẽdere ius in aliena diœcesi,puta ex præscriptione vel
priuilegio,vt per Abb.in c.super eo,de paroch.n.6.vbi infert
ad Episcopum Iesulan. qui habet in diœcesi Flotẽtin.
Ecclesiam subiectam cũ toto populo illius parochiæ, vt
per Gemin.in c.statutum,§.cùm verò,nu.3. de rescript. in
6. Et probatur in cap.cum olim,cap.auditis,de præscript.
vbi Abbas præscribit iura Episcopi in certis Ecclesiis.
¶ Quæ quidem Dominis placebant, nisi Dominus Archipræsbyter
probet se esse in statu nullius, seu taliter exercere
iura Episcopalia in suo Archipræsbyteratu, vt ex
hoc dici possit habere territorium separatum,vt aliàs fuit
dictum per Dominos in illa Salamantin. iurisdictionis,9.
Maij,1580.

BRAVI.

Roman. deuolutionis domus, de Campo Sancto. Lunæ,
22.Nouembris,1581.

SVMMARIA.

1 *Pactum appositum in concessione, quòd melioramenta debeant remanere penes Ecclesiam, pars pretij reputatur.*
2 *Melioramenta facta per emphyteutam, regulariter restituenda sunt per Ecclesiam finita generatione, nisi aliquod pactum sit in contrarium,*

DECISIO CCVIII.

DOmini fuerunt cõcordes, concessionem in emphyteusim
domus,de qua agitur,fuisse vtilem Ecclesiæ,
tam ex instrumento concessionis,quàm ex dictis testium,
& ex aliis,ex quibus tam status domus prædictæ,quã me-
1 liorationes probantur. ¶ Accedit † etiam pactum appositũ
in concessione,quòd meliotamentã deberẽt remanere
penes Ecclesiam,quod pars pretij reputatur,vt in l.7.§.
melior,ff.de in diẽ adiect.l.fundi partẽ,ff.de cõtrah.empt.
Bart.Ias.& Rip.in l.1.§.si heres.ff.ad Trebell.cũ aliis deductis
per Tiraq.de retract.conuent.in præfat. nu. 20. Cùm
2 alias † melioramenta essent restituenda per Ecclesiã finita
generatione, vt per Dec.in auth.qui rẽ,n.14. C. de sacros.
Eccl. & per eund.cons.518.cum aliis deductis per Clar. §.
emphyteusis,q.45.

BRAVI.

Bononien.fideicommissi de Manzolis.Veneris,
22. Aprilis, 1583.

SVMMARIA.

1 *Transitus ad aliam lineam succedentium non fit, quousque superest linea eorum,qui vocati sunt.*
2 *Linea succedentis in infinitum se extendit, & censetur inclusa.*
3 *Dispositio l. si viua matre, C. de bon. mat. nititur coniecturis.*

DECISIO CCIX.

PRæsupposita institutione facta a Domino Comite
Melchiori de Manzolis,cuius in necessariis copia data
fuit, aliisque præsuppositis, de quibus in informationibus,
fuit dubitatum, *an vigore dictæ substitutionis ad partem
debitam minori natu Dominæ Constantiæ sit vocatus
Dominus Alexander Lupanus, vel Dominus Annibal de
Guidottis?* ¶ Et fuit resolutum, vocatum D. Annibalem,
non autem D. Alexandrum, Præcipuè fuerunt Domini
moti, quia cùm Dom.Melchior vocauerit minorem natu
masculum legitimum,de,& ex qualibet & vnaquaque filiarum,
seu de filiis & descendentibus masculis legitimis
& naturalibus cuius libet dictarum filiarum ipsius testatoris,
quæ tunc supererunt: ex istis verbis apertissimè
censetur inclusus D. Annibal excluso D. Alexand. Cùm
enim testator non fuerit contentus vocare minorem natu,
sed vlterius processerit vnum,qui tunc fuerit de & ex
qualibet dictarum filiarum, & sic de filiis ac descendentibus
masculis cuiuslibet dictarum filiarum, satis voluntatem
suam declarauit, vt non solùm minor natu succedat,
sed etiam descendens ex minore natu,qualis est D. Annibal
de Guidottis D. Io. Gabrielis. ¶ Ne potest ita applicari,
vocationem intelligi factam ordine successiuo, vt
prius Alexander,&postea alij descendentes ex filia minori
natu admittantur,quia hoc excluditur,cùm testator copulatiuè,
& disiunctiuè vocauerit minorem natu ex descendentibus
& filiis filiarum: Essent enim verba illa superflua,
si aliter interpretaremur, & qualibet dictio retinet
suam naturam,cùm copula iungat personas,& dictio,
seu,ipsas disiungat,& ex ipsis minor descendentium censeatur
vocatus,& talis seruatur ordo successionis inter filium
minorem natu,& eius descendentes,vt prior ipse,&
postea eius filij succedant.Nam facit,quòd D. Alexander
dicatur minor natu sublato D.Ioan.Gabriele,qui decesserat
ante prædictã conditionem: Nam cùm ex supradictis
verbis non tantùm Io. Gabriel fuerit vocatus, sed etiam
eius descendentes,quousque † superest linea eorum, qui 1
vocati sunt,non fit transitus ad aliam,lineam,vt in c.1.
de natu.success.feud.vbi scriben. id notare solẽt communiter,
vt post Afflict.nu.77. ibi Soc.in l.se cognati, nu. 14.
cum aliis. ¶ Sicut enim si successisset † D.Alexander, eius 2
linea esset in infinitum inclusa, vt per Castren. cons. 164.
lib.2.Tiraque.de primog.q.40.nu.156. Paris.con.12.num.
102.cum seq.lib.4.Couar.pract.quæst. ca.28.nu.6 & 7.ita
etiam in linea descendentium ex Io. Gabriele dicendum
est,ex quo etiam cessat,quod aliàs dicebatur attendi qualitatem
eius,qui vocatus est tempore cedentis fideicommissi,
arg.l.interuenit,de legat. præstan. Quia hoc potius
iuuat partem Domini Annibalis,cùm non filij primi gradus
tantùm,sed etiam minor natu, & ex ipsis nati sint vocati,
vt supra dictum est. ¶ Non obstat,quòd filij filiarum
magis specialiter dicantur vocati. Quia hoc non subsistit,
cùm omnes copulatiuè vocentur, & ex omnibus
filiis, qui tempore conditionis sit minor natu. ¶ Nec
† natura l.si viua matre,C.de bon.matern.applicantur,cùm 3
ea nitatur coniecturis: hic autem versamur in verbis non
patientibus aliquam glossam. Et considerabant Domini,
quòd testator vocando minorem natu ex filiabus seu
ex descendentibus ex ipsis,potuit habere respectum, nomen
& arma desumi posse per alios natu minores, qui a-

liâs regulariter in bonis soleant præferri minoribus. ¶ Aliquibus etiam ex Dominis, licèt ex soperabundanti, placebat caput repræsentationis, de quo per Anton. Gabr. de fideicom. conclus. 3. Et existimabát satis fuisse responsum deductis in contrarium per informantes.

B R A V I.

Perusin. fideicommissi de Herculanis. Die 17. Maij, 1581.

S V M M A R I V M.

1 *Regula, ne detractio legitimæ fiat ex rebus fideicommisso subiectis, habet implicitam qualitatem, dummodo adsint alia bona, ex quibus suam legitimam filius consequi possit.*

DECISIO CCX.

IN caussa Perusin. fideicommissi fuit per Dominos resolutum, onus probandi scilicet, non adesse alia bona, incumbere Dominis de Herculanis, non Dom. Bernabeę, quia D. Barnabea habet regulam pro se, & cùm eius filij grauati Trebellianicam & legitimam debeant consequi. Et licèt Domini de Herculanis habeant etiam regulam pro se, ne id fiat ex rebus fideicommisso subiectis, vt bene
1 informantes pro vtraque parte deducunt, hæc † tamen regula Dominis de Herculanis nõ patrocinatur ipsis absolutè, cùm habeat implicitam qualitatem, dummodo adsint alia bona, ex quibus filius suam legitimam consequi possit, arg. l. pater filium, in princ. ff. de leg. 3. Rip. in l. in quartam, num. 19. ff. ad leg. Falcid. cum aliis per Gabriel. de legit. conclus. 4. Et ita regula admittenda est cum sua qualitate, & probanda ex deductis per Bart. in l. non solùm, §. sed & probari, nu. 9. ff. de oper. noui nuntia. cũ aliis adductis per Felin. in c. auditis, nu. 13. de præscript. Et fuit etiam aliâs decisum in ista materia, in caussa Tiburtin. bonorum corã R. P. D. Robusterio, de anno 1574. Et aliqui ex Dominis existimabant, maximam esse præsumptionem, non adesse alia bona, præter fideicommisso subiecta ex pluralitate legatorum per bon. mem. Vincentium de Herculanis factorũ, tum etiam ex inspectione fideicommissi. Fuit tamen per Dominos reseruatum, vt videretur, an ex confectione inuentarij, & aliis circumstantiis sit recedendum à regula pro d. Barnabea.

Foroliuien. euictionis. Lunæ, 15. Iunij, 1579.

S V M M A R I A.

1 *Promissio de euictione non intelligitur de ea, quæ prouenit ex natura rei.*

Idq; eo magis, cùm proueniat ex facto auctorum vel ipsorum contrahentium, num. 2.

Imò magis vbi partes promittunt de legitima defensione, numer. 3.

Et multò magis ex caussa sequente diuisionem, num. 4.

Limitatur, vbi verba promissionis sunt valde ampla, & prægnantia, num. 5.

6 *Promissio de euictione recipit interpretationem à natura contractus, super quo interponitur: nec superflua censenda est.*

7 *Verba recipiunt interpretationem à subiecta materia.*

8 *Diuidentes promittentes ad se inuicem de euictione fideicommisso renuntiare censentur.*

DECISIO CCXI.

DOmini concluserunt, Petrum Franciscum, & Paulum non teneri de euictione, licèt in instrumento diuisionis, sciẽtes fideicommissum adinuicem de ea pro-
1 miserunt, quia † talis promissio non intelligitur de ea euictione, quæ prouenit ex natura rei, ad tradita communiter per Doct. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi Crot. n. 78. de verb. oblig. glos. in l. si familiæ, vbi Cyn. Bal. nu. 2. Salic. & alij, C. famil. ercisc. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9.
2 num. 34. bene Alexan. cons. 21. num. 6. lib. 2. Idque † tantò magis, cùm proueniret ex facto auctorum ipsorum diuidentium, & ex facto ipsorum etiam diuidentium, quo casu huiusmodi promissioni locus non est, Corne. consil. 180. ante fin. lib. 3. Crot. in d. §. duo fratres, nu. 28. Ruinus cons. 146. fere per tot. lib. 1. Soc. iun. cons. 128. n. 131. lib. 1.
¶ Idque tantò magis, † quia in instrumento diuisionis 3
promittunt diuidentes de legitima defensione ibi, promittentes ad inuicem & vicissim de legitima defensione, quæ verba videntur arctare promissionem euictionis ad eam euictionem, pro qua promittentes de iure tenentur. Hæc autem talis non est, vt liquet ex supradictis. ¶ Addebant etiam aliqui, id tantò facilius procedere in hoc casu,
in quo huiusmodi promissio prouenit ex caussa † sequente 4
re diuisionem propter alienationem Euangelistæ, & obitum Bernardi eius filij sine filiis masculis, Tiraquell. vbi supra, num. 35. per tex. in l. 3. in fine de euictio. Et quamuis
supradicta conclusio cesset, vbi † verba promissionis sunt 5
valde ampla, Socin. iun. cons. 116. nu. 63. libr. 1. hic tamen non datur talis prægnãtia verborum, quia diuidentes solùm promittunt. Quòd, si ab aliquibus personis moueretur lis, quod illi concurrent tantùm, & sic in genere significare videntur, quod non sufficit, vt per Alexand. in d.
cons. 21. nu. 6. libr. 5: Recipit † enim talis promissio inter- 6
pretationem à natura cõtractus, super quo interponitur, vt dicunt supradicti Docto. & declarat Soc. iun. d. consil. 126. 132. & 133. lib. 1. ¶ Nec propterea dicitur superflua, cùm in cæteris omnib. casibus operetur suum effectum. ¶ Et quamuis promiserint ipsi diuidentes litem non inferre, hoc non concludit necessariò, cùm lites persæpe de facto etiam moueantur, & cùm ex multis caussis moueri possint, quò fit, vt promissio necessario non concludat in casu euictionis ex natura rei: & potius huiusmodi verba
† debent recipere interpretationem à subiecta materia, l. 7
quæru, ff. loca. vt dictum est supr. ¶ Non obstant trad. ab Aym. cons. 211. nu. 7. Quia ipse loquitur, quando ipsimet
diuidentes vellent agere ad fideicommissum: Id † enim 8
facere non possunt, quia fideicommisso renuntiare censentur. Et ita etiam dicit cons. 24. nu. 4. & in fin. Secus autem est, quando alij, qui non renuntiarunt, agunt, quia illi virtute renuntiationis excludi non possunt, nec diuidens de euictione tenetur, ex quo ea prouenit ex natura rei, & ex facto auctorum, vt supra dictum est.

V I C E C O M I T I S.

Bononien. fideicommissi de Elefantutiis. Mercurij, 13. Iunij, 1583.

S V M M A R I A.

1 *Filiorum appellatione in substitutione actiua veniunt nepotes.*

Imò omnes descendentes in infinitum vocati censentur, vbi testator nominauit descendentes, num. 2.

3 *Substitutus instituto si decederet sine liberis, non censetur vocatus extantibus liberis.*

4 *Positus in conditione non censetur vocatus, ex communi.*

5 *Filius testatoris grauatus sub duplici conditione censetur, si decederet sine liberis, aut cum liberis & descentibus, qui postea quandocunque decederent sine filiis & descendentibus.*

6 *Fideicommissum iniunctum censetur etiam liberis vlterioris gradus, licèt non sint vocati, ex communi.*

DECISIO CCXII.

DOmini concluserunt, Camillum censeri vocatum,
quia in substitutione † actiua appellatione filiorum 1
veniunt nepotes, Soc. cons. 147. nu. 8. libr. 2. & Gabriel. de
verb. signif. conclus. 2. nu. 5. & 7. Et etiam, † quia vocan- 2
tur descendentes. Et sic in infinitum dicuntur omnes vocati, l. fi. C. de verb. sig. Alex. cons. 56. col. 1. lib. 1. Dec. cons. 584. num. 6. ¶ Non tamen dixerunt istum esse vocatum ad portionem Camilli senioris, quia erat substitutus, si il-
le decederet sine liberis, & † sic cùm liberi extiterint, non 3
censetur vocatus, Paris. cons. 8. nu. 21. libr. 3. Cephal. con-
sil. 17. sub n. 21. circa fin. Et etiam, † quia erat tantùm po- 4
situs in conditione, vnde non censetur vocatus, iuxta glo.

commu

cōmuniter receptā in l. Lucius, de hæred. insti. Socin. iun.
cons. 177. n. 8. volum. 2. Gabriel. de fideicommiss. conclus.
4. n. 1. & alios adductos per Dominus informantes. ¶ Sed
licèt non posset diei vocatus ad huiusmodi portionem
parentum, nec esse grauatus, tamen fit locus restitutioni
5 ex eo, quia † resoluerunt Domini, applicati ad hunc ca-
sum doctrinā Barto. in l. sed & si sic, de leg. 3. & in l. Cen-
turio, num. 37. ff. de vulgar. & pupil. quia, videlicet Camil-
lus senior filius & hæres testatoris apparet grauatus sub
duplici conditione, si decederet sine liberis, aut cum libe-
ris & descendentibus, qui postea quandocunque decede-
rent sine filiis & descendentibus mascolis. Vnde cùm
conditio euenerit, quod descendentes mortui sunt sine
liberis. Et sic purificata secunda conditio, merito d. Cæ-
sar, & Ioan. Franciscus priores in gradu fideicommissum
petunt, cùm dicant salua gradus prærogatiua, & sic à ver-
bis testamenti non est recedendum, l. nō aliter, & l. ille aut
ille, §. cum in verbis, de legat. 3. Quo stante non refert,
quòd Camillus iunior non sit vocatus, & quòd grauari
6 non potoerit, quia † non ex persona sua, sed ex persona
Camilli senioris grauati fideicommissum petitur, & in-
iunctum esse censetur, propter euentum dictæ secundæ
conditionis, licèt euenerit longè post mortem illius, vt
per Bart. vbi supra, & tenet Rip. in d. l. Centurio, nu. 167. ff.
de vulgar. & pupil. Cuma. cons. 25. nu. 2. Alexan. cons. 13.
num. 11. lib. 4. Dec. cons. 181. num 9. vbi dictum Bart. dicit
communiter approbari à Paul. de Cast. cons. 131. in princ.
lib. 2. & de magis communi Socin. cons. 104. nu. 8. vol. 3. &
Paris. cons. 7. num. 34. vol. 3.

VICECOMITIS.

Bononien. de Elefanturiis. Lunæ, 12. Nouemb. 1584.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum iniunctum filiis, si decederent cum filiis & descendentibus, censetur respicere illos descendentes, qui essent in rerum natura tempore obitus primorum filiorum heredum.*

2 *Relatiuum, qui, restringit dispositionem ad ea, quæ relata sunt.*

Declara, vt num. 6.

3 *Conditio, si sine filiis, posita in prima parte alternatiuæ, sicut intelligitur de his, qui non essent tempore obitus primorum heredum, ita è contra altera pars alternatiua, aut cum filiis & descendentibus, debet intelligi de his, qui extarent tempore obitus primorum heredum.*

4 *Qualitas habens tractum successiuum adiecta verbo, non debet intelligi secundùm tempus verbi.*

5 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia pariformiter determinat, nisi repugnet natura determinabilium.*

DECISIO CCXIII.

DOmini dixerunt, fideicommissum inductum esse ex
clausula testamenti incipien. qui postea quādocun-
que decederent, &c. etiam circūscriptis coniecturis solis
verbis inspectis, non obstantibus multis exemplo dedu-
ctis, ad euadendum huiusmodi fideicommissum, quæ re-
ducuntur ad vnicum fundamentum deductum hîc per
Dom. Parenrium. Illud autem est huiusmodi, quod fidei-
commissum in casu nostro est factum solum, quando pri-
mi filij hæredes, videlicet descendentes, qui reperiuntur
in rerum natura tempore obitus dictorum filiorum pri-
morum hæredum, decederent sine filiis: & sic ad hoc, vt
sit locus fideicommisso, requiritur existentia descenden-
tium tempore obitus primorum filiorum hæredum. Id-
1 que deducitur multipliciter. ¶ Primò, quia † cùm testa-
tor dixit, si decederent cum filiis & descendentibus, ha-
buit respectum ad illos descendentes, qui essent in rerum
natura tempore obitus primorum filiorum hæredum,
iuxta tradita per Tiraquell. de iure primogen. quæst. 80.
numer. 2. Cephal. consil. 251. num. 12. ¶ Secundò, ponde-
rando illud † relatiuum, qui, quod restringit dispositio- 2
nem testatoris ad illos descendentes, quos primi filij hæ-
redes tempore obitus reliquissent, ad tradita in l. 1. C. de
summa Trin. & fide Cathol. Aym. consil. 293. nu. 5. ¶ Ter-
tiò, quia sicut prima pars alternatiuæ, dum testator dicit,
& si filij hæredes instituti decederent sine filiis & descen-
dentibus, intelligitur de his, qui † non essent tempore 3
obitus primorum filiorum hæredum, l. ex facto, §. si quis
autem, vbi Alexan. & Paul. de Cast. in 1. not. ad Trebell. ita
secunda pars alternatiuę, dum testator dixit, aut cum filiis
& descendentibus, scilicet, decederēt, intelligi debet de fi-
liis & descendentibus, qui extarent tempore obitus di-
ctorum primorum filiorum hæredum: Et sic tam non
existentia, quàm existentia filiorum & descendentium,
intelligitur tempore obitus dictorū primorum filiorum
hæredum. Tum quia vna pars alternatiuę clara aliā decla-
rat, ad not. in l. 1. ff. de rebus dub. Ruin. consil. 173. nu. 20.
lib. 2. Tum quia verbum, decederent, determinat tam
existentiam, quàm non existentiam filiorum & descen-
dentium. Ergo debet pariformiter determinare, l. iam
hoc iure, de vulgat. & pupil. ¶ Quartò, quia illa qualitas,
cum filiis & descendentibus, adiuncta verbo, decederent,
debet intelligi secundùm tempus verbi, l. in delictis, §. si
extraneus, ff. de noxalib. ¶ His tamen non obstantibus
Domini dixerunt, inductum esse fideicommissum. Et
ad regul. d. l. in delictis, §. si extraneus, responderunt, quod
non procedit, quando qualitas habet tractum successi- 4
uum, prout in casu nostro, in quo verbum, descenden-
tes, denotat omnes in infinitum: nam tunc qualitas po-
test verificari secundùm aliud tempus, prout declarat
Cardin. in cap. perpendimus, sub nu. 7. vers. sed redeundo
ad contrar. de senten. excōmun. in 6. Sam. in reg. de annal.
quæst. 50. circa fin. ¶ Ad reg. d. l. iam hoc iure. Responde-
tur † non procedere, quando repugnat natura determi- 5
nabilium. Ruin. cons. 157. numer. 14. lib. 5. Riminal. iun. in
Rubr. Instit. de donat. nu. 76. Roland. cons. 74. nu. 15. lib. 2.
Prout in casu nostro, in quo natura verbi, descendentes,
habet tractum successiuum, & comprehendit omnes de-
scendentes in infinitum. ¶ Ad relatiuum, qui, respon-
detur, quòd † non restringit descendentes ad tempus obi- 6
tus proximorum filiorum hæredum, sed refert descen-
dentes omnes in infinitum, secundùm naturam & pro-
priam significationem ipsius verbi, ad Com. cons. 186. lib.
3. Ad decis. Guid. Papæ 52. respondetur, quòd non appli-
catur casui nostro. Cætera soluuntur ex præmissis.

ALDOBRANDINI.

Perusin. bonorum de Vbaldis. Lunæ, 29. Octobris, 1584.

SVMMARIA.

1 *Dispositio bullæ Pij V. reuocatoria facultatum testandi ad fauorem illegitimorum, intelligitur quoad clericos tantum, vel etiam in laicis disponentibus de bonis Ecclesiasticis, & de eius pleno intellectu, per totam decisionem.*

2 *Feuda & emphyteuses non Ecclesiastica, non comprehenduntur in bulla Pij V. reuocatoria facultatum testandi in fauorem illegitimorum.*

3 *Legitimatus regulariter non succedit in feudo & emphyteusi Ecclesiastica.*

4 *Peculium acquisitum ex bonis Ecclesiasticis propriè dicitur clericorum.*

DECISIO CCXIIII.

DVbitaui in caussa Perusin. bonorum de Vbaldis, *an Ioan. Andrea, qui prætendit se filium legitimum Capitanei Petri de Vbaldis ab intestato defuncti, competeret interdictum, quorum bonorum, pro adipiscenda possessione bonorum à d. Capitaneo Petro possessorum.* Et quia inter alia, quæ contra eum opponebantur, ne esset immittendus, erat bulla fel. rec. Pij Quinti reuocatoria facultatum testandi & disponendi ad fauorem illegitimorum: pro-

pretea supradicta die votarunt Domini caussam, restrin-
1 gendo se ad intellectum bullæ. Et fuit † conclusum, ex illius dispositione non prohiberi laicum vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis merè patrimonialibus, & laicalibus, nullam habentibus mixturam cum bonis ab Ecclesia profectis: sed bullam comprehendere solùm clericos disponentes de bonis nedum quæsitis ex fructibus beneficiorum, sed etiam de bonis patrimonialibus. Item & laicos, quando disponerent de bonis ab Ecclesia profectis, vt sunt emphyteosis & feuda Ecclesiastica, & bona quæsita ex pensionibus, quas laici ex priuilegio aliquando obtinent. Et in summa comprehendere eos tantùm, quibus applicari potest vna ex rationibus assignatis in prooemio dictæ bullæ, quod prooemium vulgare est, significare caussam finalem, l. fi. de hæred. instit. Dixit enim summus ille Pontifex in prooemio, *quæ ordini Ecclesiastico noxia esse, & scandalum obiicere perhibentur, necesse est è medio submouere, quod nos pro nostri muneris officio inter alia incommoda, quæ in oculos nostros incurrant de Christi peculio, ne ab indignis & reiectis ignominiose consumatur, ne ve illorum caussa Ecclesiæ & pauperibus priuentur, curam præcipuè habuere volentes, &c.* Et consequenter dum proposuit mala in hoc prooemio, quibus velle mederi profitetur. Vnum respectu personarum Ecclesiasticarum, quandoquidem ex istis dispositionibus a clericis factis in fauorem illegitimorum scandalum prohibetur. Alterum respectu bonorum, ne peculium Christi, & bona Ecclesiastica ab indignis occupentur. Nullum igitur ex istis attingit casum, de quo tractamus, quia per dispositionem factam à laico de bonis laicalibus & patrimonialibus, nec generatur scandalum ordini Ecclesiastico, nec bona Ecclesiastica ab indignis occupantur. Quando autem laicus disponit de bonis ab Ecclesia profectis, militat secunda ratio. Quando similiter clericus de quæsitis ex redditibus Ecclesiasticis disponit in fauorem illegitimorum, militant ambæ rationes: quando clericus disponit in illegitimos de bonis patrimonialibus, militat prima. Quando verò (vt dixi) laicus de merè laicalibus disponit, cessant ambæ rationes, quod dicebant Domini clarè probari ex verbis istius constitutionis ibi, *ac etiam habilitationes & capacitates succedendi in bonis feudalibus & emphyteoticis ab Ecclesiis, monasteriis, &*
2 *piis locis profectis*. Ergo † feuda & emphyteoses non Ecclesiasticæ non comprehenduntur sub hac prohibitione, c. nonne, de præsumpt. l. cùm prætor. de iudic. Si enim voluisset Papa comprehendere feuda & emphyteoses non Ecclesiasticas, expressisset ampliando easum minus dubitabilem: minus enim dubitabile erat, quòd reuocatio facultatum disponendi de bonis in fauorem illegitimorum comprehenderet feuda & emphyteoses Ecclesiasticas, quorum illegitimi sunt incapaces, quàm quòd comprehenderetur emphyteusis priuatorum. Et hinc, est quòd
3 † legitimatus regulariter non succedit in feudo, & emphyteusi Ecclesiastica. Bald. in c. quę in Ecclesiarū, colum. pen. de constit. Tiraquell. de nobilit. cap. 14. nu. 17. Rursus confirmabant ex derogatione bullarum Leonis, Sixti, & Clementis, & aliorum Pontificum concessarum Vrbi Romæ, in illis verbis, & si illam contineret, quòd omnes curiales & etiam sequetes, & alij siue Ecclesiastici etiam Cardinales, siue mundani, qui palatia acquisiuerunt, & infra, ita, quòd nullus omnino de huiusmodi bonis, reb. & pecuniis disponat. Intellexit igitur sum. Pontif. de bonis Ecclesiasticis, vel ex fructibus Ecclesiasticis quæsitis. ¶ Hoc idem comprobant est clausula, quòd si prædictorum quisque fuerit præ[s]entium violator. Papa enim prouidet, vt omnes successores in beneficiis tam cóiunctim, quam diuisim, quisque pro rata sua recuperet bona, & consequenter hic loquitur de successoribus in beneficio, qui ius habere non possunt in patrimonialibus: reliquum
4 † verò peculium ex redditibus Ecclesiasticis profectum, quod propriè clericorum dicitur, tot. tit. de pecul. cler. & aliorum quorumcunque bonorum, vult, quod occupetur ab ordinariis locorum: bona verò feudalia emphyteotica non existentibus comprehensis in inuestitura, decernit, quòd eo ipso intelligatur restituta suis Ecclesiis & locis, quia supra prohibuerat disponi de rebus feudalibus & emphyteoticis, ae Ecclesiis, monasteriis, & piis locis profectis, & nil disposuit de emphyteusi & feudo non Ecclesiastico: Disposuisset enim, quod & illa ad suos dominos deuoluerentur, si bona laicalia, quando à laico de eis disponitur, comprehendere voluisset. Hactenus ergo apparet, quòd dum prohibitio facta est ratione bonorum, Papa locutus fuit super de bonis ab Ecclesia profectis: dum verò prohibitio facta est ratione personarum Ecclesiasticarum, locutus fuit sum. Pontif. magis vniuersaliter, ita vt voluerit comprehendere etiam bona patrimonialia. Et ex his respondebant Domini ad omnia verba ponderata pro parte contraria, vt fuot illa, de quibus in clausula ibi, ac etiam habilitationes & capacitates succedendi in bonis & rebus feudalibus & emphyteuticis ab Ecclesia profectis quibuscunque personis. Nam hæc prohibitio comprehendit quidem laicos, sed respectu supra dictorum bonorum ab Ecclesia profectorum. Rursus alia, omnes curiales siue Ecclesiastici, siue mundani, ...tet intelligantur respectu supradictorum bonorum, & sic de aliis. Et in summa intelligebant referenda esse semper singula singulis, vt si laicus disponeret de bonis ab Ecclesia quoquomodo profectis, comprehenderetur: si clericus, nedum de Ecclesiasticis, sed de temporalibus & patrimonialibus comprehenderetur. Iste verò tertius casus, quando laicus de laicalibus bonis nil commune habentibus cum Ecclesia disponeret, non comprehenditur, quia ratio expressa in prooemio ita dicere cogit, & verba nedum non repugnant, sed suadent hanc interpretationem. ¶ Non obstat, quòd idem legis conditor declarauerit, mentem suam fuisse comprehendere etiā bona patrimonialia. Quia intelligebāt Domini totū hoc quando in illo casu disponens erat clericus: ibi namque nedum simplex clericus, sed sacerdos erat, qui bona filio legitimato reliquerat. ¶ Ex his dicebatur non valere argumentum factum pro parte aduersa, dum argumentabatur, constitutio comprehendit laicos & clericos, comprehendit etiam bona patrimonialia, ergo comprehendit laicum disponentem de bonis patrimonialib. in illegitimum. Nam comprehendit quidem clericos disponentes de quibuscunque bonis, comprehendit laicos, quando disponit in illegitimos de bonis ab Ecclesia profectis, vt supr. dixi, sed non comprehendit laicum de patrimonialibus disponentem. In primis enim casib. accommodari potest aliqua ex rationibus, de quibus in prooemio constitutionis, quæ omnes cessant in hoc tertio casu.

Toletan. iuris decimandi, Ven. 27. April. 158[4].

SVMMARIA.

1 *Immemorabilis sola quasi possessio percipiendi decimas, an suffragetur laico, quod non, num. 2. ex magis communi. num. 3.*

4 *Feudi allegatio requiritur in laico percipiente decimas, non obstante immemorabili. & quære. num. 5.*

6 *Spirituale ius non est inutile penes Ecclesiam, ex qua vasallus debitum seruitium reddit.*

7 *Priuilegij Apostolici, cuius vigore quis dicit se percipere decimas, allegatio sola non sufficit, nisi vel exhibeatur, vel fama saltem probetur.*

DECISIO CCXV.

POst distinctas opiniones Doct. 14. Martij proximè præteriti, in hoc arduo articulo, an † *sola immemorabilis quasi possessio percipiendi decimas* probata *suffragetur laico:* Licèt Rota affirmatiuam à Dd. magis receptam statuisset, instetere tamen agentes Illust. Cardinalis de Toledo, vt caussa iterum super eisdem proponeretur. Allegabant 1

gabant enim in contrarium, sententiam discedisseRotam
de anno 1551. vt in decisione, cuius copia data fuit coram
Fabio Accoramboоo, quæ licèt postea eodem anno va-
riauit, tamen eandem decisionem per Rotam approba-
tam in vna Legiooen. decimarum, coram bon. mem. Illu-
striss. Cardinali Aldobrandino, 3. Iulij, 1564. deductũ fuit.
a Ideò † caussa iterum proposita, Domini fuerunt concor-
des, quòd sola immemorabilis cum allegatione priuilegij
vel etiam tituli feudalis laico non suffrageror, nisi vel fa-
ma priuilegij vel recognitio, vel aliud æquipollens pro-
betur. Pro qua opinione vltra auctoritates allegatas in
alia positione additæ fuerunt infrascriptæ per scribentes
pro Illustriss. Domino Cardinali, videlicet Angel. & Syl-
nest. in summa, in verbo, decima, hic num. 16. ille nu. 14.
Collet. in c. ad hoc, num. 5. & 6. de decim. Boet. ad consuet.
Bituric. tit. de præscript. §. 1. & glos. 1. colum. 2. Claud. in l.
more maiorum, num. 24. de iurisdict. om. iud. ¶ Quibus
auctoritatibus Domioi addiderunt Raymun. virum ma-
ximæ auctoritatis in sum. tit. de decim. & oblat. Pisanel.
in verbo, decima. 5. Sum. confess. de decim. q. 18. Asten. in
sum. lib. 6. tit. 35. de decim. §. 7. 9. Ioan. Bessiao. super con-
suetud. Aluern. artic. 19. fol. 136. 1. & 2. col. versic. & deci-
sio illius, Petr. Greghyttag. Iur. part. 1. lib. 2. cap. 25. num. 8.
¶ Quorum omnium sententiæ æquare videntur nume-
rum contrarium sentientium, qui in decima classe in præ-
terita positione collocantur, quibus si iungantur aucto-
ritates, quæ licèt non conueniant super eo, quod sit pro-
bandum vltra immemorabilem, concordes tamen in eo
sunt, vt sola immemorabilis oon sufficiat: videntur etiam
nomero superare iũcta postea opinione Rotę, cuius con-
sensus communem inducit. Negari † non potest, qnin
3 hæc sat magis recepta opinio, præcipoè cùm Card. in cap.
cũ Apostolica, in 5. q. de bis quæ fiunt à præl. sentiat, quòd
4 debeat constare, quòd † iure feudi laicus possideat deci-
mas. Ipse enim in fine ait, qnòd si laicus iure proprio di-
cat decimas præscripsisse, possessio immemorabilis sibi
non suffragatur. Et licèt supra dicat, talem probationem
non requiri, tamen illud refertur ad testes, vt sensus sit,
quod licèt testes non probent, quòd iure feudi laicus pos-
sideat, nihilominus sufficit, qnòd ipse recognoscat. ¶ Ra-
5 tio † autem, ob quam necessaria sit allegatio tituli fenda-
lis, ea videtur esse, quia cùm Doct. concludunt, qnòd an-
te Concil. Lateran. poterant per Episcopos laicis decimæ
in feudnm cõcedi, necesse erat tollere obiectum iocapa-
citatis in laico, de quo plurimũ controuertunt Dd. quo-
modo potuit esse capax vel incapax decimarum. Et Ray-
mund. & antiqui iuris periti dicebãt, decimas duplici iure
Ecclesiis deberi. ¶ Primò, ratione diuini obsequij in eis
præstiti, & hoc respectu laici sunt omnino incapaces, cap.
hanc consuetudinẽ. 10. q. 1. ¶ Secundò, in signum vniuer-
salis dominij, & hoc casu cùm sit ciuile, tenuerunt aliqui
ante Concil. Lateran. huius iuris laicum esse capacẽ, non
quoad proprietatem, sed quoad fructunm perceptionem.
Aliqui tenuerũt, quòd nec etiã tunc temporis laici essent
capaces, quia sine tẽporalibus spiritualia, quæ sunt penes
Ecclesiam, diu esse non possunt, cui argumento cùm te-
nentes primam opin. respondere cogerentur, dixerunt,
6 ius † spirituale non esse inutile penes Ecclesiam, ex qua
vasallus debitum seruitiũ reddit, sum. Asten. in loco alle-
garo q. 7. & sum. Confess. q. 25. Ideò cùm postea superue-
nerit prohibitio, nec etiam in feudum dari possit, cap. ad
hoc, de decim. necesse est aliquid ostendere, vt hoc ius spi-
rituale non sit io totum Ecclesiæ inutile. Cùm autẽ † pri-
7 uilegium Apostolicum, tam ante, quàm post Conc. suffra-
getur, illius allegatio non sufficit, nisi vel exhibeatur vel
fama saltem probetur, Gabr. de præscrip. conclus. 1. nu. 16.
& 18. Placebant Dominis, decis. Put. 363. lib. 1. & auctori-
tas Aym. de antiq. temp. par. 4. §. absolutis, nu. 52. alias de-
cretalis, caussãm ve de præscrip. esset omnino frustratoria.
Qualis autẽ debeat esse huiusmodi recognitio, seu æqui-
pollens, & de quo tempore sit probãda, & an pro par-
te Illustris. Ducis probetur, erit videndum.

BVBALI.

Neapolitan. professionis. Veneris, 4. Maij, 1584.

SVMMARIA.

1 *Monasterium de obseruantia dicitur, in quo regula seruatur.*

2 *Moniales tertij ordinis sancti Francisci habent regulam, sed quendam modum viuendi per sedem Apostolicam approbatum.*

3 *Professio religionis expressa inducitur ex emissione trium votorum.*

4 *Monasterium ingressus, in quo nec regula, nec religio aliqua obseruatur, non potest pracisè compelli ad profitendum, sed tantùm caussatiuè.*

5 *Regula sancti Benedicti est vna de quatuor approbatis à sede Apostolica.*

6 *Monasterium regulare vt dicatur, quot habere debeat requisita, & ex quibus signis cognoscatur.*

7 *Moniales degentes sub regula ex quatuor approbatis possunt pracisè compelli ad eam seruandam, & quare, numero 8.*

6 *Religionem profitentes intelliguntur profiteri regulam, non consuetudinem.*

10 *Promissio sola obedientia non inducit professionem, nec obligat quoad alia vota, nisi vna cum promissione suscipiatur habitus monachalis certo modo determinato.*

11 *Moniales degentes in monasterio, in quo non viuitur in communi, sed de proprio & in priuatis domiciliis, & adest consuetudo emendi, vendendi, & disponendi de bonis proprijs, non possunt cogi ad obligationem professionis.*

12 *Monialis retinens proprium de licentia Abbatissa vel ordinarij non dicitur cõtrauenire professioni, nec voto paupertatis.*

13 *Regularis ex permissione superioris disponere possunt de fructibus beneficiorum regularium, seculares de fructibus beneficiorum secularium.*

14 *Superior potest dare licentiam monacho retinendi proprium ad tempus vel beneplacitum.*

15 *Liber patris probat atatem filij.*

16 *Monasterium ingressus in minori atate si post maiorem atatem elapso anno permanserit in monasterio nec reclamauerit, censetur ratificasse.*

17 *Professio duobus modis inducitur, scilicet vno ex emissione trium votorum, altero ex promissione obedientia.*

18 *Professum se non esse allegans prout alij, debet probare.*

19 *Abbatissa nulliter electa non habet potestatem incorporandi religiosi.*

20 *Monialis quelibet habet potestatem incorporandi religiosis, dummodo postea Abbatissa ratum habeat.*

21 *Professio tacita aliorum veterum castitatis & paupertatis non inducitur ex promissione obedientia, quando de contraria voluntate constare potest.*

DECISIO CCXVI.

POstquam Domini in hac caussa firmarunt conclusiones in facto ex dictis testium vtriosque partis proposui dubium, *an stantibus dictis conclusionibus & aliis iuribus hincinde productis in concursu videndis, quorum summaria data fuerunt, dicatur constare de professione obligatoria Dominorum Maria & Ioanna sororum de summa.* ¶ Et quoniam pro resolutione huius difficultatis informantes principaliter controuertunt, quisnam fuerit status huius monasterij sanctæ Patricię ante reformationem factam per fel. rec. Pium Quintum. ¶ Prætendebatur enim pro parte dictarum sororum, huiusmodi monasterium ante reformationem non fuisse regulare, sed conuentuale, continens quendam modum viuendi absque obseruantia alicuius regulæ, prout in earum summario, nu. 1. conclus. 4. & numer. 4. conclus. 1. In quibus dicitur, quòd

monasterium sanctæ Patritiæ dicebatur esse absque obseruantia, quia regula non obseruabatur, & quòd mulieres in eo degentes non seruabant regulam, iuxta exem-
1 plum † in additum in Clem. 1. in verbo, obedientia de relig. domib. & in Clem. 1. §. cùm ex eo. in versic. 5. de sent. ex-
2 com. De monialibus tertij ordinis sancti Francisci, † quæ non habent regulam propriè, quo ad tria vota substantialia, sed quendam modum viuēdi per sedem Apostolicam approbatam, vt tradūt Doct. in rub. de regular. præsertim Abb. ibi, sub nu. 1. & in d. Clem. 1. num. 5. de relig. domib. Card. consil. 138. Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 1. de constitut. Ex quo inferebant, in dicto monasterio non induci aliquam professionem expresse, † quæ inducitur
3 ex emissione trium votorū, c. cùm ad monasterium, in fi. de stat. monach. Et † cum sequenter cùm in eo nec regula
4 nec religio aliqua obseruaretur, non posse præcisè compelli ad profitendum, quæ ingressa fuit dictum monasterium, sed tantùm causatiuè, nempe, vt vel profiteatur vel discedat, vt per Hostien. in c. 2. de testa. quem ibi sequuntur Ioan. Andr. Card. nu. 2. Archid. num. 2. Butr. nu. 6. Anchat. nu. 6. Archid. in c. 1. ante nu. 1. de reg. in 6. & ibi Gemin. & Franc. in fi. princ. Sum. confess. de vot. q. 17. Et quāuis Abb. in d. cap. 2. num. 4. & ibi Imol. num. 16. & 17. hanc opinionem non admittant, tamen, quando sumus in loco, vbi nec regula nec religio seruatur, prædicta opinio est vera, vt bene declarat Hostiens. in summario, de regul. §. ad quid tenentur, sub nu. 6. Præpos. in ca. ante triennium, colum. 2. 31. distin. Boich. in c. ad nostram, nu. 7. de regul. Et tantò magis, quia nec etiam constat hunc viuendi modum de aliquo in hoc monasterio fuisse approbatum à sede Apostolica. Quinimo potiùs apparet de contrario ex breue reformatorum fel. rec. Pij Quinti, quo non inducitur aliqua obligatio professionis, Aret. in Clem. 1. nu. 2. de relig. domib. ¶ Domini his non attentis concluserūt, monasterium, de quo agitur, fuisse in statu regulari, & in eo obseruantiam regulæ esse aliquo modo labefactatam, non autem, quòd regula, & illius obseruantia esset collapsa, ita vt aliquo modo in eo non seruaretur religio aliqua, idque deducebatur ex sequentibus signis. ¶ Et in primis, quia monasterium & eius moniales nominabantur de ordine sancti Benedicti, & moniales in ingressu promittebant seruare dictam regulam, vt in summario
5 dictorum fratrum, num. 1. conclus. 1. & 13. Quæ † regula est vna ex quatuor approbatis, c. perniciosum. 18. quæst. 2.
6 Aderat † in en clausura debita, & habebat cratas ferreas, portam & ostiariam, vt in summario fratrum, nu. 1. conclus. 3. & 4. & summario sororū, nu. 1. conclus. 17. Magnam adhibebant solemnitatem in ingressu monialium, vt in summario fratrum, nu. 1. conclu. 6. 7. 8. 9. & 10. Nam tondebantur capilli, imponebantur sub canna, vestiebantur vestibus monachalibus, pulsabantur campanæ pro mortuis, non poterant moniales exire ex monasterio sine licentia Abbatissæ, vel ordinarij, & illa non concedebat, nisi ex caussa, & si non reuertebantur, poterāt cogi & excommunicari, vt reuerterentur, vt in d. summario, nu. primo, conclus. 12. quod est signum regularis obseruantiæ, cap. fi. de regul. c. sicut nobis, & c. ex parte, eo ti. Felin. post Abb. & Aret. in c. super. *il* 3. num. 2. de testib. Visitabantur & corrigebantur ab ordinario, vt in d. summario, num. 7. conclus. 3. Celebrabant officium diuinum secundùm reg. S. Benedicti, & illam deosculabantur, & primo die Lunæ Quadragesimæ legebatur, vt in summario sororum, nu. 5. qui actus regularitatem ostendunt, Prob. ad Monach. in c. 1. sub nu. 15. de regul. in 6. Moniales dabant obedientiam Abbatissæ, vt in summario fratrum, nu. 7. conclus. 7. Dos etiam ponebatur in communi, & aggregabantur ad sonum campanæ pro actibus capitularibus, nu. 7. conclus. 4. Vocarunt se aliquando in instrumentis professas, vt in instrumento de anno 1532. Retinebant proprium de licentia Abbatissæ & ordinarij, & si disponebant, hoc faciebant de eorum licentia, quod est signum obseruantiæ regularis, sum Syluest. in verbo, religio, *il sesto*, num. 7. Quæ signa, & obseruationes religionis ostendebant in hoc monasterio sanctæ Patritiæ non esse quendam modum veniendi absque regula, prout loquuntur Dd. in rub. de regul. Sed potius fuisse regulare sub regula sancti Benedicti approbata, cùm per Gregorium Decimum in Concil. Lugdunen. in cap. 1. de relig. domib. in 6. prohibitum fuit institui nouam religionē, seu ordinem. Necesse est ergo dicere, quòd fuerit sub aliqua ex religionibus approbatis, aliàs non fuisset tamdiu toleratum. Et quamuis regula non obseruaretur, non tamen dici potest, quòd monasterium non esset regulare, sed potius, quòd regula erat in aliquo relaxata & collapsa. Et in his terminis concurrunt Doct. si reducatur monasterium ad primum rigorem regulæ, pristinámque seueritatem, inibi existentes præcisè compellantur seruare illam reformationem. Et † licèt Oldra. in consil. 96. tenuerit non posse præcisè 7 compelli tamen opinio affirmatiua est communis, quam tenet Innocent. in cap. super eo, de regular. & ibi Io. And. Butr. Card. & Abb. idem Abb. plene in c. ad nostram, nu. 4. & ibi late Felin. num. 4. & 5. Dec. nu. 5. & 6. Præpos. nu. 9. de appell. Butr. in c. caussam, nu. 13. & 15. de elect. Aluar. Pelag. de plant. Eccles. libr. 2. capit. 8. colum. 4. Rationem assignat Abb. in d. cap. ad nostram, quia † per profes- 8 sionem renuntiatur propriæ voluntati. Et, vt dicit Sum. Asten. titul. 47. de regul. art. 3. in 7. quæst. profitentes † pro- 9 fitentur regulam, non consuetudinem, & propterea ad eius obseruantiam compelli possunt. Eandem opi. tenuit Ioan. Monach. in cap. 1. num. 7. & ibi latè Prob. num. 14. & sequ. qui testatur de communi, nu. 18. ¶ Nec obstat, breue Pij Quinti continens reformationem huius monasterij. Quia postea melius informatus de illius statu illud reformauit per aliud breue, de quo in summario fratrum, num. 11. ¶ Firmato statu monasterij, Domini vnanimiter resoluerunt constare de professione obligatoria dictarum Mariæ & Ioannæ sororum de summa, quia, vt patet in summario fratrum, num. 1. in 11. 12. & 13. conclus. & in summario sororum, nu. 1. conclus. 9. Moniales in ingressu promittebant obedientiam Abbatissæ, promittebant esse moniales, seruare regu. sancti Benedicti. Et hæc fiebant solemniter cum susceptione habitus monachalis, vt in conclus. 8. Vnde quamuis sola † promissio obedientiæ 10 non inducat professionem, nec obliget, quoad alia vota, nisi ea sit monachalis, vt quando promittens abnegat totaliter suam voluntatem, & omnia remittit in mente Abbatis, vt per Innoc. in cap. consuluit, in fine, & ibi Io. And. Card. & Anch. nu. 2. qui cleric vel mon. Card. in Clemen. 1. sub nu. 5. & ibi Imol. num. 7. de relig. domib. idem Card. in Clem. 2. num. 5. & ibi Vital. num. 40. de regul. idem Vital. in Clement. cu ex eo. nu. 60. & sequent. de sent. excom. Lap. alleg. 129. num. 9. & 11. Tamen, quia promissio obedientiæ fit cum susceptione habitus monachalis in manibus superioris, & respectu certæ & determinatæ regulæ approbatæ prout hic, tunc omnibus istis concurrentibus dicitur promissio obedientiæ monachalis, & operatur professionem expressam, quoad vota obedientiæ, & tacitam quoad alia vota, vt bene per Butr. in c. porrectum, nu. 9. de regul. & in cap. rursus, num. 8. qui cleric. vel mon. Præpos. in d. ca. consuluit, sub nu. 1. qui cleric. vel monach. & potest adduci Specul. de stat. monach. q. 36. nu. 42. qui vltimo loco refert tenentes hanc opinionem, quando est religio, quæ sine proprio viuit, præsertim, quando adest promissio, quòd vult effici monialis, Hostien. in d. ca. porrectum colum. 1. & ibi Abb. in 3. notab. Et quando susceptio habitus fit cum solemnitate, Ioan. And. post Inno. in c. vidua. de regul. & ibi Host. & in c. consuluit. qui cleric. vel monach Butr. d. ca. porrectum, sub nu. 9. ¶ Nec refragatur, quòd non possit induci † obligatio professionis in 11 hoc monasterio, in quo moniales non viuunt in communi, sed

ni, sed in priuatis domiciliis, & habent proprium, & ad-
est cõsuetudo emendi & vendendi & disponendi de bo-
nis propriis, vt in summario sororum, num. 4. conclus. 3. &
4. iuxta text. in c. perniciosum. 18, quæst. 2. c. dilecta. & ibi
glos. de maior. & obed. Clem. attendentes. §. illas quoque.
de stat. monach. Quia quòd viuãt separatim & in propriis
domibus, hoc tamen faciunt intra septa monasterij, &
post reformationem Pij Quinti. Viuunt etiam separatim,
vt in summario fratrum, numer. 2. conclus. 11. Et quando
12 † moniales retinent proprium de licentia Abbatissæ vel
ordinarij, vt dicitur in conclus. non repugnat professio-
ni, nec voto paupertatis, vt supra dictum est, c. c. vbi Abb.
num. 4. de stat. monach. Syluest. in verbo, religio. il 6. nu. 2.
Hinc videmus, quòd regulares ex permissione superioris
13 † disponere possunt de fructibus beneficiorum regula-
rium, sicut seculares de fructib. beneficiorũ secularium,
Card. in Clement. 2. §. sed tales. in c. not. de vit. & honest.
cleric. Nauar. in c. cùm non dicatis. nu. 42. in q. prima, &
in apologo Monach. 80. num. 4. & 5. ¶ Nec obstat, quòd
Abbatissa non possit super hoc dare licentiam nec dis-
pensare, c. cùm ad monasterium. in fin. & ibi glos. de stat.
14 monach. Quia † procedit in dispensatione in perpetuum,
non autem in licentia ad beneplacitum Abbatissæ vel su-
perioris, vt bene declarant Syluest. in d. num. 7. ¶ Similiter
non obstat, quòd dicta Maria & Ioanna non erant in
ætate legitima, quando ingressæ sunt monasteriũ, & quòd
promissio obedientiæ fiebat ab ingredientibus, etiam
quòd nõ essent ætatis legitimæ, vt in summario sororum,
nu. 1. conclus. 18. & 19. Quia iste erat abusus monasterij,
& quoad dictas Mariam & Ioannam cõstat potius, quòd
tempore ingressus monasterij erant ætatis legitimæ, vt
liquet ex libro patris & ex instrumentis solutionum do-
15 tium. Et † liber patris probat ætatẽ filij, Felyn. in l. etiam
matris. in princ. de probat. Socin. iun. consil. 3. nume. 3. lib.
16 2. Vltra quod dici potest, † quòd cùm post maiorem æta-
tem elapso anno permanserint in monasterio, nec recla-
mauerint, censentur ratificasse, etiam si paruulæ sint in-
gressæ, c. 1. de regul. in 6. c. cùm virũ. de regul. Et eò magis
videtur constare de ratificatione, quia, vt liquet ex sum-
mario fratrum, num. 7. conclus. 2. præfatæ sorores canta-
bant officium in choro secundùm regulam sancti Bene-
dicti, interueniebant in congregationibus sicut aliæ mo-
niales, vt in eod. nu. 7. conclus. 5. interuenerant in electio-
ne Abbatissæ, & fecerunt omne id, quòd aliæ moniales
faciebant, vt in concl. 7. & 8. Ad not. per Ioan. And. in cap.
viduæ. in glos. 3. de regul. ¶ Nec etiam obstat, quòd in di-
cto monasterio non fieret expressa professio, & quòd
professio expressa non erat in vsu, vt ex summario soro-
rum, n. 1. conclu. 14. Quia testes, qui illam probant, intel-
17 ligendi sunt de professione † expressa ex emissione trium
votorum, prout regulariter fit: non autem de professio-
ne, quæ inducitur ex promissione obedientiæ, de qua su-
pra. ¶ Prout etiam cessat obiectum, quòd non probetur,
quòd dictæ sorores in earum ingressu promiserint obe-
dientiam cum dictis circumstantiis, prout fecerunt aliæ
moniales. Quia, ex delatione habitus præsumitur profes-
18 sio, & hoc fundat intentionem monasterij. Vnde † qui
dicit se non professum, prout alij, debet hoc probare, vt
bene declarat Ioan. Andr. in cap. si quis, colum. 2. versicul.
idem hoc, quod dictum est. de regularibus. ¶ Quod etiam
dicitur de communi reputatione, quòd in dicto mona-
sterio non se reputabant pro professis, vt in summario so-
rorum, nu. 1. conclu. 15. tollitur ex dicto instrumento pu-
blico de anno 1532. in quo moniales asserunt se professas.
Et tollitur penitus omnis difficultas ex confessione di-
ctarum sororum in dispensatione obtenta à sacra pœni-
tentiaria, in qua se nominant professas, quæ fuit ab eis ac-
ceptata, & habuit effectum, vt patet ex dicto earum con-
fessionis, de qua in summario fratrum, num. 3. ¶ Postre-
mò non obstat, quòd non omnes Abbatissæ erant ex-
pressè professæ. Quia, vt liquet ex summario sororum,
nu. 1. conclus. 17. ex quatuor Abbatissis, de quibus depo-
nunt testes, duæ fecerunt professionem expressam, alia
non fecit, & alia fecit professionem post reformationem.
Vnde electione de nõ professis erat nulla, c. indemnitati-
bus. §. nec in abbatissa. de elect. in 6. Et consequenter nulla
professio poterat induci in dicto monasterio, quia † Ab- 19
batissa nulliter electa non habebat potestatem incorpo-
randi religioni, vt per Ioan. Andr. in cap. 2. colum. 2. versi.
secus quando de regul. Syluest. in verbo, religio, il 3. nu. 19.
¶ Nam pro responsione dictum fuit, quòd eo ipso, quòd
moniales patiebantur se eligere in Abbatissam, diceban-
tur tacitè professæ, licèt electio esset nulla, vt per Hostien.
& Ioan. Andr. in c. 2. de testamen. vbi Doct. Præterea quæ-
libet monialis habet ius incorporandi religioni, dum- 20
modo postea Abbatissa ratũ habeat, Innoc. in d. c. porre-
ctum. nu. 4. & ibi Doct. de regula. quæ ratihabitio ex acti-
bus supra dictis clarè colligitur, neq; etiam constat, quòd
dictæ sorores fuerint receptæ ab ea Abbatissa, quæ non
esset professa. ¶ Verum quia tacita † professio aliorum 21
votorũ castitatis & paupertatis ex promissione obedien-
tiæ, vt supra, non inducitur, quando de contraria volun-
tate constare potest, vt per Butr. in d. cap. cursus. sub nu. 8.
prope fin. vers. aut. promittit certa reg. qui cleric. vel mo-
nach. & tradit Innoc. in cap. 1. in fin. quod met. caus. & ibi
Hostien. colum. penult. in fi. Ioan Andr. colum. 2. Butr. be-
ne num. 15. Anchar. nu. 6. card. in fin. Ægid. num. 19. Doct.
in Clement. 2. de regul. vbi Vital. nu. 34. & 35. Card. in c.
ex parte. circa fi. de regul. Tiraquel. de legib. cõnub. gloss.
7. n. 82. Vbi dicunt, quòd præsumptio professionis oriens
ex actu delationis habitus tollitur per alias præsumptio-
nes & coniecturas. ¶ Ideò Domini reseruarunt viden-
dum, an ex eo, quòd habebant se professionis, vt in sum-
mario sororum, nu. 4. conclus. 7. vel ex eo, quòd dictæ so-
rores fuerunt ingressæ monasterium contra eorum vo-
luntatem, prout publicè dicebatur, vel quia ibi permane-
bant de mala voluntate, & conquerebantur, vt in eorum
summario, nu. 4. conclus. 9. 10. & 11. vel ex aliis dici possit
constare de tali voluntate dictarum sororum, vt non di-
cantur vere professæ.

BVBALI.

Asten. redditionis computorum, Lunæ, 20.
Iunij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Solutiones diuersæ factæ, censentur pro caussis in computis & partitis expressis.*

2 *Assertioni administratorum aliquid fuisse impensum standum non est, nisi etiam doceant de legitimis & iustis caussis.*

3 *Arbitrio boni & discreti viri ratio reddenda est.*

DECISIO CCXVII.

DOmini concluserunt, cõputa 80. talearum non fuis-
se bene reddita: quamuis enim Domini admitte-
rent partitas concernentes solutionem pecuniarum mi-
litibus existentibus in prædiis, tam ante quàm post pa-
cem initam inter Sereniss. Reges de anno 1559. nec non
alias partitas pro contributione onerum impositorum
per Sereniss. Ducem Sabaudiæ tam ordinariorum, quàm
extraordinariorum, ac alias † solutiones factas pro diuer- 1
sis caussis expressis in dictis computis, quæ videntur mul-
tum verisimiles ita, vt de illis tam exacta ratio reddenda
non esset, vt aliàs in hac caussa dictum fuit. Et bene tradit
Bald. in rub. C. de fide instrum. nu. 34. & seq. in aliis tamen
computis, in quibus non constat, in quam caussam solu-
tæ sint pecuniæ, putabant Domini non fuisse legitimè
redditam rationem, quia † non est standum assertioni
administratorum aliquid fuisse impensum, nisi etiam do-
ceant de legitimis & iustis caussis, Bar. in l. cõperimus, C.
de nauicul. lib. 11. vbi Luc. de Pen. & Ioan. de Plat. Socin.
consil. 24. sub num. 38. libro primo, cum aliis per Roland.
consil.

3 consil.49.num.22.& 28.libr. 1. Ratio † enim reddi debet
arbitrio discreti, & boni viri, vt inquit Corn.cons. 196.c.
4.libr.3. Prout etiam non sunt attendendæ partitæ solu-
tionum factarum diuersis personis ex caussa restitutionis
mutui, cùm non constet de mutuo, nisi ex assertione illo-
rum, nec etiá apparet de quietantiis factis ab illis, quibus
pecuniæ soluebantur. Vnde non est eis credendum, vt per
Dd. supra allegatos. ¶ Nec obstant, quietantiæ generales
factæ ab aliis consiliariis, quia cùm habeant interesse, non
sunt attendendæ, vt aliàs resolutum fuit.

BVBALI.

Asten. redditionis computorum. Mercurij,
27. Iunij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Administratores publici tenentur conficere librum ratio-
num, & in eo cum appositione diei describere data, & re-
cepta.*

Declara tamen, vt nu. seq.

2 *Solutiones verisimiliter factæ ab administratoribus debent
ipsos excusare, si non ita exactè libros retinuerint, prout
tenebantur.*

DECISIO CCXVIII.

FVit per Dominos resolutũ, computa fuisse bene red-
dita per quatuor administratores, videlicet, Francis-
cum, Io. Baptistam, Gulielmũ & Andream de administra-
tis per eos, exceptis computis 80. talearum datis per Fran-
ciscum Brorscntum, super quibus habet tantum genera-
lem quietationem à Consiliariis, nec coram Vicario Epi-
scopi Asten. produxit libros dati & recepti. Moti fuerunt
Domini, quia, cùm isti administratores produxerint libros
rationum coram Vicario, in quibus sunt adnotata omnia
per ipsos exacta, & in quam caussam impensa fuerunt, &
ex calculo apparet ipsos non remanere debitores, satis
constat, computa fuisse bene reddita. ¶ Nec obstat, quòd
in libris aliqua reperiantur descripta sine die, & quædam
partitæ pecuniarum solutarum per administratores, su-
per quibus non docent de quietantia illorum, quibus so-
lutæ fuerunt, quo casu administratores non videntur sa-
1 tisfecisse, cùm sint officiales publici, qui † tenentur confi-
cere librum rationum, & in eo cum appositione diei de-
scribere data & recepta, ex trad. per Soc. iun. cons. 148. nu.
9. lib. 1. Roland. consil. 49. num. 28. lib. 1. quia fuit respon-
2 sum, quòd cùm prædictæ solutiones † factæ ab admini-
stratoribus sint multũ verisimiles, excusare debent si non
ita exactè libros retinuerunt, prout tenebantur, maximè
illis temporibus calamitosis, in quibus vigebant bella in
illis partibus, vt notorium est, & quando militibus Cæsa-
rianis seu Gallis soluebantur pecuniæ, non possunt ipsos
cogere ad conficiendam scripturam de receptis, quia, vt
plurimum clandestine soluebantur, ne ad notitiam ini-
micorum deuenirent. Ideò Domini ordinarunt, quòd co-
gerem Burscotum, vt de 80. taleis per eum exactis redde-
ret rationem non obstante liberatione per ipsum obtenta
à consiliariis, ipsumque ac alios administratores, qui non
plene reddiderunt computa reintruderem in cẽsuris, nisi
per totum mẽsem Septembris reddiderint rationem suæ
administrationis. Quo verò ad pecuniam bonorũ com-
munitatis venditorum per dictos aduersarios, Domini di-
xerunt, eos, ad quos dictum pretium peruenit, teneri ad
reddendam rationem dicti pretij, & in quam caussam pe-
cunias erogauerint.

BVBALI.

Roman. fideicommissi. Veneris, 29. Aprilis, 1583.

SVMMARIA.

1 *Emptio facta nomine vxoris transfert in eam dominium re-
rum emptarum, etiam si constaret ipsam emisse ex pecu-
niis mariti.*

2 *Simulatio præsumi non debet, nisi probetur.*

3 *Coniectura in materia simulationis probanda attenduntur
ex antecedentibus & subsequentibus.*

4 *Vxor præsumitur possidere iure familiaritatis mariti etiam
si appareat, de eius titulo.*

*Declara tamen, & limita aliquibus in casibus, vt num. 5. 6.
7. 8.*

DECISIO CCXIX.

DOmini quoad primam partem dubij concluserunt,
ex instrumento emptionis D. Faustinam fuisse effe-
ctam Dominam domorum emptarum, & consequenter
contineri sub fideicommisso omnium bonorum suorum.
Nam, cùm fuerint emptæ nomine proprio Faustinæ & ei
fuerit tradita possessio, tum per clausulam constituti, tum
etiam ex quo † probatur ipsam postea eas inhabitasse, do- 1
minium illi acquisitum fuit etiam si cõstaret ipsam emis-
se de pecuniis mariti, l. 1, & l. multũ interest. C. si quis alte.
vel sib. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 26. nu. 14. cum
aliis allegatis in decis. Pedemont. 140. nu. 9. & in decis. Be-
netin. 28. num. 8. ¶ Nec potest considerari aliqua simula-
tio in casu, de quo agitur, quia pretiũ fuit solutum à Fau-
stina, & coniecturæ adductæ pro simulatione visæ fuerũt
Dominis admodum leues, cùm non probetur Sebastia-
num ædificasse in dictis domibus vxore viuente, quo fit,
† vt simulatio præsumi non debeat, nisi probetur, vulg. 2
cons. Bart. 65. Petrus Nicolæ, quinimo coniecturæ potius
inealescunt in contrarium, tum ex solutione pretij, tum
etiam, quia post emptionem Faustina dum vixit, semper
nomine proprio soluit censum societati sancti Angeli in
Burgo, nec verisimile fit, quod, si in emptione nomẽ vxo-
ris fuisset simulatè appositum, maritus permisisset vxo-
rem soluere censum nomine proprio, quæ † coniecturæ 3
ex actibus antecedentibus & subsequentibus plurimum
attenduntur in hac materia, vt per Ruin. cons. 170. nu. 4.
libr. 4. ¶ Nec obstat, si dicatur non constare de traditione
facta vxori, quia vxor sola non possedit, sed simul cum vi-
ro cohabitauit, quo † casu præsumitur vxorem possedis- 4
se iure familiaritatis, etiamsi appareat de eius titulo, vt
per Alexand. in l. qui iure sub nu. 5. de acquir. possess. Al-
ciat. d. præsumpt. 26. num. 9. Quia † ex titulo præambulo 5
vxoris, & ex aliis coniecturis supra deductis potius dicen-
dum est maritum possedisse iure familiaritatis, ex not. per
Angel. Imol. & Roman. in d. l. qui iure. Socin. cons. 82. nu.
18. lib. 4. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. nu.
21. Pedem. decis. 140. num. 10. Præterea, † cùm in hoc casu 6
non sit locus præsumptioni, l. Quintus, vt infra dicetur,
non intrat doctrina Alexan. in d. l. qui iure. ¶ Quo vero
ad secundam partem, placebat Dominis, Faustinam non
fuisse obligatam ad restitutionem pretij Sebastiano ma-
rito, seu eius hæredibus. nec in casu, de quo agitur, intra-
re præsumptionem, l. Quintus. de don. inter vir. & vxor.
¶ Primò, quia dicta præsumptio † non procedit in iudi- 7
cio possessorio, vt per Bal. in l. si vxorem, col. fi. C. de con-
dit. insert. Alex. in d. l. qui iure, circa fin. Lup. in d. §. 60. nu.
2. versic. 3. limita. Sylu. nupt. in verbo, est nuben. limit. 81.
¶ Secundò, quia, cùm instrumentum fuerit celebratum
viro præsente, & consentiente, & promittente pro vxore
soluere residuum pretij, ex hoc colligitur † tacita confes- 8
sio mariti, pecunias processisse ab vxore, qua stante ex-
cluditur præsumptio. l. Quintus, vt per Alexand. in addit
ad Bart. in l. quod dit. de diuort. & in consil. 24. nu. 2. lib. 1.
Salic. in l. cum propria, in fi. C. si quis alt. vel sibi. cum. aliis
allegatis per Nati. cons. 30. num. 2. & per Pedemont. decis.
149. nu. 8. & 10. vers. aduertendum.

BVBALI.

Roman. fideicommissi. Lunæ, 20. Decemb. 1582.

SVMMARIA.

1 *Presbytero deponenti de spectantibus ad eius officium credi-
tur.*

2 *Consanguinitas ad effectum successionis ex tractatu & no-
minatione probatur.*

3 *Consanguinitatis quasi possessio sufficit ad effectum succes-
sionis.*

4 *Testis*

4 *Testes singulares concurrentibus adminiculis probant consanguinitatem.*

5 *Affinis potest esse testis ad consanguinitatem probandam.*

6 *Tempus incertum, quod per testes deponitur, arbitrio iudicis relinquitur determinandum.*

7 *Testis potest in ætate legitima testificari de his, quæ in ætate proxima pubertati vidit, & audiuit.*

8 *Imò potest etiam deponere de his, quæ vidit in infantia, quando fuit talis materia, quæ potuit cadere in sensum infantis.*

DECISIO CCXXI.

DOmini concluserunt, factum esse locum fideicom-
misso ad fauorem Dominorum Flaminij & fratrum
de Goris. Mors enim Faustinæ testatricis vxoris Sebastia-
ni Gipsij probatur ex testibus examinatis, & eà eius sepul-
tura in Ecclesia sancti Laurentij in Lucina, pariter etiam
probatur mors Sebastiaoi eius viri hæredis instituti ex 5.
& 8. teste super 17. interrog. nec non Octauij & Marci An-
tonij de Gipsiis primo loco substitutorum ex partita libri
commissarij sancti Petri, & ex fide Archipresbyteri Castri
Podij Latini curati illius Ecclesiæ, cum præsupposito ta-
1 men, quòd fiat recognitio manus illius, quibus † plenè
creditur, cùm deponant de spectantibus ad eorum offi-
cium, Rot. decis. 16. de probat. in antiq. Quod autem dicti
Flaminius & fratres sint vocati ad huiusmodi fideicom-
missum, apparet, quia cùm testatrix post mortem Octa-
uiani & Marci Antonij sine liberis vocauerit filios ma-
sculos dictæ Virginię ipsius testatricis nepotes, omnes hæ
qualitates concurrere videntur in personis dictorum fra-
trum. Nam quòd sint filij Virginiæ vxoris d. Ludouici
Gorij Veliterni, bene probant primus testis iuxta 13. &
14. interrog. & secundus iux. 32. Constat etiam quod Vir-
ginia vxor Ludouici Gorij erat neptis Faustinæ testatri-
cis, vt bene probāt primus testis iux. 9. de auditu ab Equi-
te Sebastiano Gipsio, & melius secundus iuxt. 31. & super
22. artic. qui dicit, quod ista Virginia erat neptis Faustinæ
& Sebastiani, quia inter se ita nominabantur, & reputa-
bantur, & bene coadiuuantur ex 8. teste consanguinea E-
quitis Sebastiani de Gipsiis iuxt. 12. quæ deponit de audi-
tu à parentibus ipsius testis, quòd Faustina habebat fratrem
2 nomine Bernardum, qui fuit pater Virginiæ, ex quo † tra-
ctatu & nominatione bene probatur consanguinitas ad
effectum successionis, ad trad. per Alex. consil. 51. nom. a.
lib. 1. Aym. consil. 249. sub num. 2. Alb. consil. 83. num. 21.
3 Et sufficit † in hoc probare quasi possessionem consan-
guinitatis, Afflict. decis. 25. in princ. ¶ Nec refragatur,
4 quod hi testes sint singulares, quia † concurrentibus ad-
miniculis bene probant, Aret. cons. 36, nu. 4. Paul. de Cast.
cons. 250. Crauet. 178. nu. 8. Roland. cons. 82. nu. 47. libr. 2.
Dec. consil. 272. num. 4. versic. & hoc idem probatur, &
consil. 163. nu. 2. vers. & per hoc non obstat. ¶ Primò, enim
concurrit nominatio Faustinæ in testamento, vbi vocat
nepotes filios Virginiæ, & identitas personæ præsumitur
cùm de aliis non appareat. Aymon. consil. 269. numer. 3.
¶ Secundò, concurrit denominatio eiusdem familiæ de
Frarinis, vt apparet in instrumentis productis, in quibus
Faustina & Virginia appellantur de Frarinis. ¶ Accedit
etiam donatio facta per Sebastianum Virginiæ de salario
sibi debito per communitatem Veliternam, quæ præsu-
mitur facta ob vinculum consanguinitatis. Quibus om-
nibus simul iunctis Domini in hanc sententiam iuerunt,
vt satis dicatur constare, Flaminium & fratres de Goriis
esse nepotes Faustinæ testatricis, & per consequens vo-
catos esse ad fideicommissum post mortem Sebastiani &
successiuè Octauij & Marci Antonij de Gipsiis sine filiis
masculis legitimis & naturalibus decedentium. ¶ Non
obstat si dicatur, quòd primus & secundus testis sint con-
iuncti in 3. gradu dictis de Goriis, quia secundus testis, vt
5 ipse deponit, non est coniunctus, sed affinis, quo † casu
ei non diminuitur de fide, vt dicit Ias. qui alios citat, in l.
admonendi, nu. 180. ibi confirmo & fortius, ff. de iureiur.
Et licèt primus sit coniunctus in 3. gradu, dicitur, quòd
deponit tantùm super parentela matris dictorum de Go-
riis cum d. Faustina testatrice, ad cuius probationem ad-
mittuntur similes testes: & tantò magis, quòd est coniun-
ctus in tam remoto gradu, & testes prædicti sunt notæ, &
probatæ fidei, & propterea in nihil diminuitur de fide
eorum, licèt essent coniuncti, Ias. in citata l. admonendi,
num. 80. ibi item prædicta omnia. ¶ Et si dicatur, quòd 8.
testis tempore depositionis fuerit annorum 48. in circa,
& propterea inferatur, quòd tempore mortis Faustinæ te-
statricis esset nouem annorum, dicitur: Primò, quod te-
stis prædicta deponit fuisse 48. annorū in circà, & sic non
deponit de tempore certo, & † propterea relinquitur ar- 6
bitrio iudicis, ad l. primam, §. ait prætor. ff. de iure deliber.
Et hoc casu standum esset declarationi ipsius testis, qui
bis in 2. & 4. interrogatoriis deponit, quod tempore mor-
tis Faustinæ testatricis erat annorum 10. & sic proximus
pubertati, quo † casu potest in ætate legitima testificari 7
de his, quæ in ea ætate vidit, & audiuit, secundùm Aret. &
Felin. in c. vltimo, de senten. excommun. glo. in c. relatum,
37. distinct. glos. in l. 3. §. Iulia. de testib. & Dec. in l. 2. §. fin.
in fi. vbi de communi. de reg. iur. & Felin. in c. cum nobis,
num. 9. in fin. de præscript. vbi idem firmat & dicit, † quod 8
potest etiam deponere de his, quæ vidit in infantia, quan-
do fuit talis materia, quæ potuit cadere in sensum infan-
tis, vt dici potest in casu nostro, postquam iste 8. testis erat
coniunctus dictæ Faustinæ, & cognouit eam à pueritia, &
per multum tempus insimul habitarunt, vt deponit in 11.
interrogatorio, ex qua cohabitatione & conuersatione est
credendum, eam rectè recordari de his, quæ vidit & audi-
uit in dicta ætate 10. annorum de persona dictæ Faustinæ.
Secundò dicitur, quòd dictus 8. testis deponit de auditu à
suis parentibus, & propterea potest bene stare, quod tem-
pore mortis testatricis esset minor: sed tempore quo au-
diuit ea, quæ deposuit, esset maior facta. Et sic nulla diffi-
cultas super hoc fieri potest.

BVBALI.

Salamantin. pensionis. Lunæ, 9. Maij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Sententia continens vnam summam si non valet in toto, non valet etiam pro illa parte, pro qua iustè cōdemnatio fieri poterat.*

Imò continens maiorem summam quàm petitum fuit, redditur notoriè iniusta. nu. 2.

3 *Forma in sententiis potius quàm materia attenditur.*

Et eò magis in censuris, quæ de sui natura sunt indiuiduæ.

4 *Executio de aliqua re facienda semper intelligitur cū clausula, si ita est.*

5 *Nullitas & sententia non potest sustineri ex nouiter deductis.*

DECISIO CCXXI.

FVit per Dominos resolutum, sententias declaratorias
incursus censurarum ad fauorem Reuerend. Episco-
pi Giennen. extra Rotam latas, tanquam notoriè iniustas,
esse reuocandas. Cùm enim iam resolutum fuerit, pen-
sionem, de qua agitur, deberi ad rationem ducatorum
auri Hispaniarum, & esse soluendum Romæ, expensis
tamen D. Episcopi, prout antiqua pensio reseruata fue-
rat, & sententiæ declarent dictum Antonium incidisse
in censuras ob non solutionem 160. ducat. auri de Came-
ra, qui sunt maioris valoris tanquā continentes maiorem
summā, quàm ea, quæ verè deberetur, sunt nullæ & noto-
riè iniustæ, nec possunt sustineri pro parte. Quia quando
sententia continet vnam summam, si non valet in toto,
non valet etiam pro illa parte, pro qua iustè condemnatio
fieri poterat, per ea quæ tradit Put. decis. 320. ad instātiam
Archiepiscopi Turritan. lib. 1. quā passim secuta est Rota,
præsertim in illa Larinen. frumenti de anno 1577. coram
R.P.D. Blanchetto, & de anno 1576. coram R.P.D. Robu-
ster.

2 ster. In † sententiis enim potius forma, quàm materia at-
tenditur, vt inquit Salyc. in l. 2. C. de re iudic. Et hoc maxi-
mè procedit in cēsuris, quæ de sui natura sunt indiuiduæ.
¶ Nec seorentiæ saluari possunt ex eo, quia in monaste-
rio contineatur tantùm quantitas 360. ducat. absque il-
la qualitate de camera. Quia hoc potius arguit nullitatem
sententiarum, cùm in eis expresse dicatur de ducatis auri
3 de camera, & sic † tanquam cootinentes maiorem sum-
mam, quàm peritum fuerat, redduotur notoriè iniustè.
Et magis in terminis intrat decis. Put. supra allegata. Nec
dici potest, quòd sententiæ habeant relationem ad literas
pensionis. Quia cùm exprimant certam quantitatem iux-
ta tenorem literarum, potius stant demonstratiuè, quàm
restrictiuè. Quòd magis suadetur ex effectu postea sub-
secuto, cùm D. Ant. pro obtinenda absolutione à censu-
ris, coactus fuerit soluere ducatos auri de camera hic in
vrbe. ¶ Placebat etiam Dominis, sententias prædictas es-
se iniustas, ex quo literæ reseruationis pensionis coram
A. C. non fuerunt iustificatæ, prout iustificari debebant,
4 etiam quòd precederetur executiuè, quia † semper sub-
intelligitur clausula. si ita est, ad not. in c. 2. de rescript, Mo-
hed. decis. 304. Et fuit resolutum in alia Salamantin. pen-
sionis coram R. P. D. meo Lancellotto de anno 1572.
¶ Non obstar, quòd prætendatur, literas fuisse iustifica-
tas coram Iudice ordinario pendente in Rota, & quòd
ex iuribus postea productis coram A, C. satis dicantur iu-
stificata narrata in dictis literis. Quia ex his non excludi-
tur nullitas, & iniustitia censurarum, quæ ex eisdem iusti-
5 ficari debent. Nec † possunt sustineri ex nouiter dedu-
ctis, Innoc. in c. prudentiā, n. 6. de offic. deleg. cum aliis per
informantes, presertim stantibus protestationibus D. An-
tonij, quod non procedatur ad declaratoriam, nisi verifi-
catis verificandis.

BVBALI.

Callaguritan. fructuum. Vener. 18. Martij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Canonici duo absentes possunt pro seruitio Episcopi fructus suarum prabendarum percipere.*
Imò etiam inferiores clerici dummodo concurrat dispensatio Episcopi, & vtilitas Ecclesia. nu. 2.
Vel vigeat necessitas Episcopi. nu. 4.
3 *Cultus diuinus debet augeri, non autem diminui.*
5 *Vicarium constituere Episcopus de necessitate non tenetur.*
6 *Vicarius deputatus à capitulo sede Episcopali vacante habetur pro prasente ad effectum lucrandi fructus. & quare.*

DECISIO CCXXII.

DOminus Licentiatus Otheus de angulo portiona-
rius Ecclesię Callaguritan. deputatus fuit in Vicariū
seu prouisorem Episcopatus Callaguritan. per Reueren-
dis. D. Episcopum, qui etiam illum recepit in familiarem
suum & continuum commensalem. Verum cùm pro ex-
ercitio suæ iurisdictionis & commoditate totius diœcesis
resideret in oppido Lucronij, vbi alij prouisores residere
consueuerunt, introducta coram me lite inter prædictum
D. Otheum, & capitulum Ecclesiæ Callaguritan. super
fructibus dictæ portionis, an d. Otheo deberentur in ab-
sentia, proposui dub. An in casu, de quo agitur, inspecta
dispositione iuris communis, & circumscriptis aliis cir-
cumstantiis facti, debeantur fructus suæ portioois D. O-
theo. ¶ Quod dubium negatiuè resoluendum Domini
1 censuerunt: quamuis enim † statutum sit, vt pro seruitio
Episcopi duo canonici absentes suarum præbendarū fru-
ctus percipere possint, per text. in c. de cætero, & in c. ad
audientiam, de cleric. nō resid. quem text. videntur aliqui
Dd. extendere etiam in inferioribus clericis, dummodo
2 † cōcurrat dispensatio Episcopi, vt per Ioan. Andr. in d. c.
ad audientiam, vers. dici potest, quem ibi sequuntur Butr.
nu. 9. Card. q. 4. Imol. nu. 13. Io. de Ana. in princ. Anch. in 5.
notab. ¶ Hoc tamen non ita indistinctè Domini admit-
tebant in inferioribus clericis, sed ita demum concurren-
te etiam vtilitate Ecclesiæ, iuxta distinct. Abb. in c. ad au-
dientiam, nu. 8. quem sequitur Sylu. de benefic. part. 4. q. 6.
nu. 33. & aliâs Rota ita tenuit, vt per Put. decis. 294. in vna
Placentin. lib. 3. Non enim est tanta communio inter Epi-
scopum & clericos inferiores, sicut est inter Episcopum
& canonicos, qui sunt membra corporis eius, vt conside-
rant prædicti Doct. Et cùm hæc materia sit damnosa Ec-
clesiis, & per eum † diminuatur cultus diuinus, potius est 3
restringenda, quàm relaxanda, vt inquit Abb. in c. cùm di-
lectus, nu. 7. de cleri. non resid. ¶ Neque hic considerari
potest vrgēs necessitas Episcopi, vel vtilitas Ecclesię, quo-
rum † alterum in proposito requiritur ad hoc, vt inferio- 4
res clerici possint lucrari fructus in absentia, iuxta prædi-
ctum distinct. Abb. Quia de vrgenti necessitate Episcopi
non constat, cùm verisimile sit, alios in dicta diœcesi re-
periri æque idoneos, vel exercētes dictum officium Pro-
uisoris, & hanc vrgētem necessitatem D. Otheus probare
tenetur, cùm sit fundamentum intentionis suæ. ¶ Minus
ex deputatione personæ dicti Othei in Vicarium resultat
vtilitas Ecclesiæ, quia Vicarius deseruit soli Episcopo, &
officium eius est voluntarium. Nam † Episcopus non te- 5
netur de necessitate coostituere Vicarium, Put. decis. 45.
die 5. Nouembris. lib. 2. Et in hac materia non sufficit vti-
litas totius Episcopatus in genere, sed requiritur vtilitas
Ecclesiæ in specie, vt per Ioan. And. in cap. 1. sub nu. 3. ver-
sic. item intelligendum est, de cleri. nō resid. in 6. Et quam-
uis Vicarius deputatus † à capitulo sede Episcopali vacā- 6
te, habeatur pro præsente ita, vt fructus lucretur, vt per
Pauin. de potestat. c. sede vacante. 10. quæst. 2. parte princ.
sub nu. 5. quem sequitur Rebuff. in prax. de Vicar. num. 4.
tamen ea ratio ibi assignatur à Pauin. quia censetur esse
in seruitio Ecclesiæ, cùm magis commodum sit Ecclesiæ,
vt deputetur vnus, & non exerceatur iurisdictio per to-
tum capitulū, propter difficultatem congregandi capitu-
lum & discordias, quæ possent oriri inter singulos, quæ
ratio non militat in Vicario deputato ab Episcopo. Nec
potest suffragari d. Otheo illa ratio, quòd officium suum
nemini debet esse damnosum. Quia ex salario, quod sibi
ab Episcopo prestatur, potius officium erat sibi lucrosum,
quàm damnosum. ¶ Reseruarunt tamen Domini viden-
dum an ex eo, quòd portionarij in Ecclesia Callaguritan.
interueniunt in capitulo, & in aliquibus habent vocem,
possit dispos. d. cap. ad audientiam, comprehendere etiam
istos portionarios.

DECANI.

Roman. pecuniaria de Vitellis. Lunæ, 28.
Maij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Verborum proprietas attendenda est, & ab ea non recedendum.*
Et eò magis vbi interuenit stipulatio.
Et precipuè contra fundantem se in verbis.
Fallit, nisi aliter constet de mente contrahentium etiam in materia stricta. nu. 2.
3 *Mentem contrahentium allegans aliam fuisse quàm ipsa verborum proprietas ostendit, tenetur probare.*
4 *Verbum vnum & idem potest ex diuersitate rationis, diuersimode intelligi.*

DECISIO CCXXIII.

PRoposui dubium in caussa Roman. pecuniaria de Vi-
tellis, *an attenta saltem lata significatione verborum possit
dici, quòd sit verificatus secundus euentus de concordia, per re-
cessum à lite in casu, & ad effectum, de quo agitur.* Et die Lu-
næ, 28. Maij, 1583. licèt Domini admitterent, quòd secun-
dum largam significationem verificatur euentus huius-
modi per recessum à lite secundùm ea, quæ deducunt in-
formantes pro parte Illust. & R. P. Dom. Iulij Vitellij, quæ
etiam informantes pro Illust. D. Alphonso non negabant,
nihilominus fuit conclusum non esse attendendam hanc
latam

1 latam significationem, cũ reg. iuris † sit à proprietate verborum non esset recedendum, l. non aliter, de leg. 3. Alex. cons. 28. num. 8. vol. 1. Dec. consi. 41. in prin. Præsertim, vbi interuenit stipulatio, quæ stricta est, & non larga, vt per Cald. cons. 7. de verb. signifi. quod maximè procedit contra fundantem se in verbis, l. veteribus, de pact. bene Bald. in cons. 413. num. 2. vers. aut in contractibus, vol. 5. Quæ omnia informantes pro Illust. Dom. Alfonso bene deducunt. Et † quamuis a proprietate verborum recedatur
2 etiam in materia stricta, & atteodatur larga significatio, prout in stipulatione tradit Aret. in d. leg. quicquid astringendæ, num. 6. & Ang. in l. tale pactum. §. fin. col. 1. circa med. de pact. hoc tamen procedit, vbi constat de mente contrahentium, quia verba inseruiunt intentioni agentium, l. Labeo. §. fin. de supellect. lega. l. 3. C. de libe. præter. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poss. & in stipulationibus & in contractibus stricti iuris tradit. Alexand. cons. 34. num. 8. vol. 2. Cùm autem de mente non constet, nisi quatenus ipsa verba importent, l. si alij, de vsufruct. lega. tradit Dec.
3 consil. 305. num. 1. sequitur, † quòd qui allegat, mentem contrahẽtium aliam fuisse quàm ipsa verborum proprietas ostendat, tenetur hoc probare, ex quo habet regulam iuris contra se, ex qua fundata dicitur intentio partis aduersæ, vt per Franc. in rubr. de reg. iur. in 6. num. 5. Ias. in l. cætera, in 3. not. num. 3. de leg. 1. Dec. in l. 1. num. 8. de reg. iur. ¶ Non obst. modo deducta per informantes contra Do. Alfonsum, ex quibus prætenditur constare de mente & intentione ipsius. Nam in primis illud fundamentum, quòd talis fuerit mens & intentio bonæ mem. Dom. Iacobi vnius ex contrahentibus, prout aliàs fuerat resolutum, non placuit Dominis. Primò, quia inter ipsum Dominum Iacobum, & Do. Alfonsum respectu huius intentionis adest ratio diuersitatis, cùm ipse Dom. Alfonsus sit hæres Cardinalis, non autem Do. Iacobus. Vnde ipse Do. Alfonsus poterat consequi commodum & emolumentum ex concordia, quæ sperabatur fieri ratione cameratiatus, non autem ipse Do. Iacobus, cuius nihil intererat. Et per consequens ex diuersis non potest fieri illatio, iuribus vulgar. Et ita † ex diuersitate rationis vnum & idem
4 verbum potest diuersimodè intelligi, l. 2. de offic. proconsul. Secundò, quia ista mens & intẽtio D. Iacobi. bo. mem. superuenit ex post facto, cùm fuerit deprehensa ex literis ipsius, & ex obseruantia subsecuta post contractũ, prout in resolutione. Vnde non potuit tempore contractus innotescere D. Alfonso. Et propterea non potest inferri ex intentione vnius ad intentionem alterius cõtra proprietatem verborum, & stante diuersitate rationis, vt supra dictum est, præsertim cùm ante contractum huius concordiæ adsit contractus præcedens de consequenda notabili quantitate pecuniarum ratione cameratiatus, cui contractui correspondent literæ. Ex quibus simul iunctis resultat vrgens coniectura, quòd Do. Alfonsus non intellexerit se obligare in istum euẽtum recessus à lite simpliciter, sed in euentum, in quem aliquam quantitatem consequeretur propter eius interesse, quod habet tanquam hæres Cardinalis. ¶ Ex quibus Domini cõcluserunt, non esse recedendum in isto casu à proprietate verborum, qua attenta dici non potest, contractum corruere sub prætextu, quòd alia fuerit intentio, & mens Illost. & R. P. D. Iulij, cùm de tali mente aliter non constet, quàm ex ipsa verborum propria significatione, cui standum est, per supradicta.

DECANI.

Placentin. vsurarum, Veneris, 9. Decembris, 1583.

SVMMARIA.

1 *Constitutum non probat primum extremum in caussa spolij seu interdicti recuperandæ, nisi data validitate contractus.*

2 *Possessorium remedium ex conditione, l. si quis conductionis, C. loca. non procedit, vbicunque locator agens non probauit se possedisse.*

3 *Dispositio. l. si quis conductionis, C. loca. vt habeat locum requiritur locatio.*

4 *Suspensio petitorij fundati super contractu habito vel gustato pro nullo, non prodest in possessorio.*

5 *Materia, quæ detrahit possessioni, in qua se fundat agẽs possessorio, debet esse de iure admissibilis, & concludens.*

DECISIO CCXXIV.

Stante serie facti, quæ de consensu vtriusque partis continebatur in certis præsuppositis, dubitatum fuit in caussa Placentin. vsurarum, *an Abbati & monasterio competat actio spolij, vel aliquod remedium possessorium pro consequenda possessione dictarum terrarum.* Et die Veneris, 9. Decembris, 1583. fuit resolutum nõ competere. Et omissa illa exceptione, quæ prætendebatur ratione rei iudicatæ vigore sententiæ, seu sententiarum latarum extra Rotam, & quæ non poterat esse releuans, nisi via earum iustitia secundùm stylum Rotæ, ratio seu fundamentum Dominorum fuit, quia quantum ad possessorium recuperandæ possessionis deductum pro parte Abbatis necessarium est docere de primo extremo, pro quo fundando, dum allegabatur constitutum appositum in instrumento, fuit responsum, † constitutum non operari hunc ef- 1
fectum, nisi data validitate contractus, vt per Doct. in l. 1. §. si vir vxori, & ibi post alios, Ias. nu. 18. de acquir. possess. congerit Tiraq. de constit. possess. par. 3. lim. 7. fere per totum. ¶ Quantùm verò attinet ad secundum remediũ possessorium † ex conditione. l. si quis conductionis, C. loca. 2
Domini pariter fuerunt in voto non competere in casu isto, quia text. ille limitatur, vt non procedat, vbicunque locator agens nõ probauit se possedisse, vt per Grat. cons. 90. num. 13. & seq. vol. 1. Præterea in casu isto non constat legitimè de locatione, & † tamen ad effectum, vt intret 3
ille text. hoc requiritur, vt per informantes pro Dominis de Scottis, & congerunt Modest. de recuper. possess. nu. 11. remed. 38. Neque potest dici constare de possessione, cùm iam contractus prædictus reperiatur vulneratus, & per consequens possessorium huiusmodi pendet à petitorio. Vnde † suspensio facta de ipso petitorio non prodest, 4
cùm antea fuerit gustata nullitas dicti contractus, ad tex. in ca. 1. de restit. spoliat. cum ibi notatis per Doct. Materia † enim, quæ detrahit ipsi possessioni, in qua se fundat 5
agens possessorio, est de iure admissibilis, & concludens. Rot. decis. vlt. de restit. spoliat. in nou.

DECANI.

Rauennaten hæreditatis. Mercurij, 24. Nouembris, 1582.

SVMMARIA.

1 *Testator potest duos heredes instituere sub contrarus conditionibus.*

2 *Ademptum sub conditione sub contraria conditione censetur datum.*

Declaratamen, & limita, vt num. 3.

4 *Vxor instituta sub contraria conditione, si ante aditam hæreditatem declarat se velle transire ad secunda vota, institutio matris subintrat.*

5 *Hæreditas sub contraria conditione censetur data, vbi ademptio, seu translatio, vel priuatio est facta sub conditione.*

6 *Cautio mutiana succedit loco adimplementi.*

7 *Hæres contrauenieus conditioni, sub qua est institutus, desinit esse hæres & iuris dispositione quoad omnes effectus.*

8 *Factum sub modo in dubio potius præsumendum est, quàm sub conditione.*

9 *Institutus si sit aliquis sub contrarus conditionibus dato sibi altero instituto in casum contrauentionis, vterque dicitur institutus.*

10 *Ademptum sub conditione potestatiua dicitur ademptum per viam fideicommissi, non autem conditionis casualis.*

DECISIO CCXXV.

ITerum fuit per me proposita caussa Rauennaten. bo-
norum seu hæreditatis sub die Mercur. 24. Nouembr.
1582. Et quamuis principaliter pro parte dictarum soro-
rum, quæ prætendunt testamentum fratris esse nullum
sub prætextu, quòd mater ipsius testatoris non fuisset in-
stituta in primo gradu, prout de iure requiritur, fuit re-
stricta difficultas, *an doctrina Fab. & Aret. de qua in priori
decisione applicetur ad casum, de quo agitur:* nihilominus Do-
mini steterunt in decisis, eò quia decisio aliàs facta non
fundatur solùm in doctrina Aret. & Fab. sed nititur aliis
fundamentis, prout in copia decisionis per me data.

¶ Vlterius tamen pro maiori confirmatione concluse-
runt Domini, prædictam doctr. Aret. & Fabri applicari
ad casum nostrum non obstantibus multis & satis longis
5 informationibus exemplo datis. Cùm enim de iure † ve-
rissimum sit, testatorem posse duos hæredes instituere
sub contrariis conditionibus absque eo, quod alter dici-
tur institutus, alter substitutus, vt probant prædicti Doct.
si probatur, quòd testator in casu ita fuerit, sequitur ne-
cessariò, quòd doctrina allegata applicetur. Quòd autem
testator hoc fecerit, probatur. ¶ Primò, ex verbis ipsius
testamenti, quæ ita sunt directa respectu matris, sicut re-
spectu vxoris, ex quo testator vsus est eisdem verbis re-
spectu vtriusque, ibi, *constituisco herede, &c.* Quòd autem
adsint duæ contrariæ conditiones, probatur, quia vxor
fuit instituta hæres sub conditione, si vidua vixerit, & ho-
nestam vitam seruauerit, quod deducitur ex eo, quia sine
dubio sub contraria conditione priuatur huiusmodi hæ-
2 reditate, cùm † ademptum sub conditione sub contraria
conditione censeatur datum, l. aliquando de condit. &
demonstra. cum aliis allegatis in d. decisione. Stante igi-
tur, quòd vxor fuit instituta sub conditione, sequitur ne-
cessariò, quòd mater censeatur instituta sub contraria. Et
ita bene applicatur supradicta doctrina. ¶ Neque potest
applicari illud fundamentum, quod deducitur in contra-
rium, ex tradit. per Bart. in l. 1. §. item si ita. nu. 2. in fin. ad
3 l. Falcid. & per Ruin. in consi. 48. nu. 4. lib. 2. ¶ Quia † pro-
cedunt, vbi ademptio seu translatio fit in pœnam, & reli-
ctum remanet purum. ¶ Et in casu nostro conditio adie-
cta institutioni vxoris, cùm possit habere locum etiam
ante aditam hæreditatem, ademptio seu priuatio cense-
tur fieri iure directo ita, quòd vxor non esset hæres, sed
4 † subintraret institutio matris, si vxor ante aditam hære-
ditatem declarasset se velle transire ad secunda vota, vt
considerat Ruin. consi. 170. alias allegat, lib. 3. prout etiam
hoc idem voluit Ruin. in consi. 48. num. 4. lib. 2. dum alle-
gat Doct. in l. paterfamilias, de hæred. instit. nam Bart. ibi
num. 4. bene facit pro ista parte, & bene declarat Soc. in
rub. ff. de his quæ pœn. nomen. ad fin. ¶ Vnde etiam tol-
litur alia consideratio, quòd vxor in isto casu non sit in-
stituta hæres cõditionaliter, sed purè, vel sub modo. Quia
contrarium apparet ex verbis testamenti. Cùm enim ma-
nifestè ademptio seu translatio, seu priuatio, seu exhære-
5 datio sit facta sub conditione, censetur sub † contraria
conditione data hæreditas, d. l. aliquando. de condit. & de-
monstrat. tradit Bar. in d. l. paterfamilias, nu. 2. de hæred.
instit. Ruin. d. consi. 48. num. 4. lib. 2. & d. consil. 170. lib. 3.
Et licèt testator vocet illam hæredem, intelligitur tamen
mediante relatione, quòd sit hæres conditionaliter.

¶ Prout etiam tollitur alia consideratio, quòd testator di-
sposuerit quædam esse adimplenda per vxorem, quæ non,
nisi adita hæreditate, adimpleri possunt, quia licet ex istis
non colligatur conditio, colligitur tamen ex aliis verbis.

¶ Non obstat, quòd ista conditio non possit adimpleri,
6 nisi in vltimo vitæ spiritu. Quia † cautio Mutiana succe-
dit loco adimplementi, l. Mutianæ. de condit. & demon-
strat. In quibus terminis si fiat cõtrauentio per hæredem,
resoluitur vsque ab initio. Et † licèt fuerit hæres, desinit 7
esse hæres ex iuris dispositione quoad omnes effectus,
Imo. in d. l. mutianæ, num. 40. & Soc. sub num. 1. Et conse-
quenter tradita per Paul. de Castr. consil. 5. & consil. 77.
libr. primo, cùm aliis allegatis. Non obstat, quia procedũt,
quando aliquid est implendum post aditam hæreditatem.
¶ Similiter regula, quæ † habet, quod in dubio potius di- 8
cendum est, qood aliquid sit factum sub modo, quàm sub
conditione, non intrat, quia non sumus in dubio stanti-
bus verbis testamenti. ¶ Multæ autem differẽtiæ, quæ ad-
ducebantur inter conditiones, de quibus loquuntur Fab.
& Aret. & istam adiectam institutioni vxoris, nõ fuerunt
habitæ in consideratione per Dominos. Quia satis est,
quòd conueniant ad effectum, de quo agitur, validitate,
scilicet, testamenti, vt patet ex supradictis. ¶ Neque ob-
stat, quòd institutio vxoris tanquã principalior sit atten-
dẽda, ita quòd institutio matris debet haberi pro substitu-
tione. Quoniam in primis repugnant verba testamẽti, &
quia etiam Faber, & Aret. præsupponunt, alterum ex duo-
bus institutis sub contrariis conditionibus fuisse primo
loco nominatum, & nihilominus † vterque dicitur hæ- 9
res institutus, non autem alter institutus, alter substitu-
tus, vt in l. Lucius Titius, in fi. de hæred. instituen. Ex quo
etiam tolluntur omnia ferè adducta in contrarium.

¶ Minùs etiam facit, quòd in casu Aret. & Fab. vtraque
conditio sit caussalis: at conditio adiecta institutioni vxo-
ris sit potestatiua. Quia exemplo nulla vrgens ratio dif-
ferentiæ resultat. ¶ Quod enim dicit Paulus de Castr. d.
consi. 77. libr. 1. quod quando † aliquid adimitur sub con- 10
ditione potestatiua, dicitur ademptum per viam fidei-
commissi, non, autem quando adimitur per viam condi-
tionis caussalis. Quia dictum Paul. de Castr. debet intelli-
gi secundùm doctrinam Barto. quam allegat. in dict. leg.
paterfamilias, nu. 6. de hæred. instituen. vbi Bart. loquitur,
quando exhæredatio fit post acquisitam hæreditatem:
tunc enim vult quòd inducatur fideicommissum. Quod
apparet ex ratione, quam allegat, dum dicit, quia semel
hæres non potest desinere esse hæres. Et ita expresè dicit
ibi Imo. nu. 8. Ex quibus apparet, quod quæstio non est,
conditio sit potestatiua, vel caussalis, sed an exhæredatio
fiat ante vel post aditam hæreditatem. ¶ Postremò non
obstat, quòd constat de voluntate testatoris in contrariũ.
Quia hoc negatur: nam secundùm istam intelligentiam
subuerteretur testamentum, quia mater fuisset præterita,
quod non est dicendum, vulgata l. 3. de milit. testam.

SERAPHINI.

Placentina bonorum. Lunæ, 23. Maij, 1583.

SVMMARIVM.

1 *Probatio resultans ex actuum correspectiuitate dicitur clara & plena.*

DECISIO CCXXVI.

DOmini perstiterunt in resolutis, probationem Il-
lustriss. Dom. Cardinalis esse plenam, cùm ex a-
ctuum correspectiuitate † probetur vno & eodem tem- 1
pore fuisse plures contractus conclusos inter Bottos sci-
licet, & Commendatarium contractum transactionis,
inter Bottos & Pelagattum contractũ venditionis aqua-
rum, inter Pelagattum & Commendatarium cõtractum
venditionis earundem aquarum, inter Commendata-
rium, & Puteo boncllos contractum venditionis terra-
rum, ex qua connexitate actorum apparet vno & eodem
tempore omnia gesta fuisse, quamuis confectio scripturæ
in aliud tempus dilata fuerit. Ideoque sequi, quod tẽpo-
re venditionis aderant illæ 6000. lib. debitæ Ecclesiæ, ex
quibus dissolui poterat æs alienum, & hanc esse claram,
& non præsumptiuam probationem. An verò pro aliis
debitis

debitis potuerit illas pecunias retinere Commẽdatarius, videndum erit, firmato prius, quid ex dictis testium, & aliis prætensionibus Puteobonellorum colligatur.

SERAPHINI.

Roma. pecuniaria. Lunæ, 12. Februarij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Contractus, in quo est facta mentio de pretio, venditio præsumitur.*

2 *Dispositio l. scriptura, ff. qui potio. in pigno. habe. quo casu procedat.*

3 *Scriptura priuata iuncta cum adminiculis probat.*

DECISIO CCXXVII.

FVit resolutum, fundatam esse intentionem Liuiæ & litis consortium in hypotheca, de qua in eorum instrumentis, cuius ratione competit Saluianum. Probatur quoque possessio Io. Sodalis ex apocha scripta a. Iunij, 1570. ex qua apparet, quòd saltem pro scutis 365. erat vẽ-
1 ditio, cùm † sit facta mentio pretij, glo. in l. vlt. C. de præd. cur. lib. 10. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 2. num. 1. & ideò fuit reducta quantitas pretij arrendæ ad scuta 5. quia pro concurrenti quantitate scutorum 365. erat facta vendi-
2 tio. Non † obstat l. scriptura, qui pot. in pignor. hab. quia procederet, si super illa scriptura vellent actores fundare eorum intẽtionem: sed cùm habeant hypothecam ex instrumentis publicis possunt reliqua probare etiam per testes: ideò non applicatur. Quod ex alio etiam suadetur, quia hic non adest periculum amissionis, cùm ex illa scriptura non agatur, sed solùm probetur dominium scri-
3 pturarum. Præterea cessat difficultas † ex adminiculis, ad not. per eundem Tiraq. ibid. §. 1. glo. 7. num. 55. & 59. Non obstat recognitio, quia ea detegitur quoad hanc partem vel falsa, vel erronea, neque debet præiudicare creditoribus, per allegata hic per informantes.

SERAPHINI.

Romana scripturarum. Veneris, 10. Iunij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Scriptura dubia recipit interpretationem à scriptura clara.*

2 *Contractus vsurarius non præsumitur nisi probetur.*

DECISIO CCXXVIII.

FVit conclusum solutionem pecuniarum, de quibus in apocha receptionis, factam fuisse ad computum pretij scripturarum, non autem ad computum fructuum arrendæ. Primò, quia apocha clarè cantat ad computum pretij scripturarum, cui concordant testes. Et confirmatur optimè ex reductione fructuum, quæ fieri non poterat, nisi ratione huius solutionis, maximè, cùm incipiat à mense Februarij, & solutio procedat de mense Ianuarij: sed (quod potissimum vrget) apparet proportionatam esse reductionem ad pretium: cùm enim scuta 365. auri in auro constituant fere 333. ducatos de camera, quæ erat tertia pars totius pretij scripturarum, diminuta quoque fuit arrenda pro tertia parte, nempe ad ducatos quinque, cùm prius esset ducatorum septem cum dimidio. Neque dicendum est ex alia caussa reductionem fieri potuisse: argueretur enim falsi vtraque apocha, quæ cantat, reductionem factam fuisse ratione restantis summæ, & sic hac apocha, quæ in libello est descripta, vtitur Mossardus, & eam approbat, ideò verisimilis est, vt quod in ea dicitur, ad bonum computum dictæ arrendæ, intelligi debeat, id est, ad bonum computum partis pretij scripturarum ar-
1 rendatarum, quia † scriptura dubia recipit interpretationem à scriptura clara, & illa verba, ad bonum computum arrendæ, non possint recipere eam interpretationem, vt solutio facta fuisset pro arrenda anticipata solutione: es-
2 set enim contractus vsurarius, quod † in dubio dicendum non est, l. si pater, quo in fraud. credit. l. merito, pro socio. Fel. in cap. 1. num. 13. de offic. iud. delegat. & cùm scriptura producta per creditorem sit clara, scriptura verò producta per Mossardum sit dubia, tunc probatio fieri debet contra producentem, glo. in verbo, dubium, & ibi Docto. in cap. 1. de probat. præualet autem probatio clara coniecturis, & ideò cessant alias deducta in contrarium in resolutione coram me facta, à qua fuit recessum.

ROBVSTERII.

Valentin. matrimonij. Veneris, 3. Iunij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Domus accommodatio ad alloquendum inter virum & mulierem indicium maximum facit ad probandam carnalem copulam, seu delictum.*

2 *Iniuria facta vni ex consanguineis omnibus facta censetur.*

DECISIO CCXXIX.

DOmini tenuerunt, testes, de quibus agitur, tales pati exceptiones, vt ex eis sponsalia non probentur: de eis namque duo tantùm testes de vera scientia deponunt, Hieronyma Torres & Hieronymus Pintor, quæ Hieronyma ter fuit examinata, prima vice, 3. Septembris, 1568. in iudicio criminali in regia audientia, secunda 15. Octobris, 1572. tertia 6. Ianuarij, 1573. coram ordinario, & tamen in primo examine, quo tempore res erat recentior, nil deponit, nisi de auditu a Petro, & super 8. dicit se nil amplius scire, & tamen in secundo & tertio examine deponit omnia articulata de visu & propria scientia, & insuper in primo examine ad primum interrogatorium dicit, quod iam sunt 13. vel 14. menses, quod exiit è domo Beatricis, & sic iam fuerat expulsa è dicta domo saltem de mense Augusti, 1567. & nihilominus in tertio examine super secundo in fine, dicit, quod quando id fuit, ipsa manebat in domo dictæ Beatricis, & in secundo examine dicit, quòd id fuit de anno 1568 quod etiam videtur dicere Hieronymus Pintor super tertio, dum dicit, quòd sunt quatuor anni cum dimidio vsque ad quinque, & sic percutit annum 1568. quia est examinatus de mense Septembris, 1572. & tamen (vt apparet ex dicto Hieronymæ) ipsa de mense saltem Septembris, 1567. fuerat expulsa è dicta domo. Hinc enim insurgit manifesta & aperta contrarietas, & insuper in primo examine super primo dicit, quòd steterat in dicta domo per 13. & 14. menses, in tertio dicit, quod per 6. vel 7. ¶ Accedit, quòd ista mulier est vilis & lena, quia fatetur in secundo examine, quod deferebat literas Petri Beatrici, qua de caussa fuit à matre Beatricis expulsa, & consequenter tractat de se exonerando ab isto lenocinio, astruendo probationem matrimonij, quod idem etiam dicebant militare respectu Hie-
ronymi, quia ad effectum se ad inuicem † alloquendi ac- 1
commodauerat domum Petro, l. & si amicis, ff. ad leg. Iul. de adult. maximè, quia propter dicta colloquia deinde deuentum fuit ad deflorationem, Dec. post Alexan. consi. 123. colum. 3. Accedit secundum Dominos, quòd Hieronyma dicit in tertio examine super secundo, quod locus, in quo ipsa existebat, distabat à loco, in quo loquebatur Petrus per 50. palmos: vnde fit maximè inuerisimile, quod de re simili tractata secreto à partibus loquerentur tam alta voce, vt exaudiri possent à distantia per quinquaginta palmos. Videbatur etiam Dominis, quòd in secundo & tertio examine multùm ista mulier animosè deponat.

¶ Reliqui etiam duo testes adducti ad probandam confessionem Petri vehementes patiuntur exceptiones.

¶ Gaspar enim medicus, est valde amicus Beatricis, vt deponunt testes examinati pro parte Petri, & insuper fuit examinatus contra Petrum in regia audientia in caussa criminali, vbi agebatur de periculo vitæ, & Didacus Lopez, & Ioannes Baptista Pasqual examinatus pro parte Petri deponunt de mutuo odio, & inimicitia Petri, & dicti Gasparis. Addunt petrus Sancho, & Antonius Ballado & Iacobus Roiz pro eadem parte examinati aliquas malas qualitates huius testis, quæ illi multum detrahunt de fide. ¶ Bartholomæus del Rogo est cõsanguineus Bea-

tricis: habet enim in vxorem consobrinam patris Beatricis, vt ipsemet fatetur. Vnde cùm iam sit sequuta copu-
2 la, iniuria dicitur facta † omnibus consanguineis, ex quo resultat præsumpta inimicitia testem repellens. Gab. de testibu. conclus. 9. nu. 12. In caussa enim vbi de iniuria agitur, repelluntur omnes sanguine coniuncti, quia iniuria dicitur facta toti consanguinitati. Abb. in ca. cùm oporteat, col. 2. numer. 3. versic. aut, agitur de crimine, de accus. vbi Felyn. col. 2. in fin. vers. & ista procedunt. & idem Felyn. in c. literas, num. 8. de præsumpt. Accedit, quòd isti duo testes, Gaspar & Bartholomæus sunt singulares. Gaspar enim deponit de confessione facta Valentiæ, & Bartholomæus de confessione in loco de Ayora, ex quibus non probatur confessio. Afflict. decis. 164. ¶ Vnde cùm hæc confessio non sit probata, non potest adminiculare dicta illorum duorum testium deponentium de vera scientia, qui tam graues exceptiones patiuntur.

ROBVSTERII.

Romana fideicommissi de Maximis. Veneris. 30. Aprilis. 1574.

SVMMARIA.

1 *Conditione deficiente quoad primos substitutos non est locus sequenti substitutioni, ex communi.*
2 *Copula, &, inducit repetitionem qualitatis præcedentis.*
3 *Dictio, item, denotat principium alterius subsequentis.*
4 *Fideicommissum reciprocum an inducatur ex clausulam, ordine successiuo semper succedant in infinitum, perpetuo remaneant in cippo, ne bona transeant in alienam familiam.*

DECISIO CCXXX.

FVit resolutum, non esse inductum fideicommissum in fauorem D. Horatij. Nam Dominicus senior testator fecit plures gradus substitutionum, & in secundo gradu substituit filios Petri, Angeli, Lucæ, & Iuliani, cum conditione, si sine filiis masculis moriantur, seu alter eorum moriatur, & viuente Dominico obiit Iulianus, postea obierunt tres supradicti filij cum filiis, adeò quod expirat hæc substitutio, & propterea cæteræ aliæ subse-
1 quentes expirarunt, quia † quando deficit conditio quoad primos, non est locus sequenti substitutioni. l. si mater. §. 1. l. qui habebat, de vulg. Oldrad. consil. 21. Alexan. cons. 139. in primo dub. volu. 6. cuius opinio est communis & absque omni dubitatione. Socin. iun. consil. 111. num. 20. in primo. plures referuntur hic per R. P. D. Aldobrandinum, & alios refert Menoch. cons. 85. num. 46. Dec. consi. 636. ¶ Non obstant considerationes factæ à contraria parte, per quas conantur probare inductum fuisse reciprocum fideicommissum propter illa verba, ordine successiuo semper succedant vsque in infinitum, perpetuo remaneant in cippo, ne bona transeant in alienam familiam. Nam ad istas omnes respondebatur, quòd intelliguntur regulari à supradicta conditione, si sine liberis, & cùm illa defecerit deficiunt vires istarum clausularum, prout respondent supradicti doct. allegati.
2 ¶ Secundò, considerando illam copulam, &, cum † ea inducat repetitionem qualitatis præcedentis fideicommissi. leg. Seiæ. §. Caio. de fundo, instruct. & considerat in hac materia. Ias. consilio 228. nume. 2. volum. 2. Item conside-
3 rando illam dictionem, item, quæ † est posita continuatiuè & denotat principium alterius subsequentis. Bart. in L. 1. de public. Socin. consi. 10. numer. 26. in primo. ¶ Et par-
4 ticulariter ad † verba, ordine successiuo, & ad verbum, semper, quod est iuxta dictam clausulam, respondet Alex. dict. consilio 139. numero 3. versic. & substitutio sequens. ¶ Ad verbum, in cippo, respódet, vt supra. Ruin. consi. 153. numer. 5. in fin. libr. 2. Et ad verbum, vsque in infinitum, iuxta dictam clausulam, Cephal. consi. 17. num. 9. Ias. dict. consi. 228. colum. fi. in prin. volum. 1. vbi quod retorquetur propter copulam, &, quæ refert qualitatem. Ad verba, ne transeat in alienam familiam, respondet ita Alex. dict. consi. 139. nu. 3. vers. & substitutio sequens. Soc. iun. consil. 21. num. 33. vol. 1.

ROBVSTERII.

Romana societatis 500. Veneris, 21. Octobris. 1580.

SVMMARIA.

1 *Contractus dependens à caussa alterius censetur repetitus cum iisdem personis, qualitatibus, & obligationibus.*
2 *Notificatio declarationis non inferentis nouum grauamen, non est necessaria.*
3 *Protestatio non intimata tenet in præiudicium protestantis, licet non noceat ei, contra quem fit.*

DECISIO CCXXXI.

FVit resolutum, vsque ad diem decreti Visitæ commodum & incommodum secundæ societatis initæ inter Peregrinum & Aloysium Alphonsi spectasse ad Horatium, non autem ad Peregrinum. Clarum est enim, quod vigore prioris contractus Horatius tenebatur releuare indemnem Peregrinum: cùm autem Peregrinus coactus fuisset soluere, & pecunias ad societatem capere, prout ipse declarauit, vt in tertio præsupposito, totum incommodum ratione præcedentis obligationis pertinebat ad Horatium, & per consequens etiam commodum pertinere debet. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. Non obstat. quòd Horatius non fuit nominatus in contra-
1 ctu secundæ societatis, quia † cùm ista fuit contracta ex caussa primæ, sufficit, quod hoc Peregrinus haberet in animo. Bal. in l. ei qui seruo, vers. sed venio. C. quod cum eo. Non obstat, quòd intimata non fuit huiusmodi declaratio Horatio, quia cùm ex illa nullum nouum grauamen ei inferretur, quia † iam erat obligatus conseruare 2
indemnem Peregrinum, non erat necessaria notificatio. Ruin. consi. 106. num. 1. & 2. vol. 1. Secundò, † protestatio 3
non intimata tenet in præiudicium protestantis, licet non noceat ei, contra quem fit ipsa protestatio. vt per l. sed si socius. §. 1. ff. pro soc. cú pluribus aliis auctoritatibus. tradit Rub. Alex. in l. non solum. §. morte. num. 237. ff. de oper. noui nunt. Non obstat, quòd Peregrinus fecerit carcerari Horatium pro restitutione sortis principalis, & fructuum primæ societatis, quia pro restitutione secundæ non poterat conueneri, cùm Peregrinus adhuc non restituisset. Vnde cùm primæ satisfecisset pro restitutione illius, factæ eo modo, quo facta fuit, potuit obtinere mandatum de carcerando.

ROBVSTERII.

Romana societatis 500. Veneris, 17. Februarij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Decretum ex se non inducit nouationem.*
2 *Cessio nominis debitoris non acceptata non operatur nouationem.*
3 *Promissio facta nomine absentis non dicitur acceptata nisi sequatur ratificatio.*
4 *Socij cessi consensus interuenire debet.*
5 *Fideiussorum nouorum præstatio, & dilatio data non habet vim solutionis.*

DECISIO CCXXXII.

DOmini fuerunt concordes, post decretum Visitæ commodum & incommodum societatis spectasse ad Horatium, non autem ad Peregrinum, ex deductis in resolutione facta sub die 21. Octobris, anni præteriti. Non obstat, quòd per decretum Visitæ fuit facta nouatio, stante cessione nominis debitoris & fideiussionibus præstitis, iuxta formam dicti decreti. Primò enim † decretum ex se non inducit nouationem, Bart. in l. nepoti 1
ff. de fundo instruct. Cessio † pariter nominis debitoris 2
non acceptata non operatur nouationem. Gabriel. de a nouatio. conclus. 1. numero 5. & 7. Non obstat stipulatio

latio Horatij: nam hoc casu, quo Peregrinus obligaba-
tur actiuè & passiuè, cùm teneretur vitæ Horatij pericu-
3 lo creditū suum subiicere, nisi sequatur † ratificatio, non
dicitur acceptata. Rub. Alex. consil. 117. numero 50. cum
4 aliis allegatis. ¶ Præterea non interuenit consensus † so-
cij cessi, qui interuenire debebat. glo. in l. si fratres. §. idem
respondit, in verbo, ideò. ff. pro socio. Item fideiussorū no-
5 uorum † præstatio, & dilatio data, nec habet vim solu-
tionis, Bald. in l. fin. versic. sed quæro. C. ad leg. Falcid. nec
nouat. idem Gabriel. in loco allegato, nu. 30. Non obstat,
quòd Peregrinus non intimauerit Horatio disdictam
primæ societatis, quia declaratio facta sibi nocet, licet
forsan Horatio nocere non posset, vt in supradicta de-
cisione.

ROBVSTERII.

Albanen. solution. debitorum. Veneris, 23. & 30. Maij. 1578.

SVMMARIA.

1 *Traditio bonorum alteri facta non tenet in præiudicium donatarij habentis donationis vigore anteriorem hypothecam.*
Limita secus esse in traditione facta vigore hypotheca ante donationem comprehendentis bona donata: aliàs secus, nisi in subsidium num. 2.
Item limita, vt nu. 5.
3 *Portionis appellatione intelligitur de ea, quæ pleno iure spectat ad portionorium, non autem de illa, quæ potest sibi auferri ratione hypotheca.*
4 *Res transit cum caussa, & onere suo.*
5 *Creditores quando possint auocare à donatorio particulari rem donatam.*

DECISIO CCXXXIII.

PRincipaliter fuit actum de satisfactione debitorum
Christophori, in quo fuit constituta regula pro Illu-
striss. Dom. Cardinali donatorio, quòd regulariter ipse
non teneatur ad satisfaciendum de bonis Albani credi-
toribus dicti Christophori, nisi illi sint cum hypotheca,
& ante donationem factam, quia perfecta donatio con-
ditionem non recipit, & alteri per alterum non potest
fieri iniqua conditio, & qui prior est in tempore, potior
est in iure. Et tantò magis, cùm in donatione adsit am-
1 plissima hypotheca, quod † caso, traditio alteri facta non
est, quoad hoc alicuius momenti. l. qui balneum, & l. po-
tiori. ff. qui pot. in pign. habe. cū aliis per Anton. Gabriel.
de empt. & vendit. conclus. secunda, num. 36. versi. octauo
limita. Vnde cessant, quæ pro parte dicti Christophori
dicuntur de traditione tam in facto, quàm in iure, vt hic
bene per informantes dicti Cardinalis. ¶ Ad illa verò
debita, quæ fuerunt contracta ante donationem cum hy-
potheca tali, quæ capiat rem donatam, bene tenetur di-
ctus Cardinalis, licèt fuerit sibi postea facta donatio, &
2 secuta sit traditio, quia † vigore hypothecæ anterioris
posset à se auocare res donatas pro obseruatione contra-
ctus præcedentis, quousque esset illi satisfactum de inte-
resse, quod ascendit vsque ad summam illius crediti ante-
rioris, & sic sequitur idem effectus. Oldrad. consi. 124. nu-
mero 4. cum aliis per Tiraquel. de retract. conuentio. §. 3.
glo. 1. numer. 4. & Anton. Gabriel. ibi, nume. 29. versic. ter-
tio, limita. Et isto respectu, hoc est, quoad anteriora cre-
dita cum tali hypotheca, quæ comprehendat Albanum,
bene intrat, quod dicitur pro parte dicti Christophori:
Nam in sequenti donatione, dum dicitur de portione sua
ciuitatis Albani, est intelligendum de illa portione sua,
3 quæ † pleno iure spectabat ad eum, vt post alios cumulat
Aymon. consil. 144. numer. 9. Non autem de illa tata, quæ
actione hypothecaria auferri poterat ab eo. leg. omnes
actiones. §. non videtur, de regul. iur. Res enim transit
4 † cum caussa & onere suo, vt post Paulum, & alios con-
siderat Decius. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. numero 33.
versic. & pro ista opinione, de constitut. & in cap. nouit,
num. 13. in fin. versic. sed contra istam. de iudic. Ias. in leg.
qui Romæ. §. Flauius, numer. 14. de verborum obligation.
Non autem applicatur ista ratio ad debita postea con-
tracta ex supra deductis: imò, vt dicebant Domini, non
reperitur iure cautum, quòd si donans soluat debitum,
possit agere contra donatarium rei particularis. Et † licèt 5
quandoque creditores possint auocare à donatario parti-
culari rem donatam, vt post alios Abb. consil. 102. num. 2.
in fin. cum sequent. in secundo. Guid Pap. decis. 104. De-
cius consi. 237. num. 6. versic. sexto, tamen id verum esset,
si creditores comparent, & probarent fraudem donantis,
& alia requisita, vt videtur præsupponere Doct. citati, &
tradit Ripa. in cap. cum M. Ferrarien. numero 190. cum
sequen. Nam difficile videbatur quibusdam, quòd dictus
Christophorus possit allegare fraudem in his à se com-
missam fuisse, iuxta notat. per Rotam. in antiq. de testa-
mentis, decis. 8. Vnus tamen ex Dominis tenebat, quòd
non est necessaria probatio fraudis in ista reuocatoria à
creditoribus intētata, de quo tamen cùm opus fuerit, age-
tur. An autem hic adsint debita præcedentia, aut sequen-
tia sint contracta in extinctionem præcedentiū, & actio-
nes sint cessæ, & interim supra deducta, esset ad partem vi-
dendum præsupposita clara scientia facti, quia partes multa
dicunt, & finguntur, quæ non leguntur in scripturis datis,
& præcipuè quoad domum Doganæ, & creditum Don.
Lælij Vrsini. Nam alia in pluribus bene enacuantur in me-
moriali Bisciæ. Quoad collocationem grani, Domini di-
xerunt, illam non esse faciendam super illo.

ROBVSTERII.

Oscen. Prioratus. Die 20. Iunij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Bulla Pij Quinti reuocatoria regressus quomodo intelligatur.*
2 *Ratio scripta in lege ampliat eius dispositionem.*
3 *Dispositionis initium si est generale, seu eius ratio, tota dispositio dicitur generalis.*
4 *Correspectiuitas ex quibus deprehendi potest.*

DECISIO CCXXXIV.

FVit conclusum, in caussa Oscen. Prioratus sub die Lu-
næ, 23. Ianuarij 1581. quod in casu, de quo agitur, Ioã-
nes non potest dicere, ius a se non fuisse abdicatum. Potis-
simum fundamentum Dominorum fuit bulla sanctæ me-
moriæ Pij Quinti reuocatoria regressuum. Nam licèt † in 1
eius dispositiua prædicta bulla videatur loqui de iure re-
grediendi, seu de regressibus, non autem, quando quis
prætendit ius a se non fuisse abdicatum, vt prædictus Ioan-
nes, fuit tamen responsum, aliud esse dicendum ex inten-
tione, & mente ipsius disponentis, quæ clarè colligitur ex
procemio ipsius bullæ, ad text. in l. fin. de hæred. institnen.
Vult enim summus Pontifex de Ecclesia Dei tollere hæ-
reditariam beneficiorum successionem, ac libertati bene-
ficiorum prouidere. Quibus rationibus attentis non est
restringenda interpretatio bullę, vt dicebant informantes
pro Ioanne, sed potius eius dispositio est amplianda, cùm
† ratio ampliet dictum, l. pater, §. dulcissimis, de legat. 2. 2
Abb. in c. 1. num. 8. de iuramen. calum. Fel. in cap. ma nos,
nu. 3. de iureiorand. cùm rationes istæ reperiantur scriptæ
in procemio ipsius bullæ. Vnde dicunt Doct. quod ita pro-
cedit text. in leg. filium, in eo. ad Macedo. quia ratio re-
peritur scripta, in l. si. eo. tit. vt per Gozad. cons. 35. nu. 14.
post prin. & consi. 59. num. 7. & consil. 102. nu. 17. faciunt
not. per Bart. in leg regula. §. penult. & text. ibi. in §. fin. vbi
gl. in verbo, nam initium, de iur. & facti ignoran. vbi con-
cluditur, † quòd si initium dispositionis est generale, seu 3
ratio est generalis, tota dispositio est generalis: eludere-
tur autem, & de facili posset fieri fraus huiusmodi con-
stitutioni, seu illius rationibus, si reuocato regressu pos-
set quis dicere reuocatoriam sibi non obstare, sed velle

vti iure primæuo tanquam à se non abdicato. Hoc enim pacto non tolleretur hæreditaria beneficiorum successio, neque Papa posset prouidere personę vili cōtta expressam eius mentem, & finalem rationem, qua motus fuit ad huius odi constitutionem reuocatoriam edendam, quod non est dicendum. ¶ Fuit insuper in casu isto considerata quædam ratio particularis contra Ioannem. Nam quemadmodum ipse asserit se nō fuisse rettocessurum in Hietonymum, si cogitasset: quod ingressus, quem sibi in sua rettocessione reseruabat, deberet reuocari, & per consequens ius a se non fuisse abdicatum: ita è conuerso Hieronymus potest asserere se non fuisse cessurum in Ioannem, nisi & ipse in eius fauorem rettocessisset, & sic ius remansisset penes ipsum, quæ cōsideratio desumitur ex eo, quòd vnus, & idem constituitur procurator, & ex breuitate temporis, quòd intercedit inter vnum, & aliud mandatum. Ex quibus saltem ad eliciendam intentionem ipso-
4 tum resignantium, † deprehendi potest correspectiuitas, vt per Anch. in consil. 434. numero 3. Aymon. consil. 153. num. 8. & 9. licet prædicta fortasse non sufficerent ad inducendam Symoniam.

ROBVSTERII.

Mantuana bonorum. Die 13. Iannuatij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Agens ad rescissionem transactionis, quot conditiones & circumstantias probare debeat, & nu. 3.*

2 *Negatio simplex non facit rem dubiam, nisi aliquid probabiliter adducatur.*

4 *Prohibens aliquem testari seu disponere in vltima voluntate de bonis suis, punitur in duplum, & bona applicantur fisco.*

DECISIO CCXXXV.

IN Positione huius caussæ, vt finem illi citius imponere possem, præsupposui fine veri prætdicio, bona hæreditaria D. Baptistæ ascendisse & ascendere ad valorem 120000. scutorum aut saltem 100000. scutorum, & dubitaui, *an ex deductis constet de enormi, aut enormissima læsione.* ¶ Et non obstantib. istis, & aliis adductis Domini steterunt in decisis cotam R. P. D. Btauo, ex tunc allegatis, & modo repetitis, præcipuè, quia cùm versemur in transactione, per quam recessum fuit à litibus, & controuersiis ciuilibus & criminalibus motis ad instantiam fisci, & inter partes, & in dies poterant aliquæ aliæ moueri, & quidem magni momēti, vt ex deductis apparet, ideò non est inspiciendus valor solus bonorum, & temissio, etiam quòd læsio potuisset rescindere transactionem, sed est inspiciendus dubius euentus controuersiarum, iura, probationes & coloratæ prætensiones, temissiones hincinde, qualitates personarum, & caussarum, quorum omnium valor communis huius dubij euentus erat ve-
1 rificandus per agentem † ad rescissionem, vt bene per Abb. consil. 64. num. 3. in primo. & Aym. consil. 151. nu. 26. cum sequen. Moder. Lusit. de Pinel. in leg. 2. part. 1. cap. 4. numer. 12. cum sequen. C. de rescind. vendit. ¶ Nec solùm erat probandus communis valor habito respectu ad iura & probationes factas, sed etiam ad prætensiones co-
2 loratas & probabiles. Nam † licèt res non efficiatur dubia per simplicem negationem vel affirmationem, tamen vbi aliquid adducitur coloratè vel probabiliter, tunc efficitur dubia ad istum effectum, vt debeat haberi ratio huius dubij euentus litis, vt ibi per eos, & per Felyn.
3 in cap. significauerunt, num. 4. de testibus, & non † solùm debuit haberi ratio controuersiarum, & litium motarum, sed etiam si suspicari poterat citra calumniam mouendarum. l. 2. vbi Bart. & alij. C. de transact. Pedem. decis. 91. numer. 23. ¶ Hic autem nedum non constat clarè de valore huius dubij euentus plurium controuersiarum motarum, & verisimiliter mouendarum, sed ex pluribus circumstantiis adductis verisimiliter Domini arbitrabantur, nullam adfuisse læsionem, stante maximè præsentia tantorum Principum: Nam (vt hic bene cumulant informantes) plures erant deductæ in iudicio coloratæ prætensiones contra istos, quia allegant læsiones ciuiles, & criminales, omnes mortales, & per quas poterant de facili isti nedum succumbere, & excludi ab hæreditate defuncti, sed etiam puniri in duplum, ex illo solo, quòd prohibuissent patruum disponere in vltima voluntate de bonis suis, & si † non essent soluendo, potuissent alij ha- 4
bere regressum contra bona fisco applicanda. Cuma. in rub. si quis aliquem testari prohib. Salyc. Cum. & alij. in l. 1. eod. tit. Alexan. consil. 172. in 5. stante maximè, quòd ostenditur minuta cum tot circumstantiis, quod nec refert, quòd nulla adsit querela partis ad hoc, quoniam verisimiliter poterat spectari, & moueri etiam palam, nedum secrete adhætendo fisco. ¶ Non obstat, quòd non esset falsitas notia, cùm mulieres non sint idoneæ testes in testamentis, quia defunctus non se restrinxerat, cùm dixerat, Dominus Dominantium, & pro validitate actus. cùm adessent quinque testes, poterant vti codicilli valore, vt hic bene per informantes, & quoad effractionem carcerum poterat pars verisimiliter adhærere fisco publicè vel secretè. ¶ Non obstant prætensa onera in portione istorum, qui dicunt se esse grauatos, adiecta, quæ, vt pro parte ipsorum prætenditur, diminuunt summam 22000. ducatorum ipsis in transactione assignatam, ad multò minorem: nam quicquid sit, oneta non probant læsionem, quia nō est probatus communis valor dubij euentus controuersiarum. ¶ Alia euacuantur plenissimè hic per informantes, & res apud Dominos nullam habuit difficultatem ex capite non verificati valoris communis dubij euentus, quia (vt dictum est) nullo modo fuit probatus: & tamen clarè debuit probari: imò concurrunt tot & tanta, ex quibus facilè potest præsumi, quòd non potest probari aliquid, quod releuet.

BLANCHETTI.

Perusina pœnæ. Veneris, 5. Martij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Agens ex contractu vltro citroque obligatorio debet docere se adimpleuisse etiam in minimo.*

2 *Actio vel exceptio primæua non extinguitur ex iure cesso, nisi probetur negligentia acceptantis, agentis vel exigentis ex iure cesso.*

3 *Interpellatio necessaria est quoad effectum pœnæ incurrendæ etiam stante iuramento.*

DECISIO CCXXXVI.

FVit resolutum, non constare, quòd Diana satisfecerit instrumento dotali, ita vt pœnam agere possit contra hæredes Ioan. Francisci. Constat enim in facto, quod centum, quæ debantur pro residuo dotis, fuerunt soluta à fotoribus Dianæ eidem de anno 1555. post mortem Ioan. Francisci, & post transitum ad secunda vota. Et † in iure 1
dubium non est, quòd agens ex contractu vltro citroque obligatorio debet docere se adimpleuisse etiam in minimo, Dec. in l. cum proponas, *la seconda*, numet. 5. de pact. Rolan. consi. 53. num. 28. libr. 1. Et fuit resolutum his diebus in vna Vrbeuetana bonorum, cotam D. meo Cotta. Nec obstat, quòd steterit per Capitaneum Ioan. Francisc. quominus istud nomen debitoris exegerit. ¶ Primò, quia ex instromento celebrato iam de anno 1548. patet, quòd ista solutio erat facienda ad petitionem Dianæ. ¶ Secundò non constat, istud † nomen debitoris fuisse cessum 2
Ioan. Francisco, & illud ipsum acceptasse, & sua negligentia non exegisse, quæ videntur necessatia, ex his, quæ tradit Soc. ion. consil. 8c. num. 5. lib. 3. ¶ Quibus stantibus plures ex Dominis tanquam superfluam nō votarunt secundam partem dubij, an esset necessaria † interpellatio, 3
licèt secundùm aliquos illa videretur quoad effectum pœnæ necessaria, etiam stante iuramento, ex cons. Gozad. 27. num. 10.

BLAN

BLANCHETTI.

Perusina Pœnæ. Lunæ. 9. Martij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Oratio vna respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*

2 *Pœna conuentionalis locus esse non potest, vbi agens ex ea non adimpleuerit ex parte sua.*

DECISIO CCXXXVII.

FVit resolutum, Dianam & Pompeium Burantiū promisisse Ioan. Francisco florenos mille in dotem, iuxta formam testamenti Camilli: quòd patet ex relatione sæpius repetita dicti testamenti in instrumento dotali. Non obst. præcipuum fundamentum, quòd fit pro parte Magdalenæ, videlicet instrumenti verba non esse concepta in modum promissionis, sed sonare in traditionē, quia cùm non possint interpretari aliter, quam in vim promissionis ratione sponsaliuni Dianæ, vt bene per informantes pro Monialibus, nō possunt etiam aliter declarari ratione dotis, quæ accessione promittitur in eadem oratione. Cùm
1 vna † oratio respiciens plura determinabilia, illa debeat pariformiter determinare, vulgata regula. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. Et eò magis hoc dicendum est, cum Io. Franci. fuerint data in dotem iura & actiones ex testamento prouenientes, cum omnibus oneribus, honoribus, & obligationibus in ipso contentis. In ipso autem testamēto obligatio exigendi pertinebat ad Pompeium. Cum eadem igitur obligatione dos fuit promissa. Quod coadiuuatur ex obligatione Io. Francisci, qui voluit teneri inuestire pecunias tecipiendas à Diana seu Pompeio, seu ab alijs nomine Dianæ, non autem à crediroribus, de quibus in testamento. Quibus accedit postremò verisimilis mens Ioan. Francisci, qui cùm esset de tenore testamenti informatus, vt asseritur in instrumento dotali, sciebat, quòd, si nomine creditorum legata Dianæ exigi non poterant, nihilominus hæredes tenebantur supplere eidem vsque ad summam mille flurenorum pro dote sua, ex quo non fit verisimile, vt in se voluerit periculum exigendi suscipere, quod ad alios spectabar. Quibus † stantibus sequitur,
2 quòd cùm Diana nec Pompeius adimpleuerint, non sit locus pœnæ.

BLANCHETTI.

Perusina pœnæ. Veneris, 22. Maij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Pœna conuentionalis vt exigatur, debet constare de implemento eam petentis.*

2 *Agens ad interesse ob non adimpletum contractum, debet probare de negligentia non adimplentis.*

DECISIO CCXXXVIII.

EGo proposui casum Perusin. pœnæ. In qua Domini maxime inclinatunt, quòd non constet de adimple-
1 mento † Dianæ ad effectum, vt possit exigere huiusmodi pœnam seu interesse, ex his, quæ aliàs fuerunt deducta in præteritis resolutionibus. Quod agens ex contractu vltro citroque obligatorio debet docere se adimpleuisse etiam in minimo quadranti. Non obstat calculus datus à Magdalena, quia est admodum obscurus, & incertus, & apocha est Pompeij, qui tenebatur pecunias inuestare. Præterea. Io. Franciscus non tenebatur quascunque pecunias receptas inuestire, sed tantùm illus mille florenos, qui sibi pro dote assignabantur, quos non solùm fuisse solutos, non docetur, imò contrarium apparet ex ipsamet confessione Dianæ, & sororum ipsius in transactione, in qua non modo asseritur non fuisse exactam summam, sed nec exigi potuisse: & ita tollitur fundamentum, quod fit in dictis testium, & negligentia Capitanei Ioan. Francisci in non exigendo residuum dotis, & ex compromisso de diligentia constat. *An autem Magdalena potuerit agere ad*
2 *interesse pro summa soluta?* Licèt etiam † Domini inclinent, quòd non ea, allegatis, & quia intentioni Dianæ satisfieri non poterat, quæ cùm cauisset emi sibi prædium pro fundo dotali, non vnum, sed plura prædiola emi necesse fuisset, si pro quantitate exacta Ioan. Franciscus debuisset prædia emere. Et cùm paulatim fuerit sibi enumerata summa 900. sequeretur, quod plura prædiola emere coactus fuisset, & inutiliter dotem collocasset: tamen mandatunt, vt iterum proponam caussam super eisdem.

BLANCHETTI.

In eadem. Die prima Iunij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Contractum non fuisse adimpletum, ex quibus probari possit.*

DECISIO CCXXXIX.

FVit resolutum, non constare † de adimplemento Dia- 1
næ ex mandato Ioan. Frācisci ad compromittendum, compromisso subsequuto, & transactione facta. Quæ omnia probant, centum florenos non fuisse exactos. Vnde resultat conclusio sæpius firmata, quòd agi non potest ex hoc contractu, nisi doceatur per Dianam fuisse satisfactum his, ad quæ ipsa tenebatur, præcipuè cùm intentioni ipsius satisfieri non potuisset, nisi prius ipsa dedisset florenos mille Ioan. Francisco, qui non poterat emere prædium ascendens ad valorem mille florenorum, prout tenebatur, nisi recepisset. Ex quibus & alijs deductis in decisionibus, & discursu, sequitur, quòd sententiæ sint notoriè iniustæ.

ALDOBRANDINI.

Tenutæ pontis Arrigi. Die Lunæ, 10. Martij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Possessionem qui melius probat inter plures contendentes de possessione, ille obtinere debet, & nu. 5.*

2 *Possessio resultans ex actu æquiuoco non releuat.*

3 *Testis deponens de his, quæ sunt iuris, si non reddat caussam scientiæ, non probat.*

4 *Possessio per sententiam non transfertur.*

6 *Instrumentalis possessio non releuat ad probandam possessionem.*

DECISIO CCXL.

DOmini steterunt in decisis, resoluentes Ecclesiam S. Leonardi esse manutenēdam in possessione tenutæ pontis Arrigi. Et circa hoc considerarunt tria tempora. Primum ab obitu Iacobi Rufini Commendatarij Ecclesię sancti Nanni vsque ad obitum Francisci Garghi Cōmendatarij Ecclesiæ sancti Leonardi. Secundum ab obitu d. Garghi vsque ad obitum Ascanij Sfortiæ. Tertium ab obitu D. Ascanij vsque ad diē motæ præsentis litis. ¶ Quoad
primum † tempus dixerunt, possessionem Ecclesiæ sancti 1
Leonardi esse melius probatam, quàm possessionem Ecclesiæ sancti Manni. Nam illa inprimis probatur ex depositione quarti testis ætatis annorum 60. examinati pro parte Equitis Guasconij, Commendatarij sancti Leonardi de anno 1573. qui testis iuxta octauum interrogatorium dicit se habere notitiam, & practicam dictæ tenutæ, quia pluries in ea fuit, & sunt 30. anni & vltra tempore quo manebat in seruitiis d. Garghi, & iuxta nonum se inquit vidisse, quando communitas Cellamen. quæ conduxerat dictam tenutam à dicto Gargho, soluebat eidem Gargho affictum conuentum in grano & blado, quod reponebat in horreo, cuius claues ipse testis tenebat, & quod hoc fuit per biennium, tempore testis illi inseruiuit, quod biennium facto calculo includit post obitum Rufini. Secundò probatur, quia per obitum Rufini dictus Ascanius fuit prouisus de Ecclesia sancti Manni, & inter ipsum & Garghum fuit tunc orta lis super possessione huius tenutæ. Defuncto postea Gargho collitigante Ascanius de anno 1538. obtinuit subrogari in

ius dicti Garghi, etiam quoad illius possessionem. Postea de anno 1539. obtinuit sententiam in spolio per contradictas contra interesse putantes, in qua restituitur ad possessionem dictæ tenutæ, & in dicta sententia Garghi vocatur intrusus, in qua subrogatione & sententia manifestè constat, quòd de tempore dictæ litis Ascanius nō possidebat dictam tenutam, sed illam possidebat Garghus. Tertiò coadiuuatur hæc probatio ex tertio, & 11. teste examinatis pro parte dicti Equitis Thomæ. Nam tertius iuxta 11. dicit, quòd post illos de Garghis Ascanius immediatè possedit dictam tenutam, 11. verò dicit se præcisè scire, quod post dictam litem inter Garghū & Ascanium Ascanius illam possedit in eius vita & vti membrū sancti Manni. Vltimò adminiculatur fama publica, de qua deponit dictus quartus testis iuxta dictum nouum interrogatorium in fin. & tertius testis super quarto articulo à 48. annis, & citra in circa. Non obstant testes, in quibus se fundat dictus Eques Thomas Commendatarius sancti Manni. Nam quintus iuxta 15. dicit quòd Ascanius, dum vixit possedit dictam tenutam, 6 iuxta 14. dicit quòd defuncto Rufino Ascanius illi successit, qui cœpit possessionem dictæ tenutæ, quam continuauit quamdiu vixit: in caussa scientiæ, dicit, quòd vidit, quòd Ascanius fecit fieri quosdam fossatos pro recipiendis aquis dictæ tenutæ, & quod faciebat conducere ad eius domum frumentum recollectum in dicta tenuta, & testis semel ei accommodauit suos equos ad hoc 10. etiam iuxta 14. dixit scire, quòd post obitum Rufini Ascanius possidebat dictam tenutam, & in ea tenebat colonum partiarium. Hoc idem deponit Valentinus testis olim examinatus pro parte dicti Equitis Thomæ ad perpetuam memoriam, qui testis est defunctus. Verum omnibus istis testibus respondetur, quòd debeant eorum dicta intelligi de possessione Ascanij post obitum Garghi. Nam si intelligeremus, quòd deponant de possessione post obitum Rufini, in hoc contrauenirentur dictæ subrogationi & sententiæ, & testibus inductis pro parte dicti Equitis Grimaldi, cuius probatio est validior & magis adminiculata.

¶ Circa secundum verò tempus, scilicet ab obitu Garghi vsque ad obitum Ascanij constat etiam, quòd possessio sancti Leonardi est melius probata. Nam per obitum dicti Garghi vocauit Commenda sancti Leonardi, de qua fuit prouisus Ascanius, qui eodem tempore possidebat etiam Commendam sancti Manni, adeò quod cùm vtranque Ecclesiam possideret, non constat, quòd possederit hanc tenutam magis ratione vnius, quam alterius
2 ex dictis Commendis, & propterea † possessio resultans
ex actu æquiuoco non releuat, vt notat Abb. in c. 2. in fi.
de cens. sequitur Felin. in c. cùm Bertoldus, num. 36. vers.
merito dicit Abb. de re iud. Deci. in c. in præsentia, nu. 58.
de proba. Non obstant testes adducti pro parte dicti equitis Thomæ ad probandum, quòd Ascanius possedit di-
3 ctam tenutam ratione Ecclesiæ sancti Manni, & præsertim 6. 10. 11. iuxta 14. interrogatorium, quia † cùm non reddant caussam scientiæ, ex quo deponunt de his, quæ sunt iuris, non probant. Felin. in c. cùm caussam, el 1. nu. 9. vers. fallit secundo, de testibus. Nec placuit Dominis illud fundamentum, quòd præsumitur Ascanium possedisse ex præcedentibus titulis subrogatis & sententia. Quoniam cùm habuerit etiam alium titulum, scilicet Commendæ sancti Leonardi, oritur æquiuoca probatio possessionis per supradicta. Prætereà non constat, quòd dicta
4 sententia fuerit effectuata, & † per sententiam non transfertur possessio. Cassad. decis. 7. de cau. poss. ¶ Quantùm verò ad tertium tempus, scilicet ab obitu Ascanij de anno 1533. vsque ad tempus litis præsentis, dicebāt etiam Do-
5 mini † præferendam esse probationem possessionis sancti Leonardi. Nam post obitum Ascanij Alexander Placidus possedit dictam Ecclesiam S. Leonardi, & tenutam quod probatur, quoniam de anno 1556. Communitas Cellarum constituit procuratores ad conducendum bona dictæ tenutæ à dicto Alexādro, vt in summario D. Griminaldi, nu. 14. Postea eodem anno Iulius Placidus assertus procurator dicti Alexandri eius fratris locauit dictam tenutam vti connexam sancti Leonardi dictis procuratoribus, pro tribus annis, pro annuo affictu salmarum 50. grani, vt in dicto summario, num. 15. & de solutionibus cōstat, quia de anno 1558. dictus Iulius recepit scuta 150. auri ad bonum computum primi anni, vt in summario, nu. 16. & pro 2. & 3. anno recepit etiam affictus, vt de omnib. constat in registro. fol. 125 1. & 1252. de qua etiam locatione & receptione affictus deponit tertius testis examinatus pro parte equitis Guasconi iuxta nonam interrogationem, & quintus pro parte eiusdem iuxta sextum. Coadiuuatur ista probatio, quantùm ad istud tertiū tempus. Nam post obitum dicti Alexandri dicta tenuta fuit possessa per Lepidum Placidum commēdatarium sancti Leonardi. De anno enim 1565. Iulius Placidi pater, & vti procurator Lepidi locat dictam tenutam Alexandro & Marco Antonio de Mancinis, & Iacobo Aloysij pro tribus annis pro annuo affictu 13. modiorum grani, & 4. bladi, vt in summario num. 9. postea de anno 1567. dictus Lepidus constituit procuratorem Pompilium fratrem ad locādum omnia eius bona, vt in summario nu. 7. qui Pompilius vigore dicti mandati locat de anno 1568. dictam tenutam Melchiori de Britiis & aliis nominandis ab eo pro annuo affictu 13. modiorum grani, cum pactis, cum quibus fuit locata de anno 1565. ad quam locationem habetur relatio, vt in summario num. 8. & quòd vtraque locatio habuerit effectum, & quòd eius vigore fuerint exacti affictus, probatur ex tertio teste examinato pro parte equitis Thomæ, iuxta 9. & 10. interrog. & ex 2. teste iuxta 9. & ex 3. etiam iuxta 9. & 11. interrog. & ex 4. & 5. super 5. articulo omnibus examinatis pro parte equitis Guasconi. Comprobatur etiam ista possessio, quia post obitum Lepidi religio Hierosolymitana de anno 1571. cœpit possessionem Commendæ sancti Leonardi, & annexorum pro mortuario dicti Lepidi pro 2. annis, vt in summario equitis Grimaldi num. 1. & postea pro eodem mortuario dicta religio exegit de anno 1573. à dicto Melchiore Britij, & aliis affictuariis dicti Lepidi affictum anni 1571. quem postea affictum, qui consistebat in grano, dicta religio vendidit in castro Cellarum officialibus deputatis super abundantia ciuitatis Senarum, à quibus etiam recepit pretium, & dicitur, quòd de hac venditione constat ex libris dictorum officialium, vt de omnibus istis patet in summario equitis Grimaldi numero 12. & de dicta etiam venditione grani facta dictis officialibus constat ex eisdemmet partitis extractis ex libro dictorum officialium, vt in eodem summario nu. 11. & de exactione istius mortuarij deponit etiā secundus testis examinatus pro parte Guasconi, iuxta 13. interrog. & super 4. articulo. Prȩterea, quoad dictū tertium tempus patet etiam, quòd defuncto Lepido in dicta Commenda S. Leonardi successit Antonius de Monte, qui de anno 1571. 9. Augusti, cœpit possessionem huius tenutæ, vt in summario equitis Grimaldi, numero 2. postea de eodem anno 29. Decembris procuratores dicti Antonij locauerūt dictam tenutam Aurelio Mannio, & nominandis ab eo, pro annuo affictu 13. modiorum grani, & quatuor bladi, & quinque scutorum, vt in eo. summario numero 10. defuncto postmodum dicto Antonio eadem religio Hierosolymitana pro mortuario dicti Antonij de anno 1572. 5. Septembris, cœpit possessionem Commendæ S. Leonardi, & annexorum, vt in extractu A.C. fol. 98. & die 7. Septembris, dicti anni cœpit possessionem dictæ tenutæ, vt in dicto summario nu. 3. & de anno 1573. die 26. Martij, dicta religio exegit affictum anni 1572. à dictis affictuariis pro mortuario dicti Antonij, vt in eodem summario num. 12. & de anno 1576. 15. Martij exegit ab eisdem affi-

ctuariis Antonij de Monte affictom vltimi anni pro eo-
dem mortuario, vt in dicto summario num. 20. Defuncto
etiam Antonio successit in eius Commenda S. Leonardi
Eques Guasconus de anno 1572. 13. Septembris, qui ca-
pta possessione per assertum procuratorem eius de dicta
Commenda, & de tenuta, vt in eodem summario, nu. 4. &
5. locauit dictam tenutam Iacobo, & Baptistæ de Aloysiis
pro tribus annis pro. 13. modiis graoi, & quatuor bladi, &
scutis quinque, vt in summario nu. 18. quo defuncto con-
stat, quòd dicta teligio exegit ab affictuariis scuta 74. pro
mortuario dicti Guasconi, vt in eodem summario nu. 21.
Defuncto dicto Guascono successit de anno 1576. penul-
timo Iulij in eadeio Commenda S. Leonardi Eques Gri-
maldus, qui capta possessione dictæ Commendæ, & dictæ
tenutæ, vt in eodem summario n. 22. & 23. locauit dictam
tenutam Iacobo & Baptistæ Natarellis, vt in dicto sum-
mario n. 27. à quibus ratiune dictæ locationis exegit scuta
80. monetæ, vt in dicto summario nu. 28. ex quibus omni-
bus patet circa istud tertium tempus, quòd possessio S.
Leonardi probatur continuata ab anno 556. vsque ad an-
num 1571. absque aliquo actu possessorio S. Manni. Vn-
de, si qua possessio præcedens S. Manni posset considera-
ri, illa censetur amissa seu habita pro derelicta spatio 15.
annorum in circa. Non obstat possessio capta de hac te-
nuta de anno 1555. die 16. Februarij, per procurarotes Il-
lustrissimi Cardinalis Farnesij vigore sui regressus ad Cō-
mendam sancti Manni, & alia possessio capta die seq. eius-
dem anni per procuratorem Iuliani Ardinghelij resigna-
tarij dicti Cardinalis. Quia respondetur, quòd instrumen-
ta dictarum possessionum nun sunt in forma probanti, vt
fuit resolutum coram R. P. D. Decano, die 7. Iunij, & 15.
Nouemb. 1574. Prætetea stante probatione possessionis
Ecclesiæ S. Leonardi ex deductis in secundo tēpore con-
6 stat, † quòd istæ possessiones sunt instrumentales, imò
censentur habitæ pro derelictis ex seqoenti possessione S.
Leonardi, vt in tertio tempore. Minus etiam faciunt pro-
bationes equitis Thomæ circa probationem possessionis
S. Manni: nam cùm præcedat possessio S. Leonardi ex per-
sona Alexaodri Placidi, vt constat ex supra deductis, in-
fertur, quòd illa est instrumentalis: nam Ecclesia retinet
possessionem etiam mortuo Prælato, vt fuit resolutum
coram eodem R. P. D. Decano, de anno 1573. Præterea
Domini dicebant, quòd in concursu probationum præ-
ferri debet probatio S. Leonardi, qoia constat, quòd est
magis adminiculata, & melius probata, & etiā antiquior,
& coadiuuatur ex titulo voionis, &c.

SERAPHINI.

Romana damnorum & interesse. Lonæ 3.
Martij, 1578.

SVMMARIA.

1 *Conductor tenetur ad custodiam sylue, non autem potest eam incidere, nisi aliter actum sit.*

2 *Conductor tenetur domino denuntiare damnum, quod in sylua ab aliis infertur.*

3 *Conductor obligatus ad meliorandum, si non meliorat, tenetur ad omnia damna & interesse.*

DECISIO CCXXLI.

IN hac caussa Domini concluserunt, prætensiones Ill.
Dom. Comitis Miraodulæ circa damna illata in tenuta
Carlottæ durante affictu Ill. Dom. Iulij Buffalini esse satis
probatas, tum ex testibus exaoiioatis pro parte Comitis,
tum etiam ex relatione peritorum, ita vt d. Dom. Iulius
propter contrauentionem pactorum appositorum in in-
strumento locationis ad illorum æstimationem teneatur.
¶ Nam quoad damna illata ob incisiooem lignorū con-
tra formam dicti instrumenti, videntur ferè omnes testes
hoc deponere, quod magna quaotitas lignorum, fuerit
incisa in sylua dictæ tenutæ, & in specie, quod fuerit inci-
sa à d. Iulio Buffalino conductore, probat 4. testis super
2. articulo, & 13. testis iuxta primum interroga. quod de
eius licentia fuerint incisa ligna ad effectum coquendi
caleem, & quod ligna fuerint incisa per Zaccatellū sub-
conductorē, probat primus testis super 2. articulo. ¶ Nec
obstat si dicatur oon constare, incisionem lignorum fuis-
se factam de commissione Buffalini, quia † cùm ipse es- 1
set cooductor, tenebatur dictam syluam custodire. l. in
lege. ff. loca. Bald. cons. 21. lib. 3. Paul. de Castr. in l. non
impossibile. nu. 3. & ibi Ias. nu. 5. ff. de pact. Cagn. in l. con-
tractus. nu. 45. de reg. iur. & in omnem euētum satis con-
stat de culpa d. Iulij, quia † tenebatur saltem denuntiare 2
d. Comiti damnum, quod ab aliis inferebatur in d. teno-
ta l. item quæritur. §. exercitu. & ibi glo. in verbo, non de-
nuntiauit. ff. loca. præsertim stante pacto in instrumento
locationis, quod in euentum occupationis teneatur cer-
tiorare d. Comitem. Quòd tenuta non fuerit extirpata,
nec reducta ad culturam iuxta formam pacti in locatio-
ne appositi,, & quòd ex hoc d. Comes damnum passus
fuerit clarè probant primus testis super 11. & 12. & 22.
articulis, & super 2. additur tertius super 11. & 12. & 22.
quintus super 2. interrogatorio. Quinimo probant, quòd
dicta teouta tempore, quo illam conduxit D. Iulius, in
multis locis poterat seminari, & quòd finita dicta loca-
tione dicta loca inculta remanserunt ob non extirpatio-
nem virgultorum, & sic cùm teneretur Iulius non solum
non deteriorare, sed etiam meliorare oon † meliorando 3
tenetur ad omnia damna & interesse d. Comiti, vt per
Bero, coos. 126. nu. 6. & seq. lib. 1. ¶ Cōtrauentio etiā pro-
pter calcarias & carbonarias factas in d. tenuta licèt per
testes satis probetur, tamē Domini dixerunt, quod dam-
num ex dictis calcari, pro coquenda calce & carbonariis
proueniens resultat ex incisione lignorum, quæ deser-
uiunt pro calce coquenda, & pro carbonariis, & ideò
cùm istud damnum non comprehendatur in æstimatio-
ne damni propter incisionem lignorum, non videtur,
quòd sit habenda in consideratione. Ad alia adducta pro
D. Iulio placuerunt Dominis responsiones datæ per in-
formantes pro D. Comite.

BRAVI.

Nullius Castri Montis Portij. Luoæ, 6. Mart. 1581.

SVMMARIA.

1 *Renuntiationes sunt stricti iuris, in quibus non veniunt, nisi ea, quæ exprimuntur.*

2 *Declaratio renuntiationis in eam partem, quæ magis renuntianti prosit, & minus noceat, est assumenda.*

3 *Abbas in dubio non censetur renuntiasse dispositioni c. ad aures, de reb. Eccle. non alien.*

4 *Renuntiatio non extenditur ad casum non expressum, & tantò magis diuersum, & nu. seq.*

5 *Extensio non fit de vno casu ad alium diuersum.*

6 *Retinere, & alteri sub specie retentionis velle concedere, differunt.*

7 *Prælatus si postquam declarauit velle retinere pro Ecclesia bona locata alteri relocauerit, concessio rescinditur ad petitionem descendentium, quibus renouatio debetur.*

8 *Renuntiatio iuris retrahendi non nocet renuntianti retrahenti, quando emptor velit alteri concedere, & etiam pro se retinere.*

9 *Dispositio c. ad aures, de reb. Eccles. non alien. quomodo intelligatur.*

10 *Iuris petendi renocationem inuestituræ non præsumitur quis velle renuntiare.*

11 *Caussa qualibet in renuntiationibus sufficit, vt quid non dicatur renuntiatum.*

12 *Concessio rei facta vsque ad tertiam generationem non excludit ius petendi renouationem inuestituræ.*

13 *Dictio tantum, quid importet.*

14 *Qualitas in oratione præcedenti posita, quo casu non intelligatur in sequenti repetita, etiam si sub eadem sit oratione.*

15 *Prælatus an possit bona sibi deuoluta per generationem finitam, in præiudicium venientium ab intestato, retinere saltem pro Ecclesia? quod non, nisi per ipsos iuri petendi renouationem inuestituræ renuntietur. nu. 20.*

16 *Expressum in contractu quod inest de iure communi, intelligitur caussa dubitationis tollendæ, & non requiritur, quod aliud verba operentur.*

17 *Abbas in c. vt super nu. 11. de reb. Eccles. loquitur contra communem.*

18 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare, nisi diuersimode disponatur in iure.*

19 *Renuntiatio generalis non ampliat dispositionem.*

DECISIO CCXLII.

PRæsuppositis resolutionibus in hæc caussa factis, &
instrumento inuestituræ del 1455. fuit dubitatum,
an renuntiatio, de qua in dicto instrumento, sit simplex, & absoluta in casu, quo Ecclesia velit alteri relocare, & non pro se retinere? Et fuit resolutum negatiuè, quoniam vltra id,
1 quod † renuntiationes sunt strictæ naturæ, & in eis non
veniunt, nisi ea, quæ exprimútur, Cald. cons. 5. de præben.
in fi. Dec. cons. 419. n. 9. & quod in dubio verba debent interpretari contra eum, qui legem apertiùs dicere potuit,
2 l. veteribus. ff. de pact. & ideò † declaratio renuntiationis
in eam partem, quæ magis renuntianti prosit, & minus
noceat, sit assumenda. Curt. iun. in l. post quam liti. nu. 5.
C. de pact. post Grat. cons. 17. nu. 46. lib. 1. in prædicto instrumento renuntiatio fuit per contrahentes limitata, &
restricta ad casum, quo Abbas sponte voluisset retinere
pro Ecclesia, per verba clara ibi, liceat Abbati apprehendere, & retinere pro Ecclesia, quæ nec in eodẽ Abbate retinendi necessitatem inducunt, quoniam Abbas per verbum, liceat, non renuntiauit. c. ad aures. de reb. Ecclesiæ
non alienan. quoad potestatem concedendi secundùm
3 formam d. c. Nec † est verisimile, id voluisse, vt per Cassad.
decis. 3. nu. 6. in fin. de loca. ¶ Et quoad Dominos Comites, renuntiatio prædicta extendi non poterat ad casum,
4 quo Abbas voluisset alteri relocare, quoniam † cùm id
non fuerit expressum, prout in terminis Socin. iun. cons. 9.
num. 14. in fi. lib. 3. & casus inter se sint longè diuersi, vt
per eundẽ Socin. & Dec. cons. 131. per Anto. Gabriel. lib. 3.
conclus. 1. de iu. emphy. nu. 13. cum seq. non potest aliter
5 sub altero comprehendi, nec fieri extensio † renuntiationis ex vno ad alium. l. Papinianus. ff. de minor. Paris.
cõns. 65. nu. 26. lib. 2. Gozad. cons. 1. nu. 2. Nat. cons. 38. nu.
4. lib. 1. cum aliis per Tiraq. in l. si vnquam. in præfatione.
nu. 129. C. de reuoc. donat. Et ideò alias quando domino
directo licèt retinere pro se, non potest nomine suo pro
6 altero retinere. Quia † aliud est retinere, aliud alteri sub
specie retentionis velle concedere, Guid. Papa q. 41. c. dominus directus. Quod in Ecclesia procedere tradit Ripa.
in l. fin. nu. 10. ff. de priui. cred. Alciat. in l. si mihi, & Titio.
num. 31. de verb. oblig. secundùm quos, si, postquam Præ-
7 latus † declarauit velle retinere pro Ecclesia huiusmodi
bona, alteri relocauerit, concessio tanquam iniqua rescinditur ad petitionem descendentium, quibus renouatio debetur. ¶ Placebat etiam id, quod de retractione
8 pro hac parte allegabatur propter renuntiationem † iuris retrahendi, quæ facta in venditione fundi vicini, non
obstat renuntianti, retrahenti, quando emptor velit alteri concedere, & etiam pro se retinere, vt per Cassa. in consuetu. Burgun. tit. de retract. §. 10. ad fi. cum aliis per Tiraq.
eodem tit. de retract. §. 1. glo. 9. n. 229. Mouit etiam Domi-
9 nos, quoniam † dispositio d. c. ad aures. fundatur in eo,
quòd si in illis terminis finito tempore locationis, renouatio non fieret, & Ecclesia bona facta fertilia exclusis
cultoribus aliis concederet, resultaret quædam iniquitas, quæ in Ecclesia admitti non debet, cùm sit cultrix iustitiæ, vt in cap. vnico. vers. sed diuersum seruatur in Ecclesia. de alienat. feud. vt bene tradit in propos. Paul. de Castr.
consil. 172. lib. 2. Rip. in l. 1. num. 14. de priuil. credit. Ruin.
cons. 116. num. 13. lib. 1. Felyn. cons. 42. nu. 10. Alciat. cons.
27. tom. 1. lib. 1. Et ideò non est verisimile, quòd contrahentes † huiusmodi æquitati renuntiarent, & admit- 10
terent, quod Ecclesia alteri cuicunque relocaret, & descendentes eorum operas & labores haberent deplorare,
faciunt tradita per Ruin. cons. 157. nu. 21. lib. 1. Et † in 11
renuntiationibus quælibet leuissima caussa sufficit, vt
quid non dicatur renuntiatum. Tiraqu. de retract. §. 36.
glo. 2. num. 50. ¶ Nec concessio, vsque ad tertiam genera- 12
tionem excludit prædicta. Nam quamuis ea finita, liceat
retinere, secundùm Rip. in d. l. 1. nu. 9. Alciat. in d. l. si mihi
& Titio. nu. 30. Anto. Gabr. d. concl. 1. nu. 14. si tamen velit relocare, tenetur concedere descendentibus. Ripa in
d. l. 1. nu. 14. Ruin. cons. 116. nu. 3. Felyn. in d. cons. 24. num.
10. qui hoc fundant in d. c. ad aures, & idẽ Ruin. cons. 157.
num. 15. cum seq. lib. 1. Ant. vbi supra nu. 13. de communi.
Alciat. cons. 27. num. 4. tom. 1. lib. 1. Quod etiam in Ecclesia admisit Rot. vt in illa Fauen. bonorum coram bo. me.
d. Orad. ¶ Non obstat dictio, tantùm, quoniam principaliter respicit, vt infra tertiam generationem fœminæ cum
masculis non concurrant, ita † quòd vbi aliàs, si conces- 13
sio facta fuisset pro se, & filiis ac nepotibus, simul admitterentur, Couar. varia. resolut io. lib. 2. c. 18. propter verba
illa, *masculis tantùm*, excluduntur fœminæ, nec aliquid
aliud prædicta dictio operatur, vt fuit tentum in illa Fauen. Eò magis corroboratur, quia ex prædictis dictio tantùm, ad qualificandam concessionem in masculis fuit apposita. Et ideò continuatiuè ad masculos refertur. Vnde
effectum prædictum debent intelligi expressa, non autem
ad excludendam concessionem, quæ finita generatione,
fieri deberet vel non de qua nullum verbum, ex not. per
Bart. & Scriben. in l. fin. de reb. dub. Fel. in c. caussam quæ,
limita. 3. nu. 4. de rescrip. Afflict. in constit. Neap. in rub. de
success. nobil. in Feod. nu. 64. cum his, quæ infra dicentur
ad illud de renuntiatione ll. præsertim, cùm concessio vsque ad tertiam generationem subsequatur, non autẽ præcedat, quo † casu qualitas in præcedenti posita regulariter 14
non intelligitur in sequẽti repetita, Bart. in l. Seia. §. Caio.
de fund. instruct. Alex consil. 47. nu. 3. lib. 5. Dec. in c. 2. requiris, nu. 4. in fi. & in c. inquisiti. num. 1. per tex. ibi, de appellat. etiam si sub eadem oratione constituantur. l. fin. §.
Seio. ff. de leg. 2. c. cùm singula. de præb. lib. 6. iuncta clem.
1. de suppl. neglig. prælat. Alex. cons. 48. super extract. nu.
9. lib. 1. Felin. in d. c. caussam quæ, nu. 4. limi. 7. de rescript.
Quia mens contrahentium in quolibet casu verificatur
sine repetitione qualitatis ex supra positis, vt pro masculis tantùm concessio sit, & ea vsque ad tertiam generationem procedat, non tamen ea finita excludat renouationem, maximè cum huiusmodi repetitio fieret contra dictum c. ad aures, & eius æquitatem, ad tradita per Anton.
Gabr. lib. 6. de clausul. concl. 9. num. 5. & 6. ¶ Non obstat,
quòd verba illa finita generatione, videantur sine effectu,
quoniam Domini considerarunt, quòd si huiusmodi renuntiatio non extitisset, probabiliter poterit dubitari, an
etiam si Abbas † voluisset retinere pro Ecclesia, id sibi li- 15
ceret, propter auctoritatem Decij d. cons. 131. Et tunc domini Comites ex duplici iure ad renuntiationem aspirarent, tam vbi Abbas vellet retinere, quàm vbi vellet alteri
concedere, & vtrumque intentare poterat beneficiũ dicti
c. ad aures, cui fuit quo ad primum renuntiatum, vbi vellet Abbas retinere, prout fuit resolutum in ista caussa.
Quoad illud autem vbi vellet relocare alteri, nihil fuit
conuentum. Ideò renuntiatio id non comprehendit, nec
excludit quo ad hoc beneficium dicti cap. l. si domus, cum
vulg. de seruit. vrba. præd. Paris. & alij. in princ. citati.
Sanis igitur operantur verba prædicta, quatenus excludunt dubium supra positum. Nam aliàs etiam, quando
in contractu exprimitur id, quod inest de iure communi, non

16 ni, non † apponitur vt addat, vel deroget, sed caussa du-
bitationis tollendæ, & non requiritur, quòd aliquid aliud
verba operentur, Domin. in c. si Romana. 0.9.19. distinct.
Fely. cons. 43. nu. 3. & 4. Deinde quoniam toletabilius est,
quòd declaretur in pactum deductum id, quod ius com-
mune non ponit, ex quo in his pactis solent exprimi iu-
re caura, quam quòd renuntiatio, & pactum, quod est stri-
ctissimæ naturæ extendatur, vltra quam in se contineat,
vt per Cassad. decis. 3. de locat. n. 6. & 8. Ex dicto autem in-
strumento solùm apparet conuentum, quòd finita tertia
generatione liceat Abbati apprehendere & retinere, non
autem alteri relocare. Et ideò non tollitur, quin stante
hoc pacto inter dispositio d. c. ad aures, ad quod place-
bat etiam doctrina Barb. in c. cum M. num. 158. de constit.
¶ Non obst. Abb. in c. vt super. n. 11. de reb. Ecclesiæ. quo-
17 niã † Domini dicebant, quòd in terminis c. ad aores, com-
munis opin. est contra Abbatem, vt per Paul. & Fely. Ri-
pa. Ruin. Alciat. & alios supra alleg. Non obstat, quòd si-
mul punatur casus finitæ generationis, & contrauentio-
nis, quoniam cùm prius ponatur ille, quam iste in ordine
literæ, non debet casus finitæ generationis declarari per
casum contrauentionis. l. hoc legatum. vbi Bart. ff. de leg.
3. Bald. & alij in l. qui hæredi. de cond. & demonstrar. Et
illud vulg. nõ procedit, quando diuersimode disponitur in
18 iure inter casus, quos † respicit vna determinatio, quoniã
tunc vnusquisque secundùm suam naturam debet inter-
pretari, vt per Tiraq. de retract. §. 1. gl. 18. nu. 22. cum seq.
¶ Non etiam obstar generalis renuntiatio ll. quoniam hu-
19 iusmodi † generales renuntiationes non ampliant dis-
positionem, vt per Domin. & Felyn. vbi supra. & Put. de-
cis. 73. lib. 1. Maximè, quia dicta renuotiatio est continua-
ta ad immediate præcedentia, & ideò ad ea tantum est
extendenda, ita quod liceat Abbati apprehendere, & re-
20 tinere sine aliqua contradictione ll. &c. Quibus † omni-
bus ad hoc, vt Abbati apprehendere & retinere liceat,
domini Comites renuntiarunt. ex tradit. per Sart. in d. l.
fin. ff. de reb. dub. Alex. cons. 48. n. 9. & 10. lib. 1. Fely. & Ant.
Gabr. vbi supra, & per eundẽ ibid. nu. 26. lim. 17. Deci. post
Abbat. in d. c. 2. requiris, nu. 5. & cons. 639. n. 12. ¶ Ex qui-
bus omnibus, & aliis deductis per informantes pro par-
te dominorum Comitum censentur sublata deducta pro
parte Ill. D. Cardinalis.

SERAPHINI.

Bononien. bonorum & fideicommissi de fabariis.
Die Lunæ, 18. Iunij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Fideicommisso omnes censentur grauati, quos testator copu-*
la coniunxerit.
Eò magis, vbi adest dictio, etiam.
2 *Filij filiorum expressè nominati & positi in conditione, cen-*
sentur grauati.
3 *Verbum, filij, quoties profertur à testatore, nepotes etiam*
comprehensi, & vocati censentur.
4 *Filij positi in conditione comprehendunt etiam nepotes &*
alios descendentes.
5 *Testator censetur se referre ad ea, de quibus senserat.*
6 *Dictio, ita quod demonstrat & declarat præcedentia.*
7 *Relata omnia censentur repetita cum suis qualitatibus à*
termino referente.
8 *Clausula in fine posita est referenda ad omnia præcedentia.*
9 *Interpretatio strictissima in dubio est facienda in fideicom-*
misso.
10 *Voluntas etiam tacita sufficit in fideicommissis ad faciendam*
latam interpretationem.

DECISIO CCXLIII.

Domini dixerunt, Cæsarem esse grauatum fideicom-
misso. Constat enim ex clara & aperta mente testa-
toris, Cæsarem filium Ludouici filij Benedicti hæredis
reperiri grauatum in illis verbis, & ipsos tales etiam de-
cedere sine filiis, &c. Vnde cùm testator substituerit fa-
bricam, quando sine liberis decessissent, & ipsos tales co-
pula coniunxerit, omnes † censeotur fideicommisso gra- 1
uati. l. si hæredi plures. ff. de eõd. instit. Fely. in c. ex parte. n.
mihi. 14. de rescript. Bart. cons. 92. nu. 14. in 1. part. maximè
propter illam dictionem, etiam, quæ stat implicatiuè.
Ruin. cons. 36. nu. 9. & cons. 65. nu. 18. lib. 1. ¶ Prætetea filij
filiorum Benedicti fuerunt verbis expressis nominati,
vocati, & positi in conditione per illa eademmet verba,
& ipsos † tales, & consequenter censentur grauati. Rip. in 2
l. Centurio. n. 166. ff. de vulg. & pupil. Alex cons. 64. sub. n.
1. lib. 5. Corn. cons 97. no. 2. lib. 1. Crau. cons. 155. n. 5. Ruin.
cons. 139. n. 7. vol. 3. Curt. iun. cons. 87. col. fi. ¶ Nec reuoca-
ri potest in dubium, quin in casu, de quo agitur appella-
tione filiorum veniant, nepotes: nam † quoties verbum, 3
filij, profertur à testatore, nepotes etiam comprehensi &
vocati censentur, Bart. in l. liberorum. ff. de verb. signif. per
tex. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. & idẽ Bar. in l. Gallus. §.
institués. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 191. n. 5. & Paris. con-
sil. 60. nu. 2. lib. 2. Anto. Rub. Alex. cons. 28. nu. 9. Curt. iun.
cons. 116. n. 21. in 2. vol. quod maximè demonstratur, tum
propter illam dictionem, & ipsos tales, quæ verba com-
prehendunt omnes descendentes, tum etiam quia quo-
ties † nomen filiorum ponitur in conditione, tali casu 4
veniunt nepotes & alij descendentes per l. Lucius, & Bar.
in d. l. liberorum. & in eodem. §. instituens. quẽ sequuntur
Bal. Imo. & Ang. in d. l. Lucius. Socin. cons. 249. nu. 2. lib. 2.
Crauet. eodem cons. 115. n. 8. & Socin. cons. 250. n. 4. cum
sequen. ¶ Non obstat, quòd Cæsar non possit dici gra-
uatus, ex quo sumus in conditione voluntaria, & quod
conditio alternatiua, sub qua fuerunt substituta Mo-
nasteria, si Benedictus & filij descesserint sine filiis, vel
cum filiis, dicitur vna conditio habens duas partes, cum
aliis allegatis. Quia hæc possent procedere, quando es-
semus in dubio, non quando sumus in claris, & aperta
mente testatoris, vt in huiusmodi casu. Nam testator
expressè voluit comprehendi nepotes, & pronepotes,
cùm fecerit de illis mentionem: & insuper se ipsum me-
lius & clarius declarauit, dum adiecit illa verba, seu illam
qualitatem, & ipsos tales. Et sic † refert se ad eos testa- 5
tor, de quibus senserat, argumento eorum quæ ponit
Bartol. in l. talis scriptura. de leg. primo. circa fin. per quam
qualitatem & verba demonstrauit apertè testator, de
quibus intellexerit, & † illa dictio, ita quod, demon- 6
strat etiam & declarat præcedentia. Bern. consil. 102. nu. 7.
volum. 2. Præcedentia enim comprehendunt Cæsarem,
& nullo extante ex Cæsare, tali casu intrat substitutio,
& potissimum cùm testator non fuit vsus aliqua dictio-
ne restrictiua, sed generaliter locutus fuit dicens, ita
quod ex ipsis, quod est demonstratiuum ad colum. l.
nemo dubitat, & l. hoc articulo. ff. de hæred. instituen. &
not. Bart. in l. prima in princip. ff. de nou. oper. nuntiat. re-
fertur enim ad eos, qui supra fuerunt nominati, Bursat.
consil. 175. nom. 48. volum. 2. Verùm, quia supra fecit ex-
pressè mentionem de filiis filiorum Benedicti, ideò cen-
sendum est, voluisse non solùm filios filiorum, sed &
omnes descendentes sub d. fideicommisso comprehendi,
quia omnia, quæ † sunt in termino, ad quem fit relatio, 7
censentur repetita cum omnibus suis qualitatibus in
termino referente. l. si prior. & ibi Bart. ff. solut. matrim.
l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonstra. cũ simil. Hæc est
vnica conditio, sed testator sub duplici conditione fecit
substitutionem: substituit enim Benedicto hæredi insti-
tuto vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum
filios legitimos & naturales ipsius Benedicti, & prono-
men, ipsius, restringit substitutionem ad filios Benedi-
cti. Aliud caput substitutionis est ibi, & casu quo con-
tigerit dictos Benedictum, & filios eius decedere sine
filiis masculis legitimis, & naturalibus, vel cum filiis ma-
sculis legitimis, & naturalibus. Tertium caput est ibi,
& ipsos

& ipsos tales decedere sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, ita quod ex ipsis Benedicto, & filiis nullus &c. Ecce enim, quòd voluit comprehẽdere Cęsarem ibi, dum dixit, vel cum filiis masculis legitimis & naturalibus, cui demum est facta substitutio, per illa verba, & ipsos tales, & sic de Cæsare intelligi voluit, & præcipuè cùm Cæsarem sub nomine filiorum vocauerit. per super adducta, & sic etiam tollitur, quod dicitur dicto, alternatiua, quia illud posset procedere, quando essemus in dubio. Nam quando testator adiiciendo aliquam qualitatem, seipsum declarauit, vt in casu nostro, quia postquam locutus fuerat de filiis filiorũ Benedicti, adiecit, & ipsos tales, & rursus, ita quod ex ipsis & Benedicto &c. Vnde clarissimè refert se ad eos, de quibus dixerat, per allegata. ¶ Non obstat, quòd præcedentia declarant sequentia, quia retorquendo hoc facit ad casum, de quo agitur: nam cum testator per illud pronomen, ipsis, habuerit relationem ad pronepotes, & sic ad Cæsarem, & ex Cæsare nullus fuerit superstes, vtique fuit factus locus substitutioni. Et eodem modo tollitur, quod dicitur de clausula in fine posita: quinimo cùm in præcedentibus facta sit mentio de filiis, secundo de filiis filiorum, & sic de pronepotibus, & descendentibus, vt dictum fuit. Igitur dicta clausula im-
8 mediatè apposita, & ipsos tales, ad † omnes personas superius enumeratas est referenda, d. l. talis scriptura, cum ibi notat. de legat. 1. & maximè ad proximas personas, per ea, quæ habentur in l. si idem cum eodem. cum ibi notatis. ff. de iurisd. om. iud. Vnde dicta verba, & ipsos tales, sunt referenda ad filios Benedicti, & ad alios descendentes, de quibus proximè locutus fuerat. ¶ Non obstat, quòd in fideicommissis sit capienda interpretatio strictissima &c.
9 quia † procedit in dubio, & quando non apparet de clara voluntate testatoris. Socin. cons. 213. nu. 8. vol. 1. Aym. Crauet. consil. 180. ante num. secundum. Dec. cons. 336. in fin. & cons. 384. in fi. & cons. 208. num. 3. secus tamen vbi constat de enixa & aperta mente testatoris, vt in casu, de quo agitur. Vocauit enim testator filios filiorum Benedicti hæredis, & illos sub conditione posuit per verba clarissima, & expressim posita, dũ dixit, & ipsos tales &c. Vnde cũ simus in claris, non potest admitti aliqua interpretatio. vulg. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legat. 3. l. si
10 alij. ff. de vsufru. leg. cum similibus. Accedat, † quod in fideicommissis etiam tacita voluntas sufficit, quę ex coniecturis colligitur. l. cũ proponeretur. in fi. de leg. 2. l. qui solitum. §. 1. eodem tit. l. cum auus. de conditio. & demonst. l. licèt Imperator. vbi Card. de leg. 1. Dec. cons. 287. n. 5. secunda par. & cons. 38. circa prin. 2. col. & consi. 23. sub. nu. 5. Soci. cons. 227. sub n. 1. lib. 2. Sed hæc ex abundanti, cùm verba & mens testatoris sint clarissima, nec valeant recipere aliquam restrictionem vel interpretationem, per superius dicta.

ROBVSTERII.

Roman. domorum ad Cincios. Lunæ, 16. Februarij, & 13. Martij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Illegitimi sunt incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ.*
2 *Fraudis suspicio ex sanguinis coniunctione maior inducitur.*
3 *Coniectura sufficiunt ad probandam non euidentem vtilitatem Ecclesiæ.*
Imo vnica tantum sufficit.
4 *Contractus factus de bonis Ecclesiæ inter sanguine coniunctos fraudulosus præsumitur.*

DECISIO CCXLIV.

EX iustis rationibus ordinarunt Domini, vt caussa concordetur omnino. ¶ Verum, quia non potuit fieri concordia, ordinarunt Domini, vt caussa terminaretur pro iustitia, & ideò proposui illam hodie super eisdem, & fuit resolutum, *ex omnibus simul iunctis perpetuationem & liberationem domorum non cessisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, sed in damnum illius.* Et sententia extra Rotam lata est exequenda, quia est valida & iusta. ¶ Et mouebantur Domini ex eo, quòd ista est materia suspecta de fraude, quia iam Franciscus decesserat sine filiis legitimis & naturalibus, & Rochus & Iacobus erant ætatis iam satis maturæ, etiam absque filiis legitimis, & tres ex quatuor domibus erant concessæ ad tertiam generationem legitimam & naturalẽ, quæ verisimiliter paulo post erat finienda, vt etiam euentus docuit, & demum ad Ecclesiam reuersuræ, quia aderat solus Christophorus Rector Ecclesię & filius Iacobi, qui † erat illegitimus & inca- 1
pax huius emphyteusis. Bart. & alij in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. Rursus perpetuatio ista & liberatio fiebat filio patri, & patruo, & in effectu à se ipso sibi ipsi. Nam, vt dictum est, Christophorus erat rector Ecclesiasticus, & filius Iacobi, & ad ipsum peruentura erat tam patris quàm patrui hæreditas, ideò † maior induci- 2
tur suspicio fraudis. c. fi. de instit. auth. quibuscunq;. C. de sacros. Eccles. & cùm fraus & dolus soleant occultè committi, sufficiunt in casu isto ad probandum non euidentem vtilitatem † coniecturæ, & verisimilitudines. l. quia 3
autem. §. non simpliciter, si quis omissa caussa testamenti, cum aliis per Oldra. cons. 324. col. 3. circa me. Aym. cons. 143. nu. 12. Cassad. decis. 7. n. 7. de dol. & contuma. & decis. 1. nu. 2. de vsur. vbi inquit, quòd sufficit vnica coniectura, præsertim vrgens & vehemens, hic verò sunt plures. ¶ Primò, quia contractus fuit factus non solùm inter patrem & filiũ, & patruum, † inter quos de facili præsumitur 4
fraus. l. dicta. C. de donat. cũ aliis per Bart. in l. post contractum. de donat. Rot. in antiq. decis. 361. sed etiã, vt dictum est, idem in effectu erat cedens & cessionarius. ¶ Secundò, quia euidens vtilitas tota fundata fuit in eo, quod domus Ecclesiæ essent debiles, & ruinosæ, & census, qui assignabatur, erat super domo meliori, & pro ducatis 33. dabatur Ecclesiæ census ducatorum 34. sed nedum non sunt verificata ista ex testibus, & deductis in illa asserta sententia. Nam (vt Domini tenebant) illi testes non concludunt de communi æstimatione, & iudicio, sed de proprio, & particulari opinione ipsorum, patiunturque diuersas, varias exceptiones, sed imò ex testibus & deductis pro parte Ecclesiæ probatur contrarium, vt hic bene deducunt informantes Ecclesiæ, præsertim in plena facti informatione, quæ placuit Dominis: benè enim fuit deductum in ea informatione, nõ solum domos non fuisse ruinosas, & fuisse habitatas, sed etiam quo ex earum parte, quæ locabatur, percipiebantur pensiones excedentes longè maiorem summam. ¶ Tertiò, quia in eo fuit considerata qualitas census debiti Ecclesiæ, qui erat debitus ratione proprietatis, & propter laudemia, & ex aliis caussis erat longè maioris æstimationis & tutissimus, & nullam ob caussam reducibilis, & magis commodus Ecclesię propter vicinitatem: nec quod domus potuissent locari pro longè maiori summa, & paulò post verisimiliter domus reuersuræ erant ad Ecclesiam, quia finita 3. generatione, aut ob canonem non solutum deuoluebantur. Quæ omnia considerari debebant ad effectum dignoscendi, an perpetuatio & liberatio essent vtiles Ecclesiæ, vt bene fuit consideratum in illa Romana Turricelæ coram R. D. Cantuccio. del 1578. ¶ Quartò, quia absq; alia probatione damni illud euidenter ostenditur ex sola visione loci, & euidẽtia facti, quòd istæ domus ad tertiam generationem concessæ pro annuo canone 32. ducatorum perpetuentur, & liberentur pro censu 34. ducatorum, alias empto vilissimo pretio pro ducatis 262. ad rationem 12. vel 13. ducatorum pro centenario, & vbi habemus rationem naturalem, infirmitas est intellectus quærere aliam probationem. ¶ Neque obstat, quòd in dicto puncto præsupponitur sine veri præiudicio pro nunc, quod ex deductis pro parte dicti Francisci probetur, liberationem domorum cessisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ. Primò, quia hoc domini intellexerunt præsum

præsumptiuè ex eo solo, quòd liberatio sit facta solemniter, non autem inspectis probationibus tunc factis, quæ (vt dictum est) non excludunt euidenter vtilitatem: & dicebant, quòd hoc solùm sufficeret. Secundò, quia præsuppositum non loquitur de perpetuatione, sed solùm de liberatione, & quoad perpetuationem res est clara, quòd fuit euidēter damnosa. vt ex supra dictis apparet, Tertiò, quia quicquid sit ex separatim deductis per d. Frāciscum, tamen dicebant, quòd ex omnibus simul iunctis, prout dubium cantat, resultat euidens probatio damni. § Alia plenè euacuantur per informantes Ecclesiæ, cum quibus Domini transeunt.

ROBVSTERII.

Papien. fructuum. Mercurij, 2. Decemb. 1579.

SVMMARIA.

1 *Liquidatio fructuū quomodo consideranda. cum decis. sequen.*

DECISIO CCXLV.

1 Domini distinxerunt quatuor tempora in hac liquidatione fructuum. In † primo enim tēpore incoando ab anno 1530. vsque ad annum 1545. nihil potuerunt firmare, quia non probatur de isto tempore aliqua perceptio fructuum ex istis terris, de quibus agitur. Nec instrumenta locationum de terris contiguis, & circumuicinis, & alia adminicula adducta pro parte Illustriss. Cardinalis inducunt sufficientem probationem, nisi melius coadiuuentur. Quo verò ad secundum tempus ab anno 1550. vsque ad annum 1554. fuerunt fructus liquidati ad rationem 15. solidorum pro qualibet pertica. Circa tertium tempus ab anno 1554. vsque ad annum 1558. fuerunt liquidati ad rationem 20. vsque ad annum qualibet etiam pertica. Quoad vltimum tempus, scil. pro annis 1574. 1575. & 1576. liquidarunt ad rationem trium librarum pro qualibet pertica, & hæ liquidationes bene probantur per ea, quæ deducta sunt per informantes pro parte d. Illustriss. Cardinalis. Reseruarunt tamen Domini videndum, an in his liquidationibus sit habenda ratio de melioramentis factis per Dominos Palauicinos, & Soliuetos.

ROBVSTERII.

Papien. fructuum. Mercurij, 4. Maij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Bonæfidei possessor compensat fructus cum melioramentis, declara tamen, vt nu. seq.*

3 *Prælatus male alienans rem Ecclesiæ non facit fructus suos, sed Ecclesia quoad ipsam alienatam dicitur vacare.*

4 *Fructus rei male alienatæ per prælatum possunt peti à quolibet.*

DECISIO CCXLVI.

Fvit conclusum, quòd limitatio firmata, quæ datur ad
1 regulam, quòd † bonæ fidei possessor compensat fru-
ctus contra melioramentis, vt non procedat, quādo pos-
sessor habet caussam ab eo, qui si alienasset, fecisset fru-
2 ctus suos, nō applicatur casui, de quo agitur, siquidē † di-
cta limitatio fundatur in dicto glossæ in verbo, super-
fluū in l. 1. in fi. de rei vind. quæ præsupponit, quòd alie-
nans tunc faciat fructus suos, nec ab eo tunc peti pos-
sent, quam glossam dicit ibi Bart. esse notabilem. & Bald.
in c. grauis. n. 5. de test. spol. Paul. de Castr. in l. domos. nu.
4. de leg. 1. Alex. cons. 162. nu. 2. vol. 2. At quando Præla-
3 tus † malè alienat rem Ecclesiæ, respectu dictæ rei, dicitur
Ecclesia vacare, vt dicit Bar. in l. qui fundū. §. si tutor, pro
4 empt. Et † propterea nō facit fructus suos, ita vt quilibet,
& etiam ipsa Ecclesia posset rem cum fructibus petere,
iuxta c. si quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alien. Qua
ratione aliàs Rota tenuit in caussa Pisan. liquidationis
fructuum de anno 1575. 14. Martij, quod non tenere e-
tiā quietatio facta per Prælatum de fructibus Ecclesiæ.
Quare cum Reuerendiss. D. Commendatarius hodie
agat nomine Ecclesiæ ad repetendos dictos fructus, non
potest excludi ob dictam limitationem. Siquidem prædecessor Commendatarius non potuit facere fructus suos, nec illos petere potuisse. Ideò quemadmodum ipse excluditur, ita debent excludi habentes caussam ab eo. Allegata autem in contrarium loquuntur in marito, patre, vsufructuario, emphyteota, & aliis malè alienantibus, & non in Prælato malè alienante, in quo est diuersa ratio.

ROBVSTERII.

Papien. melioramentum. Veneris, 2. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Fructus à bonæ fidei possessore peti non possunt, nisi per viam compensationis.*

2 *Libellus generalis admittitur ex clausula, ius & iustitiam ministrari &c.*

3 *Compensatio melioramentorum bonæ fidei possessoris cum fructibus licèt fiat parte opponente, tamen etiam officium iudicis, & æquitas multum valet.*

DECISIO CCXLVII.

COnclusum quòd compensatio fructuum fuit facta
ea die, qua pro parte Illustriss. Cardinalis fuit petita
condemnatio fructuum, quia cùm illi non possint peti
in hoc casu, nisi † per viam compensationis propter bo- 1
nam fidem Dominorum de Rubeis, & litis consortium,
iuxta l. sumptus. de rei vind. propterea quando fuerint
petiti, videtur deducta, & opposita hæc compensatio
tanquam in necessarium antecedens, stantibus præser-
tim clausulis cōtentis in dicta petitione, prout bene de-
ducunt informantes, & præsertim illa, deducens &c. pro-
pter quam virtualiter censetur deducta etiam ista com-
pensatio, quæ erat vnum ex præcipuis iuribus, com-
petentibus pro obtinendis istis fructibus: & etiam alia
clausula, ius, & iustitiam ministrari &c. propter quam
in † istis accessoriis, & consequutiuis admittitur libellus 2
generalis. Gabr. de clausulis, concl. 4. n. 1. & 4. § Nec ob-
stat. quòd debeat intelligi iuxta narrata, quia cùm in nar-
ratis hoc virtualiter comprehendatur, dicitur expressum
propter necessarium antecedens, & materiam consecu-
tiuam, quia censetur quis velle id, quod iura in materia
disponunt. Dec. cons. 599. num. 4. Accedit, quia hæc com-
pensatio licèt fiat parte opponente, tamen multum in ea
† exuberat officium iudicis, & æquitas, vt not. Bal. in l. si 3
constat. n. 5. vbi Salyc. n. 2. C. de compensat. Non obstant
tradita per Bal. in l. fundo. circa fi. de rei vind. quia non se
restringit ad illū modū petendi melioramenta, nec alios
modus excludit. § Minus obst. etiam tradita per eundem
in l. cum Papin. col. pen. vers. oppono cōtra hanc. l. C. de
sent. quia iste modus per viā exceptionis est cōprehensus
virtualiter, vt supra dictum est. Præterea ista non est pro-
prie comprehensio, sed impropria ratione cessantis æqui-
tatis, vt bene declarat Fulg. in d. l. sumptus. in fin.

ALDOBRANDINI.

Leodien. hæreditatis. Die 25. Iunij. 1568.

SVMMARIA.

1 *Regula reuocatoria loquens de facultatibus Legatorum de latere comprehendit etiam Cardinales.*

DECISIO CCXLVIII.

FVit resolutum, quòd † regula reuocatoria, quæ loqui- 1
tur de facultatibus Legatorum de Latere compre-
hendat Cardinales & reuocet facultates, de quibus agi-
tur. Reualidatio autem non videtur sufficientem habere
derogationem dictæ regulæ, super quo, si hæredes ex te-
stamento aliquid releuans mihi ostenderint, conside-
rabo.

ALDOBRANDINI.

In eadem. Die 11. Martij. 1569.

SVMMARIA.

1 *Reuocatoria loquens de facultatibus Legatorum de latere, comprehendit reualidationem, & etiam facultates à prædecessoribus concessas.*

DECISIO CCXLIX.

IN prima parte fuit tentum, quòd reuocatoria Leonis
1 comprehendat † reualidationem, de qua agitur, quia verba reuocatoriæ loquuntur de reualidationibus per ipsum Leonem concessis: & sic etiam comprehendit facultates à prædecessoribus concessas, & per Leonem reualidatas. In secunda parte fuit dubitatum propter clausolam, non obstantibus his, quæ Iulius in suis literis obstare non voluit, per quæ videtur repetita derogatio Iulij, quæ est prægnantissima, cui motiuo, si non satisfiat pro parte Ægidij, dubium in secunda parte resoluetur contra ipsum.

ALDOBRANDINI.

In eadem. Die 28. Martij. 1569.

SVMMARIA.

1 *Derogatum regulis reuocatoriis in reualidatione quando censeatur.*

2 *Clausula specialis derogatoria est attendenda.*

DECISIO CCL.

1 FVit resolutum, non esse † sufficienter derogatum regulis reuocatoriis in reualidatione, de qua agitur, quia hæc reualidatio solùm habet clausulam, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Quæ clausula sine dubio non sufficit ad tollendas dictas regulas reuocatorias habētes clausulas derogatoriarum derogatorias, & illa clausula, *non obstantibus omnibus illis, quæ Iulius in suis literis voluit non obstare*, est in alia reualidatione, quam idem Leo fecit statim post illius assumptionem ad Pontificatum, & ente emanatas dictas regulas reuocatorias, per quas dicta prima reualidatio tollebatur, quæ etiam vnà cum legationes expirauerat. ¶ Nec obst. quòd in secunda reualidatione Leo innouat easdē facultates, quasi per huiusmodi innouationem censeatur innouata etiam clausula derogatoria contenta in facultatibus innouatis: quoniam secundùm Dominos illa innouatio non potest hoc operari, tum, quia innouationi obstant regulæ reuocatoriæ, quæ modificant, & reducunt huiusmodi facultates ad ea, quę iure communi competunt legatis, & ideò eget derogatione dictæ regulæ, tum, quia † hæc innoua-
2 tio habet specialem caussam derogatoriā, quæ est attendenda, ad l. doli clausula. ff. de verb. obl. Vnde patet, quòd innouatio refertur tantùm ad dispositionem facultatum innouatarum, non autē ad clausulas derogatorias. Quare conclusum fuit, reualidationem, de qua agitur, esse intelligendam iuxta modificationem dictarum regularum, scilicet, quoad ea, quæ iure cōmuni Legato competunt.

ALDOBRANDINI.

In eadem. Die 20. Iunij. 1569.

SVMMARIA.

1 *Facultas creandi Comites est reuocata per regulam reuocatoriam Leonis decimi, non obstante consuetudine.*

DECISIO CCLI.

PRæsupposito sine veri præiudicio, quòd facultas creandi Comites Palatinos Legatis de latere sæpius & communiter concedi consueuerit tempore regulæ reuocatoriæ Leonis Decimi, *an facultas huiusmodi censea-*
1 *tur per dictam regulam reuocata.* ¶Resolutum fuit, † facultatem creandi Comites esse reuocatam non obstante consuetudine seu solito, de quo in puncto, quia regulæ restringuntur ad facultatem de iure communi cōpetentes, & cùm ista, de qua agitur, non sit talis, de iure non sit talis per dictam consuetudinem, quia consuetudo hæc non est consuetudo approbata, vt in c. quod translationem. de offi. leg. iuxta declarationem Abbatis & aliorum ibi: sed tamen posset efficere, quod in mandato generalis legationis veniant ea, quæ consueta sunt legatis concedi: sed hoc non tam à iure dicitur illis competere, quam ab vsu patrisfamilias concessum, & sic ab homine.

LANCELLOTTI.

In eadem. Die 23. Decembris. 1569.

SVMMARIA.

1 *Cardinales etiam comprehenduntur in regula reuocatoria facultatum legati de latere circa legitimationes, & dispensationes.*

DECISIO CCLII.

PRoposui caussam pro expeditione, attento, quòd omnia dubia fuerunt discussa coram R. P. D. Aldobrandino. Duo verò, quæ opponebantur pro prætensis legitimatis, non sunt visa releuantia. Primum, scil. quòd regula reuocatoria Leonis non comprehendat Cardinales, obstante regula eiusdem Leonis, qua disponitur, eos non comprehendi, nisi specialiter exprimantur. Nam respondetur, satis comprehendi, ex quo fit mentio de le- 1
gatis de latere, qui non sunt nisi Cardinales, Præterea fuit allegata decis. Cassad. 38. super reg. quæ declarat regulam non obstare, quando fit reuocatio per viam legis, & per alia, de quibus ibi per eum, quæ locum habent in hac regula reuocatoria. ¶Secundum etiam non obstat, dum dicebatur, credendum esse Cardinali Legato de latere asserenti se sufficientibus facultatibus suffultum, maximè, quia post reualidationē suarum facultatum plures actus fecit, in quibus dispensauit contra ius commune. ¶Nam fuit responsum, primum procedere, nisi productę fuissent facultates, quia in claris cessant præsumptiones stante præsertim præiudicio tertij. ¶Ad secundum verò fuit dictum, dispensationem esse stricti iuris & non inferri de casu ad casum, præsertim, quia lex in regula reuocatoria expressè dicit, non esse credendum attestationibus legatorum in his, quæ fiunt contra ius commune. Propterea Domini dixerunt, *quod deberem pronuntiare in fauorem venientium ab intestato.* R. P. D. Lancelottus tulit prædictam sententiam in fauorem nostrum.

SERAPHINI.

In eadem. Die 16. Octobris. 1571.

SVMMARIA.

1 *Cardinali asserenti de facultatibus regulariter creditur. Fallit tamen non procedere in his quæ neque de iure, neque ex generali officio legationis competunt. nu. 2.*

3 *Potestas creandi Comites & legitimandi est de reseruatis.*

DECISIO CCLIII.

CVm informantes pro filiis defendant, legitimationem esse validē ratione præsumptæ facultatis, Domini resoluerunt, ex ea sustineri non posse huiusmodi 1
dispensationem. Nam licet † Cardinali asserenti de facultatibus regulariter credatur, vt est doctrina Ioan. And. in c. constitutus, de appel. tamē placuit limitatio, quòd non procedat † in iis, quæ neque de iure, neque ex generali 2
officio legationis competunt, vt per Dec. cons. 387. nu. 3. Paris. cons. 12. num. 133. & 134. vol. 2. cum aliis allagatis. Potestas autem † creandi Comites, & legitimandi est de reseruatis. c. per venerabilem, qui fil. sint legit. idem Paris. 3
cons. 12. nu. 130. Non obstat doctrina Bald. in l. exemplo. C. de probatio. Quia requirit pluralitatem actuum, & quòd publicè gesti fuerint, & cōcludit, quòd ratione præsumptæ veritatis gesta valeant: & idcò licet sine veri præiudicio præsupponebamus, quòd hic adsunt actus sufficientes ad inducendam huiusmodi præsumptionem tamen tollitur hæc præsumptio ex eo, quòd de veritate constat ex facultatum publicatarum & registratarum inspectione, estque validior hæc præsumptio. iuxta decis. Putei 29. in caussa Tholetan. lib. 2.

BLANCHETTI.

In eadem. Die 22. Iunij. 1573.

SVMMARIA.

1 *Concubina legitima vt aliqua dicatur, quot concurrere debeant.*

2 Nata

1 *Naturalis filij non ita facilè reperiuntur.*
3 *Dos est fundamentum probationis matrimonij & legitimationis filiorum.*

DECISIO CCLIIII.

DOmini vnanimiter dixerunt, *non constare ex actis,*
Mariam fuisse legitimam concubinam quondam Augu-
1 *stini ad effectum. de quo agitur.* Plura † enim concurrant
oportet, vt dicatur legitima concubina, nempe *quod po-*
tuerit esse matrimonium. Secundò *quod vnica.* Tertiò, *quod sit*
retenta domi in schemate concubinæ. Quartò, *quod dicatur pu-*
blicè. Quintò, *quod ad liberos suscipiendos retineatur.* Sextò
quod diligatur sicut vxor. Septimò, & protestatio. Bermon.
Cheneron. in tit. de pub. concub. in verbo. concubinam
dimittat. Luc. de penna. in l. si cohortalis. Cod. de cohort.
lib. 12. Paleot. in tract, de noth. & spur. cap. 12. num. 3.
Quòd si horum alterum desit, nec concubinæ, ne filio-
rum naturalium nomen dari potest. Bermon. Chener. &
2 Paleot. vt supra. Alber. in l. 1. C. de nat. lib. & ideò † non
reperiuntur facilè filij propriè naturales. Alciat. reg. 2. de
de præsumpt. præsumpt. 5. Oldrad. consil. 196. Alex. con-
sil. 174. volum. 5. Quòd autem in casu nostro non adsint
requisita, patet: nam matrimonium esse non potuit, ex
quo Augustinus habuit beneficia & ordinem subdiaco-
natus, quo casu hæredes ab intestato habét intentionem
fundatam, & onus probandi, quod ante obtenta benefi-
cia & susceptos ordines sacros nati fuerint, incùbit ipsis
filiis. Rebuff. de dispen. super def. nat. nu. 42. Quòd vnica
fuerit, non constat: licèt enim non probetur pluralitas,
singularitas etiam non probatur: nec quòd fuerit reten-
ta domi: imò probatur contrarium ex dictis per ipsas
partes, quòd non semper domi morabatur, & quòd nati
sint extra eam, publicè etiam nõ fuit ducta. Animus etiam
suscipiendi liberos considerari non potest, quia ipse Au-
gustinus in legitimatione confessus est, se carnis fragi-
litate victum, rem habuisse cum Maria. Amor etiam
coniugalis adesse non potuit, cùm non potuerit contra-
hi matrimonium. Non fuit etiam emissa protestatio, nec
constat, Mariam esse talem, in qua stuprum cadere non
3 potuerit. Et cùm † hoc sit fundamentum intentionis fi-
liorum, & in contrarium vigeat præsumptio virginitatis,
Berttan. cons. 136. & 148. vol. 2. debet ab ipsis probari, vt
Aym. cons. 166. ¶Nec obstat, quod idem Aym. dicto loco
dicat, quòd videtur sufficere, si actor probet, quòd fuit
natus ex soluto & soluta, vt non dicatur natus ex damna-
to coitu. Nã loquitur quoad effectum euitandi pœnam,
non quoad effectum successionis, vt in d. cons. 166. ñu. 6.
¶Minus obst. decis. Achil. vnic. de nat. lib. quia loquitur
in meretrice, & etiam illi satis responsum fuit hîc per in-
formantes pro parte hæredum ab intestato. ¶Nec obstat
etiam, quòd nati ex huiusmodi coitu vocentur naturales.
Nam ad effectus successionis non sunt propriè naturales.
Abb. in c. innotuit, nu. 18. de elect. Nat. consil. 421. nu. 3.
Ex quibus cum constet, Mariam non fuisse legitimam
concubinam, & filij non possunt dici successibiles ad hæ-
reditatem Augustini. ¶Postea R.P.D. Blanchettus tollit
secundam sententiam confirmatoriam.

ROBVSTERII.

In eadem. 2. Octobris. 1574.

SVMMARIA.

1 *Facultas legitimandi non competit iure magistratus, sed iure Cæsareo & reseruato.*

DECISIO CCLV.

DIfficultas proposita fuit distincta in duas partes &
restringetur arbitrio D. ponentis. Primò, *an eo ipso,*
quo quis est creatus Comes Palatinus possit legitimare de iure?
Et in hac difficultate concluserunt Domini, quod non,
1 quia † hæc facultas non competit iure magistratus, sed
iure Cæsareo, & reseruato, & est maximus gradus mixti
imperij. Bart. & alij in l imperium. de iurisdict. omni. iudic.
Crot. in §. quid si tantum, num. 145. Alciat. in l. 1. in princ.
nu. 45. cum sequen. de verb. oblig. Et ita placuerunt Do-
minis auctoritates allegatæ, & adducebant Paul. cons. 24.
col. 1. lib. 2. Bal. in l. cum in adoptiuis. §. quæ in filio, nu. 7.
C. de adoptio.

ROBVSTERII.

In eadem 29. Octobris. 1466.

SVMMARIA.

1 *Regulæ secundæ editionis extendunt regulam decimamtertiam in prima editione factam ad facultates Cardinalis de Monte, & earum reualidatione.*
2 *Regulæ tam primæ, quàm secundæ editionis ligant statim à die assumptionis summi Pontificis.*
3 *Publicatio in regulis primæ & secundæ editionis intelligitur à die assumptionis summi Pontificis.*
4 *Regulæ primæ editionis sunt non tantùm de stylo, sed etiam de iure.*
5 *Interpretatio etiam in regulis tam primæ, quàm secundæ editionis fit, quatenus verborum proprietas patitur.*
6 *Obseruantia interpretatiua habet vim eiusdem legis, non autem nouæ constitutionis.*
Imò non requirit aliquam præscriptionem. nu. 7.

DECISIO CCLVI.

AN dictæ regulæ secundæ editionis extendant præ-
dictam 13. regulam: in prima editione factam ad
facultatis Cardinalis de Monte, & ad illarum reualida-
tionem *del* 1520. emanatam, attento, quod supradi-
ctum breue facultatum eiusdem Cardinalis de Monte
concessum per Leonem Decimum *del* 1513. datum fuit
sub die 16. Martij. eiusdem anni 1513. & sic post editio-
nem & ante publicationem dictæ regulæ 13. ¶Si caussa
posset ex alio capite expediri, placeret Dominis circum-
scribi illud, ne detur occasio annullandi tot actus subse-
cutos vigore reualidationis, de qua in puncto: alioqui, si
caussa est decidenda ex isto capite circumscripta obser-
uantia, vt infra, resoluerunt Domini, quòd † regulæ se- 1
cundæ editionis de mensibus Martij, & Septembris 1515.
factæ extendunt regulam 13. in prima editione factam
ad facultates seu reualidationem bo. me. Cardinalis de
Monte, 16. Martij, 1513. concessam, quamuis dictæ regu-
læ primæ editionis, fuerint in Cancellaria publicatæ vl-
tima eiusdem mensis Martij, ac etiam resoluerunt, quòd
dictæ regulæ secundæ editionis comprehendant aliam
reualidationem eiusdem Cardinalis *del* 1520. concessam.
Et quamuis quoad primam reualidationem 16. Martij.
putarent non esse necessariam resolutionem, cùm omnes
facultates dicti Cardinalis cessauerint *del* 1516. per cessa-
tionem legationis. vt in cap. præsenti, de offic. leg. in 6. ta-
men respondendo ad punctum si fortè in ista caussa esset
necessaria resolutio, mouebat ipsos, quia † regulæ ligant
statim in crastino assumptionis summi Pontificis, vt di- 2
citur expressè & referunt Sam. in prooem. reg. q. 2. nu. 54. 1
& Angel. nu. 1. & faciunt not. per Abbat. & alios in cap. 2.
nu. 7. vers. venio ad secundũ, de const. Et licèt istæ regulæ
secundæ editionis dicant post publicationem tamen di-
cebant Domini verba esse intelligenda secundùm subie-
ctam materiam, vt in istis regulis publicatio † intelligi-
tur à die assumptionis ex quo ab illo die ligant, quia so- 3
lemniter fiunt, & ligant, dicitur ab illo die publicare. c.
1. & ibi Abb. Dec. & alij. de postul. prælatorum. Et tantò
magis, cùm publicatio in istis regulis primæ editionis
non fiat ad effectum, vt innotescant, quia † cùm reno- 4
uentur ab omnibus Pontificibus, videntur esse non tan-
tùm de stylo, sed etiã de iure, vt inquit Dec. in c. ad aures.
num. 10. in fine. de constit. Cassad. decis. 3. in fin. eod. titul.
sed vt appareat de voluntate approbatoria ipsius nunc
Pontificis, vt per Sam. in prædicta quæst. 2. num. 54. Et
ideò in ipsis regulis, dum loquuntur de prima editione,
promiscuè ponitur verbum, publicatio, & editio, quia
in istis regulis primæ editionis, idem pollent publicatio

& editio noua, ex quo solitæ sunt semper fieri à quocunque Pontifice, & fiunt cum decreto, quòd statim ligent, & sic dicuntur fieri solemniter, vt supra dictum fuit. Placet etiam, quòd constet de mente Leonis, vt hic bene Domini informantes Ægidij, & quòd non datur ratio diuersitatis inter vnum & alterum tẽpus, imò ratio subiectæ materiæ ita dictat, & ista est magis conueniens, & apta interpretatio, & constat ex supra deductis, quod regulæ fuerunt publicatæ in crastinam assumptionis Leonis. Nam intelligunt Domini de publicatione quæ liget, vt supra. Quòd autem comprehendant reualidationem, quæ postea fuit subsecuta *del* 1520. mouebant Dominos prægnantia & geminatio verborum, & dictionum vniuersalium, videlicet, omnes & singulas quascunque hactenus, & in futurum quomodolibet emanabunt. Nam salua ratione recti sermonis ista verba non possunt restringi ad illas facultates futuras, quæ aliàs fuerant concessæ, aut reualidatæ per ipsum post publicationem in cancellaria factam, etiamsi teneremus interpretationem hæredum ex testamento, quoad primam partem, tum quia sunt verba multum prægnantia & geminata, tum etiam quia supra fit mentio de antiquis reualidatis. Ideò hæc tertia pars, quæ de futuris loquitur, conuenienter etiam intelligi debet de antiquis in posterum reualidandis: tum etiam, quia ponderatiu de dictione, huiusmodi, non potest commodè adaptari, nisi ad præteritas, non autem ad futuras, quia id non patitur verborum proprietas, quæ attenditur, etiam in materia odiosa, præsertim cùm detur magna ratio diuersitatis inter præsentia & futura, vt hic per informantes, quo casu cessent regulæ relationis. Dicebant etiam, quod erat restringere dispositionem istam ita prægnantem de futuris ad vnum casum, quando reualidaret in futurum concessiones aut reualidationes per eum post dictam publicationem concessas, vt non comprehenderent casus, quos de nouo in futurum ipse concederet, aut reualidaret præteritas ab aliis Pontificibus concessas, quod est absordum in tali contextu verborum. ¶Non obstat, quòd extensio debet fieri cum sua qualitate. Quia si tenemus resolutionem primæ partis, cessat fundamentum. Præterea in istis de futuro non adest qualitas restrictiua, quæ comprehenditur post dictam publicationem. ¶Nec obstat, quod in istis sit
5 facienda stricta interpretatio, quia † etiam in istis fit interpretatio, quatenus verborum proprietas patitur, vt per Aret. in l. cùm de lege, de testam. stante maximè verisimili mente disponentis, & ratione diuersitatis inter futura & præterita. Vnus tamen ex Dominis sentiebat, verba huiusmodi, etiam quoad istam tertiam partem, non esse ita clara, quominus posset esse locus interpretationi ex vsu, & obseruantia subsecutis propter illas dictiones, huiusmodi &c. Quo casu etiam si intellectus datus pro obseruãtia esset malus, vel de iure non tenendus, nihilo-
6 minus standum est tali † obseruationi in vim eiusdem legis, nõ autem in vim nouæ constitutionis, vt post Butr.
7 bene per Soc. cons. 141. colum. 1. & seq. nu. 2. Quæ † obseruantia non requirit aliquam præscriptionem, vt post alios latè Aym. cons. 201. nu. 11. & seq. & 202. nu. 2. Ideò Domini reseruarunt hoc, & etiam reseruarunt, an adsit sufficiens derogatio regularum in reualidatione *del* 1570.

ROBVSTERII.

Valentin. Præposituræ. Die 16. Maij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Verba vniuersalia, & geminata comprehendunt ea, quæ aliàs non venirent in generali dispositione.*

2 *Mens mandantis potissimum in vniuersis attenditur.*

3 *Facultas transferendi & pensio perpetua sunt insolita, quæ non veniunt in generali mandato.*

Declara tamen, vt num. seq.

4 *Insolita ad effectum supprimendi relinquuntur officio iudicis.*

DECISIO CCLVII.

Conclusum, resignationẽ fuisse validam: nec obstat allegatus defectus mãdati, quia Capitulum constituit procuratores ad faciendum quãcunque cócordiam, 1 quæ † verba vniuersalia, & geminata comprehẽdunt ea, quæ aliàs non venirent in generali dispositione, vt post Alex. & alios cumulat Aym. cons. 29. nu. 4. Videtur enim cogitatum saltẽ in genere de quocunq; casu, qui accidere posset. Nam dictio, cuiusuis, quæ dedita opera fuit apposita, si solòm intelligeretur de summa, esset superflua, quia quoad summam remittunt se iudicio procuratoris, ponderando etiam paolò infra dictum generalissimum mandatum. Et (quod videbatur tollere omnem difficultatem) est clausula illa, quòd mandatum stet apertum, & possit à quocunque notario extendi cum aliis facultatibus dictis procuratorib. bene visis, quæ æquipollere videbatur clausulę, pro expressis, ex quibus apparet clara & aperta mens istorum Dominorum, quod dummodo pręposituta vniretur, in cæteris omnibus remittebant se ad procuratorẽ & in istis † attẽditur potissimò mens man- 2 dãtis, vt post alios Aym. cons. 275. nu. 9. Alex. cons. 34. nu. 8 lib. 2. Idẽ etiam apparet ex postea gestis: nam explicitè fuit dictum mandatum extensum, seu (vt dicunt) elongatum: fuit facta expeditio cum maxima impensa, etiam secundùm lecturam vtriusque partis: ergo apparet, quòd omnia processerunt de mandato, & quòd in prædicto mandato omnia ista comprehendebantur, vt bene dicit Alex. cons. 146. nu. 2 a. lib. 5. ¶Non obstat, quòd † facultas 3 transferendi, & pensio perpetua sint insolita, & propterea non veniant in generali mãdato. Put. d. decis. 525. lib. 3. Franc. in c. qui ad agendũ. §. sed si aliquis. nu. 2. de procur. Docto. in c. nulli, de rescript. Quia † ad hoc respondetur 4 pluribus modis, primò, quando exprimitur vnũ de valda insolitis, veniunt reliqua per clausulas generales, declarat Bero. cons. 25. nu. 15. & seq. nu. 3. Hic autem voluit concordare ad effectum, quòd supprimatur dignitas, & illa vniatur. Hoc satis est de arduis & magnis ac non solitis, & clarius appareret si perquireretur compositio. Præterea sicut † insolita ad hunc effectum relinquuntur arbitrio 5 iudicis, Menoch. de arbit. lib. 2. casu 80. ita inspecta subiecta materia perpetuæ applicationis non esset habendum hoc pro re insolita, licet in alia materia secus esset dicendum. Rursus in decis. Put. duæ assignantur rationes. Prima de insolitis: secunda, quia data erat facultas consentiendi pensionis reseruationi, ad fauorem certæ, & nominatæ personæ, & quoad illam dabatur facultas obligandi principales. Vnde cùm trãslatio pensionis habeat nouam reseruationem ad fauorem alterius, ad hoc non se extendit mandatum. Quæ ratio non applicatur quoad mandatum simplex ad consentiendum pensioni, nec dicitur ad fauorem alicuius, ideò stãdum aliis clausulis amplissimis, & ex aliis supra dictis potuit comprehẽdi persona translatarij. ¶ Non obstat, quòd nõ fuerit facta elongatio, quia in necessarium antecedens est facta, ex quo ipse dicit, substituere ad illa vigore dicti mandati. ¶ Non obstat defectus mandati, quia adest mandatum substituendi eadem die 18. Iulij. 1576. & est eiusdem notarij, in quo capitulum cõstituit eosdem procuratores cum facultate substituendi, & istud est sufficientissimum: & tamen pro consensu sufficit mandatum substitutionis, cum de facultate substituendi constet. ¶ Non obstat clausula illa, in alio mandato, & defectus in summa seu quãtitate. Quia bene euacuantur per informantes, sicut etiam cæterę difficultates, contra resignationem, vt hic bene in facto, & per D. Tiberium, cum quibus transierunt Domini sine difficultate. si tamen Hieronymus in aliquo super dicta resignatione voluerit audiri, præterquam quoad præsumptum defectum mandati, poterit illi satisfieri.

ROBV

ROBVSTERII.

Roman. compromiſſi. Veneris, 17. Maij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Prohibens quem facere teſtamentum non efficitur indignus ipſius hæreditate.*

2 *Litis euentus dicitur dubius.*

DECISIO CCLVIII.

DOmini fuerunt concordes, nec de enormiſſima, nec
enormi læſione cõſtare. Quia cùm per laudum ceſ-
ſauerit iudicium criminale, ac omnia intentata contra
Dominum Alexandrum, quæ ex illo iudicio ſequi pote-
rant, nedum bona, ſed ipſius exiſtimationẽ, & perſonam
concernebant, a quibus omnibus fuit receſſum, ſatis ex
hoc ceſſat querela enormiſſimæ læſionis. Mouit etiam
Dominos, quia per dictum compromiſſum fuit receſſum
à iudicio, in quo Hieronymus frater Baptiſtæ nitebatur
probare voluntatem defuncti faciendi teſtamentum &
prohibitionem teſtandi illatam per Alexandrum, quòd
1 † ſi probatum eſſet, nihil ex hæreditate Baptiſtæ Alexan-
der conſequi potuiſſet, vt in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſtari
prohib. l. 2. C. eo. tit. quæ omnia propter dubiũ euentum
2 litium † maximè ſunt habenda in conſideratione, vt per
Afflict. deciſ. 220 cum aliis pluribus deductis per Pinel-
lum l. 2. prima part. c. 4. nu. 13. C. de reſcind. vendi. Ex qui-
bus damnum nec enorme nec enormiſſimũ fuit, Alexan-
drum non habere ſcuta 22000. imò ſibi vtilius tantùm
10000. ex promiſſione Ioannis Baptiſtæ poſt eius mor-
tem conſequi, quæ aliàs erat habiturus, quàm tot forſan
pericula ſubire: ex quibus ceſſant omnia, quæ de valore
bonorum dicuntur, qui valor, (licèt ex ſuperabundanti)
non videbatur ad effectum enormiſſimæ læſionis con-
cludenter deduci, ac æſtimatio pro parte Domini Equitis
deducta, fuit inter alios & ad alium finem facta, placue-
rúntque reſponſiones pro parte Domini Lælij deductæ.

SERAPHINI.

Calaguritan. iuris ingrediendi. Mercurij, 26.
Aprilis. 1580,

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio qualibet contra ordinarium intelligitur, dummodo inferior, qui præſcripſit, ſit diligens: ſecus ſi negligens.*

2 *Iuriſdictio priuatiuè non poteſt præſcribi ab Epiſcopo, vt non remaneat penes ipſum habitu.*

3 *Negligentia non præſumitur, niſi probetur: & quomodo in iuriſdictionalibus.*

4 *Index per trinam interpellationem conſtituitur in mora ad effectum, vt poſſit appellari, & negotium deuoluatur ad ſuperiorem.*

5 *Negligentia inferioris in iuriſdictionalibus quomodo probetur contra eum.*

6 *Superior adiri poteſt propter negligentiam inferioris.*

7 *Arbitrarium eſt iudici cauſſam committere.*

8 *Citatio generalis ad totam cauſſam ſufficit ad tollendam nullitatem ex defectu citationis.*

9 *Plura quando narrantur, ſufficit vnum eſſe verum, ex quo pars potuiſſet auocationem obtinere.*

DECISIO. CCLXI.

DVbitatum de validitate ſententiarum latarum in par-
tibus in fauorem Andreæ, quia pro parte beneficia-
torum de Victoria prætendebantur nullæ, maxime de
prima lata à Calaguritano ex defectu iuriſdictionis, cùm
prætendat vniuerſitas ſe præſcripſiſſe iuriſdictionem ca-
piendi informationem ſuper puritate ſanguinis, & ad-
mittendi, & declarandi, qui ſint idonei priuatiuè ab Epiſ-
copo, ſuper qua re habet tres ſententias, neque in dubio
hoc per Andream reuocatur: ſed prætendirnt tantùm,
1 quod † cùm qualibet præſcriptio contra ordinarium in-
telligatur, dummodo inferior, qui præſcripſit, ſit dili-
gens: nam eo negligente ordinarius aſſumit ſuam iuriſ-
dictionem, vt per Abb. in c. irrefragabili, num. 1. de offic.
ord. & in c. cæterum, nu. 5. de iud. & ibi Dec. in 4. not. Fe-
lyn. in d. c. irrefragabili, in princ. Non enim poteſt præſ-
cribi † iuriſdictio priuatiuè ab Epiſcopo ita, vt non re- 2
maneat penes ipſum habitu, licèt actu ſit penes inferio-
rem, quo fit, vt eo negligenter redeat actu penes Epiſco-
pum, vt trad. Abb. in c. cum cõtingat, nu. 18. de foro com-
pet. cum aliis, ideò tota difficultas in eo verſatur, an iudi
ces ab vniuerſitate deputati fuerint negligentes, qui qui-
dem iudices non deputantur particulariter ad vnam
cauſſam, ſed ad omnes, vt liquet ex compatitionibus fa-
ctis coram Epiſcopo à procuratore vniuerſitatis, & pro-
teſtatione, de qua in ſummario vniuerſitatis, nu. 15. † Ne- 3
gligentia verò cùm non præſumatur, probari debet. l. 3. §.
ſi ad diem, da re milit. Afflict. deciſ. 1., nu. 18. Grat. conſil.
100. 14. lib. 2. Biſignet. deciſ. 1. de dolo & contum. Eam
autem probari cenſuerunt Domini, cùm admittãt infor-
mantes pro vniuerſitate, iudicem † per trinam interpel- 4
lationem conſtitui in mora ad effectum, vt poſſit appel-
lari, & negotium deuoluatur ad ſuperiorem. Ioan. Andr.
in c. dilecto. col. 2. de appel. Alex. in l. hoc amplius. §. Cel-
ſus, n. 13. de dam. infect. Felyn. in c. propoſuiſti, prope fin.
de foro compet. & in c. ſuborta, ante nu. 5. verſ. & iſtis ad-
de, de re iud. Dec. in c. ex parte, il 2. nu. 3. poſt Abb. de ap-
pellat. cum aliis allegatis. Hic autem nedum duplex, ſed
& quadruplex interpellatio interuenit. Prima eſt illa, de
qua in ſummario ambarum partium, num. 1. & per Mart.
Abbat. in ſummario Andreæ. num. 11. ſuper 2. ¶ Secunda
fuit, quãdo præſentati fuerunt articuli 12. Februarij 1573.
in ſummario Andreæ. nu. 3. Tertia fuit 22 Maij. 1573. &
iudices nihil aliud reſponderunt, niſi, quod audiebant,
& petebant copiam. ¶ Quarta fuit die ſequenti 13. Maij
& iudices reſponderunt, quòd daretur liber baptiſmi, &
declarant, vnde originem ducerent illi de Buendia. Et li-
cèt pro parte beneficiatorum impugnetur illa ſecunda
ex eo, quòd ille Didacus Perez erat procurator Andreæ,
tamen non placuit hæc impugnatio, cùm non conſtet
de illo tempore de acceptatione. Mil. in verbo. procura-
tor non dicitur. Nec etiam refert, quòd iſta interpellatio
non fuerit exhibita coram ordinario ſtante productio-
ne aliarum. Non obſtat, quòd ex iuſta cauſſa præten-
dant ſe denegaſſe ex eo, ſcilicet, quòd ſoliti ſit capere
ſecreto informationes. Nam debebant vtrunque facere,
nempe admittere Andream ad probandum, & capere
aliam informationem ſecreto, prout ſe talem facultatem
duplicem habere pro eorum parte deductum eſt in ipſa
met proteſtatione coram ordinario facta. Non obſtat,
quòd non fuit præfixus terminus, quia † iſte eſt vnus 5
modus conuincendi inferiorem de negligentia, ſed non
propterea tollitur alius, Barb. d. c. cæterum. nu. 11. de iud.
Minus facit, quòd cauſſa in appellatione expreſſa non
fuerit, quia imò ſatis eſt expreſſa, cùm in ea dicatur, iu-
dices noluiſſe procedere ad receptionem teſtium. Nec
iſto caſu tenebatur Andreas recurrere ad vniuerſitatem,
quia vniuerſitas iam deputauerat iudices pro illo anno,
& penes eos reſidebat iuriſdictio. Ideò † cùm eſſent ne- 6
gligentes, potuit adiri ſuperior. Abb. d. c. cùm contingat,
de foro compet. Præterea ſententia ordinarij fuit confir-
mata à Theſaurario Lucronij. ¶ Neque obſtant nullitates
exemplo conſideratæ. Prima namque, quòd Andreas
cõtra formam cap. oblatæ, de appel. prætenderit commit-
tendo cauſſam, non obſtat, tum ex eo, quia ambæ partes
appellarunt, tum etiam, quia arbitraria † eſt hæc res, vt 7
per Franc. & Dec. d. c. oblatæ. Sed & ratio cur dictum cap.
oblatæ, non ſeruetur in curia, ſuadet etiam, vt hodie non
ſit ſeruandum in partibus. Nam in curia ideò non ſerua-
tur, quia hic iudices dantur ex officio, in partibus verò
datur is, quem petit is, qui reſcriptũ impetrat, vt per Rot.
deciſ. de appel. in non. quæ ratio ceſſat, vbi iudices dãtur
illi, qui in ſynodo deputati fuerunt. Præterea pars coram

isto iudice non comparuit,& nihil opposuit. ¶Secunda
nullitas considerata ex defectu citationis nõ obstat,quia
8 †sufficit solacitatio generalis ad totam caussam l. si præ-
torũ de iudic.l.cõsentaneũ.C.quomodo & quãdo iudex.
Castren. in l.ad peremptorium , nu. 6.de iudic. ¶ Tertia
nullitas,quę deducitur ex breuitate temporis,nõ placet,
quia cùm intercesserint 27. dies, satis congruum visum
fuit tempus,quo potuit iudex instrui,maximè parte non
comparente. ¶ Vltimò non obstat, quòd non contra
tertiam sententiam deducitur defectus iurisdictionis ob
non iustificationem cõmissionis reuocatoriæ, quia Do-
minis placuit respõsio,quòd † quando plura narrantur,
9 sufficit vnum esse verũ,ex quo pars potuisset auocatio-
nem obtinere. Aegid.decis.280. Et hæc à Dominis super
duabus vltimis sentiis ex abundanti deducta fuêre.

ALDOBRANDINI.

Roman. spolii domus ad imaginem Pontis.Mer-
curii,23.Ianuarii.1577.

SVMMARIA.

1 Ætas ex quibus probari possit.
2 Infans non potest citari ad legitimè comparendum.
3 Stylus citandi infantem est malè intellectus , & correctorius vocari debet.

DECISIO CCLX.

CONclusum pro nullitate sententiæ , quia Gaspar,
contra quem fuit lata dicta sentẽtia , erat constitu-
tus in ætate infantili,quæ † probatur tum ex decreto iu-
1 dicis,vt per Salyc.in l.cum te.nu.6.versi. exẽplum pone.
C.de probat.Ruin.consi.99.nu.6. Versic.& hæc opinio.
vol.4. tũ ex duobus testamentis productis vltimo loco
pro parte D.Petri,illa deducendo,vt hic per informãtes.
Ætas enim potest probari etiam per coniecturas,ex alle-
gatis,& per Alciat.de præsumpt.reg.2. præsumpt.14. &
in consi.296.nu.7.Et propterea non potuit dictus infans
citari,nõ seruata forma statuti,de quo in c.43.lib.1. quæ
seruari debet etiam,quando proceditur cõtra infantem,
vt disponitur in alio statuto,in lib.4.c.112.tunc etiam de
2 iure communi non † potest infans citari ad legitimè cõ-
parendum,vt per Afflict.decis.262.num.2. cum aliis , de
quibus per Neriz.in consil.17.n.1. Nec plauit Dominis
responsio data pro parte D. Alexandri ad dictum statu-
tum in cap.2.ponderando illius verba in versic.vbicunq.
quasi , quod statuentes voluerint hanc formæ obserua-
tionem remittere ad iudicis arbitrium. Quoniam res-
pondebant, quod repugnant verba statuti , ponderando
illa verba,vt prædictum est , & sic referuntur ad præce-
dentes citationes,& ad illud verbum,contumaciam,quæ
nõ potest dari in infante non legitimé citato. Nec etiam
placuit stylus allegatus per Dominum Alexandrum.
3 Quia cùm verba statuti sint clara , stylus † dicitur malé
intellectus,vt per Afflict.decis.56.in fine.Et potius dici-
tur stylus correctorius. Alia etiam nullitas dictæ senten-
tiæ placuit,quia cùm dictus infans haberet tutorem le-
gitime datum,non poterat ei dari alius tutor,non docto
de absentia,vel impedimento dicti primi tutoris,iuxta l.
curator de tur.& curat.datis. ¶Nec obstat,quòd Germa-
nicus ignorabat dationem dicti primi tutoris. Quia res-
pondetur,quòd cùm fuerit facta emanatis citationibus
per proclamata,de quib.in instrumẽto dictæ depotatio-
nis,ignorantia non potest dici verisimilis.Istæ autẽ duæ
nullitates placebant Dominis ad effectũ , de quo agitur.

SERAPHINI.

Roma.legatorum.Veneris,10.Februarij.1585.

SVMMARIA.

1 Mobilium appellatione comprehenduntur vasa argentea.
2 Species expressa in legato bonorum mobilium non dicuntur restringere legatum,sed illud declarare.
3 Specierum expressio subsequens expressionem generis illud declarat,non autem restringit,& nu.5.
Et eò magis , vbi specierum enumeratio respicit actum legandi,quod in dubio præsumitur.num.4.
6 Hæres dicitur institutus in legatis , etiam quòd illa expresse sint excepta.
7 Regula l.vnum ex familia.§.si rem.de lega.2.nihil facit ad effectum recedendi à proprietate verborum.

DECISIO CCLXI.

DOmini pro maiori parte tenuerunt , vasa quoque
argentea compreheudi in legato, de quo agitur, &
propterea censuerunt recedendum à resolutione iam fa-
cta. Verba namque legati ita se habent.Bona verò mobi-
lia,supellectilia,& se mouentia,voluit idem Illustris. D.
testator , & iussit dari pro integra dimidia vni ex filiis
prædicti D. Vincentij,qui ordinem clericalem profiteba-
tur. Quorũ † mobilium appellatione clarum est ea com- 1
prehendi.l.mouentium.de verb.sign.vbi Rebuf.Dec.cõs.
472.nu.5. ¶ Et quãuis fuerint postea expressæ species cõ-
tentæ sub hoc genere bonorum mobilium,nõ propterea
legatum restringitur.Sed † species dicũtur expressæ gra- 2
tia maioris declarationis.l.legata supellectilia.de supell.
legat.l.quæsitum.§.si quis fundum.de fund.instr.l. pedi-
culis.§.habet.ff.de aur.& arg.leg.Bal.cons.485.n.4.lib.4.
Affli decis.106. Soc.iun.cum alijs allegatis. ¶ Non obst.
quòd expressio specierũ subsequens expressionẽ generis
illud restringat.Quia imò † regula est in cõtrarium, per 3
tex.in d.l.quæsitũ.§.si quis fundum.de fund.inst.Quæ re-
gula tantò faciliùs procedit , quantò specierum enume-
ratio in hoc casu respicit actum legandi. Species enim
enumeratæ reguntur,& determinãtur ab illis verbis dis-
positiuis,voluit dari,quo casu genus nõ restringitur.Bar.
in d.l.§.si quis fundum.n.15.qui licèt(si Alciat.lib.1. dis-
punct.cap.vlt.credimus)ita distinguat,vt in clarissima re
chaos inducere videatur,tamen in hoc cõmuniter reci-
pitur à Doctorib.Dec.in c.sedes.col.fi.n.9.de rescrip.vbi
etiam declarat,& in d.l.in toto iure.sub n.10.de reg. iur.
Corn. cõs.200.n.7.Ruin.cons.165.n.4.5.lib.3.Pans.cõs.
92.n.41.lib.1. ¶ Et quando id esset dubiũ, an respicerent
actum legandi vel ne,tamen † in dubio censerentur res- 4
picere actum legandi,& censerentur expressæ huiusmo-
di species maioris declarationis gratia,vt per Bar.vbi su-
pra.Corn.consi.200.nu.6.lib 3.Dec.in d.c.sedes.sub d.n.
9.& in d.l.in toto iure.d.n.15.præsertim,cum respiciant
omnia hæc eandẽ personam.Aym.cons.227.n.9.& nulla
fuerit apposita dictio declaratiua,seu restrictiua, Aym.
idem n.8.Imò potius fuerit facta talis expressio per di-
ctiones copulatiuas,& ampliatiuas.Inter enim dictionẽ
illam,mobilia,& dictionẽ,supellectilia,adest pũctus,siue
cõma,quæ succedit loco copulæ,ex allegatis,& inter su-
pellectilia,& se mouentia, adest expressa copulatiua , &
quæ ampliat,& † consequenter apparet totam illam ex- 5
pressionem factam fuisse ad maiorem declarationem.
Paris.d.consil.92.n.34.lib.1.cum præserim,quòd fuit ex-
pressum,continetur sub genere. Afflict.d.decis.106.nu.8.
Quæ omnia dixerunt Domini faciliùs procedere inspe-
cta persona legatarij , & fine Illustris. D. legantis. Cum
namque legauerit filio D.Vincentij, qui vellet esse cle-
ricus,hoc legatum videtur factum ad finem,vt ille , qui
ordinem clericalem profiteretur , tantò magis splendo-
rem,& dignitatẽ familiæ sustineret, & ostenderet, quod
nobilis , & argentea supellex non modicum præstat.
¶ Nec repugnat institutio,quia imò hæres † dicitur in- 6
stitutus in legatis , etiam quod illa exprese sint excepta.
Bald.in l.si quis ita hæres institutus fuerit excepto. ff. de
hæred.institut.& ibi Angel.nu.3.Cũ.in primo not.Imol.
in primo.versic.extra gloss.Alexan.in l.nam quod.§.non
omnis.sub num.15.ff.ad Trebel. Ruin.in l.qui quadrin-
genta.n.2.ff.eod.& consi.32.sub nu 8.lib.2.Et propterea
non ex hoc dicitur induci aliqua contrarietas inter in-
stitutionem,& legatum:hoc enim fit,quia de manu hæ-
redis capi debet,& si locus est detractioni falcidiæ,hæres
illam detrahit.Quod tantò apertiùs in hoc casu dicebãt

pr- ve

procedere, ex quo si aliqua vel contrarietas, vel superfluitas exinde oriretur, ea tamen nullo modo euitari posset, quia hæredes fuerunt instituti quoq; in bonis se mouentibus, & tamen ea omnia legata fuerunt. ¶Non ob-
7 stat regula, l. vnum ex familia. §. si rem. de lega. 2. quia † ea leuis est, & ex ea non recedimimus à proprietate verborum. l. si is qui ducenta, & ibi Bart. & Soc. nu. 1. ff. de reb. dub. Cos. conf. 82. sub num. 6.

LANCELLOTI.

Roman. 20000. Veneris, 18. Ianuarij. 1575.

SVMMARIA.

1 *Actus vt dicatur factus vigore caussæ, seu obligationis præcedentis, quid requiratur.*

2 *Qualitas hæredis & descendentiæ est probanda per eum, qui in ea se fundat.*

3 *Cognitio caussæ facta vno tempore & vna caussa non potest deseruire pro alia caussa & alio tempore.*

4 *Factum vt quid dicatur in executionem mandati præcedentis, necesse est, quod mandatum illud sit speciale, non generale.*

5 *Nouatio inducta censetur ex contractu incompatibili cum primo.*

6 *Expressio pacti præcedentis fieri solet, quando illius vigore quid fit.*

DECISIO CCLXII.

AN casale, de quo agitur, fuerit affrancatũ per Leonem Decimum vigore pacti appositi in concessione facta in fauorem Alphonsinæ? ¶Fuit conclusum, casale non fuisse affrãcatum per Leonem Decimum vigore pacti appositi in locatione facta in fauorem Alphonsinæ.
1 Quia † vt actus dicatur factus vigore caussæ seu præcedentis obligationis, necesse est, vt secundum illius naturam & formam fuerit factus, non autem præter vel contra. l. 1. §. adijcitur. de verb. obl. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. l. 3. §. sed quicquid de tutore. ibi. ex alia caussa iudicat. solut. mat. & per Ruin. conf. 174. nu. 4. vol. 1. Ruin. conf. 247. num. 5. Aliàs enim diceretur factus ex nouo consensu. l. item liberatus. §. qui patatus. quib. mod. pign. vel hypoth. solua. At hæc affrancatio non requiritur facta secundum formam & modum dicti pacti. ¶Primò, quia in pacto facultas affrancandi datur Alphonsinæ, & eius filiis & hæredibus & successoribus descendentibus, propterea opus est, quòd is, qui affrancat, nedum sit hæres,
2 sed etiam descendens Alphonsinæ. Nam † hæc qualitas est probanda, vt per Ruin. conf. 16. vol. 1. At Leo licèt emerit vt hæres Alphonsinæ, tamen non emit, nec emere potuit, vt descendens ab eo, cùm nõ fit talis: sola enim qualitas hæredis non est inspicienda, quia licèt vti hæres potuisset emere casale, tamen potuit vti hæres etiam emere alia: sed inspicienda est qualitas actus, quæ si non conuenit cum caussa præcedenti, non potest dici factus in illius executionem. ¶Secundò, locatio, in qua est appositum dictum pactum, est fundata in magna & euidenti vtilitate monasterij: affrancatio verò in caussa necessitatis soluendorum debitorum, quibus tunc temporis premebatur monasterium, quæ duæ caussæ sunt diuersæ, quia vna tendit ad remotionem damni, alia ad consecutionem vtilitatis ¶Tertio, pactum fuit positum in libertate Alphõsinæ, & eius hæredũ, quoties & quandocunque voluerint affrancare, & monachi potuerant ad id cogi: affrancatio verò fuit facta petentibus monachis, & ex eorum mera & libera volũtate, vt dicitur in d. affrancatione ibi, sponte, & ibi, conuenti fuerint. ¶Quarò in dicto pacto datur facultas affrancandi cum tot, & tantis bonis, ex quibus in perpetuum possit percipi annuus redditus mille ducatorum: & affrancatio fuit facta cum pecunia, quæ in hoc casu differt à bonis. ¶Nec obstat, quòd pecunia venit appellatione bonorum. Quia respondetur, quòd quicquid aliàs dicendum esset, tamen hîc repugnant supradicta verba, tot & tanta bona, ex quibus percipi posset annuus census. Præterea pecunia non facit pecuniam. ¶Minus etiam facit, quòd vel pecunia potuisset conuerti in emptionem casalium, vel aliorum bonorũ, ex quibus percipi posset cẽsus, vel quòd ex illa redimi possent casalia alienata per monasterium, vel saltem quòd monasterium retinet bona stabilia, quæ necesse sibi fuisset alienare, non datis pecuniis. Quia respondetur, quòd hæc caussæ necessitatis non fuerunt cognitæ tempore facti dicti pacti, nec de eodem tempore vigebant, sed tantùm de tempore affrancationis vt ibi, ob imminentes necessitates, & ibi, in præsentiarum: propterea caussæ cognitio facta vno tempore & † vna caussa non potest deseruire pro alia caussa de alio tempo- 3
re, iuxta l. si pupillorum, §. prætor, & leg. magis puto non passim, de reb. eor. vt hic per informantes. ¶Præterea, vt quid † dicatur factum in executionem mandati præcedentis, necesse est, quod mandatum illud sit speciale, non 4
generale. Alciat. de præsumptio. præsumpt. 24. nu. 9. Accedit, quod hæc omnia concernunt vtilitatem monasterij, & an monasterium potuerit cõuertere in aliam caussam, de qua non est præsens difficultas, sed solùm dubitatur, *an vigore pacti fuerit facta affrancatio.* ¶Non obstat etiam, quod potuit affrancari in pecunia, ex quo non præsumitur nouatio, nisi de ea expresse sit conuentum. Quia respondetur, quod cùm iste contractus sit incompatibilis cum primo, attenta † hac interpretatione propter 5
supradicta, tunc inducitur nouatio, vt per Bald. in l. fin. col. 1. Cod. de nouatio. Dec. consil. 400. col. fin. Præterea hic est mutata caussa & forma. ¶Non obstat etiam, quòd bona hæc redempta importent summam mille ducatorum in redditibus, & quod ideò vertitur vtilitas monasterij. Nam respondetur, quod nunc non quæritur de vtilitate, sed an fuerit affrancatum vigore pacti. ¶Non obstat etiam, quòd in instrumento affrancationis habeatur relatio ad instrumentum locationis. Quia respondetur, quòd dicta relatio est restricta ad præmissa, in quibus nulla mentio fit de hoc pacto. Et si fuisset facta affrãcatio vigore dicti pacti, vtique expressum fuisset, prout fuit expressum aliud pactum locationis factæ Dominico de Maximis, prout etiam fieri solet expressio † pacti præ- 6
cedentis, quãdo illius vigore quid fit, iuxta not. per Cast. in l. emptor prædij. num. 3. de pact. ¶Non obstat etiam, quòd si Leo non fuit secutus viam dicti pacti, tamen cõtinuauit viam affrancationis cœptam per Alphonsinam, quæ ipsa etiam incepit redimere in pecunia. Nam respõdetur, quòd si Leo fecit ex alia ratione, sat est, quòd nõ vigore istius pacti. ¶Quæ verò dicuntur de mala fide Leonis, non tangunt præsentem difficultatem, sed an Leo potuerit licitè id facere quod fecit.

LANCELLOTI.

In eadem. Veneris, 14. Martij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Emere in dubio quis censetur proprijs pecunijs, non autem alienis.*

2 *Præsumptio vna tollitur per aliam contrariam.*

DECISIO CCLXIII.

STantibus hinc inde per partes deducendis. *an Leo emerit casale, de quo agitur ex proprijs ipsius pecuniis vel potius ex pecuniis Alphonsinæ.* ¶*Et an per dictam emptionem factam à dicto Leone vti herede dictæ Alphonsinæ dictum casale sit acquisitum hæreditati seu heredibus dictæ Alphonsinæ siue ad effectum, de quo agitur.* ¶Quoad primam difficultatem, in qua quæritur, *an Leo emerit casale, de quo agitur, ex proprijs ipsius pecuniis vel potius ex pecuniis hæreditariis Domini, excepta partita 6000. quos Alphonsina dum vixit, soluit pro affrancatione partis d. casalis vigore pacti, super quas partita nihil fuit firmatũ,* dixerunt constare satis apertè ex instrumento d. emptionis, quòd par-

tita 3500. ducatorum nou fuir soluta ex pecuniis dictæ
Alphonsinæ, sed Cardinalis sanctor quatuor: quo vero
ad reliquas partitas ascendentes ad summam 10500. du-
catorum, inclinabant, quòd constaret non fuisse solutas
ex peconiis dictæ Alphonsinæ propter verba dicti in-
strumenti emptionis. quæ hoc videntur innuere. Et pro-
pterea dicebant, in claris cessare coniecturas, quas Doct.
considerant in hac materia ad probandum, an in dubio
1 quis † censeatur emere de suis vel alienis pecuniis, vt latè
per Dec. cons. 238. nu. 5. cũ aliis, de quibus hîc per infor-
mantes. ¶Circa secundam verò difficultatem, an dictum
casale sit acquisitum hæreditati seu hæredibus dictæ Al-
phonsinæ, omnes concorditer firmarunt, quòd non fuit
acquisitum dictæ hæreditati, sed hæredibus ipsius Leo-
nis. Et mou fuerunt, quia Leo expressis verbis dicit, se
emere pro se & suis hæredibus in perpetuum. Et licèt in
eodem instrumeto postea dicatur, quòd venditur Leoni
tanquam hæredi Alphonsinæ, nihilominus subditur in
eadem oratioue, & pro se, suísque hæredibus, & successo-
2 ribus, & nominandis, ab eo, adeò quòd † præsumptio quæ
oritur ex illis verbis, hæredi Alphonsinæ, tollitur, quia
constat de cõtrario ex aliis verbis, per ea quæ tradit Soc.
iun. cons. 27. nu. 8. in fin. vol. 2. cum aliis. de quibus per in-
formantes pro Dominis creditoribus, & verba sequentia
declarant præcedentia, & in claris cessant coniecturæ.
¶Nec obstat, quòd affrancatio non poterat fieri per Leo-
nem nisi pro hæreditate Alphonsinæ propter pactum
appositum in instrumento locationis, & quod propterea
censeatur facta per Leonem pro dicta hæreditate. ¶Quo-
niam respondetur, iam fuisse resolutum, quod affranca-
tio non fuit facta in vim dicti pacti, ideò non potest ab
eo regulari, cùm non correspondent. Præterea cùm simus
in claris, cessant præsumptiones, quoniam emit pro se
& hæredibus suis, vt supra dictum est. ¶Minus etiam fa-
cit, quòd Leo ita emendo videatur fuisse in mala fide,
quoniam dicta mala fides excluditur tum propter clau-
sulam codicillarem, quæ operatur, vt hæreditas sit resti-
tuenda Leoni, tum propter alias rationes, quas addu-
cunt informantes pro creditoribus, quæ rationes Domi-
nis placuerunt. ¶Ad l. item veniunt. in princ. de petit. hæ-
red. respondebatur, qood procedit, quando constat fuisse
emptum nomine hæreditatis, & fuisse etiam necessarium
dict. hæreditati, quæ qualitates hic cessant. ¶Verba trãsa-
ctionis Claricis 26. Martij. 1570. sunt hæc, videlicèt. *Cla-
rix filia quondam Alphonsinæ pro 12000. ducatis auri de came-
ra in totum remisit omnia iura sibi quomodolibet competentia
super hæreditate, nec non quietauit & liberauit penitus, & ab-
soluit Leonem, eiúsque hæredes, & successores nominibus quibus
supra, præsentem pro se, suisq; hæredibus & successoribus prædi-
ctis stipulantem & recipientem.*

COTTÆ.

Visen. admitistrationis Capellaniæ. Die Lonæ, 26. Nouembris. 1571.

SVMMRARIA.

1 *Regula de valore loquitur in beneficiis Ecclesiasticis, non autem in administrationibus capellaniarum.*
Imò nec etiam in administrationibus hospitalium, nu. 2.
Declara tamen & limita. vt unm, 3.
3 *Beneficium dicitur etiam illa pars, qua datur ministro Ecclesiæ per administratores, quando datur in titulum.*

DECISIO CCLXIV.

FVit conclusum, regulam de valore non habere lo-
cum in huiusmodi administrationibus capellania-
1 rum, quia † d. regula loquitur in beneficiis Ecclesiasti-
cis: hæ verò administratiooes non sunt beneficia Eccle-
siastica, sed onera consistentia principaliter in faciendo
eelebrare certum numerum missarum ex quibusdam
redditibus relictis à testatoribus. Quod verò superest ex
illis conuertitur ad vtilitatem dictorum administrato-
rum, & propterea mulieres, & laici sunt capaces huius-
modi administrationum, quod nun permitteretur, si es-
sent beneficia Ecclesiastica, & quod in his administratio-
nibus fructuum non habeat locum regula trad. Sam.
Ileorden. quæst. 4. vbi etiam infert, quòd per hanc ratio-
nem non procedit eadem regula † in administratione 2
hospitalium, maximè cùm regula sit exhorbitás, & odio-
sa, & inuenta propter annatas, quæ annatæ non soluun-
tur propter has administrationes, vt dicit pars Gasparis.
Ex quo tamen Domini dixerunt, quòd ego capiam ali-
quam informationem. quia si soluerent annatam, fortè
tunc intraret regula. Nec obstat dictum Rebuff. in prax.
benef. in tit. quid sit beneficium. nu. 8. vbi voluit, dici be-
neficium illam partem reddituum, quæ datur ministro
Ecclesiæ. Quia Domini dixerunt, id procedere, si darerut
in titulum personę habili, prout mulieres, & laicus est in-
habilis, nec est minister Ecclesiæ.

COTTÆ.

In eadem. Die Lunæ, 29. Nouembris. 1574.

SVMMARIA.

1 *Beneficium non dicitur Ecclesiasticum cuius sit capax laicus, & fœmina.*
2 *Simonia committitur in beneficialibus, non autem in administrationibus.*
3 *Spiritualis annexa possunt donari de consensu ordinarij, licèt non possint pretio cedi.*

DECISIO CCLXV.

FVit resolutum pro validitate resignationis, quia ad-
miuistratio bonorum, de quibus agitur, non est be-
nef Ecclesiasticum, ex † quo laicus & fœmina potest il- 1
lam obtinere, sed est onus temporale. vt aliàs fuit reso-
lutum in hac caussa. Et propterea mandatum Ioannis
ad resignandum d. administrationem in manibus Nun-
cij in fauorem Petri Gomez cum clausula, non aliter, &
consensus pręstitus per procuratorem vigore dicti man-
dati, & ipsa cessio nou est simoniaca, † quia non sumus 2
in beneficialibus, de quibus loquuntur allegata per in-
formantes pro parte Gasparis, vt per Abb. in c. existiman-
dæ, §. quia vero. nu. 55. de prob. & in c. tua nos. de sim. vbi
etiam per Docto. ¶Nec obstat, quòd hæc administratio
sit annexa spirituali, quia respõdetur, quòd annexa † spi- 3
rituali licèt non possint pretio cedi, tamen possunt dona-
ri de consensu ordinarij, sicut dicitur de iure patronatus,
vt per Lambert. & alios alleg. pro parte Baldasaris. Præ-
terea Domini pro validitate resignantis considerabaut
verba mandati, quod non est præcisum in fauorem, quia
in eo etiam dicitur, quod potuit d. administratio perue-
nire ad Petrum Gomez, & sic considerauit effectum, qui
est, vt dictus Petrus habeat dictam administrationem. Et
hæc interpretatio fuit facta pro validitate actus.

BLANCHETTI.

Caurien. iurisdictionis. Veneris, 22. Iunij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Milites de Alcantara viuunt & militant sub eadem regula, qua existunt professores ordinis Cisterciensium.*
2 *Narratiua Principis super re, qua ad eius auctoritatem spectat, plenam fidem facit, iuncta temporis antiquitate.*
Eoque magis, stante eius motu proprio. nu. 3.
4 *Confessio facta in precibus præiudicat.*
5 *Confessio facta per viam contentiosæ iurisdictionis præiudicat successori.*
6 *Commutatio voti continentiæ in castitatem coniugalem non mutat regulæ substantiam.*
7 *Cistercienses sunt sub regula sancti Benedicti.*

DECISIO CCLXVI.

FVit resolutum, narratiuam bullæ Leonis in qua asse- 1
ritur, Milites † de Alcantara professores ordinis Ci-
stercien. existere, & sub eadem regula viuere, & mi-
litare, esse satis verificatam. Primò, ex bulla Alexandri
Sexti

Sexti.sub Data Romæ , anno 1474.in qua enuntiatur re-
seruatio Magistratus sedi apostolicæ ab Innocentio præ-
decessore suo motu proprio , & ex certa scientia , & mo-
tu simili , & eadem scientia eandem reseruationem con-
firmat. ¶ Secundò. ex bulla Martini V. in qua enuntia-
tur militia ordinis Cistercien. ¶Tertiò , ex bulla Leo-
nis anno 1515. in qua motu proprio. & ex certa scientia
reseruat Magistratus sancti Iacobi de Spata , & de Cala-
traua, & Alcantara gloriosissimo Carolo V.quæ Pontifi-
cum summorum enuntiationes cùm sint super re , quæ
ad Pontificiam auctoritatem spectant , cùm Papa sit ca-
put omnium religionum,& ipse sit bene informatus,sub
2 qua regula religiosi viuant, faciunt plenam † fidem,iun-
cta temporis antiquitate. Alex.cons.6.num.6.lib.1. Dec.
3 cons.42.num.11. Præcipuè cùm duæ fuerint † cùm clau-
sula motu proprio , & ex certa scientia , videlicet bulla
Alexandri,& alia Leonis,quibus est standum. Card.clem.
10.de probat. Abb.in c.dudum.nu.3. de priuil.Soc. cons.
87.nu.18.vers.cōfirmatur.lib,3.Alex.cons.15. col.2.vers.
præterea in quinto.Soc.consil.256.num.27.lib.2.nec po-
test in dubium reuocari, Bart.in l.conficiuntur.§. 1.num.
3.ff.de iur.codic. ¶His accedit bulla Sixti Quarti,in qua
4 Episcopus & Capitulum Caurien. sunt oratores , † quæ
confessio facta in precibus præiudicat.l.cùm precum. C.
de liberal. caussa. ¶Quibus adstipulantur articuli & res-
ponsiones Episcopi vna cum mandato de manutenen-
do obtento. Nec obstat reuocatio quia ex deductis con-
5 fessio apparet vera, reuocatio erronea , quæ † confessio
cùm fuerit facta per viam contentiosæ iurisdictionis,
præiudicat successori.Rot.3.de confes.in nou. Ægid.636.
¶ Quod militent etiam sub regula sancti Benedicti , pro-
batur ex assertione Lucij Tertij , & ex præcepto , de quo
in summario militiæ.num. 7. Nec obst. quòd bulla Lucij
sit directa Fratribus *del* Pereiro , quia isti fuerunt transla-
ti ad locum de Alcantara. ¶ Nec obstat , quòd ducunt
vxores , quia hoc priuilegium post bullam Leonis ema-
nauit , & † commutatio voti continentiæ in castitatem
6 coniugalem non mutat regulæ substantiam. Dominus
meus Soto.de iust.& iu.l.6.q.5. art.30. col. pen. ¶Quod
7 autem † Cisterciens. sint sub regula sancti Benedicti, vl-
tra allegata per militiam , vide Sylnest.in verbo , religio,
el.num.7. ¶Non obst.reclamatio,vt in summario Reue-
rendiss.Epis.nu.1. quia placuerunt responsiones pro par-
te militiæ,& reclamatio eos non eximit ab ordine.

ALDOBRANDINI.

Sabinen. Castrorum. Die Veneris, 30. Martij. 1565.

SVMMARIA.

1 *Conditio, si sine filiis, expressa à testatore in compendiosa non refertur ad casum incapacitatis. ex veriori , licèt magis communis sit contraria.*

2 *Conditio, si decesserit , non refertur ad vulgarem , vel eam non restringit ad illum tantùm casum.*

Idem in conditione, si sine filiis.

3 *Conditio, si sine filiis, à lege subaudita, quare non referatur ad vulgarem.*

4 *Filij incapaces grauati non possunt facere deficere substitutionem, ob eorum insuccessibilitatem.*

5 *Intellectus ad l. Lucius. la 2. de hæred. instituen. verus assignatur.*

DECISIO CCLXVII.

IN hac difficultate , in qua agitur de conditione, si sine
filiis, expressa à testatore , in compendiosa, non autem
de subaudita à lege , licèt multi ex Dominis fateri vide-
rentur, si Doct. auctoritates sint numerandæ, magis com-
munem esse opinionem , quòd conditio referatur ad ca-
sum incapacitatis , tamen Domini pro maiori parte vo-
lentes in quæstione controuersa ponderare magis quam
1 numerare sententias concluserunt , † contrariam opi-
nionem esse veriorem , quam dicebat aliàs Rotam fuisse
secutam, vt per Crescen.76.Put.9.de testam.quòd testatur
Reuerendiss. Chissaoen.nunc Cardinalis de sancta Cru-
ce, id decisione , cuius copia data est , à quibus dicebatur
nec Achillem discrepare , quoad veritatem opinionis in
secunda de testam. Rationes verò , quæ magis moue-
bant Dominos, fuerunt, † quia sicut conditio si decesse- 2
rit, non refertur ad vulgarem , aut eam non restringit ad
illum casum tantùm, ita nec qualitas illa , si sine filiis, ad
eam referatur, nec eam restringat. ¶ Secundò , † quia si 3
conditio huiusmodi à lege subaudita non refertur ad
vulgarem, vt magis communiter dicebatur teneri , istud
est , quia dicta relatio non concernit diem subrogatio-
nis. Quæ ratio militat etiam in conditione expressa, ma-
ximè quia lex in sua interpretatione sequitur natura-
lem & communem sensum testantium. ¶ Tertiò , quia
data incapacitate grauati eius filij, etiam † potentialiter 4
non sunt successibiles, quod tamen secundom Dominos
requiritur ad effectum, vt faciat deficere substitutionem,
ad d.l.filiusfam.§.cum quis. ff. de leg.1. Imo. in l.Lucius.
de hæred. instit. Quòd si dicta conditio in casu , in quo
expresse posita est, in d.§.cum quis, nō facit deficere sub-
stitutionem, si filij non sunt potentia successibiles, mul-
tò id minus dicebatur posse operari , vt agimus de tra-
henda dicta conditione ad casum , in quo expresa non
est apposita. ¶Quartò, quia consequēter hic cessat omnis
fauor , & commune commodum filiorum positorum in
conditione , ex quo nec vt vocati cessantibus coniectu-
ris , nec iure transmissionis , nec vt succedentes ab inte-
stato possunt venire ad hæc bona , & ne non sibi , sed al-
teri prodessent. Pro qua etiam ratione inducebat vnus
ex Dominis textum † in d.l.Lucius. *la seconda* , de hæred. 5
instit. in quo facta erat vulgaris, & fideicommissaria sub-
stitutio, & Iurisconsultus in ratione decidendi ad vtram-
que substitutionem , mouetur ob prælationem & com-
modum filiorum à testatore consideratum , quibus sal-
tem relinquitur ius succedēdi ab intestato in illius bonis.
Et dibebant ferè omnes Domini, hanc conditionem non
esse merè voluntariam , sed apposita ad effectum illius
prælationis filiorum, de qua in d.l. Lucius. Et licèt fuerit
allegatus Alciat.cons. 485. qui videtur considerare com-
modum filiorum , quia grauati quamuis nulliter legiti-
mari possunt ex quo habent voluntatem testatoris, pe-
tere se iterum legitimari solemniter. Hæc tamen consi-
deratio non placuit Dominis tanquam nimis remota.
Cæterum Alciat. ibi principaliter se fundat in coniectu-
ris, ex quibus in casu suo filij censentur vocati , aut ve-
nire possunt iure transmissionis. ¶Secundò, qui alias se-
queretur , quòd venirent ad buna testatoris venientes ab
intestato, quos testatur exclusit propter substitutum, nec
succederent instituti, nec substituti, nec filij in conditio-
ne positi, & annumerandæ sint dictæ sententiæ. Dicebat
esse distinguendos Doct. loquentes in his terminis , à lo-
quentibus in aliis terminis , & ita dicebatur distinxisse
Alciat. in cons. 547.lib.6. quia cùm hæc substitutio com-
pendiosa contineat vulgarem , pupillarem , & fideicom-
missariam, occurrente casu vulgaris, debet iudicari, vt de
vulgari simplici , & sic de singulis. Ex quibus rationibus
collectis, tam ex dictis decisionibus, quàm ex dictis Doct.
Domini concurrentibus prædictis tenuerunt, vt supra.

Cæsar Augustana status demorata. Die Lunæ, 17. Ianuarij. 1578.

SVMMARIVM.

1 *Testis parte præsente tenetur iurare de veritate dicenda super tota caussa, quando producitur super negotio principali non autem super dilatoria exceptione.*

Et super ea debet dicere veritatem pro vtraque parte. numero 2.

Fallit, nisi limitate iurauerit super vno articulo , & pars & iudex limitatum iuramentum admiserint. nu. 3.

4 *Testis*

4 *Testis productus ab vna parte tenetur dicere, veritatem pro vtraque parte etiam super tota caussa, si pars petat illum iurare super toto negotio principali.*

DECISIO CCLXVIII.

DOmini tenuerunt, testes interrogandos super inter-
rogatoriis cõcernentibus etiã alios articulos, super
quibus testes non inducuntur, dũmodo non sint imperti-
1 nentia, quia † testis parte petente tenetur iurare de veri-
tate dicenda super tota caussa, quando producitur super
negotio principali, nõ autem super dilatoria exceptione.
Innoc. in ca. per tuas. nu. 3. Hostien. ibi, §. nos igitur. col. 1.
prope fin. Ioan. Andr. col. 2. vers. dicit autem. Ant. de Butr.
nu. 7. Ægid. nu. 4. Abb. nu. 3. Aret. nu. 6. de testib. Cyn. in l.
fin. C. qui legat. perso. hab. stan. in iudic. Salyc. in auth. sed
iudex. C. de Episcopis & cler. Aufrer. ad decis. Thol. 201.
Doctor. omnes in cap. de testibus, vbi Aret. col. 1. de te-
2 stibus. & † super ea debet dicere veritatem pro vtraque
parte. cap. veniens 2. in fin. de testibus §. & quoniam. in
fin. & ibi gloss. in verbo, cognita, in Authen. de testibus.
gloss. in Authen. de sanct. Episc. §. nonnulli. in verbo,
præpositis. & in l. 2. Cod. de eden. vbi Bald. num. 3. Dec.
43. Ias. 18. Ripa. num. 23. Ex quibus necessariò infertur,
quòd possit super omnibus interrogari, ex quo interro-
gatur super iis, super quibus iurauit dicere veritatẽ, post-
quam eam iurauit dicere super tota caussa. ¶Non ob-
stant tradita à Docto. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus.
ff. de iureiur. & in l. si quis liberalem. ff. de petit. hæred. &
3 in d. c. de testibus, quia hæc † omnia procedunt, vbi testis
limitate iurant super vno articulo, & pars & iudex limi-
tate iuramentum admiserunt, sed vbi iurauit super tota
caussa prout iurare tenetur, *vt supra dictum est*, cessat su-
pra dicta conclusio. Inno. in d. c. de testib. num. 3. quia te-
4 stis † productus ab vna parte tenetur dicere veritatem
pro vtraque parte, nedum super articulo, super quo in-
ducitur, sed super tota caussa, si pars petat illud iurare su-
per toto negotio principali. Ita ad litteram dicit Aret. in
d. c. de testib. in 3. not. de testib. Cessat enim hoc casu ra-
tio, quia mouentur supradicti Doct. quòd deficiente iu-
ramento nil probaret, quia cùm adsit iuramentum, pro-
bat. Et hoc dicebant Domini tantò facilius admittenda
esse, quia articuli omnes constituunt vnam massam, &
vnum factum, & tẽdunt ad vnum finem. Ægid. 33. in fin.

Valentin. parochialis de Cosentayna. Die Veneris,
26. Ianuarij. 1982.

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus non factum ex dotatione & fundatione reuocatur per Regulam Adriani, nisi in quibusdam casibus.*
2 *Iuspatronatus vt constituatur, quot requirantur, cum num. sequent.*
3 *Constitutio Adriani in iurepatronatus habet amplissimas clausulas cum clausula, quorum tenores.*
4 *Res iudicata impedire solet institutionem ad iuspatronatus, nisi præsentatio sit facta à patrono, qui erat in quasi possessione.*
5 *Petitorium absorbet possessorium.*
6 *Constare de non iure dici non potest, quandiu de eo doceri potest.*
7 *Spoliatori, de stylo Rotæ datur manutentio, donec caussa per tres conformes fuerit terminata.*

DECISIO CCLXIX.

DVbitatum fuit, *vtrum iuspatronatus, de quo agitur,*
comprehendatur sub regulis Innocentij & Adriani, ac
decreti sac. Concil. Trident. & an huiusmodi regula ac decreta
ob. Ludouico Mars præsentato à Comite ita, vt sit ei dene-
ganda institutio? Et quantùm ad primam dubitationem
Domini censuerunt, *iuspatronatus huiusmodi comprehendi*
sub regula Adriani, in qua † reuocantur omnia iurapa-
1 tronatus, quæ non sunt ex dotatione & fundatione, ex-
ceptis quibusdam casibus, extra quos sumus, quia iuspa-
tronatus concessum fuit ex priuilegio ex eo solùm, quod
Ecclesia minabatur ruinam, & pro eius reparatione Co-
mes obtulit impensurum scuta 200. & sic de iure com-
muni iste non est modus, per quem acquiratur iuspa-
tronatus, cui dispositioni Adrianus inhærere in suà con-
stitutione voluit, sed † requiritur vel quod quis præbeat 2
fundum pro constructione Ecclesiæ. c. nobis. de iurepa-
tron. ca. Abbate secundo, 18. qu. 2. cum aliis de quibus per
Rocch. in verbo, fundauit nu. 1. vel quòd quis construat
à fundamentis. idem Rocch. in verbo, cõstruxit; vel quòd
penitus dirutam reædificet, quo casu requiritur, vt sit di-
ruta, vt indigeat noua cõsecratione. Rocch. vbi supr. nu.
12. Lamb. in tertio art. 6. q. princ. primæ par. 1. lib. nec su-
per clausulis priuilegiis potest fieri fundamentum, quia
cõnstitutio † Adriani habet amplissimas clausulas cum 3
clausula, quorum tenores, ad cons. Butr. 2. Verùm quia
pars petit remissoriam super verificatione istius priuile-
gij, dictum fuit obiter, nos versari in materia generali,
cùm lis sit inter præsentatum & prouisum apostolicum, &
ideò incidenter agi de iurepatronatus. Vnde fit, vt remis-
soria concedi non possit nisi in tertia instantia, vel nisi
facta obligatione de stando iuri, & apposito sequestro
prout in similibus fieri solet. Præterea requirit fumum,
& licèt pro fumo dentur nonnulli testes examinati ad
perpetuam rei memoriam, tamen eorum dicta non vi-
deri releuantia, cùm fateantur Ecclesiam antiquam ad-
huc extare, iuxta quam Comes nouam cœpit ædificare:
Prouisus autem apostolicus petit veterem: & sic iste casus
de iure communi non præbet ius aliquod, neque com-
prehenditur in priuilegio Leonis, quod ad casus diuer-
sos facilè non trahitur, vt per Tiraquell. de retract. lign.
§. 1. gloss. 14. num. 97. nec possessio releuat ab onere pro-
bandi, cùm Adrianus tollat nedum possessionem de
præterito, sed etiam de futuro, ex prægnantia dispositi-
tionis: si tamen pars velit remissoriam super istis, parti-
cularirer dubitabitur. Quantùm ad decreta Concilij Do-
mini dixerunt, non habere locum in hoc casu. vt etiam
fuit decisum. Quantùm ad secundam dubitationem, an
Ludouicus sit instituendus, regula est pro eo, per ea. con-
sultationibus. de iurepatr. Nec † videtur ei obstare res iu-
dicata, quæ solet impedire institutionem, vt tradit Me- 4
noch. de retin. remed. tertio. nu. 848. quia si de iure erat
instituẽdus, quia præsentatus à Comite, qui erat in quasi
possessione, sententia erit notoriè iniusta, & ita nulla ade-
rit res iudicata. Nec etiam videtur obstare, quòd in peti-
torio constat de non iure patroni, ad not. per Abb. in d. c.
consultationibus. nu. 9. Rocch. in verbo, competens, nu.
39. cùm † petitorium absorbeat possessoriorum, c. cum di- 5
lectus. de caus. possess. & propriet. Quia non potest † dici 6
constare de non iure, quandiu de eo doceri potest. Ægid.
103. In his enim requirimus vel partis confessionem, vel
rem iudicatam. Et hinc † est, quòd etiam spoliatori da- 7
mus manutentionem, donec caussa per tres conformes
fuerit terminata. Et ideò in hac caussa standum rescripto
S. D. N. & procedendum est simul & semel ad determi-
nationem petitorij & possessorij: parum tamen proderit
sententia in possessorio. Rot. 14. de restit. spol. in antiq.
Put. 74 aliàs 83. in vna Sabinen. lib. 1.

GRASSI.

Iacen. portionis de Auso. Lunæ, 20. Iunij. 1575.

SVMMARIA.

1 *Beneficium de sui natura dicitur habere suos redditus consuetos, licèt per statutum vel consuetudinem tertia pars eis tollatur.*
2 *Legata res duobus cuilibet debetur tota, ita quòd si vnus repudiet, alter nihil acquirit, sed non admittit.*
3 *Ius accrescendi, & non decrescendi differunt.*
4 *Lucrum cessans, & amittere differunt.*
5 *Distributiones & tertia qua amittitur differunt.*

6 *Dare*

6 *Dare & amittere sunt contraria, sicut dicitur de lucro & pœna.*
7 *Tertia de corpore beneficij ita lucratur seruiendo, sicut absens lucratur alias duas tertias.*
8 *Tertia quod non computetur inter fructus beneficij, est decisio odiosa fundata in odium regulæ de valore.*
9 *Interpretatio lata facienda, est contra concedentem.*

DECISIO CCLXX.

COnclusum, tertiam partem computandam inter fru-
ctus beneficij ad effectum, de quo agitur, iuxta aliàs
dicta in vltima resolutione, cum dicta tertia sit de cor-
pore beneficij, non attento, quòd per accidens absenti-
bus tollatur. ¶Vnde tale beneficium de sui natura verè
1 habet suos redditus consuetos, licèt per statutum † vel
consuetudinem hæc tertia tollatur, vt bene in his termi-
nis dicit Staphil. qui satis placuit Doctor. & ita declarat
Oldrad. conf. 118. de liter. grat. fol. 29. à tergo. vers. & præ-
dicta intelligo, secundum paruam impressioné, alias sub
titulo de form. expectat. §. noua forma pauperum, nu. 47.
¶ Quod aliqui Doct. comprobabant, quia præsentes ve-
rè non dicuntur lucrari hos fructus, sed magis dicendum
absentes amittere. Et ita bene dicebant videri in hoc ca-
su simile de iure accrescendi & non decrescendi: quando
2 enim res legata † est duobus, cuilibet debetur tota, ita
quòd si alius repudiet legatum, alter nihil acquiret, sed
non amittit. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de ca-
duc. tollen. Doct. omnes in l. re coniuncti. & ibi in specie
3 Rip. nom. 7. de leg. 2. vbi † declarat differentiam inter ius
4 accrescendi, & non decrescendi: ita † in hoc casu præsens
non dicitur lucrari, sed magis dicitur non amittere. Et
addebant aliqui videri tantam differentiam inter distri-
5 butiones † (quæ non dicuntur de corpore beneficij, vt
per Staphil. vbi supr. num. 45. & 46. & Oldrad. dict. conf.
118. & per vulg.) Et hanc tertiam, quæ amittitur absen-
tiæ caussa, quæ est de corpore, vt per Staphil. vt supra,
6 quanta † est inter lucrum & pœnam, & inter dare &
amittere, quæ sunt contraria. Nam distributiones dicun-
tur dari, item acquiri seruientibus: hæc verò tertia, ve-
rè non dicitur dari, nec acquiri scientibus, vel præsen-
7 tibus: cùm † enim sit de corpore, qua ratione lucratur
quis absens duas tertias, vt corpus beneficij, eadem ser-
uiendo lucratur, & hanc tertiam, quæ & ipsa, vt dixi, exi-
stit de eodem corpore, non accrescendo corpus benefi-
cij, sed illud non diminuendo: non seruientibus autem
vel absentibus bene dicitur tolli, & diminui dictum cor-
pus de ista tertia, & sic in effectu dicta tertia non cedit
lucro ipsi beneficiato, si sit præsens, vt in distributioni-
bus bene cedit pene absentibus. Et hæc differentia vltra
prædicta videtur bene comprobari per testes, vt infra
ponderatos, qui vocant dictam tertiam de corpore. Item
distinguunt eam à distributionibus. ¶Placuerunt etiam
aliquibus ex Dominis dicta in vltima positione, quòd
8 decisiones † exemplo allegatæ, quod huiusmodi tertia
non videatur computanda, nempe Mohed. 122. Put. pri-
ma, de valore, & Oldrad. d. consil. 118. Item Ang. decis.
742. & 791. libr. 3. sunt fundata in odium reg. de valore
pœnalis, & odiosæ, vt benè in eis dicitur, quæ ideò hic se-
cundum aliquos, non videtur cadere: non enim videtur
continere odium, quod Papa velit concedere limita-
9 tam facultatem Nuntiis. Æquum enim videtur, vt † Pa-
pa dispenset facultates suas pro libera, & spontanea vo-
luntate sua: & quamuis contra se in dubio sit lata fa-
cienda interpretatio. cap. fin. de verborum signific. cap.
is, cui. de præben. in 6. leg. 1. cum sua materia. ff. de con-
stit. Princ. cum simil. tamen non propter hoc debent
comprehendi ea, quæ alias non comprehenderentur, vel
quæ apertè sunt diuersa à comprehensis, vt notant Doct.
in d. cap. fin. Ex quibus omnibus fuit firmatum, tertiam
partem in casu nostro non esse deducendam, sed com-
putandam.

COTTÆ.

Roma. Casalis, &c. Veneris, 27. Iunij. 1575.

SVMMARIA.

1 *Venditio, in qua constat de re vendita, de pretio & de consensu, dicitur perfecta.*
2 *Pactum quod de contractu fiat instrumentum, dicitur perfectum esse contractum, etiam si scriptura non fiat.*
3 *Integra res vt non dicatur, sufficit, quod aliquid sit adimpletum circa præparationem.*

DECISIO CCLXXI.

COnclusum exceptionem non implementi non ob-
stare d. Horatio: minus resolutum fuisse cõtractum,
de quo in apocha, quia contractus ipsius venditionis seu
ipsa venditio fuit perfecta: constat † enim de re vendi- 1
ta, de pretio, & consensu, iuxta decis. Afflict. 280. num. 4.
Paris. conf. 59. num. 4. lib. 1. & ideò cùm in contractibus
locum habeat, l. sicut. C. de act. & oblig. vbi à princi-
pio contractus sunt voluntarij, & ex post necessarij, con-
sequens est, quòd non consentiente d. Horatio, non po-
tuerit d. Archiepiscopus recedere à dicta venditione.
¶Nec obstat, quòd dicatur resolutus contractus, quia
non fuit celebratum instrumentum infra 8. dies, vt can-
tat dicta apocha, secundùm Castrensem. in l. cum res. C.
de probat. quoniam illud dictum fuit aliàs per Dominos
reprobatum, vt attendatur Put. decis. 42. lib. 3. Peregr. de-
cis. 54. tit. de pact. vbi dicit, quòd † pactum, quod de 2
contractu fiat instrumentum, dicitur perfectum esse con-
tractum, etiam si scriptura non fiat. ¶Non obstat Doct.
Bald. in l. nciuile. C. de rei vindic. quoniam procedit (si
vera est. Nam contra eam tenuit Alex. conf. 212. lib. 2)
quãdo res est integra, & ante executionem contractus.
At in casu, de quo agitur, omnes Domini tenuerunt, rem
non esse integram, quia partes hincinde se quietauerant,
& d. Horatius cessit iuri & liti, quæ pendebat super isto
casali. Et † ad hoc, vt res ipsa non sit integra, sufficit, quod 3
aliquid fuerit adimpletum circa præparationem. Cephal.
conf. 91. nu. 39. Præterea illa † cessio censetur pars con- 4
tractus, secundum Ruin. 128. nu. 9. lib. 5. Aliqui & maior
pars tenuit, quòd etiam si res adhuc esset integra, quod
in contractibus nominatis non sit locus pœnitentiæ, &
resolutioni contractus; vt hîc latè prosequitur Domina
Biscia, & Curt. iunior. conf. 331. nu. 20. cum seq. lib. 3. te-
statur. de communi.

COTTÆ.

Astoricen. Archidiaconatus. Mercurij, 2[illegible].
Nouembr. 1577.

SVMMARIA.

1 *Illegitimatio, & dispensatio sunt duæ qualitates separatæ.*
2 *Qualitas est attendenda, quæ reddit actum nullum, vel illum transfundit in alium.*
3 *Qualitas violentiæ est attendenda ad reddendam professionem religionis nullam.*

DECISIO. CCXXII.

QVia in schedula restrinxeram difficultatem, *an Do-
minus Pizzarrus posset diuidere confessionem, de qua
in resignatione Ferdinandi in Alphonsum circa illud, quod
Didacus Ororio esset illegitimus, ritè tamen ex dispensatione
Apostolica clericali charactere insignitus*, Domini circa hoc
dixerunt ipsum posse huiusmodi confessionem diuidere,
nec teneri eam acceptare cum illa qualitate, quia conti-
net diuersa facta: vnum enim factum est, quòd Didacus
sit † illegitimus, aliud quòd sit dispensatus, & propterea
potest diuidi, est traditis à Batt. in l. Aurel. §. quæritur. de
liber legata. Felyn. in ca. cum dilecti. num. 8. de accusatio.
& Bald. in l. si quidem, numero 20. Cod. de transactio
& Abba. in capit. bonæ, numero 29. de postulat. præ-
latorum.

2 latorum. Tunc † enim est qualitas acceptanda, quando illa reddit actum, cui adijcitur, nullum, vel eum transfundit in alium actum, vt fuit tentum in vna Hispaleo. professionis, coram bonæ memoriæ Cardinali fratre meo, in qua fuit dictum, quòd confessio Isabellæ, quod per vim fecerat professionem, non poterat diuidi, eo quia
3 illa † qualitas violentiæ reddebat professionem non professionem: at hic quantumuis Didacus fuerit dispensatus, nihilominus semper verum est, quòd est illegitimus: & propterea sunt hæc duo facta separata, quod efficit, vt confessio diuidi possit, vt dictum est.

COTTÆ.

Astoricen. Archidiaconatus, Lunæ, 9. Maij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum necessarium non priuat possessione.*

2 *Veniens ex non iure agentis debet manuteneri in eius possessione vel quasi.*

DECISIO CCLXXIII.

DOmini concluserunt, constare de violatione sequestri ex collationibus factis ab ipsomet Petro de anno 1570. præsertim iunctis alijs factis à Vicario, & ex eo quòd manifestè ex scripturis apparet, quòd Petrus se ingessit in exactionem fructuum dixerunt tamen, huiusmodi violationem non ei nocere, quominus absolui pos-
1 sit: Cùm † enim sit reus & possessor, ex quo sequestrum necessarium non priuat possessione. l. interesse puto. ff. de acquir. possess. venit ex non iure agentis. ¶ Cùm itaque adhuc viuat Ferdinãdus præsentatus à Marchione Asto-
2 ricen. & cùm † talis præsentatio fuerit bona, ius remanet adhuc penes eum, vt sæpius fuit resolutum in hac caussa, & consequenter venit Petrus ex non iure agentis. ¶ Nec intrat gratia, si neutri, quam asserit Christophorus nuper se obtinuisse.

COTTÆ.

Astoricen. Archidiaconatus. Veneris. 26. Nouembris 1581.

SVMMARIVM.

1 *Fructus scienter percipiens post eorum sequestrationem incidit in pœnam clementina vnica, de sequestra. possessionis.*

DECISIO CCLXXIIII.

DOmini cum præsupposito, quòd constet, Petrum sciuisse appositionem sequestri, dixerunt, *non esse recedendum à resolutione facta super illius violatione.* ¶ Ratio fuit, quia ex forma sequestri iudex sequestrat immediatè: & licèt deputem sequestrarium, illi sunt deputati pro actuali collectione fructuum, non tamen inde sequitur, quin ante acceptationem ipsorum beneficium te
1 vera dicatur sequestratum, maximè, † quia cum clemen. vnica, de sequestra. possess. imponat pœnam impedientibus sequestrationem, & occupantibus fructus sequestratos, satis incidere in hanc pœnam videtur, qui sciens & prudens post sequestrum appositum à iudice percipit fructus. ¶ Tum quia percipit fructus, quo re vera sciebat sequestratos, licèt exactor ad eos colligendos sequestrum non acceptasset. ¶ Tum, quia saltem negari non potest, quin impediant, ne illi sequestrentur, & ita in ijsdem terminis fuit antiquitus resolutum. Et licèt Crescen. decis. 177. videatur requirere acceptationem sequestratarij, tamen, vt ex notatione eiusdem decisionis factæ à bonæ memoriæ Aragonia, quam vnus ex Dominis accuratissimus obseruator attulit, id necessarium non est per supradictas rationes.

ROBVSTERII.

Parmen. illegitimitatis. Veneris, 11. Februarij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Tertius non potest impedire processum contra spoliatum, licèt possit impedire restitutionem possessionis.*

Declara & limita, vt num. 4.

2 *Exceptio iuris tertij incontinenti probandi mixta cum alio iudicio præiudiciali illegitimitatis, suspendit iurisdictionem iudicis secularis.*

3 *Exceptio iuris tertij, quando dicatur præiudicialis, & quando non, etiam quoad processum, cum nu. seq.*

4 *Actio & exceptio iuris tertij: quando dicatur præiudicialis non solum quoad merita caussæ, sed etiam quoad processum.*

DECISIO CCLXXV.

IAm fuit resolutum, quòd pendente caussa illegitimitatis cotam iudice Ecclesiastico mota ad instantiam Dominarum de Borromæis contra Marchionem, non poterat iudices seculares procedere in caussa spolij, ad quam pro interesse iam venerat Marchio, prætendendo posse incontinenti docere de iure suo in petitorio, vt impediret restitutionem possessionis: quia petitorium absorbet possessorium: nam licèt agentes pro parte Dominarum de Borromæis hoc negarent, nihilominus in decisionibus datis fuit hoc apertè probatum in iure, & rem non habere difficultatem aliquam, vbi non probatur collusio vel connexio iuris tertij cum spoliante seu illius iure, quæ qualitas, aut illarum aliqua vnquam in nostris actis, nec etiam, vt dicitur in actis iudicium secularium fuerunt satis verificatæ. Et propterea inhibitio generalis, & specialis emanatæ à Rota nedùm ex stylo, sed etiam de iure ligarunt manus iudicum secularium, ne interim procederent in caussa spolij, quia fuerunt canonicæ & iustæ: & quamuis in signatura postea moderatæ fuerunt hæ inhibitiones, & separatæ istæ caussæ, ita quòd iudices seculares potuerunt postea procedere in caussa spolij, tamen id fuit ex manu regia, quam habet, & ex honesta quadam caussa extraiudicialiter forsan verificata, quo iure non vtitur Rota. ¶ Cùm enim iuxta allegata & probata de rigore iuris respondere debeat, fuit etiam in eadem signatura ordinatum, vt deberent istæ Dominæ de Borromæis cedere attentatis, quia separatio harum caussarum, & moderatio harum inhibitionum debebat operari ex nunc à die moderationis, & non ab initio. ¶ Verum istæ Dominæ cesserunt limitate attentatis factis post inhibitiones rotales, & noluerunt cedere attentatis factis post motam litem per ipsas corã Domino Episcopo Parmensi, seu illius Vicario, postquam Marchio iam venerat ad caussam spolij pro interesse suo prætendens, quòd iudices seculares potuerunt in caussa spolij procedere, quamuis admitterent, quòd † tertius pos- 1
sit impedire restitutionem possessionis, non tamen admittebant, quòd possit impedire processum contra spoliatum. ¶ Et ideò nulla extare attentata: sed caussa super his relationibus proposita decima Decembris, 1582. Rota resoluit, quòd cùm ante inhibitiones Rotales in caussa spolij iurauerint, & examinati fuerint plures testes, ista omnia fuerunt attentata, & reuocanda. ¶ Nam exceptio † huiusmodi iuris tertij incontinenti proban- 2
di mixta cum alio iudicio præiudiciali illegitimitatis suspendit iurisdictionem iudicis secolaris propter præiudicium & perplexitatem. *vt est textus, in capitulo, suam, & ibi notat Innocentius, & omnes alij, de ordin. cognitio* qui fuerunt plures allegati in prima & secunda decisione. ¶ Post hæc istæ Dominæ habuerunt recursum ad eandem signaturam, petentes, vt reiectis prætensis attentatis procederetur in caussa illegitimatis, signatura tamen noluit aliquid rescribere, sed ipsæ petierunt à me, vt iterum eas auditem in Rota super istis attentatis factis ante inhibitiones Rotales. Ideò vndecima Februarij, 1583. dubitaui, *an caussa spolij & caussa illegitimitatis huiusmodi sint adeo præiudiciales, vt gesta per ipsas Dominas in caussa spolij post præsentatam ab ipsis prædictam commissionem super illegitimitate sint attentata?* Et resolutio fuit remissa ad aliam

Rotam

Rotam, vt partes melios intelligant fundamentum, quòd semper factum fuit super c. tum, cùm notat per Gloss. & omnes Doctores à primo vsque ad vltimũ, præsertim Innoc. But. & Abb. de ord. cognit. Glos. Grat. Ias. & alios, in §. præiudiciales, de actio. ¶ Vbi declarantes † quot modis
3 dicatur actio præiudicialis, dicunt, quòd si pendente lite inter duos cōparet tertius sub prætextu melioris iuris in controuersia, quòd cōparitio illius non suspendit iurisdictionẽ iudicis. Sed si probatur, tollit intẽtionẽ alterius, & talis actio nō est præiudicialis, nisi quoad intẽtionem, non autem processum, quia respicit decisoria, & merita caussæ, & sic habet vim tātùm peremptoriæ exceptionis, vt etiā plenè probant, & notant Innoc. Butr. Felyn. & alij in c. cũ super, de re iudic. cũ aliis adductis per Cuuar. c. 14. col. penult. in fine practica. quæst. quæ procedunt in istis terminis simplicis iudicij, prout loquuntur. Sed si cōtingat, prout hic, quòd postquā tertius venit ad caussam inter duos alios agitatā, actor mouit litẽ illegitimitatis coram iudice Ecclesiastico cōtra istum tertium, tunc ratione istius iudicij duplicis oritur quædā actio, & exceptio præiudicialis, non solùm respectu intentionis, sed etiam respectu processus inter actorem, & reum agitati, & est peremptoria, & dilatoria ratione perplexitatis, & suspendit iurisdictionem iudicis primo iudicij, & facit supersedere processum, vt ille iudex secularis non possit procedere etiā inter duos primos litigātes, quousque sit finitũ secundũ iudiciũ præiudiciale, vt inquit textus toties allegatus, & ibi notant cōmuniter Doctores in d. c. tuā, de ordine cognit. & videātur omnes ibi, & in §. præiudiciales.
4 de actio. qui declarāt † hoc modo, vt actio, & exceptio sit præiudicialis non solùm quoad merita caussæ, sed etiam quoad processum, & quòd est suspensa iuridictio iudicis secularis. ¶ Ex quibus constat non esse insistendum, an Marchio fuerit citatus, vel ne in examine dictorum testium, quia iis suspenditur inter istos omissio tertij, non videntur facere ad casum, sed videntur intrare termini istius actionis præiudicialis in fauorẽ tertij, vt sint omnia attentata: nec etiam est necesse videre, an ipsæmet Dominæ Borromeæ obtinuerint à dicto Domino Episcopo Parmensi, eodem contextu inhiberi etiam contra Barbaram, prout affirmant agentes pro Marchione, sed videant & considerent ista, & si in cōtrarium aliquid quòd releuet, non repererint, cedant attentatis ab initio, & agnoscant bonam fidem: alioquin proponam iterum caussam super eisdem, & Rota dabit resolotionem, etiam si Marchio non sit citatus, nec inhibitum Dominæ Barbaræ.

ROBVSTERII.

Romanensis Domus. Lunæ, 31. Ianuarij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Verba debent intelligi secundùm subiectam materiam, & naturam actus cui deseruiunt.*

2 *Caussa facti magis consideranda est, quàm ipsum factum.*

3 *Modus non attenditur, dummodo habeatur effectus.*

DECISIO CCLXXVI.

Aliqui credebant, constitutionem habere locum in casu isto, & quòd ad cogendum Iulium D. Antonius nō tenetur ante omnia aliquid vlterius fabricare, sed ad summum cauere de continuando ædificium suæ domus taliter, quod erit insigne & in quadruplo excedet, quia ex visione loci satis videtur apparere, quòd si D. Antonius continuauerit ædificium suæ domus cũ ista, quam vult emere, erit futurum insigne, & excedet in quadruplo, quod sine dubio est arbitrariũ, vt in Mediolan. Ecclesię insignis. Et cùm bulla velit, quod sit res fauorabilis, ita aliqui arbitrabantur, & dum verba bullæ in hac parte dicunt, quod ædificium sit cœptum, intelligebant eo respectu, quo probata sunt. & secundùm subiectam † ma-
1 teriam ac naturam actus, & rei, cui deseruiunt, vt late per Aymon. cons. 9. n. 21. consi. 16. nu. 3. cons. 34. n. 26. & cons. 202. nu. 36. & cons. 258. nu. 5. ¶ Et sic quatenus bulla vult, quod ædificium sit futurum insigne, & in quadruplo excedat, & subdit, quod sit cœptum, intelligebant, quod sit cœptum taliter, vt quomodocunque sit cœptũ, dummodo ex eo bonus vir & in arte iudicare poruerit ex eo iam cœpto, quod futurum sit insigne, & excedet in quadruplu: nec requirebant, quod illud sit in specie cœptum ad effectum & finem istius noui insignis ædificij, sed satis est, quod ex eo, quod quomodolibet cœptum est, peritus dignoscere possit, ædificium futurum fore insigne, & in quadruplo excessurum si continuatur, quia † magis con- 2
siderant ipsam caussam facti, quam ipsum factum, latè congerit Aymon. cons. 201. nu. 21. & 309. nu. 7. nec est curandum de modo, dummodo † habeamus effectum, vt 3
latè per Dec. & alios in l. si mater, colum. 1. & 2. C. de institut. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. præsertim in conditione necessaria, & bene Paul. de Cast. in l. 2. vbi & Socin. & Hercula. de condit. & demon. contra Cæpoll. in l. erroneum, in fin. de ædil. edic. ¶ Et placebant, quæ dicit D. Biscia, declarando vt supra, & id quod dicunt Scribentes de reficiente in statuto, præsertim, quia ista domus ex sui destinatione & erectione non potest dici perfecta, si bene inspiciatur. Distinguendo igitur materiam dicebant, quod quādo ædificium ex sui destinatione perfectẽ nullo modo potest desinere pro continuatione ædificij insignis, tunc oportet, quòd ille, qui vult emere, incipiat ædificium taliter, quod possit arbitrari, quòd ex cōtinuatione illius erit futurum insigne: alioquin si ex domo iam constructa coniungendo cum alia potest iudicari hoc, non requiritur, quod incipiat, sed petat, & caueat ad summam. ¶ Succedit, quia nihil ex fabrica incipienda consequitur alius, & videtur æquum, quòd volens ædificare debeat esse securus de domo vendenda, postquam concurrunt requisita bullæ, & verificantur verba, & mens illius, & materia est fauorabilis, vt in eadem bulla cauetur.

¶ Ad cautelam poterit D. Antonius facere designum de ædificio futuro, & illud ostendere, & si placuerit. poterit cauere de ædificando iuxta formam dicti designi, & si non concordabant partes, proponeretur caussa super eisdem.

SERAPHINI.

Perusina exequutionis. Veneris, 11. Maij, 1572.

SVMMARIA.

1 *Agere non potest, qui propter moram cecidit ab omni commodo contractus.*

2 *Nullitas ex non implemento descendens non tollit actionem, sed impedit tantùm exercitium actionis. Declara, vt num. 4.*

3 *Ius pendente iudicio actori superueniens ei prodest.*

5 *Mora purgatio licita est de iure canonico, si adest dolus etiam stante iuramento.*

6 *Dolo cessante in materia, l. si quis maior, C. de transact. cessat etiam eius dispositio.*

7 *Mens contrahentium colligitur ex eorum verbis.*

DECISIO CCLXXVII.

Tres fuerunt pro parte Illustriss. Hæredum Dominæ Hortensiæ deductæ nullitates cōtra secundam æstimationem. ¶ Prima est, *quòd propter moram Domini Ascanij stante dispositione l. si quis maior, C. de transact. ipse non † poterat agere, cum cecidisset ab omni commodo contractus, & de hac mora fuerat in actis oppositum.* ¶ Secunda est, *ex defectu citationis eo, quod periti non processerunt ad æstimationem citato Comite Ranutio, & ipsi fuerunt deputati citato Bernardo qui mandatum non acceptauerat.* ¶ Tertia est, *quòd æstimatio non fuerit facta omnium bonorum, l. quid tamen. de arbit.* ¶ His tamen non obstantibus fuit conclusum pro validitate. 1

2 ¶ Nam † quantùm ad primam nullitatem non implementi non tollit actionem, sed impedit tantùm exercitium actionis, vnde tenet iudicium, & sufficit, quòd implementum superueniat: tunc enim reconualescit iudiciu, Alex.cons.27.n.2.& cons.78.in fine, lib.1.Ceph.cons.
3 112.nu.20.& 21.lib. 1. Nam † ius pendente iudicio actori superueniens ei prodest.l.si rem alienam.§.fin. de pign.
4 act. ¶ Nec † obstat, quòd fuerit prius oppositum, quia quicquid dicit idem Ceph.cons.586.n.18. in contrarium est decis. Afflicti 280. in qua protestatũ fuerat, & nihilominus conclusum fuit, non fuisse resolutum cõtractum, ad idem Put.139.Eadem die fuit resolutum lib. 2. ¶ Præ-
5 terea † de iure canonico etiam stante iuramento, si adest dolus, licita est purgatio moræ.cap. apud misericordẽ 32. quæstio.1.vbi Gloss.c.ex literis, de cõstit.c.suam, de pœn. Bald.in l.qui crimen.n.20.C.de accus.Alexand.d.l. si quis maior, in fine.& ibi Iacob.de sancto Georg.nu.43.Ias.nu. 26.Cagnol.nu.155.Alciat.n.76.Dec.cons.139.n. 7. Crot. l.si insulam, nu.70.de verbor.obligat.Ruin.cons.113. nu.
6 26.libr.3.Goffred.cons.41.n.8.Nam dicta l. si quis † maior.præsupponit dolum, quo cessante cessat dispositio.Iason.cons.16.nu.2.Seisel.nu.13.Curt. iunior. nu.16.& 17. Cagnol.num.128.¶ Hic verò videtur cessare dolus, quia verba instrumenti videntur potius sonare, quod prius deberet solui dos, cùm in eo dicatur, quod debeat quietari mediante dicta dote. Ergo mediante dote soluenda, & sic postquam soluta fuerit, quia relatiuum, dicta, refert dotem cum omnibus suis qualitatibus. ¶ Neque obstat decisio Molicdan.218.quia ibi verba erant dubia: Hic verò
7 † ex verbis colligitur mens contrahẽtium. Alex. cons. 61. nu.4.lib.5.Crot.cons.72.nu.15.& 39.lib.2. Absurdũ enim videtur quòd quietatio præcedat receptionem dotis. ¶ Quantùm ad secundã nullitatem, ea non obstat, quia in æstimatione fienda non debet citari pars: nec refert, quod Bernard. tunc non acceptasset, cùm postea in pluribus actibus cõparuerit, vt in facto bene deducitur. ¶ Quãtum ad tertiam & vltimam nullitatem, nisi forma esset præcisa, non inducit nullitatem: tamen placeret Dominis, vt iterum fieret æstimatio, habita ratione valoris illius temporis. Et hoc quia prima æstimatio fuit nulla, & hæc posterior est imperfecta, cùm non comprehendat domum: Et ideò ex ea non potest colligi, in qua quantitate remanserit creditor Dominus Ascanius, cùm in prima nulla, & impugnata non possit fieri fundamentum.

SERAPHINI.

Placentina bonorum. Veneris, 27. Octobris, 1581.

SVMMARIA.

1 *Empta ex pecunia alterius acquiruntur ei, cuius nomine sunt empta & non ei, cuius est pecunia, sequuta traditione.*
2 *Destinatio rei quos effectus.*
3 *Actio ad communicandum competit vbi contracta est societas omnium bonorum.*
4 *Hypotheca solo consensu contrahitur.*
5 *Actus correspectiui dicuntur vnus alteri ita inesse, vt vnicus censeatur contractus.*
6 *Contractus approbatione dicitur indiuiduus.*
7 *Dominium nõ transfertur ex traditione facta vigore contractus contra legis dispositionem & sine caussa legitima alienandi inits.*

DECISIO CCLXXVIII.

1 FVit constituta regula, quòd † empta ex pecunia alterius acquirantur ei, cuius nomine sunt empta, & non ei, cuius est pecunia, secuta traditione l.1. cùm sequẽt. C. si quis alteri vel sibi. Bart. in l. si patruus. C. communia vtriusque iud.Bald.Salyc.& Angel.in l.si vt proponis. C. de rei vẽdic.Dec.cons.99.n.1.Purpurat.cõs.71.n.65.lib.1.
2 ¶ Non † obstat destinatio, quæ ex aduerso ponderatur. Quia procedit illa consideratio ad aliũ effectum, nempe, an propter destinationẽ res cẽseatur mobiles vel immobilis ita, vt requirãtur solẽnitates, quæ in alienatione immobiliũ sunt adhibẽdę.l.3.§. quid ergo de contrario iud. tut.l.à Diuo Pio.§.finali, de re iudica. ¶ Item quaodo dubitatur, an cõprehendantur in dispositione loquente de immobilibus: & si vlla hoc casu cõsiderari potest destinatio ad effectum, de quo agitur, ea est in fauorem Ecclesię, cùm destioata esset emptio ad effectum tradendi Ecclesiæ. ¶ Non obstat, quod detur † actio ad commonican- 3
dum. Quia illud procedit, vbi est contracta societas omnium bonorum. Bal.in l.1. in fine.C.si quis alteri vel sibi. Bart.in d.l.si patruus.nu.8.C.comm.vtri. iud. ¶ Non obstat Crot.cons.419.nu.11.lib.3.quia loquitur ad effectum constituendi † hypothecã, quæ solo consensu contrahi- 4
tur.l.contrahitur, de pignot. ¶ Nun obstat l. in rebus. *la 1.* §. 1. de iure dot. quia bene applicaretur, si Puteobonelli dedissent bona: sed ipsi pecunias dederunt. ¶ Difficultatẽ tamẽ Dominis fecit, quòd cùm emptio aquarũ fuerit pars contractus istius alienationis.l.fundi partẽ, de cõtrahen. emptio. Et sic † sint omnes isti actus correspectiui, dicitur 5
vnus alteri ita inesse, vt vnicus censeatur contractus. Tiraquell.in l.si vnquã, in verbo, Donatione largitus, n.117. cũ seq. Gabriel.de præsumptio.cons.13.n.17. ¶ Ex quibus videtur sequi, Ecclesiam non posse approbare partẽ istius contractus, & reliquum reprobare, cùm † contractus ap- 6
probatione sit indiuiduus, Bal.cap.nihil, nu.6.de electio. & aliâs fuit resolutum in vna Anglicana Aluminum. Et ad hoc facit tex.in l.in rebus, §.1.de iure dot.& Put.decis. 362.Romana casalis, libr.3. ¶ Præterea iste contractus secundum partis prætensionem est nullus, quia cõtra legis dispositionem sine legitima caussa alienandi est initus, ex
† quo consequens videtur, vt dicamus ex subsecuta tra- 7
ditione non fuisse acquisitum dominium Ecclesiæ, Bar.in l.non dubium, nu.28.C.de legib.& in l.1.§.si vir vxori, de acquir.poss. ¶ Quare hæc erunt particulariter discuoenda, nisi fortè malit Illustrissimus Dominus Cardinalis defendere, quòd non possit resolui hæc emptio aquarum, propter pacta in contractu apposita, quæ per informantes in facto deducuntur.

ROBVSTERII.

Roman.contrauentionis. Mercurij.14. Iunij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Pœna l.si quis maior.C.de transact. dicitur esse legalis, & potest exigi ab Ecclesia.*
2 *Pœna legalis quæ dicatur, & quæ conuentionalis.*
3 *Ecclesia potest iustè pœnam legalem exigere.*
4 *Dispositio cap.fraternitatis, 12.quæst. 2. quomodo intelligatur.*
5 *Pœna conuentionalis per approbationem dicitur legalis ad effectum exigendi vsque ad quadruplum.*
6 *Hæreditas legitima etiam dicitur, quæ prouenit ex testamento propter legis approbationem.*
7 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
Declara tamen & limita multis modis, vt numero 8.& sequen.
11 *Conductor malè versatus si expellatur, non propterea perdit meliorationes.*

DECISIO CCLXXIX.

REsoluerunt Domini, † pœnam l.si quis maior, C.de 1
transactio. in ea parte, quòd contrauenìens cadit a commodo contractus, esse legalẽ, & posse exigi ab Ecclesia. Idq; probant ex verbis dictæ legis ibi, restituta pœna, quæ pactis probãtur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quòd ex pactione fuerit cõsequutus, & ex l.ædẽ, C.loca.cum his, quæ adducunt Ruin.cons.58.& 88.in Cagnol.in d.l.si quis maior, n.158.& 160.cum seq.
Item † quia pœna legalis est illa quæ a lege imponitur: 2

con

coouentiooalis verò, quæ conuentione partium inducitur. §. conueotionales, de prætor. stipula. & perpetu. & tempo.actio.per tot.l.2.§.conuentionales,de verb.oblig, cum aliis per Cottad.in tract de contractibus. quæst. 31. col.1.Rebuff.in Rub.C.de sent.quę pro eo quod interest. nu.542.Præpos.in cap.gemma,n.7.de spons. vbi quòd illa dicitur legalis,quæ a lege habuit originem,vel à lege imponitur, quòd etiá cumulat Menocb. de arbitr. casu 260. nu 1.& si vltra aliquid adiiciatur,erit pœna cóuentionalis,quæ ex conuentione partium proficiscitur.Ias.cons.9. nu.14.in 1.Cagnol.d.l.si quis maior,nu.138.vers. sed dicitur.Bolognet.ibidem,nu.95. Hic verò præcipuè agitur, vt Serlupus cadat à commodo contractus, quæ pœna est legalis,quia dict.l.si quis maior.hanc pœnam imponit,& omissa pœna cóuentionali licitè exigi potest ab Ecclesia in foro conscientiæ,vt fuit resolutom in ista causa. Et est decis.Peregri.lib.2.q.1.& est text. in c. audiuimus, de Simon.& in c. procuratores, de cens. vbi propter Ecclesiæ legatum duplú pretium restituitur.Et licet Abb.ibi dicat, qoòd ille in foro conscientiæ nó teneatur, non tam en dicit,quòd Ecclesia nó possit exigere, postquá lex imponit,
3 & leges in foro conscientiæ seruantur.Ex hinc † est,quòd potest Ecclesia iustè pœnam legalé exigere,& Caguol.in d.l.si quis maior,nu.160.cum.seqnent. bene respondit ad Gloss.in c.fraternitati.12.q.2. Et quòd ille, qui incidit in pœnam,in consciétia teneatur,nó facit,quia intelligitur, vbi res extat,vt declarat Felyn.in dict.c.audiuimus. Nam
4 † c.fraternitati.loquitur in Ecclesia,quádo res extat,quia vltra non potest exigere:sed vbi non extat,tonc.pœna legalis est subrogata loco inæstimabilis interesse, propter difficultaté probationis,& ex parte recipientis non videtur pœna.¶ Et licèt in pœna † conuétionali præsupposito
5 iuramento intret difficultas,an ratione approbationis dicatur legalis, & possit exigi saltè vsque ad quadruplú, vt voluerunt Anchar.cons.148 Rom.cons.510.n.27.in l.stipulatio ista.§.alteri,n.21.vers.vnus tamen casus,de verb. oblig. Iason.in l.si quis maior,n.26.& 29.Curt.n.24.Purpur.n.75.Iac.de sancto Georg.n.47.Bolognet.nu. 47. Rebuff.in l.vnica,n.572.c.de sent. quæ pro eo quod interest. vers.8.extende, quorum opinio ab aliquibus ex Dominis dicebatur communis. Nec placebat illa responsio, quòd debet intelligi in laicis,& non in Ecclesia. Quia nó videbant rationé diuersitatis:Nam si propter approbationem legis efficitur legalis,nó est, quod Ecclesia illá non possit exigere:Et quamuis sit legalis generali qoadam approbatione legis, tamen approbatio videtur satis specialis in d. l.si quis maior.cùm dicat,restituta pœoa,quæ pactis probatur inserta.Et inquit Alciat.in l.obuenire, quod nó im-
6 propriè latiorisue sensu dicitur legitima hæreditas, † & à lege obuenire,quę prouenit ex testaméto propter approbationem legis,quod quisque legasset,ita ius esset,Posset tamen habere difficultatem, an propterea sit legalis verè & propriè, quia prouenit à conuentione partium. Et quamuis lex approbet,est ex lato vocabulo legalis: & an hoc, vt Ecclesia illa possit exigere, haberet maiorem difficultatem: & multò maiorem, an sententia possit dici notoriè iniosta. Sed dixerunt, quòd hæc secunda difficultas est superflua, quia versamur in primo casu,nempe in amissione totius emolumenti prouenientis ex contractu,qoia (vt dictum fuit) est pœna legalis,& signáter, vt etiam priuetur fructibus perceptis, & omni emolumento cootractus is,qui contranenit,dicit ibi Bolognet. nu.85. ¶ Solum reseruarunt videndum, *an in isto casu prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis*, in quo dicebant aliqui,quòd licèt prouisio hominis regulariter faciat cessare prouisionem legis.l.fi.C.de pact.conuen.vbi Saly.& Iate Anton.Gabriel.de cómu.opin.in tit.tamen dibebant
7 † regulam procedere,quádo prouisio legis tunc nondum competebat,sed erat competitura, nisi homo sibi prouideret, & legis prouisio venit ad implemeotum prouisionis hominis.vt l.si ita.§.fin.cum leg.seq.ff.de nouta.in l. 2. in 6.quęst.C.de iure emphyt.Salic.in d.l.fi.¶ Dátur etiam plures responsiones,quę ad duas vidétur redigi,vt regula procedat in extraordinaria prouisione, non in ordinaria. Hæc responsio videbatur pati difficultates. ¶ Prima,quia
†fallentia videtur procedere,quando prouisio legis com- 8
petebat,& homo sibi prouidet, & tunc subintrat illa difficultas, quòd prouisio legis sit ordinaria vel extraordinaria. ¶ Secunda, quia † sumus in iure quæsito extraor- 9
dinario & exorbitanti: & hinc est quòd requirit dolum, vt passim tradunt Doct.Cassad.decis. 2. de iureiur. ¶ Secundò est fallentia, quòd † id non procedit fauore dotis, 10
quæ est vera: sed dubitabant de extensione,quia ratio est in dote, quòd facto dotis iuramento effici non potest durior, vt per Salyc.ibi.Dubitabant igitur,an applicetur. Nam tunc obstabit Alex.cons.132.nu.2.lib.1.quia,vt ipse ibi dicit, prouisio legis est ordinaria,non extraordinaria. Et eadem ratione obstabit dec. Put. 204. aliâs 205. lib. 2. quia & ipse loquitur in prouisione legis ordinaria. Quod dicitur de Paul.de Cast.in l.cùm stipulatus,n.5.de verbo. oblig. dicebant pendere, an intret regula de prouisione hominis. Et quod dicitur de conductore malè versato,vt possit expelli dicebant nihil facere, quia † non ideò per- 11
dit meliorationes, l. colonus, locati. Ideò totum pendet ab hoc,quod reseruarút particulariter videndum,an prouisio hominis in isto casu faciat cessare prouisionem legis,si quis maior. postea si opus erit videbitur de veritate opinionis Roma & Anchar.

ROBVSTERII.

Romana contrauentionis. Veneris, 22. Octobris.1582.

SVMMARIA.

1 *Contrauentio reddit actum nullum, dummodo sit dolosa aliâs secus, cum num. 2.*

DECISIO CCLXXX.

Resolutum fuit, ex deductis constare de contraoen- 1
tione D. Ioan. Philippi Serlupij ad effectum notoriæ iniustitiæ sententiæ latæ extra Rotam, siue testes coram D.A.C.sint legitimè examinati,siue non, ex prætenso defectu iuramenti, quia instrumentum conuentionis est clarum, quòd nec liceat incidere ligna, nec rumpere prata,præsertim státibus dictonibus,Tamú, & duntaxat, & ramé vtrumque fuit factum:Nam aderat sylua & prata,vt bene dicunt 4.testis ad 21.& 5.ibidem,& 6. super 1. Et de incisione lignorum deponunt primus super primo, & quidem in magna quantitate, & post incisionem excioccationem 3. ad 22 &. 23. secundus ad 21.5.super primo,6.super 5.de venditione lignorum, primus super secundo,secundus ibidem, & super 4. & ad 8. de ruptura pratorum deponunt primus super secundo, secundus ibidem,3.ad 21.Et quòd esset melius,quòd noo scioccaretur.3.ad 21.4.ad 23.29.& 35.& super 7.5. ad 23. 35.43.& super 7.& quòd est damnificatum 10 scutis 80.7. ex examinatis per Io. Philippum ad 18. & 19. de quantitate 4. vel 5. rubrorum 3. ad 30, ¶ Non obstant alij testes exemplo examinati, quia benè respondent informantes capituli, quòd benè compatitur depositio illorum cum istis testibus examinatis pro parte capituli, & non probant negatiuam, quòd prata non secarentur, & quoad disciocationem diuersum est, vbi adest sylua cum pacto expresso, vt hîc per informantes, qui bene concordant dictum Pedachiæ, & vtilitas considerata per informantes hæredum Serlupij tollitur ex testibus dicentibus contrarium, & quia satis damnosum est,quòd fit contra propriam voluntatem, ex mente Hostien.& aliorum.¶ Non obstat defectus iuramenti. quia non adest, quantùm potui videre, & vbi adesset, alij supplent etiam examinati pro parte Serlopij. ¶ Non obstat, † quòd contrauentio 2

in terminis l.si quis maior, nō releuat, nisi sit dolosa, quoniam satis ex deductis probatur dolus, veniendo contra pacta expressa, l.non potest dolo carere, de reg. iur. cum aliis per Aym.cons.193.n.2.& informantes hic bene euacuant omnia exemplo considerata, cum quibus transierunt Domini sine aliqua difficultate.

ROBVSTERII.

Romana vineæ, Veneris, 5, Iunij, 1579.

SVMMARIA.

1 *Euictionis periculum satis imminere dicitur ex aliqua controuersia mota sine dolo super tota re vendita, aut aliqua illius parte.*

Ampliatur siue sit mota super petitorio, siue possessorio, numero 2.

Siue super seruitute vel cognitione dominij, num.3.

Item etiam si lis sit calumniosa, dummodo non sit petitum super ea declarari, num.4.

4 *Lis calumniosa non dicitur etiam si sit iuratum de calumnia, nisi petatur super ea declarari.*

5 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*

6 *Lis quando dicatur venisse in limine contractus.*

7 *Emptio & venditio quando dicatur perfecta ad effectum vt cesset remedium l.si post perfectam C.de euictio.*

8 *Remedium retentionis pretij de quo in l.si post perfectam, C. de euictio. durat vsque quo verè sit solutum creditori.*

9 *Soluere non dicitur, qui pecuniam deponit.*

10 *Depositum reuocare licet non possit deponens, tamen interim remanet dominus pecuniarum.*

11 *Deponens quando possit allegare retentionem pecuniarum.*

12 *Exceptio retentionis est cæteris fauorabilior, quæ potest etiam in ipsa executione opponi, & contentatur de solo facto.*

13 *Deponens de mandato iudicis non amittit possessionem rei depositæ.*

14 *Euictionis periculum sufficit quocunque genere iudicij ad effectum l.si post perfectam, C.de euictio. sed non ad effectum, vt emptor dicatur habuisse notitiam.*

15 *Qualitas extra substantiam & subiectum probari non potest.*

16 *Notitiam rei habere præsumitur is, qui de ea fecit mentionem.*

Idem si alius ad eius instantiam, num.17.

18 *Persona extrinseca non est præsumenda vltra nominatam in dispositione.*

19 *Actus nullus ex defectu citationis an ex aliquo adminiculo sustineri possit.*

20 *Præsens tempus operatur præsumptionem in præteritum.*

21 *Solemnitas extrinseca præsumitur etiam, vbi agitur de modico præiudicio.*

22 *Res libera præsumitur, & bona fides, nisi contrarium probetur.*

23 *Scientia in genere sine aliis qualitatibus & circumstantiis quando sufficiat.*

24 *Scire dicitur id quod vehemēter opinatur, vbi veritas cum opinione concurrit.*

25 *Contrahens cum alio tenetur inquirere conditiones contrahentis, & qualitates rei, quæ verisimiliter possunt deuenire ad notitiam.*

Limita tamen, vt num.26.

26 *Bona fides præsumitur, non mala, vbi quis non venit contra iura.*

27 *Assertio contrahentis de libertate rei præstat bonam fidem.*

28 *Ignorantia eorum quæ ab aliis communiter ignorantur, præstat excusationem.*

29 *Conditiones rei, quæ non sunt verisimiles, vel contra communem opinionem, vel ad inueniendum difficiles, non tenetur perquirere emptor vel alius contrahens.*

30 *Dolus in omittendo & falsum exprimendo præponderat culpæ.*

31 *Bandimentum seu edictum perpetuum omnibus innotescit: secus si momentaneum.*

32 *Exceptio emptoris de periculo euictionis & de retentione pretij donec sit securus, est vnum de remediis principalioribus quod ipse habet.*

33 *Creditor qui pro suo obtinet subhastare & deliberare pignus, non tenetur regulariter de euictione.*

Limita tamen & declara, vt num.34.35.& 36.

36 *Cautio euictionis quomodo sit præstanda per creditorem, qui pro suo iure obtinuit subhastare & deliberare pignus.*

37 *Actio de euictione regulariter non ligat insolidum, sed pro virili.*

Limita tamen quoad necessitatem defensionis, num.38.

39 *Venditor pro seruitute non tenetur de euictione, sed quanto minoris res est.*

40 *Cautio cum fideiussore requisita à lege non comprehendit eum, qui est euidenter idoneus, ex communi.*

DECISIO CCLXXXI.

PLures fuerunt excitatæ difficultates. Prima, *an ex lite mota contra D.Io.Cæsarem emptorem super ista vinea dicatur constare, quod immineat periculum euictionis?* in quo res est clara, quòd † vbicunque absque dolo malo mota est 1
aliqua controuersia, cuiuscunque generis sit, super tota re vendita, aut aliqua illius parte, tunc satis dicitur ad istum effectum imminere periculum euictionis, l. si post perfectam, & ibi Petrus de Bellaper. Bard. Odofred. Alber. Salic.& omnes, C.de euict. idem Bart. Alber.& cæteri in l. habitationum, §.fin.de peric.& com.rei venditæ, & in l.1. §.stipulatio duplæ, de præt.stip. Specul. de emp.& vend. §. 1.n.8.& ibi etiam Ioan. Andreas Alex.cons.65.col. 1. & 2. in 5.& cons.208. nu.5. vers. secunda defensio. in 2. Grat. respon.135.num.7.in 2.Fab.de Monte de empt.& vendit. q.6.prin.num.51.versic.circa duodecimum, Rub.Alex.in l.non solum.§.morte, col.104.in fin. vers. erit igitur 2.casus, cùm duabus sequen.de noui operis nunc. Ant.de Burgos in c.fin.nu.15.de empt.& vend. Ideò cùm sit mota lis per illos de Naris contra D.Ioan. Cæsarem super responsione d vineę octo barillum vini, satis in hac parte dicitur imminere periculum euictionis. ¶ Neque refert quòd lis fortè sit super seruitute, vel cognitione dominij, aut forte super possessione tantum quoniā, vt inquit Alber.in l.habitationum §.fi.in fi.de peric.& commod.rei vend. & expresse sequūtur plures ex supra citatis, nō † refert quo genere iudicij actū sit, petitorio vel possessorio, l.stipulatio 2
ista, §.si quis forte, & ibi notat Ale.& alij, de ver. obl. post Bar.& alios in l.venditores, eo.tit.& in l.3.de act.emp. Socin.cons.199.in 2.dub.libr.2. Moder. Ferrar. de Cephalis cons.268.n.5.15.& 22. vel ad † cognitionem vel seruitu- 3
tem, Moder. Hisp. Ant. Gomes.de empt.& vend. c.2.num. 45.& 47. ¶ Minus refert, quod nec Ioan. Cæsar, qui excipit de illa lite, nec illi de Naris, qui mouerunt dictam quæstionem, iurauerint de calumnia. Ideò † lis 4
ista sit calumniosa, quæ nullum parit iuris effectum, vt dicunt Doct.prædicti in d.l. si post perfectā, & in aliis supra citatis, & Curt.sen.in l.vnica. in fi. C. de sequen. possess.& fructuum. Chassa.decis.7. de dolo & cont. & decis. 5.vt lite pen. quoniā id procederet, si fuisset petitum, alioquin secus. l.si adulteriū, cum aliis per Ias.in l.cum quid. si cert.petatur, & in l.vniuersa. C. de precibus Imp. offeren. At hic nō fuit oppositū, & si in futurum petitū fuerit, poterit ad cautelā deferri tale iuramentū purgationis, vt dicunt Bal. Salyc. Pau.& alij, in l.nō idcirco. C. de cōtrahen. empt. Moder. Menoch.de arbitrar.iud.lib.2.centur.2.casu 224.in fin. Et sic stat regula, quòd dolus † non præsumi- 5
tur nisi probetur. l.dolum. C. de dolo. Bal. & alij per Aym. cons.8.num.1.præsertim, quia præsupponitur in puncto, quod isti de Naris sunt in quasi possessione exigendi, ex qua præsumitur dominiū incidēter deductū, & cessat suspicio fraudis. l.si stip.ista.§.hic quoq; de ver.obl. ¶ Secunda est

est difficultas, *an lis ista dicatur superuenisse in limine contra-*
ctus ad effectum, vt Io. Cæsar emptor possit retinere pretium,
quousque sint dati sibi fideiussores, iuxta dispositionem d.l. si post
6 *perfectam.* In quo etiã res procedit de plano: Nam † quo-
usque contractus regolariter & verè non est perfectus, &
inclusiuè vsque ad realem solutionem pretij, si superuenit
lis, dicitur venisse in limine contractus. d. l. habitationum.
§. fin. d. l. si post perfectam, & vbique notatur, & in d. l. non
idcirco. Glos. in §. nouissimè, vbi Aret. & alij. de suspect.
tut. Azo. in sũma. C. de peric. & com. rei vendita, n. 3. Spec.
Ioa. Andreas, & alij supra citati. Et Odofred. in d. l. si post
perfectam. ad exclusionẽ d. l. requirit, quod pretium sit so-
lutũ in totum. Et Bal. idẽ dicit de omnimoda perfectione
contractus, & respectu pretij solutionis. Villediego in
tract. de legat. quæ. 14. n. 104. cũ seq. inquit, quòd si in ipsa
perfectione, & absolutione contractus statim superuenit
lis. dicitur superuenisse in lumine cõtractus ad effectũ d. l.
si post perfectam. Et idem, vt inquit, si in continẽti super-
ueniat, quia inesse videtur. Vnde cùm ista quæstio venerit
ante veram & realem solutionem pretij ipsis creditoribus
faciendam, sine dubio dicitur venisse in limine contra-
ctus. ¶ Non obstat, quòd lis fuerit orta postquam vinea
erat iam subhastata, deliberata, & tradita Io. Cæsari em-
ptori, & postquam ipse realiter soluerat pretium vineæ:
Ipse enim de mandato iudicis deposuerat illud in eodem
monte consignandum creditoribus, quibus iudex man-
dauerit. Et cùm factum iudicis censeatur esse factum par-
tis, dictum pretium breui manu per solutionem iudici fa-
ctam confusum fuit, & desiit esse pretium vineæ, & con-
tractus emptionis & vẽditionis fuit in omni sui parte per-
7 fectus, ita † quòd cessat remedium d. l. si post perfectam.
Nam ex hoc ex mente omnium in d. l. si post perfectam,
respondet Pau. de Cast. cõs. 46. col. 2. & 3. in 1. quòd reme-
8 dium † retẽtionis, de qua in d. l. si post perfect. durat, quo-
usque pretium verè sit solutum ipsi creditori, ita vt non
sufficiat, quòd fictè sit illi solutum, & fuerit confusum,
aut desierit esse pretium, vt ibi per eum. Sed in casu isto
non erat facta aliqua effectualis solutio, non quidem per
9 emptorem, qui solùm deposuerat, & deponere † non est
soluere, Bart. & alij per tiraq. de retract. lignagier, §. 4.
Glos. 3. nu. 3. nec per iudicem, quia representat ipsum de-
bitorem, quia nedum pretium non erat per ipsum iudi-
cem consignatum creditoribus, sed neque creditores ac-
ceptauerãt depositum. ¶ Et quamuis ante designationem
10 creditorum, & acceptationẽ illorum deponens non † po-
tuisset reuocare depositum, nihilominus iterim remanet
dominus pecuniarum, Bart. & alij in l. acceptã, C. de vsur.
& in l. si ego. de neg. gestis. Dec. cõs. 543. in fi. Tiraq. de re-
11 conuent. 4. §. Glos. 9. pag. 936. Et ideò † bene potuit depo-
nens ex ista lite superueniente allegare retentionẽ harum
pecuniarum, iuxta l. si in archa. vbi plenè notatur, de cond.
indeb. & l. si me & Titiũ, si cer. peta. Pau. d. cons. 46. vol. 2.
in 1. & potest hic absque dubio admitti d. Villadiego in d.
tract. de leg. quæst. 14. nu. 105. vt satis sit, quòd superuene-
rit periculum incontinẽti, ex quo nedum pretiũ non erat
consignatum, sed nec potiores creditores declarati, nec
12 illi acceptauerunt depositum, præsertim quia † exceptio
retentionis est cæteris fauorabilior: potest enim etiam in
ipsa executione opponi, cùm tantùm differatur, & non
rescindatur iudicatum, Paul. de Cast. cons. 166. col. 3. in 2.
& alij per Aym. consil. 148. num. 2. & contentatur de solo
facto, vt latè cumulans Aym. consil. 65. nu. 3. cum sequen.
Gram. d. cons. 58. col. 1. Et cùm nõ simus in mutuo, sed de-
posito, ex quo nec tacitè nec expressè est data facultas
vtendi pecuniis, Bal. cons. 355. in 3. Antonius Gabriel, de
reb. cred. cõclus. 2. in fi. & depositũ non est factum sponte,
13 sed de mandato iudicis, † deponens non amisit possessio-
nem. l. si interesse, vbi plenè notatur, de acq. possessione, &
in l. licèt depositi, & sic est locus retẽtioni, cùm deponens
dicatur adhuc habere illas pecunias de iure & de facto.

¶ Tertia est difficultas, *an constet de isto onere responsionis octo*
barillium: Nam licet † ad effectum d. l. si post perfectam. 14
non sit necessarium, quòd immineat euictio, sed suffi-
ciat illius periculum ex quocũque genere iudicij, tamen
ad effectum vt venditor vel emptor, aut vterque dican-
tur habuisse notitiam dicti oneris, necessarium est, quòd
constet de substantia, & sic ipso onere: non enim potest
quis intelligere vel probare vel † qualitatem extra sub- 15
stantiam & subiectum. l. si seruum mihi §. primo, de act.
empti. l. eius qui in prouintia, si cert. petat. cum alijs per
Bal. in l. a. col. 1. C. de bonorum possess. secundum tabul.
& in l. omniũ. la. 1. C. de testam. Et non est dubium saltẽ,
quò constat de quasi possessione istorum de Naris à plu-
ribus annis & citra, vt latè deductũ fuit corã me: Imo in
petitorio ostendunt plura exẽpla impositionis dictæ an-
nuæ responsionis, & plures coniecturas & circunstãtias,
quæ fortè possent sufficere in petitorio, de quibus postea
inter eos fortè agetur. ¶ Quarta est difficultas, *An constet,*
quòd Antonius Brunus, ad cuius instãtiã dicta vinea fuit sub-
hastata, & deliberata D. Io. Cæsari emptori, iam de his haberet
notitiam. Et tenuerunt Domini sine difficultate pro suffi-
cienti notitia Antonij Bruni ex eo, quia parum antea ea-
dem vinea fuerat subhastata ad eiusdem Antonij instan-
tiam, & in illo bandimẽto expressè fuerat dictũ, quòd de
vinea soluit barilia octo vini musti pro recõpensa vnius
cãneti. Ideò visa fuit Dominis notitia ipsius Antonij cla-
ra, cùm non solùm in bandimento prædicto facta sit mẽ-
tio de quasi possessione, dum dicitur, quòd soluit, sed de
proprietate dum asserit, quòd soluit illam propter recõ-
pensam vnius canneti, & siue fuerit Antonius Brunus il-
le, qui in dicto bandimento fecit mentionem de his, † est 16
clara illius notitia, iuxta l. non est ferendus, de transact.
Bart. & alij in l. qui Romæ. § duo fratres, in 3. & 4. quæst.
de verb. oblig. siue alius. † ex quo in eius præsentia, imò 17
ad eius instantiam fuit factum bandimentum, vtroque
casu probatur ad istum effectum sufficiens notitia. Glos.
Bar. & alij in l. si tutor. C. de peric. tut. Alex. cõs. 4. col. pen.
vers. præsumitur enim. in 2. Moder. de valle cõsi. 36. n. 21.
in 2. nam cùm in principio bandimenti dicat, quòd illud
fuit ad instantiam D. Antonij Bruni, & in fine sit ipsa ex-
pressio dictæ respõsionis, non † est præsumẽda alia perso- 18
na extrinseca. l. si ista stipulatur Grisogonus vbi post Bar.
& alios notat Ias. n. 40. cum sequẽ. de ver. oblig. Alex. cõs.
177. n. 4. in. 7. Ruin. cons. 131. n. 1. in 1. & consi. 154. n. 12.
in 5. Chassan. consi. 30. nu. 32. & sequen. præsertim, cùm
vltra modicam impensam cõcurrat aliud adminiculum,
† vt in citatione communiter considerant Doct. in l. cùm 19
seruus, de verb. oblig. & in d. c. 1. vbi Dec. col. 3. & Ripa
n. 20. de iudic. & in l. ad perem. eodem tit. Curt. sen. cons.
76. col. pen. Aym. de antiqu. tẽpo. parte secunda, nu. 36. &
39. Moder. in tract. de nullitatibus. sub Rubrica de nulli-
tatibus ex defectu citationis, n. 44. Sarn. in reg. de triẽna.
quæst. 33. in fine, Gig. de pẽs. q. 48. ¶ Et hîc concurrit etiã
aliud, quia cõstat, quòd post illud fundamẽtũ ad instãtiã
eiusdẽ Antonij Bruni fuit iterũ subhastata d. vinea, cùm
prima subhastatio non habuisset effectum, & ex præsenti
† præsumimus in præteritum, vbi prout hîc, adest aliqua 20
probabilis caussa, Salyc. in l. ex persona. C. de proba. cum
aliis per Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. Accedit
quod inspecto tẽpore dicti Bãdimẽti dicitur agi de nullo
præiudicio ipsius Bruni: præiudicium enim, quod non
extat tẽpore actus, sed venit postea, non attẽditur. Imol.
& alij in c. de voto. Ang. cons. 182. circa med. Dec. & alij
in c. quæ in Ecclasiarũ, de constitu. & in l. vnica. n. 25. C.
de mãda. Princ. Sarn. in reg. de iure quæs. q. 3. & 7. Aym.
cõs. 103. n. 1. & de antiq. tẽp. parte 4. nu. 243. & vbi etiã † 21
agitur de modico præiudicio, præsumitur solẽnitas ex-
trinseca. Cur. senior. d. cõs. 76. col. pen. Dec. in d. c. 1. col. 3.
de iudic. & alij proximè citati. ¶ Nõ obstat, quòd † præsu- 22
mitur res libera, & bona fides, quia verũ in dubio, sed nõ

in clatis.nam tunc cessant cõiecturæ. ¶ Non obstat, quòd
ignorantia præsumatur, quia id cessat, vbi probetur scien-
tia, quæ ex coniecturis probatur etiam ad iudicandum
malam fidem.l.non ex eo,& ibi notant Bal.& alij, & in l.
Celsus.num.18.de vsucap.Abb.cons.81.nu.2.in 1. ¶ Non
obstat, quòd non sufficit probare scientiam in genere, sed
cum omnibus qualitatibus,& circũstantiis, in c.concerta-
tioni, de appellat.in 6.cũ aliis per Alex.cons.154.n.4.io 1.
23 Quia † imò ad effectum, de quo agitur, sufficit probare
scientiam in genere.Alex.cons.39.nu,6.in 2. cum aliis per
Modernos de Valle cons.36.col.fi.in 2.& Moderni de Al-
ba cons.18.col.pen.Ille enim, ad cuius instantiã fit subha-
statio & deliberatio rei venditæ, tenetur clarè nominare
emptori onera & qualitates rei vendendæ, de quibus ha-
bet notitiam vel credulitatem, nec sufficit in genere, vel
obscurè, aut captiosè illa exprimere.l.quæro, & ibi Paul.
de Cast.& alij.de act.empt.Corn.cons.81.nu.4.io 3. Alex.
cons.14.n.5.cum sequen.& cons.63.n.9.& fi.cum seq.in 6.
24 Satis enim scite † dicimus id, quod vehementer opina-
mor, præsertim, vbi cum opinione concurrit Veritas.Glo.
& alij per Ias.in l.certũ, si cert.petat. Antonius Gabriel. de
cõmunibus opinionib.tit.de criminalibus.conclu.33.n.3.
Ideò ad istum effectum non interest, an is circumstantias
omnes sciat, vel tãtùm in genere. ¶ Quinta est difficultas,
an in istis constet de bona vel mala fide D.Ioan.Cæsaris emptoris ante deliberationem in eius fauorem factam. Et quamuis ali-
qui dubitarent contra D.Io. Cæsarem, ex quo illi de Na-
ris erant in quasi possessione, & pluries exegerant, quòd
verisimiliter fit publicè, & in anteriori bandimento iam
expressum fuerat, quod vinea habebat istud onus, & qui
25 cum alio † contrahit, tenetur inquirere conditiones con-
trahentis, & qualitates rei, quæ verisimiliter & de facili
possunt deuenire ap notitiam.notatur in l. qui cũ alio, de
reg.iuris. Et quia præsumitur quod res sit libera, ex l. al-
tius,& l.fin.C.de seruit.cum aliis per Corn.cons.30.nu. 5.
in 4.Alex.cons.129.nu.2.in primo.& cons.55.nu.19. in 4.
Alc.de præsumpt.reg.2. præsumpt. 3. ¶ Quod ignorantia
præsumitur & non scientia, reg.præsumitur, de reg. iuris,
latè Gabr.de cõmunibus opinionibus, d.cõclus. 5. per to-
26 tam.Quòd † bona fides, non mala, vbi quis nõ venit con-
tra iura.l.meritò, pro socio.cũ aliis per Dec.cons.420.n.2.
Ias.in §.sed istæ, n.100.de act. Alc.de præsumpt.reg.3.præ-
sũpt.5.Gabr.de cõmunibus opinionibus, tit.de crim.con-
clus.2.n.27. Videbantur aliquibus ex Dominis debiles, &
elisæ istæ præsumptiones per alias proximè datas contra-
rias, non autem in istis præsumpt.dator gradus, & fortior
vincit.l.prima, C.de adult.cũ aliis per Alex.cons.132. col.
fi.n.5.Dec.cons.413.col.fi.Moder.de Alba cons.18.per to-
tum. ¶ Nihilominus Domini in casu isto cõcluserunt pro
D. Io. Cæsare, quod non constet verè nec præsumptiuè,
ipsum ante deliberationem, aut de tempore liberationis
sciuisse onus istius responsionis tam ex iuris præsumptio-
27 nibus proximè adductis, quàm ex aliis,& præcipuè, † quia
assertio contrahentis de libertate vineæ præstat bonam
fidem. Glos.mag.in fi.in l.quæsitum, quando actio de pe-
culio sit annalis.Bart.in l.1.in fin. de eo per quem factum
fuerit, cum aliis per Bal.in d.l.Celsus.col.20.vers.3.princi-
palis cõclusio, de vsucap.vbi tenet, vt dictũ fuit, & verifi-
cãtor, quæ asseruit latè post alios Corn.cons.226.n.3.cum
sequen.in 2.Et cùm in bandimento dictũ sit, quòd vinea
erat libera, prout communiter dicebatur, non potest dici
28 crassa † ignorantia emptoris, si ignorauit quod ab aliis
communiter ignorabatur, vt latè post alios cumulat Ti-
raq.de retract.lignager.§.35.Glos.4.n.27.pag.718.nec de-
29 buit emptor perquirere conditiones † rei emptæ, quæ
non erant verisimiles, aut quas contra communem opi-
nionem, & sic cum difficultate poterat inuenire, Glos.in
l.loco.de acq.poss.& in l.si duo.vbi eriã Ang.& alij.de ac-
qui.hæred. Alex.& alij per Dec.in l.si per errorẽ, n. 9. in fi.
de iurisdict.omniũ iudicum. Rip.lib.2.respon.cap.12.n.3.
Calcan.cõs.24.col.4.circa medium.Crot.in l. filius fami-
lias, §.diui.nu.170.q.8.de lega.1.Curt. Iun. cons. 59. ante
finem.Cagn.in l.qui cum alio.n.18.de reg.iuris.Tiraq. de
retract.lignagier, in fine.o.41.& 44.pag.768.cum sequen.
Antonius Gabriel.de reg.iuris, concl.6.nu.42. ¶ Non ob-
stat, quòd in eodem bandimento sit dictum, quòd emptor
se informaret: Nam si Antonius ignorasset penitus dictã
responsionem, dicta protestatio releuasset, si emptor de
facili & verisimiliter potuisset scire: sed cùm Antonius,
vt dictum est, sciuerit, aut saltem vehementer credide-
rit, non potuit tacere, & multò minus contrarium asse-
rere, vt bene per Paulũ de Cast.in d,l.quæro. & per Corn.
& Alex. in locis citatis: Imò licèt Dominus Ioa. Cæsar ali-
quid de his intellixisset, ita quòd fuisset dubius, & debu-
isset perquirere, nihilominus dolus † Antonij in omit- 30
tendo, & falsum exprimendo præponderat culpæ d. Io.
Cæsaris, si qua in ea fuisset, vt bene deducit Alex.d. cons.
14.n.9.cum sequen.in secundo. ¶ Non obstat, quòd in pri-
mo bandimento fuerat hoc iam expressum, & de eo ve-
risimiliter habuerit notitiam d. Io. Cæsar. quia dixerunt
Domini, quòd cùm illud bandimentum iam præcessisset
per quatuor menses ante, & non fuisset † perpetuum, sed 31
momentaneum, affecit tantùm illos, quos tunc negotium
tangebat, sed non alios, quia non solet aliis innotescere. l.
sed & si pupillus. §. de quo palam, vbi, præscriptum esse
oportet.de institu.act. Authen.at qui semel, vbi Bar.n.15.&
16.C.quom.& quãdo iud.Abb.c.1.n.16.de postul.prælat.
¶ Sexto difficultas erit, *an Dominus Ioannes Cæsar possit licitè pretium retinere, donec sit sibi cautũ de euictione.* Et res nul-
lam habet difficultatem pro D.Io. Cæsare: Nam cùm su-
peruenerit lis, est quæstio super responsione, aut seruitu-
te rei venditæ antequam fuisset integraliter solutum pre-
tium, inter cætera remedia, quæ † habet emptor, est ex- 32
cipere de periculo euictionis, & de retentione pretij, do-
nec sit factus securus, d.l.si post perfectam, C.de euict.&
ibi notant omnes, & in d.l.non idcirco, C.de contrahen.
empt.& in d.l.habitationum, §.fi.de peric.& commod.rei
venditæ,& in d.l.1.§.stipulatio, de præt. stipul.Ang.cons.
121.col.1.& 2.& in Auth.de fideiuss.§.quod autem in fin.
Aret.in §.nouissimè, n.4 de suspect.tut.& in §. actionum,
nu.17.ver.quæro an perfecta venditione, Romanus cons.
8.ante finem, Bertan.cons.60.in 2.in antiq.Neuizan.cons.
37.numer.15.Moder.Hisp.Antonius Gomes.in d.tract.de
empt.& vend.cons.2.nu.26.Grammaticus cons 106.in ci-
uil. Azo.& Spec.Io. Andreas, Ale.Soc. Fab.de mõte. Grat.
Rub.Alex.& alij in 1.& 2.quæs.citati. ¶ Non obstat, quòd
creditor, † qui pro iure suo obtinet subhastate & delibe- 33
rate pignus, non tenetur regulariter de euict. l. 1. & 2.C.
cred. euict. pign.non deb. Negus.in tract.de pig.parte 6.
membro primo, q.5.nu.40.Nam † hæc regula declaratur. 34
Primò, quãdo is, qui vendit, aut obtinet subhastationem,
est sciens, prudens,& occultat vitium, aut seruitutem rei,
l.fi.C.cred.euict.pign.non deb.Glos.Bald.Salic. & alij, in
d.l.1.C.co.Negus.de pig.parte 6.membro primo, quæs. 5.
Aym.cons.211.num.9.in 2. declarat. ¶ Secundò, quando
† in limine contractus superuenit periculum euictionis, 35
tunc enim caussatiuè per viam exceptionis potest retineri
pretium, donec sit factus securus, vt in locis supra citatis.
Et hoc procedit etiam in venditione pignoris per subha-
stationem factam, vt si ante solutionem pretij superuene-
rit quæstio, aut lis supra re subhastata, & deliberata, po-
test emptor vti remedio d.l.si post perfectam, quia factum
iudicis reputatur esse factum partis, vt expresse tenẽt post
Iacobum de Aret. Io. Andr. Alber.& alios antiquos, Bart.
Ang. Alex.Hercul. & alij, in d.l.à diuo Pio, §. si post edi-
tam, de re iudica. Et quamuis Imola. & Ias. ibi videantur
dubitare: tamen Alex.& Herc. bene respondent, & eua-
cuant difficultatem. ¶ Vltima est difficultas, *ad quam cautionem de euictione teneatur Antonius, si vult consequi pretium pro rata sui crediti*, & pariter res est clara, quòd tenetur

pro illa rata pacuniarium ipsi soluendarum cauere non
simpliciter de euictione, sed ad simplum cum vsuris, ha-
36 bita ratione † fructuum, & pro totali iotereiſſe, cùm fue-
rit sciens, vt declarat Aotonius Gomes. de empt. & vendi.
nu. 45. vers. 2. limitatur & num. 47. vers. sed prædictis, post
Ang. Alex. & Hercul. in d. §. si post aditam, & sic debet ca-
uere defensurum iri, ant indemné conseruare, non solùm
pro illa quæstione tunc mota, vt dicunt Bal. & Salic. in d.
l. non idcirco, sed in quacunque alia in futurum mouen-
da, vt cómuoiter tenent Doct. Cyn. Bar. Salic. & fere om-
nes in d. l. si post perfectam in d. l. habitationum, §. fi. & d.
l. 1. §. stipulatio duplæ, Paul. de Cast. d. cons. 46. col. 2. in 1.
Ang. d. cons. 127. iu fi. & in Auth. de fideiussoribus, in fi.
Antonius in d. §. nouissimé, n. 4. de suspec. turoribus, & in
§. actionum, num. 16. de act. Alex. cons. 65. col. 1. & 2. in 5.
Socin. cons. 208. col. pen. in fi. cum sequ. in 2. Imol. in c. fi.
no. 21. & ibi etiam Antonius de Burgos de empt. & vend.
q. 6. prin. nu. 51. vers. circa 12. in fi. Gramm. d. cons. 12. nu.
106. Grat. cons. 135. in fi. in 2. Et quamuis Imol. in d. l. 1. §.
stipular. de præt. stip. & Rub. Alex. in d. §. morte, col. 105.
nu. 80. io fi. teneant contrarium: tamen idem Imol. in d. c.
fi. nu. 21. vt dictum est, tenet communem, & Rub. Alex.
in d. §. morte, nihil addit, quòd cómunis opinio non con-
siderauerit, vt benè considerant Moder. in tract. de euict.
§. 5. nu. 49. ¶ Non obstat, quòd Antonius non debet in so-
37 lidum ad ista teneri, ex quo † actio de euict. regulariter
non ligat in solidú, sed pro ciuili, vt latè deducunt moder.
Ferrarien. de Ronsagallis in l. eandem, in prin. nu. 43. cum
38 pluribus sequentibus. De duobus reis. Nam † quicquid sit
quo ad alios effectus, tamen quo ad necessitatem defen-
sionis, in qua taotum hic potest intrare obiectio, cópetit
insolidú, vt est tex. clarut, & ibi notaot omnes in l. ex caus-
sa, præsertim Ias. de act. Ang. & Imo. in l. 1. de ver. obli. vbi
Moder. proximè citati nu. 49. in fio. ¶ Nó obstat, quòd de
seruitute venditor conueoitur nó simpliciter de euictio-
ne, sed quando minoris res est, aut quando minoris si sci-
39 nisset, emisset. Quoniã † id est, quando fuit ignorans ven-
ditor, & id vult emptor, sed non illo sciente & empture
volente, vt bene declarant d. Moder. Hisp. Ant. Gomes. in
d. tract. de emp, & venditione, c. 2. n. 45. ver. 1. limita. ¶ Nó
obstat, quòd Antonius sit idone⁹, & locupletissimus, ideò
non teneatur fideiussoré pręstare. Quoniam id videbatur
R. D. indici, qui cognoscit de caussa, quamuis hæc res sit
maximè controuersa, an quis dando solùm nudam cau-
tioné cum simplici omniom suorũ bonorum hypotheca,
liberetur ab isto onere cautionis. Nam Alb. in d. l. si post
40 perfectam, C. de euict. tenet. quòd ista † caurio cũ fideius-
sore requisita à lege [illegible] comprehendit etiam cum, qui
euidenter est, & erit idoneus. Et idem tenet Alex. in l. di-
uortio, §. interdũ, col. fi. in princ. solut. matr. Iac. de sancto
Georg. in l. 1. nu, 8. vbi etiam Io. Sadolertus, qui satisdare
cogãt, Catellia Coita in memor. ibi. verbo, cauet cum fi-
deiussore. Plot. in l. si quando. §. 26. nu. 4. Grat. d. resp. 135.
n. 13. in 2. addit. ad Affli. decis. 171. in principio, vbi allegat
Tiraq. addit. ad Alex. cons. 37. nu. 15. in verbo idoneus, in
2. In contrarium quod non cóprehendar talem ęquè ido-
neum, tenet Bart. nu. 14. est in l. priuate. de morileg. lib. 12.
C. & in l. quicunqoe, de feud. patrim. eo. libr. Bal. quem se-
quitut Affl. dicta decis. 171. in fine, Pao. de Cast. in d. l. 1. &
ibi bene etiam Socin. qui dicit ita fuisse consultum per
Doct. peritissimos, & ibi etiam Ias. & cómuniter alij, qui
satisdare cogant. & in d. l. diuortio, §. interdum, solut. ma-
trim. Alex. cons. 37. n. 14. cum sequen. in secundo, & cons.
65. in fine. in 5. vbi attestatur de commu. Felin. c. ad hæc,
vers. itẽ notat. de sententia excommuni. Dec. & Cagn. in
l. plus cautionis, de reg. iutis. Hip. in rub. de fideius. n. 178.
cũ seq. Alc. in l. satisdationis. De vet. sign. Mod. Asten. de
Nactu. cós. 262. Mod. de Menoch. in tract. de arbit. iud, lib.
2. cent. 3. casu. 224. n. 4. & adducit in casu sarissimili Affli.
d. decis. 171. & hęc opinio in casu d. l. si post perfect. & d. l.
habitationum, in §. fi. cum similibus, in quibus nó sit ex-
pressa mẽtio de fideiussore, sed de cautione seu releuatio-
ne, vt considerant Doct. in d. l. plus caotionis, videtur sa-
tis probabilis, qnamuis Sadolet. in d. l. 1. qui satisd. cogan.
respondere conetur omnibus fundamentis pro ista opi-
nione, præcipuè à Socin. & Ias. adductis: tamen tota hæc
materia videtur residere in arbitrio iudicis, vt per Alc. in
d. l. satisdationis, & Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. Gl. 18.
num. 45. Timere igitur debet iudex solum dolum saltem
præsumptum istius creditricis, & illius facultates & cæ-
teras circumstantias.

CANTVCCII.

Calaguritaoa Prioratus. Lunæ, 10. Octo-
bris, 1580.

SVMMARIA.

1 *Constitutio de publicandis quid requirat ad eius imple-
mentum.*

2 *Publicatio rectè facta dicitur quando authentica scriptura
exhibetur.*

DECISIO CCLXXXII.

PRoposoi dubiũ in hac caussa, *an ex ressione Andreæ iu-
ris sibi ad hũc Prioratum competentis in fauorẽ Alphonsi,
fuerit abdicatum ius ab ipso ita, vt non poterit de nouo cedere in
fauorem D. Ferdinandi.* Decisio autem propositi dubij ex
eo maximè pendebat, an esset per Alphósum satisfactum
† constitutioni fe. rec. Pij V. de publicandis resignationi- 1
bus. Duo enim opponebantur pro parte Ferdinandi. Vnú,
quòd publicatio erat facta sine literis expeditis. Alterum,
quòd fuerat publicata resignatio cum relatione ad lib. &
fol. registri in Roman. Cur. sine exhibitione supplicatio-
nis cum consensu à tergo. ¶ Et quoad primam oppositio-
nem Domini dixerunt, illi nũ esse locum, quia bulla non
requirit publicationem literarum, sed tãtum resignatio-
nis. Vnde cùm hoc non dicat, nec nos dicere debemus, l.
illam, C. de collat. ca. ad audientiam, de decim. Gemi. in
proœm. 6. §. fi. n. 3: Cassad. decis. 22. super reg. ¶ Quod eo
magis dicendum est. Nam si Papa voluisset in litigiosis,
quod literæ expedirentur, vtique non mandasset, vt loco
literarum instrumentum consensus cum data supplica-
tionis in actis caussę annotaretur: Dixisset enim vt literæ
annotarentur, ex quo facilè coniici poterat, quòd sola
supplicatione non contendebatur: sed cùm dictam anno-
tationem annotationi literarum ęquipollere voluerit, sa-
tis publicationi satisfit, licèt ad obtinendum possessio-
nem beneficiorum, quorum possessio capi potest, requi-
rantur literæ, iuxta extrauag. Iulij Tertij. ¶ Quo vero ad
secundam oppositionem fuit resolutum à Dominis per
publicationem factam à Notario sine supplicatione cum
relatione ad libr. & fol. registri supplicationum in Rom.
Cur. non esse satisfactum dictæ constitutioni: tunc enim
dicitur rectè † facta publicatio, quando authentica scri- 2
ptura exhibetur, licèt non legatur, vt in terminis regulæ
de publicãdis tradit Gl. ad. d. reg. & Rebuff. in sua prax. ad
ipsam regulam, Glo. 10. n. 12. & faciunt trad. per Rip. in l.
quod te. nu. 63. ff. si cert. pet. Vital. in Cle. caussa, in prin. n.
22. de elect. Quòd ad certificationẽ rei, in qua requiritur
scriptura, exhibendum est authenticum instrumentum,
cuius copia saltem haberi possit, idque rationi conuenit.
¶ Primò enim cùm bulla mãdet publicari resignationes,
vtique intelligit de validis resignationibus non autem de
informibus: Sopplicatio verò registrata continet tantùm
admissionẽ resignationis, non autẽ consensum resignan-
tis, sine quo resignatio non subsistit. Ergo de huiusmodi
loqui nó præsumitur. ¶ Secundò aperta esset via fraudib.
si prædicto modo liceret publicare. Ex quo enim consen-
sus resignantis perficit resignationẽ, posset hìc remanerę
in possessioue beneficij resignati, allegaodo, quòd tali re-
signationi in publicatione enunciatæ, & ad quam fuit fa-
cta relatio, ipse non præstitit consensum, & de dicto con-
sensu per supplicationẽ registratam minimè cõstare po-

teſt: Poſt obitum autem ipſius reſignatarius exhibendo reſignationem cum cõſenſu eluderet ordinarium, & eos, ad quos ſpectat certos eſſe de vero rectore beneficij, vel ſaltem liti cauſſam præberet. ¶ Quibus omnibus ſanctiſſimus Pontifex obuiare quàm maximè voluit, ex quibus ſequitur, quòd cùm publicatio male facta fuerit, ius penes reſignantem remanſit, & ipſe in fauorem Illuſtr. D. Ferdinandi denuò poterit reſignare.

CANTVCCII.

In eadem, Veneris, 4. Nouembris, 1580.

SVMMARIA.

1 *Notitia vndecunque habita quando nullum affert præiudicium, ſufficit ad effectum ſortiendum.*

2 *Publicatio qualibet quæ non fit niſi ad certiorandum, ſufficit.*

Contrarium tamen ad effectum conſtitutionis de publicandis, vide num. ſeq.

DECISIO CCLXXXIII.

DOmini non fuerunt concordes in reſolutione propoſitæ difficultatis, *an publicatio ceſſionis Andreæ facta in fauorem Alphonſi teneat, vel ne?* Licèt enim plures in genere tenerent, per ſupplicationẽ factam eo modo, quo facta fuit per eum, non eſſe ſatisfactum conſtitutioni, tamen aliqui hoc caſu credebant, publicationem ſuſtineri poſſe. Mouebat eos auctoritas Card. in Clem. cauſſam, §. fin. de elect. quem refert, & ſequitur Felin. in c. cum contingat, nu. 6. verſ. 6. concluſio, de reſcript. videlicèt, quòd
1 † quando notitia nullum affert præiudicium, tunc vndecunque habita ſufficiat, præcipuè cum, quando aliquid ſit ſolemniter actum, ſit arbitrarium iudici, vt idem Card. in d. Clem. §, verũ, nu. 2. ¶ Quòd autem ad nullum actũ præiudicialem, nec pars, nec ordinarius arctetur, patet, quia nec nouus collitigans ſubrogatur, & Ordinario iam ſunt ligatæ manus ex cauſſa litis pendentiæ ſuper huiuſmodi beneficio, præcipuè cùm in reliquis, quæ veniebãt in curia adimplenda, fuit ſatisfactum, & ceſſet dolus: Et hæc publicatio habet fundamentũ veritatis, cùm ſupplicatio ſit regiſtrata fol. enunciato. Si enim bulla voluiſſet indubitatam, & ſpecificam publicationem omnium, mandaſſet etiam publicari annotationẽ ſupplicationis cum conſenſu factam in actis cauſſæ: Et tamen hoc non mandat, ſine quo reſignatio annullatur, prout irritatur, ſi non publicetur, licet conſenſus in actis cauſſæ fuerit annotatus:
2 Et ideò † dicebant ſufficere iſtam publicationem, cùm non fiat, niſi ad certiorandum, Alex. conſ. 24. num. 4. lib. 4.
3 ¶ Alij autem † tenentes contrarium mouèbantur auctoritatibus in alia poſitione allegatis quibus additur Tiraq. de retra. lignag. §. 36. Gloſ. 2. nu. 32. vbi dicit, iſtam perfunctoriam denuntiationem non ſufficere, vbi à lege, requiritur, & dicebãt aperiri viam fraudibus, ſi publicatio modo prædicto fieri poſſet, quibus ad ſalutem animarũ pro commodo ordinariorum, & validitate contractuũ bulla voluit prouidere. ¶ Nec obſt. quòd ad nihil præiudiciale obligat ipſa publicatio. Quia cùm poſt finitam litem non ſint amplius ligatæ manus ordinarij, ſi erit certus de vero rectore, ſcire poterit, per cuius obitum vacet beneficium, & non ſine cauſſa credendum eſt voluiſſe ſanctiſſimum Pontificem, vt etiam reſignationes eorum beneficiorum, quæ ordinarius conferre non poteſt, publicentur. ¶ Addebant etiam aliqui, quòd verbum, *Reſignatio*, intelligatur non ſolùm de facto ipſo reſignationis, ſed etiam de ſcriptura ipſius, cùm bulla mandans publicari reſignationes veniat exponenda pro ipſa ſupplicatione, non autem pro mero facto, ſicut verbum, *Contractus*, accipitur non ſolùm pro eo, in quo partes conueniunt, ſed etiam pro ſcriptura conuentionis.

CANTVCCII.

In eadem, Lunæ, 14. Nouembris, 1580.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio, de qua in conſtitutione de publicandis, debet annotari in curia.*

DECISIO CCLXXXIV.

DOmini pro maiori parte ſteterunt in deciſis, 10. Octobris elapſi, auctoritatibus, & rationibus allegatis in dicta deciſ. & in diſcurſu ſub die 4. pręſentis men. iunctis his, quæ pro D. Ferdinando allegantur, quæ Dominis placuerunt: Cùm enim Papa voluit hìc in curia annotari inſtrumentum conſenſus, vbi de eo quandocunque doceri poteſt, multò † magis id voluiſſe præſumitur 1
obſeruari in publicatione, quæ fit in partibus, vbi de tali de conſenſu nullo modo poteſt conſtare. Deductis pro Alphonſo dixerunt, bene eſſe reſponſum per Informantes pro dicto Ferdinando.

CANTVCCII.

In eadem. Lunæ, 23. Februarij, 1580.

SVMMARIVM.

1 *Notarius teſtari non poteſt de actu præterito.*

DECISIO CCXXXV.

STantibus iuribus vltimo loco per Alphonſum productis *an ſit recedendum à deciſis, Domini ſteterunt in deciſis*. Nam † Notarius de actu præterito teſtari nõ poteſt, 1
Ægid. deciſ. 61, Aym. conſ. 161. Felin. in c. quoniam cõtra. colum. 19. de probatio. præcipuè cùm adminicula adducta ſint multum turbida.

CANTVCCII.

In eadem. Lunæ, 10. Aprilis, 1581.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio reſignationis beneficiorum requiritur, in quibus fit collatio in forma dignum.*

DECISIO CCLXXXVI.

A*N in caſu, de quo agitur fuerit neceſſaria publicatio ceſſionis, ſeu reſignationis, & intret conſtitutio de publican.* ¶ Præſuppoſita ceſſione, ſeu reſignatione Andreæ de Caſatuuios in fauorem Alphũſi ſuper Prioratu, de quo agitur, qui obtinuit gratiam in forma dignum ordinario directam, illamque intra menſem à die datæ præſentauit. ¶ Et reſolutionibus in hac cauſſa factis, Domini fuerunt concordes, quòd attento tenore bullæ, neceſſaria erat in propoſito earum publicatio. Quia † comprehendit reſi- 1
gnationes beneficiorum, in quibus fit collatio in forma dignum, ex generalitate, & prægnantia verborum. An autem iſto caſu obſtet his, dixe[illegible] ſuper eiſdem informationibus particulariter videndum.

CANTVCCII.

In eadem, Mercurij, 10. Maij, 1581.

SVMMARIVM.

1 *Publicationis tempus currit à die data, non autem præſtiti conſenſus.*

DECISIO CCLXXXVII.

FVit reſolutum, in caſu, de quo agitur, fuiſſe neceſſariam publicationem & eſſe locum cõſtitutioni fe. re. Pij V. Non obſt. deducta pro Alphonſo de ſancto Petro. Quia verba vniuerſalia bullæ, ſecundùm opin. Dominorum comprehenderunt iſtum caſum. Tum quia Papa mandat, *huiuſmodi publicationẽ fieri, etiam ſi ex quauis cauſſa poſſeſſio capi non poſſit*. Tum etiam quia, cùm nihil magis impediat vires reſignationis quàm defectus conſenſus reſignantis, nihilominus conſtitutio vult, quòd † tem- 1
pus currat à die datæ, non autem præſtiti conſenſus, & ſic ratio temporis, à quo reſignatio poteſt dici valida, nulla habetur. ¶ Secũdò (& in hoc omnes Domini conuenerũt) ceſſat prætenſum impedimentũ, cùm potuiſſet Alphonſus

ſus expedire literas, & in illis exprimere huiuſmodi litẽ, aut illam exprimendi in ſupplicatione facultas dabatur abſque vitio attentatorum & obtinendi prouiſionem ab ordinario, vt bene deducitur per D. Baldinatium. ¶ Tertiò, nihil impediebat, quin ipſe à me peteret deputari examinatorem, & collatioẽ beneficij, iuxta diſpoſitionem clem. auditor. de reſcript. Et fuit reſolutum coram R.P.D. Aldobrandino. in vna legionen. canonicatus. Vnde cum non adſint impedimenta, & ſi quæ excogitari poſſent, facilè tolli potuiſſent, non debet Alphonſus ipſis iuuari. l. poteſt ff. de reg. iur. ¶ Allegata in cauſſa Taurien. Archipresbyteratus procedunt in terminis regulæ antiquæ de publican. non in terminis huius conſtitutionis præciſe loquentis, & quæ nullam poteſt recipere declarationem, & interpretationem, ſtante clauſula ſublata.

SERAPHINI.

Vrbeuetan. fideicommiſſi. Die Lunæ, 31. Ian. 1575.

SVMMARIA.

1 *Probatio deſcendentiæ per antiquitatem habet vim famæ publicæ.*

2 *Probatio graduum debet eſſe diſtincta.*

DECISIO CCLXXXVIII.

COncluſum non eſſe ſufficienter probatam deſcendentiam. Primò, *quia præter teſtamentum Petri fideicommittentis, & Vgolini cætera inſtrumenta non ſunt informa probante.* ¶ Secundò, *quia dempto tempore incoatæ litis de anno 1544. d. inſtrumenta non ſunt antiqua per ſpacium centum annorum, iuxta opinionem, quam Rota tenere ſolet.* ¶ Tertiò, *quia etiam in antiquis vnicum inſtrumentum non ſufficit, ſed ſaltem duo requiritur, quia cùm probatio per antiquitatem ha-*
1 *beat vim famæ publicæ, ſicut † illa non probatur per vnum teſtẽ, minus probatur iſta, quæ illi æquipollet.* vt per Are. in c. cum cauſſam, nu. 22. de proba, & per Fely. & Aym. & alios per informantes allegatos. ¶ Non obſt. quòd Alex. & alij hic allegati dicant, cõtrarium ſeruari in materia probationis deſcendentiæ, quaſi, quod hęc materia ſit difficilis probationis. Quia reſpõndetur, quòd ſi rectè conſiderentur eorum verba, ipſi hoc non dicunt. Imò in cauſſa Rom. Capellaniæ de Capizuechis fuit dictum, requiri plura inſtrumenta, &c. ¶ Nec pro adminiculis placuerunt teſtes, quia primus eſt de auditu, & licèt ſuper 25. art. videatur deponere de publica voce & fama, tamen non deponit, quod Leonetus eſſet filius Petri, ſed deponit de
2 deſcendentia in genere, cùm † tamen probatio graduum debeat eſſe deſtincta, iuxta c. licèt ex quadam, extra de teſtib. vbi Abb. nu. 12. Dec. conſ. 323. nu. 6. vet. præterea.

Diſcurſus in cauſſa ſupradicta.

REuerende Pater, ſi cauſſa ponitur ſuper iiſdem, ſupplicamus reaſſumi data per nos die 9. Decẽbr. 1580. & pro fauorabili reſolutione dicimus, quod ex deciſione data appareat, deſcendentiam probari debere, non in genere, ſed diſtinctè per gradus. Et quòd ſuper quolibet gradu ſunt neceſſariæ enunciatiuæ duorum inſtrumẽtorum antiquorum. ¶ Vnde ſequitur, quod iſte gradus Petri primi à Berengario ſecũdo nullo modo poſſit dici probatus, quia non habet niſi vnum inſtrumentum, & quia teſtes non deponunt in ſpecie de hoc gradu, ſed generaliter de deſcendentia, vt in illorũ copia, quæ denuo datur. ¶ Item primus teſtis nihil probat, quia eius dictum eſt fundatum in eo, quod auia Voltes erat oriunda de domo Ortoneda, quaſi quod omnes de Ortoneda ſint de genere fundatoris: cùm tamen ex actis apparent infiniti Ortoneda ante & poſt fundatorem, qui non ſunt de illius genere. ¶ Præterea iſti teſtes dum deponunt de fama, loquuntur per verbum, Eſt, & ſic de tempore litis, quo caſu talis probatio non releuat. ¶ Nec ſuffragatur, quòd in proceſſu adſint alia inſtrumenta, in quibus legitur, Petrus Ortoneda, quia (vt diximus) nullus ex illis eſt filius, ſecundi Berengarij, vt Aduerſarius prætendit: ſed ſunt de domo Ordoneda filij aliorum, qui non ſunt de genere ipſius fundatoris, vt in copia, quæ datur de duobus duntaxat, omiſſis aliis, qui ſunt de alio longiore tempore, & qui (vt diximus) omnes enunciantur filij aliorum, & non Berengarij, nec de Riuocanatum, de quo erat ille ſecundus Berengarius, ſed de alia patria. ¶ Quare ſupplicatur pro fauorabili reſolutione.

ROBVSTERII.

Tricaricen. tenimenti. Die 21. Februarij. 1578.

SVMMARIA.

1 *Narratiua verba priuilegij non probant, niſi adminiculis iuuentur.*

2 *Enunciatio vnica Principis probat in antiquis, niſi in his, in quibus Princeps nõ poteſt liberè diſponere, vel quando agitur de præiudicio tertij.*

DECISIO CCLXXXIX.

FVit propoſitũ dubium, & domini pro deciſione cauſſę inprimis mandarunt, *vt conficiatur planta formiter, ſine tamen retardatione diſputationis, & quod videantur primò iura monaſterij actoris, & poſtea R.D. Epiſcopi, deinde vtriuſque partis dicta teſtium, & poſtea in concurſu omnia videantur.* Et primò cùm iuribus tantùm monaſterij dubitetur, *an terminus terminans iſta duo territoria ſit flumen Salãdra, an verò radices Montium.* ¶ Maior pars Dominorum tenuit, quòd
† priuilegiũ Regis Rugerij nũ ſufficit pro probatione cõ- 1
finium, de quibus in dubio, niſi concurrant adminicula, quia verba dicti priuilegij circa fines ſunt narratiua, iuxt. doctr. Gem. in c. ſi Papa. n. 7. de priuil. in 6. & ib Franc. n. 4. Et licèt ſimus in antiquis, tamen non ſufficit vnica enunciatio, ſed duæ ſaltem requiruntur factæ à diuerſis perſonis, & Achil. deciſ. 6. de iurepatron. ¶ Nec ſpecialiter eſt in Principe, quòd ſufficiat vnica eius enunciatio in antiquis, quia Dec. in contrarium allegatus in conſ. 146. o. 14. ver. 5. prædicta concluſio, non dicit, quòd ſufficiat vnica enunciatio Principis, nec etiam dicit Iaſ. in conſ. 165. col. 3. ver. 2. principaliter vol. 3. Nam licèt dicat, quòd enunciatio Principis in antiquis plenè probet, tamen Domini intelligunt de duabus enunciatiuis ex ſupra dict. deciſ. Achil. qui alios allegat. Præterea, quòd † vnica enunciatio, ſiue diſpoſitio Principis probaret in antiquis, tamen hoc non procedit in his, in quibus ipſe Princeps non poteſt libere diſponere, & quando agitur de præiudicio tertij, vt per Aym. conſ. 293. n. 4. & in tract. de antiq. tẽp. par. 1. §. 1. nu. 16. & 20. Creſc. deciſ. 49. & 89. At Rex Rogerius non potuit aliquid diſponere ſuper confinibus territorij Eccleſię, cùm hoc non ſpectaret ad ſuã iuriſdictionem, & quia hic agitur de præiudicio Eccleſiæ Tricaricen. quæ eſt in poſſeſſione territorij, de quo agitur. ¶ Quo verò ad ſententiam Domini ex ea non ſumebant ſufficiẽs adminiculum, quia eſt lata inter alios, & eſt ſine proceſſu & patitur alias reſponſiones, de quibus hic per informãtes.

ROBVSTERII.

In eadem. Die 22. Maij, 1579.

DECISIO CCXC.

DOminis non omnino placuerunt iſti teſtes. propter ſuſpiciones contra eos allegatas, de quibus tamen habebitur ratio in concurſu probationum.

ROBVSTERII.

In eadem. Die 13. Nouembris, 1579.

DECISIO CCXCI.

FVit reſolutum, quòd inſtrumenta, de quibus in dubio, ſaltim aliqualiter coadiuuant dicta teſtium examinatorum pro parte monaſterij.

ROBVSTERII.

In eadem. Die 6. Iunij, 1580.

DECISIO CCXCII.

FVit reſolutum, *quod ſex teſtes examinati pro parte Reuerendiſſ. D. Epiſcopi, de quibus in ſũmario præſuppoſito, bene probãt, quod flumen Salandra antiquitus habebat eum alueum,*

quem

quē pratendit D. Episcopus, videlicet post Cannosam, & Vignalicies, qua loca hodie possidentur per Episcopum. ¶ *Et quod dicta Salandra non decurrebat vsque ad pedales montium, prout pratendit venerabile monasterium S. Laurenty de Padula.* Et placuerunt Dominis responsiones datę per informantes pro parte D. Episcopi ad ponderationes in contrarium factas super dictas secundi & quarti testis. ¶ Et hæc fuerunt dicta per Dominos circumscripto concursu probationum vtriusque partis, & circumscriptis exceptionibus contra istos testes.

ROBVSTERII.

In eadem. Die 27. Ianuarij, 1581.

DECISIO CCXCIII.

FVit resolutum, quòd quatuor testes Episcopi terræ Montis Albani reseruentur arbitrio Dominorum, cum aliqua tamen diminutione. Et quod alij duo scilicet D. Massafra, & Marius Paulinus sunt integri testes, & non patiuntur exceptiones. ¶ Articuli dati per Monachos de quibus in decisione præcedenti. ¶ Articulus quintus fol. 66. col. 1. *Che li Monaci di S. Basilio da tempo, che non è memoria in contrario hanno tenuto lo territorio de S. Basilio con Torre vecchie, & case vecchie, torre noue, & case noue.* ¶ Articulus sextus, *che al tempo di Doncola Priore fu fatto vn fosso manufatto per li monaci per deuiare l'acque da ditti territory, per esser ditta pianura acquasa, & inon da l'inuerno, & per potere arrare, & coltiuare.* ¶ Articulus octauus, *come sono circa 30. in 35. anni tanto prima fusse fatto ditto fosse, come dopoi fatto in tempo, che Cola pastore, & Andrea di Pacillo, quali faceuano la massaria in ditto territorio di S. Basilio, pasceuano loro boui, & animali da quella banda di ditto fosso, fino al luogo nominato Montefatoso,* Articulus nonus fol. 67. *come al tempo preditto tanto auenti fusse fatto ditto fosso, quanto poi fatto ditto territorio fu occupato da questa banda del fosso, fino alli confini,* in secunda rubrica descripti, *è stato coltiuato per li massari delli Monaci.* ¶ Articulus decimussextos, fol. 68. *come per il tempo auanti fusse fatto ditto fosso, & alcuni anni depò, gl'animali quali sono stati fidati nel territorio dell' Andriace, quando hanno passato li ditti termini delli pedali di mõtefatoso, & sono scesi à pascere alla pianura, & hanno passato ditto corso d'acqua antica della Salandra, sono stati interrots, & fatti prigione per li guardiani Grangieri, & huomini di ditto monastiero deputati al gouerno di ditta defesa, & cosi pragioni l'hanno tenuti nella mandria di lignami antica, teneuano in ditto territorio di S. Basilio, & mai sono stati liberati, prima che hanno pagata la ragione della fida, & disfida alli Grangieri, & Procuratori, & essatori del monastiero preditto.* ¶ Articulus decimusnonus item quatenos diceretur, *che la Chiesa di S. Lorenzo. Priori, & Grangieri, quali pro tempore fussero stati, hanno tacinta ditta occupatione, & consentito in ditto fosso, come limiti diuisorio.* Quæ omnia negantur. Exemplo ponitur, *come tanto li Priori, & Grangieri si mutano al spesso, & ci sogliano venire huomini* extra regnum, & extra prouinciam, *& forestieri della terra di Pisticio, quali nõ cosi presto si possono informare delle cose del monastiero, & cosi nõ facilmente s'hanno pocuto auertire di ditti territorij occupati, cosi per ignoranza, & obliuione de monastiero Priori, & Grangieri, Procuratori, & massari non s'hanno potuto accorgere di ditto territorio occupato,* fol. 69. col. 2.

ROBVSTERII.

Parmen. status. Lunæ, 14. Martij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Scriptura diuersa est à charta breuiary.*
2 *Dies appositus in scriptura pracedenti non censetur repetitus in sequenti.*
3 *Statuta sunt ita interpretanda, ne à sapientibus reprehendi possint.*
4 *Inscriptio facta in vim statuti valet vti statutum, aliàs non, cum nu. 8.*
5 *Obseruantia vna aliam declarat.*
6 *Obseruantia aequiuoca non potest seruire pro interpretatione*
7 *Vsus interpretatiuus, in incompatibilibus, & repugnantibus non intrat.*

DECISIO CCXCIIII.

DOmini quoad primam partem steterunt in resolutis eadem die 14. Martij, 1578. quòd scilicet filziæ productæ & enunciatæ in actis non sint breuiaria, prout in d. resolutione: & vlterius resoluerunt, quòd dictum statutum non sit vsu receptum, sed per contrarium vsum sublatum. ¶ Et quoad filzias, † quòd non sint breuiaria, 1 de quibus loquitur statutum Rangonorum, addebant, quod attentis verbis manifeste apparet, filzias esse diuersas à breuiariis, de quibus senserunt statuentes, quia istæ filziæ sunt confectæ ex illis primis notis, quas statutum vocat protocolla, seu cedulam: breuiarium autem erat secunda scriptura, quæ exinde conficiebatur, vt apparet ex illis verbis, *& debeat scribere primo in protocollo, seu cedula saltem substantiam facti, & principia clausularũ,* & ibi, *& maximè teneatur in prima scriptura seu protocollo extendere pacta, seu conuentionales saltem in substatia, & effectu,* ex quibus apparet statutum semper primam illã notam appellare protocollum. ¶ Quòd autem alia & diuersa sit scriptura à charta breuiarij, manifestissimũ est ex alia clausula ibi, & postea rogatis, & traditis teneatur dictus Notarius ipsa instrumẽta, & chartas breuiare in chartis membranis abrasis, vel non abrasis, & ponere vnum instrumentum post aliud: filziæ verò sunt scripturæ inordinatæ, non autem ordinatæ. Et † hinc est, quòd dies in præcedenti apposi- 2 tus non censetur repetitus in sequenti, Barto. Bald. & Ange. in l. si quis ex argentariis, §. sed initium, & ibi Ias. num. 8. in 1. lectura, de eden. conferunt quæ trad. Brun. 6. forma. fol. 82. colum. 2. & Alexan. cons. 153. num. 11. lib. 2. statuentes verò loquuntur de breuiario, in quo nedum datur continuatio, sed talis continuatio, vt nihil malignitatis fieri possit: & sic, vt nihil addi, vel detrahi possit, quòd in istis filziis impossibile est dare. ¶ Addebant etiam, quòd † statuta sint ita interpretanda, ne à sapientibus reprehen- 3 di possint, l. Saluius Arist. de leg. præst. Socin. cons. 63. nu. 13. in 1. Socin. iun. cons. 121. nu. 24. in 3. & ne ratione careant, Alex. cons. 37. nu. 16. in fi. in 6. Aym. cons. 259. nu. 6. quæ proculdubio applicarẽtur huic statuto, si filziæ fuissent breuiaria, & illius prouisio fuisset inutilis, & esset aperta via supponendi instrumenta falsa, si illa inscriptio operaretur hunc effectum: Esset etiam aperta via non solùm, vt aliquid, sed vt multum malignitatis fieri posset: Nam vltra facilitatẽ supponendi alia instrumenta, & alias chartas cæteratas, posset quis dẽpta vel lacerata dicta cooperta, & alia apposita, subuertere omnia. Non igitur credendum est, quòd tale statuentes scripserint, l. nam absurdum, de bon. libert. Alex. cons. 164. num. 7. lib. 2. Quo verò ad vsum subsecutum dicebatur, quòd iste vsus non venit ad interpretationem, sed ad destructionem statuti, ex quo ostenditur, quòd dispositio de breuiariis non fuit in vsu, quia breuiaria, de quibus loquitur statutum, non fuerunt in vso. ¶ Nec facit, quòd debeat intelligi vsus iste interpretatiuus statuti, ex quo multæ sunt filziæ inscriptæ, quia dicebatur, quòd deberet apparere, † inscriptiones 4 istas fuisse factas in vim statuti, de cuius interpretatione agitur, Roi. cons. 104. nu. 15. & 16. in 5. Aym. cons. 197. nu. 12. ¶ Idque tantò magis, quia etiam ante huiusmodi statutum ita ab aliquibus fiebat. ¶ Vnde cùm & ita, & ante fieret, dicitur æquiuoca ista obseruantia, vt visum fuit in illa Cusentan. pensio. videtur etiam hæc quædam continuatio antiquæ obseruantiæ, cùm illi sit conformis. Nam istæ interpretationes sunt conformes illis, quæ fiebant ante statutum, & ideò videtur hoc etiam fieri secundùm illã antiquam † obseruantiam, cùm vna obseruãtia aliam 5 decla-

declaret, Aym. conf. 118. nu. 4. cùm præfertim hoc fit multum rationabile, ex quo ftatutum in eo, in quo confiftebat rationabilis prouifio, videlicet illa regiftratura, continuata ita, vt nihil malignitatis fieri poffet, non recipiebatur vfu: nec eft credibile, quòd vellent obferuare id, quod parabat viam infinitis malignitatibus, & fraudibus.

6 ¶ Vel faltem, vt dicebatur, negari non poteft, quin † obferuantia fit multum æquiuoca, quo cafu non poteft feruire pro interpretatione, vt liquet ex trad. ab Aret. conf. 115. præfertim cùm in nihilo ferè fit conformis difpofitioni dicti ftatuti: Difponit enim ftatutum, *quod in principio breuiarij cuiuflib. t anni, &c.* Et fic vult, quòd breuiarium fingulo anno conficiatur. Hic verò fortè nulla filzia datur, quin contineat plures annos. Et ideò debet dici, quòd illud breuiarium eft fuum, & fic debet apparere, quod eft illius, qui fcribit: & tamen hic infcriptiones funt promifcuæ: Modo enim Notarij dicũt *filzias Do. Andrea, &c.* & fic non apparet, quòd fit Andreas, qui illam fcripferit, & confequenter non feruatur ftatutum: Poffet enim quilibet hanc infcriptionem facere: aliquæ habent folùm fignum: aliquæ habent infcriptiones factas Notariis mortuis, aliquæ nullam habent infcriptionem, & cõfequenter apparet, quòd Notarij has infcriptiones non fecerunt animo obferuandi ftatutum, cùm illi non fe confirmauerint, fed continuandi, quod fiebat etiam ante ftatutum. Ex quibus dicebant liquere fatis clarè, quòd huiufmodi ftatutum non fuit vfu receptum. ¶ Vel faltem, quòd ftante alio ftatuto Pallauicinorum, quod modo Rangoni admittunt effe pofterius, intret auctoritas Procõfulum, quia apparet manifeftè per vfum interpretari, quòd expleantur fcripturæ, etiam quod non reperiatur cooperta, cum infcriptione. Nec obftat, quòd ftatutom Rangonorum fit antiquius ftatuto Pallauicinorum. Quoniam id eft verũ, cùm contineat compilationem ftatuti antiqui: fed ex hoc nil habent Rangoni, vt fupra dictum eft. Non obftat, quòd verba ftatuti Rangonorum non fint ita clara, quominus poffint recipere interpretationem ab vfu, & obferuãtia. Quoniam illud tollerari poffet, fi in ftatuto ifto folùm fuiffet dictum de breuiario: fed cùm dicat, *ita quod aliquid malignitatis fieri non poffit*, & plura alia fubdat omnino repugnantia, & incompatibilia cum iftis filziis, non
7 poteft intrare † vfus interpretatiuus, Bart. in l. ab exequutore, nu. 7. de appella. Bal. & alij per Aret. conf. 84. nu. 5. & conf. 115. Soc. conf. 145. col. 1. & 2. ¶ Non obftat, quòd fit attendenda confuetudo. Quia hoc nihil releuat, cùm non conftet de aliqua confuetudine, quæ fit conformis ftatuto Rangonorum, vel quæ annullet illas filzias. ¶ Non obftat, quòd Rangoni habeant maiorem numerum filziarum infcriptarum, computando prout ipfi dicunt, ex quo Pallauicini debent probare non vfum, vel contrarium vfum dicti ftatuti: Nam Domini in hoc non infteterunt: quamuis enim aliqui in contrarium inclinauerint, quod imò Pallauicini habeot maiorem numerum filziarum non infcriptarum, vt ex præfenti ftatu filziarum dicebant apparere. Nihilominus dicebant id non releuare ad effe-
8 ctum, de quo agitur, cùm † non appareat verè, vel præfumptiuè, illas infcriptiones fuiffe factas in vim dicti ftatuti Rangonorum, vt per Ruin. dicto conf. 104. nu. 15. in 5. Aym. conf. 199. numer. 12. ¶ Non obftat, quòd fufficere debeat, ftatutum fuiffe vfu receptum circa infcriptiones, & fic circa aliqua, vt intret annullatio dictarum filziarum. Quia, vt dictum eft, non conftat, quòd in vim dicti ftatuti fint factæ dictæ infcriptiones, aut aliquid aliud.

¶ Item licèt inductum forte effet, non ideò fequeretur annullatio filziarum in vim dicti ftatuti, quòd requifiuit plura pro forma, quæ eft indiuidua: Et fic licèt fit appofita pœna nullitatis actus, nifi obferuentur omnia, non fequitur, quod fi fuiffet ex vfu reductum ftatutum ad illam infcriptionem, quod cenferetur etiam repetita pœna, exorbitans nullitatis actus, cùm ifta non fit obferuantia interpretatiua, fed inductiua. ¶ Vltimò non obftant alia, quæ per informantes Rangonorum adducuntur. Quoniam benè euacuantur per D. Tiberium, cum quo Domini tranfierunt.

BRAVI.

Romana domus de Pincariis. Die Veneris, 15. Iunij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Creditor poteft vti retentione pro fuo credito.*
2 *Retentio eft fauorabilior quàm acquifitio de nouo.*
3 *Sententia magis præfumitur lata in contumacia, quàm propter ius partis.*

DECISIO CCXCV.

DOmini cum præfuppofito, quòd conftet de credito D. Scipionis Pincarij, de quo erit particulariter videndum. dixerunt, fententiam effe confirmandam. Licuit
enim D. Scipioni vti † retentione pro foo credito, ex tra- 1
dit. per Bal. in l. vlt. C. commoda. quem fequitur Iaf. in l. fi non fortem, §. fi centum, numer. 7. ff. de cond. indeb. decif. 132. nu. 2. Bal. Nouell. Tract. de dot. priuileg. 6. nu. 11. Negufan. de pignor. in 4. memb. 5. par. nu. 5. Rol. conf. 77. nu. 27. lib. 1. ex quo ceffant, quæ dicuntur de mutatione cauf-
fæ poffeffionis, cum † fauorabilior fit retentio, quàm ac- 2
quifitio de nouo, vt in l. purè, ff. de doli excep. l. militis codicillis, §. Veteranus, ff. de mil. teftam. cum aliis adductis per Aym. conf. 6. no. 98. ¶ Nec obftat fententia lata aduer-
fus Magdalenam in cauffa adulterij, cùm ea † fit lata in 3
contumacia, & ita ex ea cauffa magis præfumitur, quàm propter ius partis, argumento l. præfes, C. de pigno. in l. fi ideo. ff. de euict. Rom. conf. 329. Fel. in c. fraternitatis, nu. 9. de elect. Hippol. pract. crim. §. poftqoam. num. 53. ¶ Nec minus faciebant, quæ dicebãtur de matrimonio ex morte Troiani, cùm elapfus tanti temporis, etiam fi verum effet, quod de ingreffu ad bellum de dicto Troiano dicitur, ex traditis per Matant. in l. is poteft, nu. 162. verf. 9. probatur, ff. de acquir. her. per Fel. in ca. quoniam frequenter, col. fi. vt li. non conteft. Denique placuit Dominis, vt videatur, an conftet de dote Magdalenæ.

BRAVI.

Romana domus de Pincariis: Die Lunæ, 25. Iunij, 1582.

SVMMARIVM.

1 *Dos ex quibus probetur medus, & actibus.*

DECISIO CCXCVI.

FVit firmatum conftare de † dote Magdalenæ, primò 1
ex conftitutione dotis, ex quo conftat de qualitate, & quantitate: coadiuuatur ex fententiis curiæ Capitolinæ, quibus Troianus, & Nicolaus condemnantur ad reftitutionem dictæ dotis. Nec pro parte ipforum fuit appofitum, quòd dos nõ fuerat foluta, quin potiùs corã Vicario Vrbis actum fuit ad priuationem dictæ dotis, propter adulterium commiffum: Et fic neceffario fuit præfuppofitum, dotem exiftere. Quibus fofftagatur cõmiffio facta, & præfentata pro parte Troiani A. C. pro manutentione exigendi fructus dictæ dotis, quæ comprobantur ex articulis datis pro parte dicti Troiani, ex quibus refultat clara confeffio de receptione dotis, & exactione fructuum, tum etiam ex donatione facta per Troianum fuis fororibus, in qua enunciatur dos dictæ Magdalenæ, ex quibus cùm hodie fint in actis producta, & in forma probante, ceffant adducta pro parte Domini Alexandri Bonelli, & aliorum litis conforTium.

ALDOBRANDINI.

Placen. iurifdictionis de Beiar. Die 12. Octobris, 1569.

SVMMARIA.

1 *Vicarij Epifcopi dicuntur habere delegatam feu mandatam iurifdictionem, fiue fint deputati ad vniuerfitatem cauffarum, fiue non.*

2 *Vicarium*

2 *Vicarium constituere, vel non, est in mera facultate Episcopi, & eidem tribuere facultatem amplam, vel coarctatam.*

3 *Iurisdictionem suam alteri committens potest eam limitare ad sui libitum.*

4 *Possidens precario non est manutenendus contra constituentem.*

5 *Prohibitus exercere actum iurisdictionalem & prohibitioni acquiescens sibi praeiudicat.*

6 *Patientia in incorporalibus requiritur ad acquirendam quasi possessionem.*

7 *Episcopus habens amplam iurisdictionem non potest cogere ad litigandum in loco longinquo, sed debet vel ipse accedere, vel delegare.*

Intellige tamen & declara, vt num. seq.

DECISIO CCXCVII.

IN caussa Placen. iurisdictionis inter Reuer. D. Episcopum Placen. & Oppidum, dubitari, *an ad instantiam communitatis D. Oppidi dioc. Placen. sit dādum mandatum de manutenēdo Vicarius, in eo loco per Episcopum deputatus, & pro tempore deputandis in quasi possessione cognoscendi de caussis criminalibus, matrimonialibus, decimalibus, & beneficialibus cumulatiue cum ipso ordinario, ita vt inter eos sit locus praeuentioni, reclamante & renuēte Episcopo dare huiusmodi Vicariis talem facultatem, vel prius manutenendus sit Episcopus, & eius pro tempore officiales in quasi possessione cognoscendi de supradictis caussis priuatiue à D. Vicario?* Et Domini sine vlla prorsus difficultate censuerunt, tale mandatum praefatis Vi-
1 cariis non esse concedendum: tales namque † Vicarij deputantur ab Episcopo, siue ad vniuersitatem caussarum, siue ad certas caussas arbitrio suo, & delegatam dicuntur habere iurisdictionē, Glo. in clem. & si principalis, in verbo, foraneo. de rescrip. & ibi Car. q. pen. Imo. nu. 32. Inn. & Host. in c. Roma. de off. ord. Gem. & Fran. in c. Rom. de appel. in 6. ¶ Cùm igitur ex delegata iurisdictione cognoscant, & consequenter mandatā habeant iurisdictionem, l. 1. §. qui mandatam, ff. de iur. om. iudic. non ipsi, sed Episcopus, quorum nomine, & quorum mandato exercent iurisdictionem possidere dicuntur, cap. si diligenti, §. non igitur de praescrip. ¶ Accedit quòd in mera facultate & vo-
2 luntate † Episcopi consistit tribuere Vicario facultates amplas, vel coarctatas, vel etiam ipsum creare. Gl. in cle. 2. in verbo, per elect. de resct. vbi omnes, Alc. in c. 1. de off. ord. nu. 24. Rebuf. in prax. in form. Vicarij, nu. 192. Abb. in
3 c. tua nobis, in fi. de off. vic. Est enim generale quòd † quilibet cōmittens iurisdictionem suam alteri, possit eam limitare, vt sibi libet, vt per Abb. ibid. ¶ Ex quibus sequitur, quòd cum isti Vicarij precario possideant † ab Episcopis,
4 non sint contra ipsos manutenendi, l. 1. ff. vti pos. sequitur etiam quòd cùm dare amplam, vel angustam facultatem huiusmodi Vicariis consistat in mera facultate Episcopi, isti Vicarij nullam quasi possessionē acquisiuerint, quamuis millies de his caussis cognouissent, mandante Episcopo, ex quo non probatur, quòd fuerit vnquam coactus Episcopus dare huiusmodi facultatem dictis Vicariis, vel
5 quòd eas voluerit reuocare, & fuerit † prohibitus, & prohibitioni acquieuerit, ad l. altius, C. de seruit. & aqua. & l. qui luminibus, ff. de seruit. vrb. praed. cū vulg. ¶ Non obst. testes Oppidi dicentes, huiusmodi Vicarios cognouisse de huiusmodi caussis, quia testes Episcopi clarissimè probant, quod quando vel Episcopus vel officialis principalis id resciuerunt, molestauerunt, & prohibuerunt, ex quo clarissimè apparet, non adfuisse patientiam Episcopi, sine qua non potest in his incorporalibus quaeri possessio, quae
6 † in huiusmodi patientia consistere videatur, Rip. post alios in c. cum Ecclesia sutrina. nu. 64. de cau. pos. & proprie. Ex quo tollitur obiectum sententiae antiquae, quia non probatur, quòd Episcopi acquieuerint. Imò ea non obstante, vt dictum est, prohibuerunt, & mulctarunt Vicarios manus ad ista apponētes, & ipsemet vicarius Gundisaluus re vera, quando fuerunt sibi de anno 1574. pro parte Oppidi intimatae executoriales, apertè dixit, *illas non esse in vsu.* Et ex his etiam respondetur ad relationem actorum, ex qua apparent multi processus similium caussarum, de quibus cognouerunt huiusmodi Vicarij: quia id fieri potuit ex particulari commissione Episcopi, vel officialis principalis, vel clandestinae: quoniam enim id resciebat Episcopus, illos puniebat, & priuabat, vt deponunt 3. super 2. & 3. 4. 5. 6. 11. super 3. qui dicit, quòd fuerunt annulatae nonnullae sententiae Vicarij, 12. 14. 15. 17. 19. qui bene deponit Vigesimus, qui fuit officialis principalis, & dicit, quod ipsemet annulauit sententias latas ab istis, & quòd eus ista de caussa priuauit, & 21. super 11. qui dicit, quod dum fuit ab Episcopo cōstitutus Vicarius, fuit sibi signanter datum in mandatis, vt videret, num isti Vicarij excederent eorum facultates, & multi etiam deponunt, quòd isti Vicarij remittebant huiusmodi caussas ad officiales principales. ¶ Non obst. dictum Arch. in c. nonnulli. de resc. cum aliis alleg. quod quando dioc. est am-
pla, † Episcopus non potest cogere ad litigandum in loco 7
longinquo, sed debet vel ipse accedere, vbi vertitur litigium, vel delegare, Anton. de But. in ca. sane. in fi. de foro comp. & ibi Barb. in prin. & in c. dilectus, nu. 53. de rescr. quia hoc dictum reprobatur per Abb. in d. c. sane. num. 3. & in d. c. dilectus, nu. 4. & in omnem euentum procedit,
† quoniam caussa est modica, & locus valde distat. Barb. 8
in d. c. nonnulli. in princ. nu. 7. cum seq. de resc. & ibi bene Fel. col. 1. per tex. in l. cum post, vbi Bar. & Bal. C. de appel. quae ambo cessant in hoc casu.

BRAVI.

Toletan. translationis pensionis, Lunae, 12. Decembris, 1580.

SVMMARIA.

1 *Dispositio est regulanda à proœmio.*

2 *Ratio posita in proœmio dicitur esse caussa finalis, etiam si particularis esset.*

3 *Dictio vniuersalis, omnis, etiam incogitata comprehendit.*

4 *Cogitatio in genere sufficit ad effectum via comprehensiua.*

5 *Verba vniuersalia geminata comprehendunt etiam ea, quae aliàs non comprehenderentur.*

6 *Constitutio quamuis poenalis & odiosa, debet extendi fauore Ecclesiae ad alium casum etiam non expressum.*

DECISIO CCXCVIII.

FVit per Dominos concorditer tentum, *facultatem transferendi pensionē concessam Domino Petro de Mendoza super fructibus Archidiaconatus Toletani, comprehendi in reuocatione bullae sanctae memo. Pij Quinti.* Mouit omnes proœmium bullae, à quo † dispositio est regulanda, l. vltima,
ff. de haere insti. Sub eo enim casus iste dicitur cōprehen- 1
sus, cùm bulla occurrat, ne multitudo laicorum praecipiat, quòd pro faciendis multiplicandísque ministris Ecclesiasticis, pauperibus alendis, & aliis, de quibus ibi, relictum esse dignoscitur. Vnde cùm casus iste, & facultas
comprehendatur sub † ratione proœmij dicitur conti- 2
nere caussam finalem, vt per Bal. in l. nu. 1. de rerum diuis. Castren, cons. 2. nu. 6. lib. 1. Et ratio haec, cùm generalis sit à qua tota series debet explicari, ampliat dispositionem, esto quod aliàs esset particularis, prout non est, vt infra dicetur. arg. l. regula. §. licet. ver. initium cōstitutionis generale est. ff. de iur. & facti ignoran. l. nomen debitoris. §. vltimo. ff. de lega. 2. per Abb. in c. sicut. de testi. in fi. Dec. cons. 115. cū vulga. Caeterū haec pars multis modis iuuatur ex vers. sed nec vlli laici, nec clerici, cū vers. ac etiā reuocamus, ponderando dictionē. Etiā, quę auget, & implicat maiores preces, vt per informantes clarius etiā exprimitur mēs Papae. in vers. omnes verò priuatas dispēsationes, inter quas est ista, de qua contēditur, & in ver. huiusque singulatim cōcessas, & sat esset apposuisse dictionē
vniuersalē, omnes, vt † omnes facultates includerētur etiā 3
incogitatae, vt in l. tres fratres, ff. de pact. cum † satis sit de 4
ipsis

ipsis in genere fuisse cogitatum, arg. l. quod iure militari,
ff. de milita. testam. maximè cùm in superiore vers. è con-
tra vocamus, fuerint sublata omnia priuilegia & quæcun-
que ordinibus militaribus concessa, in quibus veniunt
5 etiam, quæ aliàs non comprehenderentur, cùm † adsint
verba vniuersalia geminata, vt per Angel. in cap. 2. §. pen.
per tex. ibi. ff. de iure codic. Aym. consi. 127. nu. 13. Ruin.
cons. 271. nu. 11. lib. 3. Paris. cons. 9. nu. 56. lib. 2. ¶ Quibus
non obstant ea, quæ pro parte D. Ioannis Huttado dedu-
cuntur, & primò, quòd pēsio ista fuerit reseruata ex caus-
sa resignationis Illustrissimi bonæ memoriæ Cardinalis
à Mendoza, quia vltra, quod verba prooemij sunt apta ca-
sum istuni explicare, sed in specie adsunt verba prout in
versi, & quibuslibet aliis caussis, & in versic. omnes verò
priuatas. Cùm semper Pontifex vtatur verbis vniuersali-
bus, & in fine, in versiculo, & per modum statuti, ac initi
& stipulati contractus. Ex quibus etiam verbis tollitur id,
quod aliàs dicebatur, pensionem ex caussa onerosa fuisse
reseruatam cùm verba etiam ista includantur, minùsque
de potestate sit ambigendum. De voluntate autem clarè
constat. ¶ Minùs etiam facit quod proponitur, reuocatas
esse facultates transferendi pensiones concessas in lite,
non verò particulares. Quia fuit responsum, verba bullæ
esse clarissima in contrarium. Licèt enim summus Ponti-
fex in versi. ac etiam reuocamus, præfatus fuerit de priui-
legiis ac facultatibus concessis militiis S. Iacobi de Speta,
& etiam militibus ipsis, vt in vers. eorúmque militibus,
tamen in subsequenti vers. priuatas dispensationes loqui-
tur de dispensatione concessa militi non intuito militiæ,
sed veluti priuato, & particulari, aliàs frustratoriè ista sta-
rent contra iura vulgata, cùm supra satis exposuisset de
his, quæ militiis, & militibus occasione militiæ indulta
sunt. Quod satis declarant, nomen, priuatas, & verba illa,
singulatim concessas, quæ repugnant applicari secundùm
sensum contrarium, vt Papa in isto vers. omnes, licèt lo-
cutus fuerit de priuatis dispensationibus, & particulari-
bus, loquitur tamen de militibus, quia de stylo communi,
quem Domini sæpè ac sæpius viderunt, nūquam consue-
uerunt concedi laicis huiusmodi dispensationes pensio-
num, nisi habentibus habitum militarem alicuius reli-
gionis, vel cum clausula, quod illum teneantur suscipere,
& in eo professionem emittere. Ex quibus etiam cessant,
quæ aliàs dicebantur, facultatem istam domino Petro
fuisse cōcessam intuitu Domini Cardinalis, & non intui-
tu militiæ, cùm etiam casu isto cessaret dispensatio trans-
ferendi quin potius contrarium liqueat ex lectura ipsius
facultatis, cùm sit concessa cum qualitate militiæ sancti
Iacobi de Spata sub regula sancti Augustini, & ibi reli-
giosis, quibus repugnat stylus communis. vt dictum est.
¶ Nec mouit Dominus, quòd reuocatio dicatur odiosa.
Quia oppositum est verius, cùm reducamur ad ius com-
mune, ex vulgatis, tum etiā quia cùm agatur de liberando
beneficio à seruitute pensionis, & quia ex prooemio con-
stat, bullam emanasse fauore Ecclesiarum, & vt communi
Ecclesiæ consuleretur. Et ita intrat, quod aliàs dicebatur,
6 † quòd constitutio quamuis pœnalis debet extendi ad a-
lium casum quamuis non expressum, vbi agitur de fauore
Ecclesiarum, vt per gl. in verbo aliàs, in c. sciant cuncti. de
electio. lib. 6. cum deductis per Panorm. in c. nihil. nu. 9. de
electio. per eundem in cap. ex tenore, nu. 6. qui fil. sint le-
git. per Ias. in l. cum quidam, nu. 17 ff. de libe. & posthum.
Ex quibus satis diluuntur, quæ pro parte contraria fue-
runt deducta.

LANCELLOTTI.

Romana pecuniaria. Lunæ 5. Maij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Mandatum executiuum est relaxandum, vbi obligatio est pura & liquida.*

2 *Ars berectaria, & ars merciaria differunt inter se.*

DECISIO CCXCIX.

Resolutum, quod † mandatum A. C. sit relaxandum, 1
quia obligatio, qua Horatius Argentus tenetur sol-
uere pretium, est pura, & liquida. ¶ Non obstat exceptio
opposita oriens ex ventre dictæ obligationis, videlicet,
quòd Seruidei aperuerint apothecam similis exercitij cō-
tra pactum in dicta obligatione appositum. Quia respon-
detur constare, quòd exercitium est diuersum. Nam apo-
theca empta per dictum Horatium est berectatiæ, vt col-
ligitur ex ipso instrumento & clarè deponunt testes exa-
minati pro parte dicti Seruidei, videlicet, primus iuxta 20.
42. 44. interrogatorium, & super 15. artic. 2. iuxta 20. 26.
28. 42. & 52. interrogatorium 3. iuxta 20. & 42. interroga-
torium 3. iuxta 21. 28. & 42. interrogatorium. ¶ Probatur
etiam ex testibus examinatis pro parte dicti Horatij vide-
licet per tertium iuxta 7. interrogatorium, & per quartum
iuxta 9. interrogatorium. ¶ Comprobatur ex fide subscri-
pta, de qua in actis. Apotheca verò empta per Seruideum
non est berectariæ, sed merciariæ siue fundaci, vt proba-
tur ex testibus dicti Seruidei, videlicet, ex primo, iuxta 45.
interrogatorium, ex 2. iuxta 29. 49. interrogatorium, ex
3. teste d. Horatij iuxta 7. interrogatorium. Et ex 4. eius-
dem, & ex dicta fide subscripta quæ adiuuat. Et inter ar-
tem † merciariæ siue fundaci & berectariæ est longa dif- 2
ferentia, vt declarant testes Seruidei, videlicet, primus
iuxta 9. interrogatorium, item testes dicti D. Horatij, vi-
delicet secundus, & quartus iuxta 8. & per dictam fidem.
Et probatur ex doctrina Bart. cum ibi adductis per Ale-
xand. in simili in Pub. de natiui. lib. 10. ¶ Non obstat quòd
dictæ artes teneant etiam aliquas species earundem te-
rum, quia ista diuersitas non attenditur, vt deponunt su-
pradicti testes, sed attēditur principalis earum institutio.
iuxta l. quæritur. de sta. hom. Et quòd Seruidei ante ven-
ditam eorum apothecam vocarentur berectarij probant
eorum testes, videlicet, iuxta 20. secundus iuxta 28. & 58.
tertius iuxta 44. quartus iuxta 28. & 42. & comprobatur
ex dicta fide. ¶ Item probatur per testem dicti Horatij,
iuxta 7. & quartum additionale. Et quòd hodie Horatius
vocetur berectarius propter emptionem istam, probat
tertius suus testis, iuxta 7. interrogatorium. Vnde cùm
exercitia sint diuersa, & cessat exceptio pacti, & locus est
executioni instrumenti in forma Cameræ.

SERAPHINI.

Barchinonen. bonorum piæ caussæ. Veneris
16. Februarij, 1582.

SVMMARIA.

1 *Iudex si semel intra terminum dederit Apostolos, pars non tenetur postea amplius comparere, & eos petere.*

2 *Appellatio dicitur deserta per non citationem partis antequam decernerentur executoriales.*

3 *Executio sententiæ duobus concurrentibus potest fieri parte non citata.*

4 *Lapsus termini ad docendum de appellatione non inducit desertionem, sed tantùm operatur, vt iudex possit procedere ad exequutionem.*

5 *Tempus prosequendæ appellationis est vtile, nec currit impedito.*

6 *Sententia super desertione quo casu requiratur.*

7 *Sententia super desertione dicitur interloquutoria, si pronuntietur deserta appellatio ab interloquutoria, aliàs dicitur diffinitiua.*

8 *Citatio requiritur ad ferendum sententiam super desertione appellationis, nec sufficit intimatio.*

DECISIO CCC.

Domini resoluerunt pro attentatis: fundata enim est
intentio administratorum super pendentia appel-
lationis, toto titulo, vt lite pendente. ¶ Ex aduerso duo
deducuntur pro excusatione. ¶ Primum est, quòd cum

est datus terminus iuris ad redeundum pro Apostolis ad-
ministratores non redierunt, clem. quamuis de appell.
¶ Sed hoc fundamentum non placuit, quia secũda Octo-
bris assessor, ad quem iudex remisetar appellantes, detulit
appellationi, & præfixit terminum 80. dierum. Vnde suf-
1 ficit quòd iudex dederit Apostolos: nam † postea non te-
netur amplius pars comparere, & petere Apostolos, Bald.
in l. eos. §. fi. num. 2. & ibi Salic. num. 3. in fi. C. de appellat.
¶ Nec obstar, quòd non constet de acceptatione, quia sa-
tis constat ex eo, quòd pars transmisit ad curiam, & caus-
sam committi obtinuit, vt dicitur de comparente post
executam citationem, Rot. decis. 11. de dolo & contu-
ma. in nou. maximè cùm pars aduersa commiserit etiam
caussam appellationis dictorum administratorum, & ita
apparet non habuisse caussam pro deserta. ¶ Secundùm
quod pro excusatione deducitur, est ex eo, quòd non fuit
in 80. dies facta fides de commissione caussæ. Hoc quo-
que fundamentum reiectum fuit, ex pluribus. Primò, quia
debuit pars citari antequam decernerétur executoriales,
2 & † tunc diceretur appellatio deserta, Dec. in c. personas,
nu. 10. de appell. Ægid. decis. 219. in fin. Et licèt Rota de-
3 cis. 25. de appell. in nou. velit, † quòd possit fieri executio
parte non citata, hoc tamen procedit duobus concurren-
tibus, vt ibi dicitur, vnum est, vt verè appellatio sit deser-
ta. Alterum, quòd Iudex de hoc sit certus, hic neutrum
4 verò concurrebat: nam † lapsus termini ad docendum
de appellatione non inducit desertionem, sed tãtùm ope-
ratur, vt iudex possit procedere ad exequutionem, Fedet.
cons. 128. Dec. in d. c. personas, nu. 10. & ibi Felin. num. 2.
Roman. sing. 136. cum aliis allegatis. Neque etiam erat
certus de desertione, quia terminus 80. dierum non po-
5 test incipere, nisi à die scientiæ. Tempus enim † prose-
quendæ appellationis est vtile, nec currit impedito, Arch.
in cap. anteriorum, nu. 5. 2. q. 6. Titaq. de retract. conuent.
§. 35. glo. 4. num. 9. in fin. Et huiusmodi termini recipiunt
interpretationem à iure, Cassad. decis. 9. nu. 10. de appell.
Et quòd requiratur citatio, fuit resolutum 24. Februarij.
1576. in vna Tautinen. Capellaniæ, coram R. P. D. Blan-
6 chetto. Et hinc est, quòd isto casu requiritur † sententia
super desertione, vt dicit Lap. allegatus à Rot. decis. 23. de
appellat. in nou. in additione magna post med. Vnde cùm
iudex pronuntiauerit caussam desertam, malè fecit, quia
re vera non erat. Et cùm esset appellatum, non potuit pro-
7 cedi ad executionem, quia † licèt sententia super deser-
tione dicatur interloquutoria, Rota decis. 1. de appel. in
nou. & decis. 42. eod. ti. in antiq. tamen id procedit, quan-
do pronuntiatur deserta appellatio ab interloquutoria:
secus si pronuntiaretur deserta appellatio à diffinitiua,
Rot. decis. 21. de re iud. in nou. Felin. d. rubr. de re iud. nu.
8 11. Et ideò † requiritur citatio, vt per Felin. ibidem, Gabr.
de citat. conclus. 1. nu. 214. & sequen. ¶ Neque sufficit in-
timatio, maximè stante appellatione, quæ suspendebat, ad
Rot. per Felin. in rub. de re iudi. nu. 3. Et ex his conclusum
pro reuocatione attentatorum.

ROBVSTERII.

Calaguritan. beneficij de Vergara. Lunæ 29.
Nouemb. 1582.

SVMMARIA.

1 *Theologi in beneficiis præferuntur aliis graduatis.*
2 *Statutum confirmatum à superiore, & rationabile præsumitur vsu receptum.*
3 *Sententia non inducit vsum vel consuetudinem, vbi de eius acquiescentia non constat.*

DECISIO CCCI.

Domini concluserunt, D. Gregorium Fanzagaretta
baccbalarium in Theologia in assecutione benefi-
cij, de quo agitur, præferendum esse D. Ioanni de On-
dauta magistro in artibus, quia verba statuti conditi de
anno 1547. sunt adeò clara, vt non recipiant aliam inter-
pretationem, & præsertim ibi in fine, dum dicitur, præfe-
rendo semper Theologos aliis graduatis, quamuis non
sint, nisi bacchalarij. Et quamuis antiqua statuta aliud de-
terminarent, tamen non sunt attendenda, quia potuerunt
statuentes ab ipsis recedere, videntes, quòd graduati in
Theologia erant magis proficui Ecclesiis, quàm magistri
in artib. vt bene deponit primus testis super tertio articu-
lo, ex † qua caussa Theologi etiam præferuntur aliis gra- 1
duatis, vt per Lambert. de iurepatron. 12. ar. 5. quæst. prin.
3. par. 2. libr. mihi car. 360. ¶ Nec dicendum est statutum
prædictum non fuisse vsu receptum: quia cùm sit confir-
matum ab ordinario, de eius validitate non dubitatur, &
sic multum rationabile præsumitur † etiam fuisse vsu re- 2
ceptum, Gozad. cons. 26. num. 16. Cassad. decis. 25. in vna
Bonon. Et quamuis aliqui ex testibus examinatis pro par-
te Ioannis videantur deponere, quòd magistri in artibus
fuerunt probati bacchalarij in Theologia, tamen concur-
rebat etiam gradus bacchalariatus in dictis magistris, vt
bene deponunt testes examinati pro parte Gregorij super
tertio articulo. ¶ Nec refert, quòd magister Olaldes asse-
cutus fuerit gradum baccbalariatus post sentẽtiam in sui
fauorem de tempore quo erat tãtùm magister in artibus.
Quia ipse vnicus actus non est habendus in consideratio-
ne, cùm postea fuerit subsecuta concordia inter ipsos liti-
gantes, & vigore compromissi, & laudi postea lati prædi-
ctus magister Olaldes soluerit pensionem suo aduersario,
vt bene deponunt testes Gregorij super tertio articulo.
Vnde † non potest dici, ex illa sententia resultare contra- 3
rium vsum, cùm non constet de acquiescentia, imò de
contrario ad tradita per Doct. in ca. fi. de consuet. Alex. in
cons. 132. nu. 4. lib. 1.

LANCELLOTTI.

Lucan. de insulasancta. Die Lunæ, 10. Decemb. 1576.

SVMMARIA.

1 *Dispositio clem. quia contingit, de religios. dom. debet intelligi de hospitalibus in genere.*
2 *Hospitalium propria natura quæ sit.*
3 *Solemnitatum omissio, de quibus in clem. quia contingit. de relig. dom. non immutat naturam hospitalis.*

DECISIO CCCII.

FVit resolutum, quod † clem. quia contingit de relig. 1
dom. non debet restringi ad hospitalia, quæ sint fun-
data vel dotata ad hoc, vt in eis pauperes alantur: sed de-
bet intelligi de hospitalibus in genere. Nam hospitalia
fuerunt instituta, vt pauperes ibi reciperentur, propterea
ad hoc sunt cõseruanda, vt ibi dicit Card. in 7. not. ¶ Non
obstant verba dictæ clementinæ, in princ. ibi, non attento
quod loca ipsa ad hoc fundata, & paulò inferius ibi, ad
certum vsum largitionum sunt destinata, quia dicta ver-
ba stant potiùs declaratiuè, quàm restrictiuè, denotando
† propriam naturam hospitalium, iuxta tex. in c. de xeno- 2
dochiis, & ibi per Abb. n. 3. de relig. dom. ¶ Quod verò ad
statum loci, de quo agitur, Domini dixerunt constare, il-
lum esse hospitale, quia ita enuntiatur in tribus commis-
sionibus facti in fauorem diuersarum personarum laica-
rum de huiusmodi loco, vti de hospitali, quæ verba enun-
tiatiua in diuersis instrumentis cũ excedunt metam cen-
tum annorum, probant famam, quæ fama in antiquis
probat, & coadiuuatur tam ex dictis testium, vt hîc per
informantes pro parte rectoris hospitalis misericordiæ,
quàm etiam ex visitatione facta per ordinarium de anno
1567. ¶ Nec obstat, quòd in duabus ex dictis commissio-
nibus non constat, quòd prædictæ personæ quibus fuit
cõmissum hospitale, iurauerint, & confecerint inuentaria
iuxta formam traditam in dicta Clementina, in §. vt au-
tem. Quia fuit dictum, quòd omissio istarum † solem- 3
nitatum non immutat naturam hospitalis, sed bene o-
peratur, vt ad illas obseruandas potuissent cogi per or-
dinarium, vel potuissent repelli à iudicio, vt per Lap. in
tractat. de hospitalibus, numer. 32. & per Imol. in dicta
Clem.

Clem.num.18.cum aliis, de quibus hic per informantes. ¶ Et hęc dicta fuerunt saluis exceptionibus contra testes, & si dictus status fuerit immutatus, & iuxta reseruationes factas in vltima positione huius caussæ.

ROBVSTERII.

Leodien. Archidiaconatus. Veneris, 15. Maij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Protonotarij creati à Papa & extra numerum censentur verè & indubitatè familiares, & continui commensales.*

2 *Familiaris verus quis dicatur.*

3 *Constitutio Pauli tertij loquens de familiaribus non dicitur mere declaratoria.*

DECISIO CCCIII.

PRæsupposito, quòd Michaël ab Enchenuo, vt fuerit Protonotarius Apostolicus creatus à Clemente septimo, non tamen de septem participantibus. ¶ Et stante
1 † constitutione & declaratione Pauli Papę 3. quòd Protonotarij creati à Papa, & extra numerum censeantur verè & indubitate familiares & continui Commensales.

¶ Et stantibus Germaniæ concordatis, quæ admittunt septem Protonotarios. & veros familiares cōtinuos commensales Papæ. ¶ An valeat Coadiutoria, de qua agitur. ¶ Fuit tentum, *quòd iste per declaratoriam Pauli 3. non dica-*
2 *tur † ita verus familiaris, vt includatur in reseruatione aliqua, de qua in concordatis, quia licet sint veri familiares, tamen sunt veri per priuilegium, sicut ex ipsa vita, & exercitio, vt inquit Pau. de Castr. in consi. 340.* Et aliâs decisum fuit, quòd † illa constitutio Pauli 3. nō dicatur merè declaratoria, vt per
3 Sam. in reg. de Imp. benef. per obit. fami. q. 13. ¶ Prætetea illa declaratoria non comprehendit concordata, quæ transierunt in vim contractus.

LANCELLOTTI.

Astoricens. Canonicatus die 17. Maij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Reseruatio generalis non comprehendit beneficia iurispatronatus laicorum ex fundatione: secus si ex priuilegio, & nu. 3.*

2 *Iurispatronatus ex priuilegio in gratia Apostolica non est facienda mentio.*

4 *Clausula derogatoria inducit protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti, nisi expressè fiat reuocatio.*

DECISIO CCCIIII.

CLemens septimus concessit Marchioni Astoricens. eius vita durante, ius patronatus in canonicatu Ecclesiæ Astoricen. subiunctis verbis, *qui de cætero quibusuis modis, & ex quorumcunque personis pro tempore vacare contigerit, concedimus & iuspatronatus huiusmodi, ac si tibi ex vera dotatione, & fundatione competeret etiam per sedem Apostolicam, nisi de toto tenore & data præsentium plena, specifica, indiuidua, & expressa de verbo ad verbum, non per clausulas generales idem importantes, mentio fiat, & tuus ad id accesserit assensus, derogari non possit, nec derogatum censeri sic per quoscunque iudices nullum, ac irritum decernimus.* Dubitaui ego, *an stante priuilegio Marchionis Astoricen. canonicatus, de quo agitur, vacans per obitum familiaris Cardinalis dicatur reseruatum.* Et licèt pro vna parte videlicet pro parte affirmatiua multa fuerint allegata, quòd canonicatus diceretur
1 reseruatus, Nam † licèt generalis reseruatio non comprehendat beneficia iurispatronatus laicorum ex fundatione vel dotatione, tamen secus est, quando est iuspatronatus competens ex priuilegio, vt tenet Abb. post Ant. & alios
2 in c. dilectus, de offi. deleg. Et † iurispatronatus ex priuilegio in gratia Apostolica non est facienda mentio, ad consil. Fed. 64. Infrascriptam quæst. dub. 1. Card. cons. 69. in 2. dub. Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ. in 11. limit. Deci. cons. 149. Roch. in tract. iurispatro. in 3. part. lib. 2. art. 3. 6. quæst. princ. Item licèt in c. 2. de præben. in 6.
non † comprehendat beneficia de iurepatron. laicorum 3
ex fundatione, tamen comprehendit beneficia ex priuilegio, Dom, in d. c. 2. num. 12. post Arch. de præb. in 6. & ibi Franc. & Dec. cons. 149. nu. 6. Tamen his non obstan. fuit conclusum pro parte negatiua propter clausulam derogatoriam contentam in d. priuilegio, in quo continebatur, quòd derogari non possit, nisi de toto tenore, & data præsentium mentio facta esset, quæ inducebat † prote- 4
stationem defectus voluntatis in dispositione sequenti, nisi expressa fiat reuocatio, vt per Bart. & alios in l. si quid in princ. testa. ff. de lega. 3. Et in regula reuocatoria nulla fiebat mentio de clausula derogatoria, nec ei derogatum fuerat.

SERAPHINI.

Gadicen. adiunctorum. Veneris. 17. Iunij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Decretum Concilij Triden. ca. 6. sess. 25. dum loquitur de adiunctis, non habet locum nisi in capitulis exemptis.*

DECISIO CCCV.

ILlustrissimè & Reuerendissimè Domine, diebus præteritis fuit petita pro parte Reuerendissimi D. Episcopi Gadicen. declaratio sacræ Congregationis, quòd decretum † Concilij, cap. 6. sess. 25. dum loquitur de adiun- 1
ctis, non habeat locum, nisi in Capitulis exemptis, & propterea petebatur declarari, quòd Reuerendissimus Dom. Episcopus Gadicen. non obligetur dicto decreto, neque teneatur assumere adiunctos capitulares, quia Capitulum non est exemptum, prout fuit pluries in aliis capitulis declaratum in sacra congregatione. ¶ Et quatenus fortè exemplo prætendatur, capitulum esse exemptum, ne propterea retardetur declaratio petita, supplicatur illam fieri, cum præsupposito, *quatenus Congregatio Concilij censuit, si verum est, Capitulum Gadicen. non esse exemptum à iurisdictione ordinarij, non habere in eo locum decretum illud Concil. sess. 25. cap. 6.* Domini dixerūt, quòd postquam Concilium non loquitur de exemptis, quòd seruabuntur statuta.

COTTÆ.

Gadicen. Statutorum. Lunæ 20. Maij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Recognitio tam exacta non requiritur in libris, prout in aliis scripturis.*

2 *Episcopus tenetur ad obseruantiam statutorū, quæ non sunt contra decreta Concilij Tridentini, & bonos mores.*

DECISIO CCCVI.

DOmini resoluerunt, *librum statutorum esse in forma probanti, & sufficienter recognitum*, quia in † libris 1
non requiritur tam exacta recognitio, prout in aliis scripturis, Put. decis. 1. de fide instrum. & ex aliis rationibus hic adductis per informantes pro capitulo. ¶ Quibus non obstat, quòd Notarius deputatus à iudice cōpulsore fuerit ad instantiam Reuerendissimi D. Episcopi recusatus. Quoniam Domini huiusmodi recusationem noluerunt habere in consideratione, stante quod ab eodem iudice fuerit prouisum, vt nominaretur adiunctus, qui assisteret, quem cum nominare non curauerit, sibi est imputādum. Quo vero ad statuta pariter fuit resolutum, D. Episcopum teneri ad † obseruationem illorum, quæ non sunt 2
contra decreta sacri Concilij Tridentini, & bonos mores, stante eius iuramento, Molin. decis. 7. & 230. ¶ Et ita fuit resolutum in vna Palentina iurisdictionis coram R. P. D. Seraphino, Lunæ 18. Maij, 1573. Nam & ipse Deus obligatur iuramento, iuxta illud Psal. 109. *Iurauit Deus & non pœnitebit.*

SERAPHINI.

Gadicen. iuris Visitan. Mercurij 4. Maij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Sententia rotalis præiudicialis statuto non est exequenda, donec cognoscatur de validitate ipsius statuti.*

DECISIO CCCVII.

SEntentia in Rota lata, an sit exequenda in casu, & ad
1 effectum, de quo agitur. Fuit resolutum, quòd si † sen-
tentia, de cuius executione agitur, comprehendit hoc
statutum, non sit exequẽda, quousque disputetur, an illud
releuet: in reliquis sententia est iusta & exequenda.

SERAPHINI.

Gadicen. iuris associandi. Veneris, 3. Iunij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Concilium Tridentinum, cap. 6. sess. 25. & cap. 4. sess. 6. loquitur in Ecclesiis exemptis.*

DECISIO CCCVIII.

DOmini dixerunt, non esse relaxandas executoriales
decretas vigore sententiæ bonæ me. Grati: quia vi-
dendum est, si statuta, de quibus in sententia bone mem.
Cottæ intrant, ex quo in dicta sententia dicitur, non esse
seruãda per Episcopum statuta. 73. 74. 75. Sed Concilium
Tridentinum, quæ verba, Domini intelligunt, si Conci-
lium Tridentinum aliquid statuit circa disposita in dictis
statutis: alioqui si nihil statuit, remanẽt statuta in suo ro-
1 bore. ¶ Verum Cardinales resoluerunt, quòd † Cõcilium
in cap. 6. sess. 25. & cap. 4. sess. 6. loquitur in Ecclesiis exem-
ptis, sed ista non est exempta; propterea videndum est, si
adsunt alia decreta Concilij. Item si adest immemorabi-
lis pro parte Capituli, prout dicitur.

ROBVSTERII.

Tholetan. ioris nominandi. Veneris, 28. Ianuarij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Coadiutores in Ecclesia deputari possunt ad exercendum curam animarum.*

2 *Cura animarum & eius titulus residet penes Episcopum. Intellige & declara, vt num. 3.*

4 *Beneficia duo curata nemo absque Papæ dispensatione potest retinere.*

5 *Rectores particulares debent in Ecclesiis parochialibus intitulari.*

DECISIO CCCIX.

DVbitaui iuxta decisionem factam 29. Octobris anni
præteriti, an laicus, &c. Et Domini fuerunt concor-
des, laicum non posse sibi reseruare huiusmodi ius no-
minandi ministros ad nutum suum amouibiles, qui ex
præterita præsentatione consequantur exercitium curæ
1 animarum. ¶ Non obstat consil. Anton. de † Butr. 3. Quia
licet ipse dicat, quòd possint deputari in Ecclesia coadiu-
tores ad exercendum curam animarum pro intitulato,
præsupponit tamen adesse verum Rectorem, qui habeat
titulum, & in his Ecclesiis nullus adest Rector cum titulo
prout requiritur. c. præcipimus, & c. sicut vna. 21. quęstio-
ne Secundò. ¶ Et quamuis Oldrad. consil. 67. dicat, quòd
2 † titulus curæ residet penes Episcopum, cuius opin. po-
test pati dificultatem, non tamen applicatur casui, de quo
3 quæritur. Primò, quia ipse † loquitur, quando illi, qui
exercent curam animarum, sunt instituti in curis ab ordi-
nario: hic sumus in casu, in quo exercitium curæ exerce-
tur ab his, qui sunt nominati tantum in laico, & habent
solùm generalem licentiam Archiepiscopi administrandi
sacramenta in sua diœcesi. Et Oldra. in institutio. hoc
pacto intelligit Anch aran. consili. 59. ¶ Non potest etiam
ex alio applicari dicto consilio quia cùm præsupponatur,
quòd parte Illustrissimi Domini Ducis laicus de consensu
Episcopi possit hoc ius nominandi sibi reseruare in limi-
ne fundationis, & reseruauerit, necesse est, si vera est opi-
nio Oldr. pręsupponere, quòd Episcopus etiam in eodem
limine sibi reseruauerit titulum curæ particularem Ec-
clesiæ fundatæ, qui titulus est omnino incompatibilis
4 cum titulo sui Episcopatus. cùm † nemo absque dispẽsa-
tione Papæ possit retinere duo beneficia curata. cap. de
multa, de præben. Et præsumendum esset, hæc beneficia
fundata esse sub duab. conditionibus iuri communi con-
trariis. Etsi enim Episcopus habeat curam iurisditiona-
lem in tota sua diocesi, non habet tamen titulum parti-
cularem parochiarum sub sua diœcesi existentium, quia
in illis † debent Rectores particulares intitulari. d. c. sicut
& c. pręcipimus. 21. q. 2. ¶ Et licèt in Hispaniarum Regnis
adsint nonnullæ diœceses, in quibus cura omnis residet
penes ordinarius, id procedit tamen ex eo, quòd ipsa Ec-
clesia sius metropolitana, siue cathedralis est parochia
totius diœcesis: secus vbi cura animarum est in plures pa-
rochias distincta, vt in Tholet. metropholi, Quia tunc, vt
dictum fuit, non pon potest absque incompatibili titulo
vtrunque haberi, nisi cum eo dispensetur &c. & aliâs, vt
in copia integra huiusmodi decisionis, quæ fuit data pro
die 23. mensis Maij, proximè præteriti.

ROBVSTERII.

Esina bonorum. Sabat 13. Iannuarij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Confinium identitas ex quibus probetur, & nu. 2.*

3 *Probatio plena ad effectum probandi identitatem cõfinium ex varus generibus probationum & adminiculis colligitur.*

DECISIO CCCX.

LIcèt partes diuersimodè informent, altera super iden-
titate fossat, altera verò super spolio, tamen placuit
Dominis caossam votare iuxta intentionem domino-
rum de Amicis † super identitate fossati, quam censue- 1
runt probari non obstantibus his, quæ ex aduerso dedu-
cuntur, retentis decisionibus factis, quòd partitæ sint suf-
ficientes adminiculatæ, & quòd faciant fidem contra di-
ctos de Amicis. Nam ex iis iuncta planta colligitur nullo
alio loco posse collocari fossatam Manciani cùm hac tan-
tum parte verificentur alii confines certi, & indubitati
Boardi, Tumbettæ & alij, & sententia ipsa per Amicos
producta hoc id ipsum probat. Nam dato, quòd probet
diuersos esse fundos Gangaliæ, & Manciani, tamen fossa-
tum his fundis adiacens potuit diuersa nomina sortiri,
prout sortitum fuit, & etiam ex eo probatur, quòd eisdem
tertis vincum fossatum sub diuersa denominatione in
partitis datur pro confine, vt fuit consideratum in discut-
su sub die 27. Maij, 1579. Necue in contrarium deducta
mouerunt Dominos. ¶ Nam primò, quod dicitur pro-
bari per testes, fossatum Gangaliæ semper ita fuisse
appellatum, tollitur per decisionem factam sub die 20.
Martij, 1579. quæ habet, quòd testes non probant, nisi
de 50. annis, & non probant exclusiuè ad scripturas, sed
ex scripturis hæc appellatio colligitur. ¶ Secundò non
obstat, quòd fossatum huiusmodi habeat originem à syl-
ua Gangaliæ, & inde traxerit nomen. Quia potest etiam
sumere denomioationem à locis, per quæ transit, & hinc
orta est diuersitas nomini. ¶ Tertiò non obstat, quòd de
tempore instrumentorum ad esset vtrumque nomẽ Gan-
galiæ & Manciani, vt liquet etiam ex sententia supradi-
cta. Quia diuersitas horum nominum non concludit ad
diuersitatem fossati. Et ita conclusum fuit 16. Nouembris
præteriti. Et licèt secundum lecturam Canonicorum in-
strumenta capiant terras ab vtrobique latere fossati, ita
quod videatur excludi fundus Gangaliæ, tamen hoc ni-
hil est: nam extendunt se tantum vsque ad collinas, & in
parte superiori potest collocari fundus Gangaliæ, quod
est satis verisimile, cùm in ea parte sita sit sylua, quæ vo-
catur Gangaliæ ¶ Quartò nõ obstat, quod in instrumen-
tis non fiat mentio Gangaliæ. Quia non erat opus des-
cribere omnia loca adiacentia, maximè ex illa parte, quæ
habebat satis notabiles fines collinarũ, de quibus fit men-
tio, & id quod non fuit dictum in instrumentis, reperitur
appositum in partitis. ¶ Quintò non obstat, quòd non
fuerint apposita pro confinibus fossata insignia Auolan-
tis & Cesulæ. Quia partes, quibus notæ erant terræ, de
quibus agebatur habuerunt pro sufficienti descriptione,
qua

qua vsi sunt, dato certo loco, & certa terrarum mensura, neque tunc præiudicarunt tractu temporis euenire posse, vt de confinibus oriretur controuersia. Et si hoc argumentum concluderet, nullibi possent collocari istæ terræ, cùm earum extremi fines à duobus tantùm lateribus, non autem ab aliis descripti fuerint. ¶ Sextò non obstat, quòd Antignanum non sit castrum, sed turris. Quia instrumentum non dicit versus castrum Antignani, sed versus Antignanum, qood satis verificatur intuenti. ¶ Septimò non obstat, quòd illa descriptio versus Mare non conueniat, tum propter distantiam maris, tum, quòd ciuitas Esij ab illa parte erat vicinior: & ideò aptius dictum fuisset versus Esinm. Quia quantum ad distantiam hæc non facit, quominus descriptio conueniat, cùm plerumq; in limitibus describendis vtamur simili designatione, veluti à parte Orientis, & versus Meridiem & sic de cæteris. ¶ Quantùm verò ad vicinitatem Esij, ea non fuit habita in consideratione ex eo, quòd ciuitas Esij est ex alia parte fluminis, & iam ipsum flumen fuerat datum pro confine.

¶ Octauò non obstat, quòd illi montes dicantur collinæ, & tamen sunt montes satis eminentes. Nam comparatione aliorum locorum Apennini istæ sunt collinæ, & quidem valde humiles. ¶ Nonò non obstat longa amicorum possessio, quia hinc prætendunt Canonici spolium, quod probatur probata anteriori possessione. Nec facit, quòd tamdiu tacuerint, quia ea, quæ pluribus sunt communia, communiter negligi soleant. ¶ Decimò & vltimò non obstat, quòd in hac materia requirantur plenæ probationes. Quia tot concurrentibus, Domini eas habuerunt pro
2 † plenis ad probandam fossati identitatem, maxime in materia antiqua. Ioa. Paul. decis. 105. Put. 26. de restit. spo-
3 liat. Et † plena probatio ad hunc effectum est ea, quæ ex variis generibus probationum, & adminiculis colligitur, c. cum caussam, & ibi gl. & Doct. de proba. Soc. consi. 86. nu. 4. lib. 1. Paris. 107. num. 3. lib. 1. Aym. de antiquit. temp. part. 1. §. viso. de verbis enuntiatiuis, nu. 67. ¶ Quare conclusum, pro identitate, & ordinatum, vt disputetur, an stantib. decisionib. sit concludenter probatum primum extremum ad effectum.

CORAM VICECOMITE.

Nullius Legati.

SVMMARIA.

1 *Confessio eorum, quæ dependent à iuris dispositione non attenditur, si est erronea.*

2 *Confessio est spernenda, contra quam fuit iudicatum.*

3 *Dispositio testatoris, quòd ordinarius non habeat iurisdictionem super capellano, quo casu procedat.*

4 *Legatum relictum Presbytero pro eleemosyna, non dicitur relictum pro dote Ecclesiæ vel altaris.*

DISCVRSVS.

Reuerendissime Pater, in præsenti dubio non quæritur, *an constet de præsentatione Domini Ioannis Pauli principalis nostri, nec etiam quod ipse possideat vel non, ex quo ipse pro nunc prætendit, super huiusmodi legato solùm ius habere respectu electionis Capellani, non super iure, quòd sibi competat tanquam electo, & deputato.* Ideò quæ ex aduerso dicuntur circa illius personam, & ius sibi competens, non sunt ad propositum. Dubium enim concernit ius hæredum de Nigris respectu electionis Capellani, non autem ius proprium Dom. Ioannis Pauli, tanquam electi, quia super hoc lis non pendet. ¶ Quæ etiam narrantur in facto circa prætensas prouisiones Don Zaccariæ & Benedicti & assertas renuntiationes, & concordiam, in actis non constant, & non creduntur vera, imò prouisio in personam Dominici de Restis facta tanquam de beneficio Ecclesiastico, quæ dedit caussam huiusmodi liti, apparet in actis reuocata per ordinarium Mantuæ. ¶ Igitur nunc tantùm videndum est, *an hoc sit beneficium Ecclesiasticum, vt sit necessaria institutio.* Ex dictis io informatione, constat non esse. ¶ Circa prætensum examen factum Domino Ioanni Paulo tūc minori per assertum Visitatorem, dicitur, quod quicquid ibi dicatur, veritas est, quòd Dominus Ioannes Paulus non possidet huiusmodi proprietates, neque præsens illas prætendit sibi competere, & de hoc non dubitatur. Ideò non sunt attendendæ prætensæ confessiones, præsertim quia in dictis confessionibus suis dicit constare de iurepatronatus ex testamento Herculis de Nigris, vt ex aduerso fatetur, & sic ad illud se refert, ex quo testamento constat de contrario, & adest de non iurepatrona-
tus, vt in informatione dicitur. ¶ Præterea † confessio co- 1
rum, quæ dependent à iuris dispositione, non attenditur, si est erronea, Aym. consil. 29. num. 2. consil. 48. numer. 7. Ergo etiamsi fuisset confessus, hoc esse beneficium Ecclesiasticum, & constaret de contrario, prout constat ex allegatis, non præiudicat confessio, quæ maximè tendit in detrimentum hæredis pro tempore debentis eligere, non Domini Ioannis Pauli tantum, præter quod etiam contra huiusmodi fuit iudicatum per sententiam Mantuanam,
idcò † est spernenda, Innoc. in c. mulieri, de iureiur. 2
Marsil. singul. 252. nemo. Et Dominus Ioannes Paulus vt ex aduerso asseritur, de tempore confessionis erat minor.
Ad ea, quæ dicuntur, non † valere dispositionem testato- 3
ris, quòd ordinarius nō habeat iurisdictionem super Capellano, iuxta decis. 10. de testam. in antiq. cum aliis alleg. procedunt quoad illius priuationem, & alia per eum excessa, non quoad institutionem, de quo solùm nunc dubitatur, quia præsupposito quòd non sit beneficium Ecclesiasticum, Ordinarins non instituit, & consequenter dispositio testamenti in hac parte non est nulla.
¶ Quòd altare sit dotatum, est falsum, quia † fuit lega- 4
tum relictum presbytero pro eleemosyna, iuxta consilium, Felin. 41. & 45. non autem fuit relictum altari, aut Capellæ, vt legitur in testamento, cuius copia datur.
¶ Præterea negligentia Do. Ioan. Pauli non est vera, nec in actis constat, imò ipse statim elegit Dom. Herculem de Nigris iuniorem, secundùm formam testamēti, antequam aduersarius esset deputatus. Vltra quod hæc omnia sunt extra dubium, quia nunc tantum quæritur, *an super electione sit necessaria institutio*, ex quo non est beneficium Ecclesiasticum.

SERAPHINI.

Bononien. de Pipinis. Veneris, 8. Nouemb. 1577.

SVMMARIA.

1 *Appellatio deserta quando esse dicatur.*

2 *Sententia notoriè iniusta non transit in rem iudicatam.*

3 *Solemnitas in bonis Ecclesiasticis solitis locari non requiritur.*

Fallit, nisi Ecclesia sit enormiter lesa, nu. 4.

Vel nisi bona sint incorporata in mensa Episcopali, seu abbatiali.

5 *Testes ad probandam lesionem debent percutere tēpus contractus, & de communi æstimatione deponere.*

6 *Testis dictum recipit declarationem ab articulis.*

7 *Testes deponentes de communi affectione sufficit, quod deponant per verbum, credo.*

8 *Testis deponens de communi æstimatione non probat, nisi adiiciat rationem, quæ sufficit si dicat, quia vicinus, & practicus.*

Resolutum quòd interet caput desertionis, tum † quia 1
non fuit commissa caussa intra decem dies post reuerentiales datos, vt Cassad. decis. 4. de appell. tum quia commissio non suffragatur, stante clausula, dummodo alias prorogata non fiot, vt tamen fatalia non erant
prorogata. ¶ Ad excludendum rem † iudicatam, quæ 2
ex desertione prædicta resultaret, allegant Pipini, quòd sententia d. Pinelli ad fauorem Canonicorum, & Rernetendæ Fabricæ lata, vti notoriè iniusta, non transit in iudicatum: notoriam autem iniustitiam deducunt, quia

3 bona, de quibus agitur, erant solita locari. Ergo † non requirebantur solemnitates. c. a. de feud. Doct. in c. 1. de his qui feud. dat. poss. ¶ Exemplo ad hoc fundamentum tollendum fuerunt examinati per Canonicos testes ad docendum, quòd Ecclesia fuit enormiter læsa, & læsio deducitur ex duplici capitulo. Primò, † quia hæc bona potuissent locari 240. lib. & vendi 6000. & fuerunt datæ pro affictu 20. libr. vt in prima concessione, ergo constat de enormissima læsione. Secundò dicitur, quòd dicta bona erant iam reincorporata in mensa Abbatiali, ergo non poterant amplius locari sine solemnitatibus, per alleg. ¶ Quoad primum Domini dixerunt, videndum esse, an testes probent prædictam læsionem, & discurrendo singulos sigillatim, credebant aliqui Domini pro effectu, læsionem, quo ad affictum, satis probari omnibus simul iunctis. Et faciebant principale fundamentum in 7. & 9.

4

5 testibus, † qui ambo percutiunt tempus, & loquuntur de communi æstimatione, & sic videntur probare secundum communes theoricas Doct. in c. pretia rerum. & in l. 2. C. de rescin. vend. Et quoad septimum considerabant, quòd licèt non omnino eis placeret illa sermocinatio & conclusio, quam dicit fecisse cum alio, & quatenus ait, *che da dieci anni in qua si sarrebbe affittato come adesso*, quòd ex experientia non videtur esse verisimile, nempe quod à 10. annis citra bona non creuerint, tamen in depositione satis placuit, quia videtur probare, & percutit tempus: dum enim ferat verba, *de dieci 22. anni*, subdit, *che per questo tempo si saria affittato & s'affittaua sette emez. o fina otto la tornatura*, & inferius, *communemente per questi affitti, &c.* Et sic communiter. ¶ Quoad nonum dicebant, videri non bene probare, declarando eum ab articulis, quatenus supra dicit, quod iam 10. annis elapsis non fuissent locata fenitis duobus, & postea subiungit, quòd communiter de tempore huius locationis vltimæ fuissent locata pro dictis pretiis: Nam debet intelligi de articulatis.

6 Quia † dictum testis recipit etiam declarationem ab articulis, vt fuit dictum in caussa Hostien. littoris maris coram Reue. Patr. Do. Decano de anno, 1575. adendo quintum, quatenus ait, quòd ipse dedisset, & daret libr. 170. & 180. pro tornatura. Et licèt non deponant de communi æstimatione, apparet quòd non deponunt ex particulari affectione, quia dixit, quòd voluit emere ibi terrenum non ita bonum pro 160. quod sufficit. Reliqui testes seruiunt pro adminiculo, quia † apparet, quòd nó deponunt ex particulari affectione. vt per Soc. ion. consil. 73. ferè per tot. lib. 2. Et sufficit quod deponant per verbum, credo & existimo. Ale. in l. pretia rerum. nu. 9. prope fi. ff. ad leg. fal. maximè quia sunt vicini & practici, quod sufficit. Et quamuis Aret. in c. cum caussam. a. col. 4. de testibus. velit, quòd testis † non probet, quando dicit de communi æstimatione, nisi adduciat rationem, tamen (vltra quod Anton. Borg. in c. 1. num. 8. & seq. de empt. & vend. reprobat hanc opinionem) respondebatur in casu proposito, quod testes satis assignant rationem, quia vicini, & practici, ex alleg. maximè stantibus, & bene coadiuuantibus hanc probationem dictis prædictorum duorum testium. Et ideò satis credebant iidem domini probari læsionem, si verum est, quod terræ sint 40. tornat. vt dicunt Canonici probari ex instrumento locationis, de quo agitur, quia testes hoc non bene probare videntur. ¶ Nec prædictos Dominos mouebant illæ mille libr. per Pipinos Canonicis solutæ pro hac locatione: quia computando illas ad rationem ⁊. pro centenario reddent in fructu annuo lib. 70. quibus si addantur lib. 20. (qui et affictus fuit canon ordinarius harum terrarum) constituetur summa libro 90. quæ tota non ascendit ad summam li. 240. vt tunc reperiebantur, imò nec ad dimidiam dictæ summæ, & sic læsio est valde vltra dimidium. Quoad meliorramenta per Pipinos allegata videndum erit particulariter, *an & qualia sint & quantum releuent*.

7

8

SERAPHINI.

In eadem. Mercurij, 21. Maij, 1578.

SVMMARIA.

1. *Prædium Ecclesiasticum sterile reductum ad culturam opera primorum conductorum debet eorum hæredibus concedi pro eodem pretio.*
2. *Melioramenta facta in re Ecclesiastica debentur ob lineam finitam, & transeunt etiam ad extraneos heredes, secus si ob priuationem.*
3. *Pactum quodlibet respiciens commodum alienantis dicitur pars pretij.*
4. *Melioramenta alleganti onus probandi incumbit, nisi probentur apud acta.*
5. *Alienatio facta vt discedatur à lite, dicitur vtilis.*
6. *Melioramenta consistentia in plantationibus stercorationibus & similibus non sunt reficienda.*

DECISIO CCCXII.

Quatuor deducuntur per informantes pro Dominis Pipinis ad sustinendum contractum, factum cùm eis ab Ecclesia sancti Saluatoris. Primum est, quòd cùm ab initio hoc prædium esset sterile, & postea fuerit reductum ad culturam opera primorum conductorum, debent † eorum hæredes reinuestiri pro eodem pretio cap. ad aures, secundùm communẽ intellectum, de reb. Eccles. non alien. per doctri. etiam Bart. in l. quicunque de om. agr. desi. lib. 10. Sed hoc fundamentum non potest applicari ad factum secundùm Dominos, quia non apparet, quòd prima locatio fuerit facta, quia res esset sterilis, nec propter ipsam caussam sterilitatis, nec minus, quòd postea fuerit reducta ad culturam, de quibus nihil in actis. ¶ Secundum argumentum pro Pipinis est, quòd sui auctores plura fecerunt melioramenta, quæ sibi, vti cessionariis illorum de Victoriis, debebantur secundùm communem distinctionem, quòd † quando res deuoluitur ob lineam finitam, melioramenta debentur, non autem deuoluuntur, & transeunt etiam ad extraneos hæredes, Bero. post alios q. 19. Clar. de emphyt. quæst. 45. Pioell. in 2. part. rep. l. 2. c. 3. n. 7. vbi de communi, C. de rescind. vend. Vnde inferunt, quòd cùm hæc melioramenta sint valoris lib. 480. & fuerit factum pactum, quòd illa deoluantur, hoc pactum est pars pretij: quodlibet † enim pactum respiciens commodum alienantis dicitur pars pretij, l. fundi part. ff. de contrah. empt. Tiraquel. de retra. §. primo, glos. 18. num. 38. & num. 69. ¶ Sed hoc fortè bene procederet, si ista melioramenta tanti essent, & æquiualerent, sed cùm non probentur, vt dixi, apud acta (dubium autem non est, quin alleganti † melioramenta incumbat onus ea probandi, Bero. consil. 33. num. 6. lib. 2.) non placebat posse super eis fieri fundamentum. Visa est etiam Dominis multum inuerisimilis illa attestatio, quòd melioramenta importent libr. 4800. cùm vix totum prædium tanti valeat, & cùm in instrumento cessionis hæc melioramenta enuntientur valoris 500. libr. quæ, si computentur in pretio, adhuc adest læsio. vt iam est decisum in alia positione. ¶ Tertiò allegant, quòd cùm hæc alienario † facta sit, vt discederetur à lite, vtilis fuit, maximè, quia secundùm doctrin. Bart. in l. prima, §. permittitur, de aqua quot. & æst. cogebatur Ecclesia relocare. Sed respondebatur per Dominos, hoc non obstare, quia non propterea cogebatur Ecclesia relocare pro eodem pretio, sed ita demum in euidentem rediret Ecclesiæ, vtilitatem, vt etiam fuit resolutum vltra alia tunc ibi dicta. ¶ Quartò opponitur per Pipinos, quòd testes deponentes super læsione eam non probant: sed fuit dictum, quod iam etiam resolutum est eam probari, & ounc de nouo hoc non reuocatur in dubium, nec de hoc hodie Domini dubitant, sed inhærent decisionibus factis, & eas præsupponunt. ¶ Testes vltimo dati, nec placuerunt, quia loquuntur de melioramentis consistentibus † in plantationibus, stercorationibus, & similibus, quæ secum

ſecundùm Dominos de iute non videntur reficienda, leg. diuortin. §. impendia. ff. ſolut. matrimon. Menoch. de recup. remed. 15. num. 513. Et dicebatur, huiuſmodi melioramenta non eſſe perpetua, & continuò in rem duratura, ſed magis ſeruire pro vberiori, & commodiori fructuum ipſorum perceptione, & boni patresfamilias paſſim in rebus ſuis facere conſueuerunt: & ideò non eſſe conſiderabilia io hac materia, por alleg. Verùm quia Pipinis non ſunt præfixi termini ad liquidandum dicta melioramenta, & ego ſum acceſſurus Bonnniam, & placuit Domiois, quòd tota hæc res oculis ſubiiciatur, adhibito aliquo perito.

LANCELLOTTI.

Anconitaoa fideicommiſſi. Venetis, 18. Martij, Mercurij, 27. Aprilis, 1583.

SVMMARIA.

1 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam in filiis primi gradus.*
2 *Trebellianica prohibita dicitur ex prohibitione alienationis facta fideicommiſſarius, ex communi,*
Imò etiam ex fideicommiſſo particulari prohibita cenſetur, ex communi, nu. 3.

DECISIO CCCXIII.

DOmini non dubitabant, quòd Angelus in portione
ſibi debita in bonis Andreæ ſubiectis fideicommiſ-
ſo non potuit detrahere Trebellianicam, ſed tantùm legi-
1 timam, tum, quia † Trebellianica ſecundùm opinionem,
quam tenet Rota, poteſt prohiberi etiam in filiis primi
gradus, vt per Caſſad. deciſ. 4. de teſta. Creſcen. deciſ. 129.
Anton. Aug. de teſtam. §. 11. Simonet. deciſ. 88. Et nouiſſi-
mè fuit tentum in cauſſa Fanentina de Nicolutiis coram
2 R.P.Do. Seraphino 18. Maij 1582. At dicitur † hìc prohi-
bita, ex prohibitione alienationis facta fideicommiſſariis
iuxta communem opinionem, de qua per Gabr. de Tre-
bellianica, conclu. 9. Mantica. de coniect. vltim. volunt,
lib. 7. rit. 13. nu. 20. ſtante præſertim verborum prægnan-
tia, de qua in teſtamento, vt fuit reſolutum coram R.P.D.
Blanchetto in cauſſa fauentina fideicommiſſi. Tū etiam,
quia boc fideicommiſſum non eſt de omnibus bonis,
vt dicitur in teſtamento, ſed de certis, & particularibus.
3 ¶ Et propterea † eſt etiam ex boc capite prohibita Tre-
bellianica iuata communem opinionem, de qua per Soc.
iun. conſ. 49. num. 16. vol. 3. Pariſ. conſ. 43. num. 45. vol. 3.
Verùm quia hìc agitur de excuſando D. Andream iunio-
rem à contrauentione prohibitionis alienationis, Domi-
ni, dixerunt, ipſum etiam eſſe excuſandum propter ſen-
tentias de partibus, in quibus permittitur etiam Hiero-
nymo fratri dicti Angeli, vt poſſit alienare ea ſua portio-
ne vſque ad ſummam ſcutorum 407. Et propterea ſi Do-
minus Andreas non alienauerit vltra ſcuta 104. gr. 25. quæ
eſt quarta pars dictæ ſummæ ſcutorum 407. quæ quarta
pars ad ipſum ſpectabat, erit etiam ipſe excuſandus à con-
trauentione propter eaſdem ſententias, ita vt non dicatur
contrauentor. Quod ſi eaceſſerit dictam ſummam ſcuto-
rum 104. dicetur contrauentor.

LANCELLOTTI.

Anconitan. fideicommiſſi. Lunæ, 23. Maij, 1583.

SVMMARIVM.

1 *Hæres alienando bona fideicommiſſo ſubiecta quo caſu dicatur contrauenire.*

DECISIO CCCXIIII.

QVoniam D. Andreas ex bonis loci de Camborano
ſubiectis fideicommiſſo alienauit bona valoris ſcu-
torum 129. cùm verò non potuiſſet excedere ſummam
ſcutorum 104. gr. 25. quæ eſt quarta pars ſcutorum 407.
qua vigore ſeotentiatum de partibus poterat alienare
1 Angelus eius pater. Propterea † Domini dixerunt, An-
dream eſſe contrauentorem, nec poſſe excuſari ea dictis
ſententiis, cùm eaceſſerit illarum formam. ¶ Nec obſtat,
quòd D. Angelus vltra dicta ſcuta 407. poterat detrahere
ex dictis bonis ſubiectis fideicommiſſo alia credita. Quia
de illis fuit habita ratio, & D. Andreas fuit ſatisfactus, vt
conſtat ex calculo exhibito coram Gubernatore Anconæ
in cauſſa tunc coram eo vertente inter Hieronymum &
D. Andream, ac eius fratres, qui calculus fuit poſtea pro-
ductus in Rota pro parte D. Andreæ. ¶ Non obſtat etiam,
quòd non conſtat, à quo fuerit factus d. calculus. Quia re-
ſpondetur, in actis cōſtare de tribus monitoriis cum præ-
fiatione termini factis contra D. Andream ad nominan-
dos peritos pro eius parte, & menſurandum, & æſtiman-
dum bona paterna, & in eius contumaciam Do. Guberna-
tor deputauit æſtimatores nominatos pro parte Do. Hie-
ronymi, quib. detulit iuramentum, & poſtea fuit producta
dicta æſtimatio, ſiue calculus, & deinde lata ſententia, in
qua permittitur D. Hieronymo, vt vſque ad ſummam ſcu-
torum 407. poſſit alienare. Quare fuit dictum, quòd ſi
Andreas vult ſe iuuare dictis ſententiis, quod debet ſtare
calculo, cuius vigore fuit lata dicta ſententia.

ALDOBRANDINI.

Mediolanen. cambiorum, ſiue vſuratum, 20. Iunij, 1569.

SVMMARIA.

1 *Vſura quando dicatur commuti ex cambiis, & ſententiis in tali materia latis, & quare.*
2 *Vſura dicitur omne lucrum excedens, ex mutuo perceptum.*
3 *Pignus neque hypotheca rei ſua conſiſtere poteſt.*
4 *Empta res ex vſuris dicitur infecta, vt ſaltem in ſubſidium dicatur pro illarum reſtitutionem obligata.*
5 *Sententia pro parte iniuſta continente plura capitula, poteſt pro ea parte reuocari.*
6 *Cambia & recambia, vt dicantur realia, & quis ea conſequi poſſit, quæ requirantur.*
7 *Intereſſe pro tempore futuro certum ab initio taxari non poteſt.*
8 *Intereſſe taxatum, vt in capite anni efficiatur capitale, prohibitum eſt.*
9 *Sententia incerta ferri non poteſt.*
Limita in acceſſoriis, nu. 10.

DECISIO CCCXV.

DIu fuit inter Illuſtriſſi. Dominos Cuſanos, ac Illuſtriſſim. Dom. Paulum Sormanum occaſione cuiuſdam ſocietatis Lugduni inter eos contractæ lis Mediolani agitata. Primò coram Illuſtriſſim. Dom. Dancſio Filiodono, & deinde coram Illuſtriſſim. Dom. Camillo Porro, qui Dom. Camillus vltimo loco tulit ſententiam continentem plura capita, in quibus ad inuicem prædictæ partes vna alteri condemnabantur, & inter cætera declarauit, quandam partitam, quam partes appellant del Forlu librarum Turronen, triginta duarum millium, nouem centum, & triginta ſeptem, ponendam eſſe in debitum Cuſanorum, & in creditum Sormaui. Iuſſit etiam fieri debere calculum per Dom. Cæſarem Foppam vti edoctum de hoc negorio inter ipſas partes, & ad dictum effectum pecunias omnes reducendas eſſe ad ſcota auri Italiæ Mediolani, & partes conſtitui debere creditrices de peeuniatum quantitatibus in eorum fauorem declaratis ſub illis temporibus, ſub quibus eas conſtitui debitores, & creditores debere ea libris & aliis ſcripturis, vel aliter eidem cooſtiterit, & ſucceſſiuè inter partes fieri debere inuicem compenſationem creditorum, & debitorum vnà cum cambiis, & recambiis, & expenſis prouiſionum. ¶ Quæ cambia, & recambia ea auctoritate ſibi attributa declarauit taxanda fuiſſe, & etiam ita & taliter, quòd non eacedant decem pro centum, vt dicitur *a capo d'anno*, intelligendo, quòd dictum intereſſe in capite anni

faciat capitale vsque ad tempus, seu tempora, quo, seu quibus fieri debebit compensatio, seu fieri debebunt compensationes, quæ cambia, & recambia, vt supra vnicuique ipsarum partium poni debeant in creditum iuxta quantitates suorum creditorum, & in futurum donec, & vsque quo ea pars, quæ creditrix remanserit, fuerit satisfacta. ¶ Condemnauit quoque Cusanos ad soluendum Sormano omne id, de quo reperientur eius debitores, facta dicta compensatione vnà cum cambiis, & recambiis, & interesse ad caput anni, vt supra etiam totius temporis cursi, & cursuri vsque ad effectualem satisfactionem, &c. ¶ Cusani putantes supradicta, ad quæ condemnabantur, esse vsuraria 18. Iulij, 1579. adierunt Vicarium Illustrissimi Dom. Archiepiscopi Mediolanen. & ab eo obtinuerunt inhibitionē cum clausula, & si senseris, &c. contra Dom. Paulum, quæ eadem die, & 21. Iulij fuit executa, & dicta die etiam 21. teproducta, coram quo comparuit Sormanus cum clausula, citra consensum, & multa opposuit, & petiit prædictam inhibitionem tolli. Et tertia die Augusti Cusani citato Sormano produxerunt prædictam sententiam Dom. Porti. Item computa transmissa à Venantio de Bartholomæis, in quibus adest supradicta partita del Forlu, & nonnullas literas Sormani, & quandam scripturam datam à Sormano coram prædicto Dom. Camillo Porto, quam appellant comparitionem, & attestationem notarij, quòd literæ prædictæ fuerant coram Filiodono productæ, & obtinuerunt præcisè inhiberi sine clausula iustificatiua. ¶ à quo decreto Sormanus 2. eiusdem mensis, appellauit, & ab omni vlteriori processu nonnullis expressis caussis in appellatione, quam Vicarius reiecit, ac 19. eiusdē, recusauit Vicarium prædictum, vti sibi suspectum, allegatis quibusdam caussis per relationem ad primam appellationem, & etiam appellauit, quod idem fecit 21. Augusti. ¶ Et quia non obstante sopradicta recusatione & appellatione, Vicarius supradicta die 21. Augusti, tulit sententiam, in qua declarauit supradictam partitam noncupatam del Forlu, & omnia, & singula eidem partitæ accessoria, & ab ea dependentia, seu pertinentia, & laudum, seu sententiam respectu dictæ partitæ latum, seu latā tam per supradictum Filiodonum, quam per Do. Camillum Portum, respectu etiam condemnationum, & declarationum ab eodem Dom. Porto factarum sub ficto, & palliato nomine cambiorum, expensarum, & promissionum faciendarum, ita & taliter, quòd non excedāt decem pro centum *à capo d'anno*, intelligendo, quòd prætensum interesse ad caput anni faciat, capitale fuisse, & esse vsurarium, & vsurarias vtriusque vsurarum subiacere, & vsurariam prauitatem continere, & tanquam tales nullas declarauit, dictamque partitam del Forlu in creditum prædicto Do. Sormano, & in debitum Dominis Cusanis poni, & dictas declarationes, & condemnationes in fauorem Sormani fieri non potuisse. ¶ A qua sententia cum fuisset à Sormano appellatum, & mihi commissa caussa appellationis prætendebatur pro parte sua prædictam sententiam nullam esse defectu iurisdictionis prupter supradictam recusationem & appellationem. ¶ Cùm itaque die Lunæ 24. Octobris præsentis anni dubitassem, num sententia prædicta esset nulla, Domini, antequam quicquam circa huiusmodi nullitatem statuerent, voluerunt gustare negotium principale, quod ab eo pendebat, *an sententia prædicti Do. Porti contineret vsurariam prauitatem.* Dubitaui igitur Veneris, 16. Decembris, *an in casu, de quo agitur, sententia à Vicario Mediolanen. reuocata contineret, vel ne vsurariam prauitatem ad effectum nullitatis, vel validitatis sententia prædicti Domin. Viccarij.* Et Domini † concluserunt, sententiam prædictam præ se ferre vsurariam prauitatem taliter, quòd Vicarius prædictus nequeat dici partem grauasse, dum properanter ad inhibitionem processit etiam præcisam, & ad alia contenta in supradicto processu coram coagitato:

1

si tamen Dominus Sormanus voluerit particulariter audiri super aliquo capite dixerūt in hoc ex satisfaciendum esse. ¶ Ratio resolutionis fuit, quia quoad partitam del Forlu ex confessione Domini Pauli producta coram Vicario apparet prædictum Forlu tunc Christianissimi Regis Thesaurarium cupientem emere bonam summum creditorum magni partiti, quæ tunc videbantur, ad rationem 70. pro centum plus minus, nec habentem pecunias mutuo sumsisse à Michaelibus, & Arnolfinis mercatoribus Lucen. Lugduni residentibus libras centum, & quoque mille plus minus conuertendis in emptionem prædictorum creditorum cum pacto, quod eas restitueret in sequentibus, feriis cum dono quinque pro centum: si minus, cum dono decem pro centum in sequentibus feriis. Et pro cautione conuenit, quòd credita prædicta ponerentur sub nomine prædictorum mercatorum, qui mercatores nolentes totam hanc summam erogare, communicarunt hoc partitum cum quodam Venantio Bartholomæo pro tertia parte, qui Venantius dictam tertiam partem communicauit Sormano pro li. 30000. quas Sormanus soluit, ex quo apparet, Michaeles mutuasse Dom. del Forlu, & assumpsisse quodammodo in socium huius mutui pro tertia parte Venantium, & Venantium assumpsisse Sormanum pro libris 30000. pro quo mutuo, cùm mutuantes spectauerint decem pro centenario in duabus feriis consequi, id sine incursu vsurariæ prauitatis facere nequiuerunt, quocunque † nomine huiusmodi interusurium fuit appellatum. cap. si fœneraueris. capit. plerunque. 13. quæstiune. 3. Doct. in l. Rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur, cum aliis allegatis. ¶ Nec placuerunt responsiones datæ pro parte D. Pauli: prætendunt enim informantes pro ipso, huiusmodi confessionem sibi vti erroneam non præiudicare, quem errorem elicere conabantur ex partita huius crediti lib. 32937. descripta à Venantio. Dicebant enim apparere ex illa, nullum fuisse contractum mutuum, nisi euentualiter. Aiebant namque Michaeles emisse supradicta credita cum facultate, quòd Forlu posset ista restitutis sopradictis pecuniis recipere: interim tamen secundum ipsos erat venditio, & emptio, sed resolubilis in mutuum in supradictum euentum, qui cùm non euenerit, cùm Forlu nunquam pecunias, inferebant nullum adfuisse mutuum, & consequenter cessare vsuram, quæ interpretatio, vt dixi, Dominis non placuit. Quia cùm confessio sit clarissima & partita nō clara, partita non clara potius ex aperta partis confessione, quam clara confessio, ex obscura partita interpretationem recipit: idque tantò magis, quia descriptio partis cum confessione bene conuenit, vt liquet ex illis verbis, *& restano per sicurta di dito partito.* Quod fieri non poterat, si re vera pro se, & non simulatè pro Forlu Michaeles credita emissent, cùm rei † suæ neque pignus, neque hypotheca 3 consistat. l. neque pignus. ff. de reg. iur. ¶ Et quamuis subiungatur in ea, *& non restano obligati ad altro, ch' a dare il terzo di dutto credito a ciasce duna*, id tamen non obstat, quia in hac parte loquitur partita respectu Michaelium, & Venantij, ac aliorum participantium in prædicto mutuo, quos prædicti Michaeles, & Arnolfini in socios dicti mutui admiserunt. Si namque prædictus Forlu, prout præsupponitur euenisse, pecunias non restituebat, Michaeles & Arnolfini noluerunt, quòd participantes in dicto mutuo pecunias ab ipsis repetere possent, sed solummodo teneri voluerunt ad sibi cedendum tertiam partem prædictorum creditorum oppignoratorum pro prædicta restitutione, ex quo non excluditur mutuum contractum inter Michaeles & Arnolfinos, & alios participantes ex vna, ac Dom. del Forlu, ex alia. ¶ Quod manifestius probatur, quia si mutuum fuisset euentuale in euentum, quòd Forlu restitueret pecunias, cùm illas nunquam restituerit, nec declarauerit velle prædicta loca, non poterant prædicti mercatores se desi-

cii

describere, prout fecerunt creditores in summa libro
32937. ad rationem 5. & deinde decem pro centenario,
sup. pro interusurio promissarum. ¶ Cùm itaque Dom.
Portus in sua sententia totam hanc partitam, coaceruata sorte cum vsuris, poni iusserit in debitum Cusanorum,
& consequenter Cusanos debitores harum vsurarum
constituerit, vsuram in sua sententia inclusit quod excusari nequit sub eo prætextu, quod inter Cusanos, & Sormanum nullum fuerit contractum mutuum, quia cùm
debitum Cusanorum proficiscatur ex eo, quòd Cusani
sibi appropiauerint hanc partitam, & consequenter in
solutum, vt prætendit Sormanus, acceptauerint, possunt
ipsi dicere, partita mihi cessa non est bona, vti vsuraria,
quas vsuras Forlu debitor principalis, à quibus ille exi-
4 gendæ erant, soluere non compellebatur. Si † namque
nedum ipsæmet vsuræ, sed res ex illis empta, est adeò infecta, vt saltem in subsidium sit pro illarum restitutione
obligata, cap. cum tamen §. possessiones, de vsur. Hostien.
in sum. de vsur. §. est autem vsura reddenda, sub num. 12.
ver. quid si vsurarius, tantò minus possunt cogi Cusani
suo debitori accepto ferre, & in solutum recipere vsuras
eorum debitori ab alio debitas. ¶ Et quamuis sors vsura
non videretur, non tamen grauauit Vicarius declarando
vsurariam hanc partitam continentem totam hanc summam, sorte cum vsuris coaceruata, quia ita fecit etiam
prædictus Portus, qui & ipse vnam integralem summam
librarum 32932. constituendo iussit illam poni in debi-
5 tum Cusanorum, & consequenter etiam, quòd † pro parte tantùm fuisset iniusta, in totum debuit reuocari, secundum eam opinionem, quam passim Rota sequitur.
Put. decis. 315. [illegible] 1. Et fuit resolutum in vna Larinen.
frumenti coram Reuerend. P. Dom. Robusterio. ¶ Quo
vero ad cambia, & recambia, cùm coram Vicario non
6 constaret, illa fuisse realia, & quòd ad ea † consequenda
probata essent ea, quæ requirit Paulus de Castr. in leg. 3.
§. penultim. ff. de eo quod certo loco, quē sæpissimè Rota
secuta est, Put. 232. libr. 1. Mohed. 208. potuit inhibere, ne
exigerentur, & etiam sententiam reuocare, quia vsuraria
apparebat: idque tantò magis, quia videbat vicarius condemnari Cusanos ad eadem cambia, & ad eandem rationem etiam pro tempore futuro, cuius futuri temporis
respectu impossibile erat, quod essent probata supradicta
requisita, cùm non entis nullæ sint qualitates. ¶ Quod
idem dixerunt Domini respectu taxationis prædictorum
cambiorum: nam cùm illa fuerint vniformiter taxata ad
rationem decem pro centenario ad caput anni, id euenire non potuit ex probatione aliqua facta, sed ex quodam
arbitrio iudicis: cambia enim (vt experientia docet) nunquam sunt vniformia, modo enim plus, modo minus,
nonnunquam nihil lucri, quandóque etiam damnum afferunt: & quod id ex arbitrio, & non ex probatione processerit, liquet ex eo, quòd ad eandem rationem futura
etiam cambia taxauit, quod triplici ratione illicitum fuit,
quia scilicet respectu futurorum cambiorum supradicta
7 requisita non potuerunt esse probata, & quia † interesse
pro tempore futuro certum ab initio taxari nequit, Ioannes Andreas, in capit. salubriter, in princ. de vsur. Bald. in
l. rogasti, §. si sibi, ff. si certum pet. Dec. consil. 119. nu. 3. &
8 189. num. 3. cum aliis pro hac parte adductis. Et † quia ita
taxantur, vt vsuræ, siue interesse in capite anni efficiatur
capitale, quæ superfœtatio, anatocismus, & fœnoris renouatio prohibita est de iure ciuili, l. fin. C. de vsur. l. improbum, Cod ex quibus caus. infam. irrog. (Nec Dominis
placuit saluatio allegata pro parte Sormani, quòd non
intellexerit iudex taxare positiuè vsque ad illã summam,
sed condemnare in cambiis licitis, & licita taxare, ita vt
etiam, quòd legitimè probarentur, non tamen possent
excedere illam quantitatem, quàm constituere possent in
decem pro centenario ad caput anni, quia si ista fuisset
9 intentio iudicis, incertam † omnino tulisset sententiam,
contra §. curare. Institut. de offic. iudic. Diuersimode
enim ab vno vsque ad decem huiusmodi cambia ascendere poterant: nec etiam eam tulisset secundùm illam
practicam, secundùm quam † in accessoriis toleratur 10
sententia incerta, ad not. in capite 2. de libel. obla. reseruando, scilicet, vel sibi, vel futuro iudici liquidationem.
Comprobatur insuper, quia in prædicta sententia ipse
elegit calculatorem, & mandat fieri computa, & calcula, ad quæ computa, & calcula deuenire non potuisset, si
taxatio non fuisset certa, nisi prius facta liquidatione
cambiorum, & eorum, in quibus concurrerent à iure requisita, & ad quam summam ascenderent, & cùm in his
partes plurimum potuisset grauare, non fuit verisimile
Dom. Portum voluisse supradictorum omnium iudicem
constituere illum Foppam in calculatorem electum.

¶ Ao autem sententia prædicta ex probationibus, vel
factis, vel faciendis iustificetur, productis processibus
factis coram supradictis iudicibus particulariter, videbitur.

LANCELLOTTI.

Sabin. seu Romana dotis, & comptomissi, 14.
Maij, 1576.

SVMMARIA.

1 *Dos probatur per coniecturas, præsumptiones, & indicia.*
2 *Verba enuntiatiua etiam absente parte prolata probant fauore dotis.*
3 *Augmentum dotis sine dote esse non potest.*
4 *Vsuras dotis promittens dotem promittere videtur.*
5 *Verba, quæ præsupponunt in necessarium antecedens, disponunt,*
6 *Donare quilibet mulieri potest etiam sine decreto.*
9 *Mulier etiam constante matrimonio cogi potest ad dotem constituendam.*
8 *Confessio dotis per partem acceptata reuocari non potest.*
Et tantò magis cùm fuerit geminata, & iurata, numero 9.
10 *Pater est legitimus administrator bonorum filij.*
Intellige & declara, vt nu. 11.
12 *Confessio dotis facta absente parte non probat ad effectum lucri.*
Declara tamen & limita, vt nu. 13.
14 *Par conditio mariti & vxoris etiam ex dispositione statutaria esse debet in dote & donatione propter nuptias.*
15 *Exactio pecuniæ intelligenda est de ea summa, de qua constat.*
16 *Verba intelligenda sunt eo respectu, quo proferuntur.*
17 *Decretum interpositum super contractu intelligitur interpositum etiam super enuntiatis, & incidenter probatis.*
18 *Dos data in pecunia numerata non indiget decreto.*
19 *Decreto coram Papa vel Cardinali eius personam repræsentante, opus non est.*
20 *Decretum interpositum præsumitur ex causæ cognitione.*
21 *Socer potest promittere restitutionem dotis nurus per eum receptæ.*
22 *Plus in dubio, non autem quod minus est in materia dotis sequendum est.*

DECISIO CCCXVI.

DOmini distinxerunt propositũ dubium in tres partes, quarum prima fuit, *an probetur dotem fuisse constitutam*, *altera, cuius quantitatis.* ¶ Tertia, *quoniam tempore talis dos constituta fuerit.* ¶ Et circa primam dixerunt
probari, dotem fuisse constitutam: cùm enim duæ sint
in iure conclusiones, quæ non patiuntur difficultatem.
¶ Prima

1 ¶ Prima, quòd † dos probatur per coniecturas, præsum-
ptiones, & indicia, vt fuit in huiusmodi caussa resolutum.
2 ¶ Secunda, quòd † verba enuntiatiua nedum præsente,
sed etiam absente parte prolata probant fauore dotis.
Bald. consil. 193. numer. 2. quæ secuta est Rota de anno
1552. coram bo. me. Oradino in vna Rom. promissionis
dotis, & de anno 1551. 20. Maij in vna Ceruien. pecunia-
ria coram Guidobo. Put. 414. in primo cum aliis allegatis.
Sequitur, quòd talis dos probetur. ¶ Primò ex instru-
mento concordiæ celebrato 9. Februarij. 1575. quòd
duos continet contractus. Primus est cessionis Portiæ,
quæ cum decreto iudicis, & auctoritate Cardinalis Mi-
guanelli deputati à Iulio 3. & cum consensu consangui-
neorum, & bon. mem. Illustr. Dom. Camilli soceri tam
Lælij, quàm Portiæ, cedit eidem Lælio eiusdem Portiæ
patruo iura, quæ habebat in tenutis Ceræ, & aliis bonis:
& vicere versa Lælius constituit se debitorem Portiæ in
scutis 30000. cum pactis, de quibus in prædicto instru-
mento. ¶ Secundus verò contractus celebratur inter Ca-
millum, & Portiam, in quo Camillus donat scuta 6000.
Portiæ præsenti pro augmento dotis, & summæ prædi-
ctæ consignanda in tot bonis. Quæ verba, pro augmento
dotis, & summæ prædictæ, repetuntur, cùm assignantur
bona prædicta, ex qua geminatione magis colligitur eni-
xa voluntas Camilli. l. Balista. ad Trebell. ¶ Quæ verba,
pro augmento dotis, significant, dotem fuisse constitu-
3 tam, cùm non possit esse † augmentum dotis sine dote.
Abb. consil. 46. num. 2. in 1. Paris. cons. 126. nu. 3. in 1. Ne-
uizan, consil. 45. num. 2. Phann. de Luc. dot. fol. 447. num.
4 46. ¶ Et bene facit tex. in l. 2. C. de dot. promis. vbi † pro-
mittens vsuras dotis dotem promittere videtur, vt not.
5 ibi Bald. Sal. & aliis. Verba † enim, quæ præsupponunt,
in necessarium antecedens disponunt. Barto. in l. cùm
tale. §. fin. ff. de condit. & demonstra. Alexan. cons. 126. nu.
4. in 5. Et ille, qui fatetur consequens, videtur etiam fa-
teri omne necessarium antecedens. l. ad rem mobilem. de
procurat. ¶ Quod fundamentum secundùm Doct. tan-
tò magis vrget, quia vltra decretum insinuationis iudex
visis & intellectis prædictis interposuit super hac decre-
6 tum, quòd particulare decretum, cùm † mulieri quilibet
etiam sine decreto donare possit, frustratorium fuisset,
nisi talis donatio, & illius acceptatio implicitam habuis-
set constitutionem dotis. Quod adhuc eò magis ponde-
randum videtur, ex quo interpositum Camillo instante,
qui nisi ex eo habuisset constitutionem dotis, pro filio
non ita procurasset interponi decretum soper donatio-
ne, quam ipse faciebat Portiæ. Etenim verisimile, quòd
voluerint Camillus adhoc, vt valida esset constitutio do-
tis pro filio, quòd super ea donatione tale decretum in-
terponeretur, quæ veresimilitudo ex duobus compro-
batur. Primò ex eo, quòd Camillus deuenit ad actualem
consignationem dicti augmenti, quod non est verisimi-
le ipsum facturum fuisse, si dos adhuc constituta non
fuisset, quia aliàs satis fuisset, quòd vel promisisset do-
nare, vel donasset in euentum constitutionis dotis, & an-
te dictam constitutionem ad actualem consignationem
non aduenisset. ¶ Secundò, ex quantitate prædicti au-
gmenti, quod est admodum notabile, vt infra etiam di-
cetur. ¶ Ex quibus tollitur responsio data pro parte Il-
lustr. Do. Pauli, quod ea verba intelligenda sint de dote
7 constituenda, ad quam † constituendam etiam constan-
te matrimonio Portia cogi poterat. Soc. consil. 80. nu. 26.
in 4. Si enim dos fuisset constituenda, augmentum do-
tis constituendæ illico consigatum non fuisset, prout
factum fuit, concurrente maximè natura augmenti, quòd
præexistentiam rei, quæ augetur, præsupponit, ex alle-
gatis, præsertim etiam, quia cùm esset iam matrimonium
contractum, & in dicta transactione non solùm tracta-
rentur ea, quæ ad Lælium & Portiam pertinebant, sed
etiam pertinentia ad D. Camillum socerum, & Portiam
nurum, verisimile admodum fit, vt si aliquo tempore
constituenda erat dos, dicto tempore potissimum con-
stitueretur, cùm nil impedimento esset, quominus fieri
id posset, & cùm tunc propter auctoritatem summi Pon-
tificis mediante persona Cardinalis Mignanelli validè
fieri admodum posset. ¶ Nec facit, quòd huiusmodi au-
gmentum debuisset fieri Ioanni marito non autem Por-
tiæ. ¶ Quia imò cùm dos Portiæ augeretur, principaliter
ipsi facienda erat. ¶ Nec obstat, *quòd bona donata fuerint as-
signata Portiæ, & non Ioanni:* quia cùm assignarentur pro
augmento dotis, assignabantur secundùm naturam ipsius
dotis, quæ erat, quòd durante matrimonio, & quamdiu
maritus sustineret onera matrimonij, ad ipsum esset. ¶ Si-
cut nil facit, quòd † confessio fuit hodie reuocata, cùm 8
fuit per partem acceptata, Ias. in l. error. numero tertio, &
octauo, C. de iure. & fac. ignot. & † fuit geminata, iurata, 9
& cùm partes potuerint talem dotem tunc constituere, &
verba id significent. frustra tractatur de reuocatione, cùm
contractus ab initio sint voluntatis, ex post facto neces-
sitatis. ¶ Non etiam obstat, quòd transactio debuerit
fieri cum viro, & quòd socer non potuerit alienare bona
dotalia, l. quæcunque, C. de bonis, quæ liber. quia sufficit,
quòd dos socero constituatur, l. si socer. C. solut. matrimo.
l. nuptura. de iure dot. nec Camillus aliquid alienat, sed
ipsamet Portia, cum auctoritate iudicis cedit, cui cessioni
Camillus consensit, & in omnem euentum † pater est le- 10
gitimus administrator bonorum filij, leg. 1. 2. & 3. Cod. de
bonis quæ liberis. Et insuper constitutio dotis non elici-
tur ex transactione, quæ fit inter Lælium & Portiam, quo
tendunt multa deducta pro parte Illustris. Dom. Pauli, sed
ex contractu celebrato inter Camillum; & Illustriss. Do.
Portiam. ¶ Ponderatum etiam fuit per Dominos pactum
de lucrandis vsuris summæ, in qua Lælius remanebat de-
bitor Portiæ ad rationem 7. cum dimidio pro centena-
rio, quod illicitum fuisset, nisi fuisset dos iam constitu-
ta: nec eos mouebant illa verba, ad instar pecuniarum
dotalium. ¶ Tum quia partes vlterius processerunt di-
cendo iuxta formam statutorum, quæ statuta huiusmo-
di interesse taxant solum in dote. ¶ Tum etiam, quia cùm
Portia adhuc domum viri traducta non fuisset, & sic ex
dote adhuc non sustinerentur onera matrimonij, im-
propriè quodammodo ad effectum huiusmodi interes-
se, videbatur tunc dici dos. ¶ Secundò, principaliter dos
probatur ex instrumento celebrato de anno 1557. in quo
Camillus socer Portiæ ac pater legitimos administra-
tor Ioannis mariti Portiæ ad bonum computum residui
dictæ summæ 30000. exegit à Lælio per bancum Domi-
norum de Guellariis scut. 2500. & scuta 125. pro fructi-
bus, quæ scuta 2500. vna cum aliis pecuniis dotalibus
dictæ suæ nurui promisit assecurare, prout assecurauit,
tripliciter ponderando hoc instrumentum. ¶ Primò in
illis verbis, *vnà cum aliis pecuniis dotalibus, ergo erat dos.*

¶ Secundò, *quia assecurat principalem, & non fructus tunc
exactos.* Sequitur quòd vti fructus pecuniarum dotalium
ad sustinendum onera matrimonij pertinerent. ¶ Ter-
tiò, *quia Camillus exegit tanquam pater & legitimus admi-
nistrator Ioannis eius filij.* Ergo supponit, quod pecuniæ
pertinerent ad Dominum Ioannem eius filium, ex quo
eas exegit tanquam eius legitimus administrator: alio-
quin frustra diceret se patrem, & legitimum administra-
torem: hoc † autem esse non poterat, nisi pecuniæ fuis- 11
sent dotales, l. maritus, C. de procurato. ¶ Quod instru-
mentum fuit per Portiam ratificatum de anno 1558. In
præsentia enim iudicis, & Camilli soceri ac Ioannis
mariti ratificat Portia transactionem, & omnes solutio-
nes, & assignationes facta à Lælio Camillo Portiæ soce-
ro. Ergo acceptat dictam solutionem, & quietantiam
Camilli, in qua dicitur, quòd pecuniæ sunt dotales.
¶ Tertiò ex codicillis, in quibus expresè dicitur, *quòd Illu-
strissimus Dominus Paulus non teneatur ad soluendum partem*
scutorum

feutotum 60000. donatorum Portię pro agumento dotis,
quamdiu dos ipsa penes Io. permanserit. Ergo necessariò
dos constituta fuerat. ¶ Nec obstat, quòd hæ confessio-
12 oes, & enuntiationes sint factæ absente Poria, quo casu
non videntur probare ad effectum lucri. Bart. quæst. 7.
13 Rolan. quæst. 74. num. 10. de lucr. dot. ¶ Tum † quia Bar.
& cæteri Docto. non loquuntur, quando tractatur de lu-
cro respectu vxoris, quia tunc, quòd si dos, eius fauorem
respicit. ¶ Tum & secundò, quia hæ confessiones subse-
quentes saltem declarant, & corrobotant confessionem,
de qua in transactione. ¶ Ex quibus tollitur secundùm
fundamentum factum exemplo, quòd respectu donatio-
nis propter ouptias debeat esse tam ex dispositione iuris
14 communis, quàm ex dispositione statutaria par † con-
ditio mariti & vxoris. ¶ Primò, quia secundum aliquos,
iste contractus claudicare potest. Alexan. consil. 99. num.
4. libr. 7. ¶ Secundò, quia cùm Portia acceptasset dona-
tionem pro augmento dotis, sibi præiudicauerat, & hoc,
quod nunc probat pro ipsa, probasset contra suos hære-
des si contrarius casus euenisset. ¶ Quarto loco dixerunt
probari dotem constitutam ex tota serie facti, de qua in
præsuppositis, & ex qualitate personarum, quæ licèt ex se
nihil faciat, iuncta tamen cum omnibus aliis supradictis,
plurimum potest. ¶ Maximè accidentibus dictis testiũ, &
præsertim sextus super 26. de auditu à Ioanne, qui habue-
rat in dotem 30000. ac primus & secundus super 32. ¶ Ex
his igitur omnibus Domini dixerunt probari dotem con-
stitutam, maximè, quia in dubiis quæstionibus pro dote
respondendum est. ¶ Quo verò ad quantitatem dixerunt,
dotem fuisse scutorum 30000. quia Camillus donat pro
augmento dotis, & summæ prædictæ, quæ verba secun-
dùm eos stant declaratiuè, ex allegatis. ¶ Quod etiã com-
probabant ex quantitate augmenti, cùm sit augmentum
notabilis summæ, ergo etiam pręsupponit dotem notabi-
lis quantitatis, quia nõ constat Portiam habuisse alia bo-
na, in quibus fuert dos constituta. Vnde necesse est, quòd
fuerit in istis. ¶ Nec visum fuit Dominis, quòd obstaret
incertitudo confessionis, quia ex supradictis dixerunt,
confessionem claram, & declarari insuper ex confessio-
nibus subsequentibus, dum Lælius assecurat pecunias
15 exactas vna cum aliis pecuniis dotalibus. ¶ Vnde † cùm
non constet de aliis, de hac summa intelligendum est. l.
2. C. de acquirend. possessio. Et ex dictis testium, qui de
summa 30000. loquuntur. & licèt aliqui se ad instrumen-
tum referant, hoc non obstat: quia adducuntur pro decla-
ratione, quòd illa 30000. fuerant data in dotem, & quòd
partes ita intellexerunt: & vnus ex Dominis etiam dice-
bat, quòd si arbitrio iudicis taxanda esset huiusmodi dos,
minor taxari non deberet. ¶ Non obstat, quòd tota sum-
ma non possit esse dotalis, cùm Castrum Malleani relin-
quatur liberum Portiæ, insuper prohibeatur dari in do-
tem, & quia summam 11000. promissam à Camillo Lælio
pro dote Illustriss. Dom. Magdalenę filiæ eiusdem Camil-
li eidem Lælio nuptæ, quod nomen debitoris in transa-
ctãone delegat Lælius Portiæ, Camillus promittat solue-
re Portiæ liberè & sine aliqua exceptione. ¶ Nam quoad
Castrum dixerunt, quòd etsi dicatur Castrum debere re-
manere liberum Portiæ, hoc dicitur in contractu, qui ge-
ritur inter Lælium, & Portiam, non autem in contractu,
qui geritur inter Camillum, & Portiam, & sic intelligen-
dum est liberum respectu Lælij, cum quo tunc tractatur,
16 cùm † verba semper intelligenda sint eo respectu, quo
proferuntur. l. si quis domum. §. quid tamen. ff. loc. Aym.
consil. 9. nu. 21. Facit quod in simili fuit resolutum in vna
Tiburtina vsusfructus coram R. P. Domino Seraphino.
¶ Quo vero ad prohibitionem de dando in dotem præfa-
tum Castrum dixerunt, primò prohibitionem non sim-
pliciter factam fuisse, sed quòd futuris temporibus non
posset dari in dotem, ergo non excluditur datio: quæ
tunc dicunt secundò, quòd pretium non prohibe-
tur dari in dotem, cùm detur æstimatum pro scutis
12000. & quòd non intelligeretur prohibitio de hac
dote, fiebat Dominis verisimile, quia conceditur re-
tractus Læliu in euentum, quòd Portia vel eius hæredes
vellent illud extra suam familiam alienare, vel in dotem
dare, ergo non comprehendit dationem, ex quo Portia
dotem marito dat, quia verè non alienat tunc extra suam
familiam. Nam sicut non esset alienatum extra fami-
liam, si filius suis reliquisset, ita non potest dici alienatum
extra familiam datum in dotem patri, ex quo filij nati
fuissent, cuius familiam filij sequerentur. ¶ Tertiò, quia
dicitur, quòd venditio, & alienatio censetur facta ad fa-
uorem Lælij, qui pretium Portiæ, vel eius hæredibus
soluere debebat, & sic dos potest constitui in pretio.
¶ Quartò (& hæc videbatur Dominis tollere difficul-
tatem) quia non absolutè prohibetur dari in dotem
Castrum, sed tantùm irrequisito Lælio. Vnde cùm Læ-
lius sit præsens, & consentiat omnibus, & singulis con-
tentis in hoc instrumento, consentire etiam censetur
dationi in dotem. ¶ Non obstat, quòd si castrum fuis-
set datum in dotem, dos non valuisset, cùm Portia tunc
temporis esset minor, tum quia nullitas hæc procedit in
fauorem minoris, & ipso tantùm volente. ¶ Secundò,
quia adest decretum, & iudicis, & Cardinalis haben-
tis amplissimam potestatem à summo Pontifice, inter-
positam super omnibus, & singulis contentis in transa-
ctione, & donatione: ergo † etiam est interpositum su- 17
per enuntiatis, & incidenter prolatis, Ruin. in cons. 137.
num. 6. Tum & tertiò secundum aliquos, quia Castrum
dabatur æstimatum, & sic dos cùm consisteret in pecu-
nia, non † indigebat decreto. leg. cùm dotem. ff. de iure 18
dot. nonnulli etiam admittebant vltra istas aliam re-
sponsionem, quòd cùm Cardinalis Mignanelles Papam
repræsentaret coram eo decreto opus non erat. Bartolus 19
& Doctores in leg. illud. C. quando decret. opus non est.
¶ Nec secundùm Dominos potest dici, quòd partes, & in-
dex nõ intellexerint, quòd esset dos, quia decretum † præ- 20
sumitur interpositum cum caussæ cognitione. Put. 180. in
princip. Achil. secunda, de decret. maximè, quia verba
erant clara dicentia pro augmento dotis. ¶ Quo vero ad
summã 11000. quam Camillus promittit soluere Portiæ
sine exceptione, primò responderunt Domini, quòd illa
verba debent intelligi in euẽtum restitutionis dotis, quòd
ex euentu dicebant declarari. ¶ Primò, ex hoc colligi con-
iecturam pro dote, quia non est præsumendum, quòd si
fuissent paraphernalia, non illa posuisset Camillus ad vti-
litatem Portiæ ad aliquod lucrum, & qòòd tanto tempo-
re voluisset retinere indebitè pecunias Portiæ nullam vti-
litatem ex illis ei præstando. ¶ Secundò dicebant, † posse 21
socerum promittere restitutionem dotis nunc per eum
receptæ. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matr.
¶ Tertiò deducebant ad inconueniens, quia cùm non
videatur posse nagari, dotem saltem in genere consti-
tutam fuisse, si nec Malleanum, nec 11000. fuerunt do-
talia, dos Portiæ remaneret in sex vel 7000. quod veri-
simile non videtur. ¶ Quæ † omnia comprobabant, quia 22
in materia dotis in dubio non sequimur, quod est mi-
nus, sed quod est plus, l. nuptura, & ibi gloss. in verbo, can-
trarium. ff. de iure dot. ¶ Et hæc omnia dixerunt Domini
stantibus coniecturis, de quib. in puncto: sequendo ta-
men ordinem datum videndæ erunt nunc coniecturæ Il-
lustrissimi Do. Pauli. ¶ Quo autem ad tempus dixerunt,
dotem fuisse constitutam saltem, ante donationem pro
augmento dotis.

VICECOMITIS.

Roman. affictus Carlottæ. Die 12. Nouem-
bris, 1580.

SVM

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur solùm in remedio retinenda.*
2 *Possessionem de præsenti præsupponit, qui dicit se in possessione turbari.*
3 *Afficlus integros persoluens præsumitur esse in integra possessione bonorum.*
4 *Sententia tantùm importat, quantùm verba sonant.*
5 *Testes familiares non probant regulariter.*

DECISIO CCCXVII.

PLura visa sunt Dominis vitiare sententiam A.C. con-
tra Comitem de Mirandula latam, quæ præcipuè ni-
tebatur in eo, quòd Comes integram tenutam, minus-
que quàm in locatione fuerat expressum, Buffalino non
tradiderit neque consignauerit, & pro parte Buffalini su-
stineri posse dubitabatur. Verùm Domini dixerunt con-
stare de debita consignatione tam ex literis missiuis ipsius
Buffalini ibi, *pagando l'intiero affitto, mi si a mantenuto il pos-
sesso.* Nam petens manuteneri præsupponit penes se pos-
1 sessionem, & † manutentio datur solùm in remedio reti-
nendæ. §.retinendæ. Instit. de interdict. Tum etiam ex ar-
ticulis Buffalini, in quibus conqueritur se in possessione
2 turbari, ergo † præsupponit possessionem de præsenti.
Pract. Papien. in forma lib. perturbat. possess. in glo. tenuit
& possedit. & in glo. seq. ¶ His accedat, quòd idem Buf-
falinus sæpiùs integros affictus persoluit, ex quo præsu-
3 mitur, † quòd & integram tenutam possederit. Ruin.
consil. 44. num. 10. lib. 4. Quod etiam comprobatur opti-
mè ex testibus pro parte Comitis examinatis, deponen-
tibus de possessione totius tenutæ, de qua controuerti-
tur. Minùs ergo iusta fuit sententia lata ob non consigna-
tiooem. ¶ Nec placuit Dominis, quòd ex aduerso, vt sen-
tentia sustineretur, opponebatur, quòd scilicet testes pro
parte Buffalini examinati probent occupationem certæ
partis dictarum terrarum. Quia dixerunt, sententiam niti
circa non consignationem, non autem occupationem, &
4 † cùm sit stricti iuris, tantùm importare debet, quantùm
verba sonant, Socin. iun. cons. 181. num. 6. & 97. ¶ Minùs
mouit Dominos depositio aliquorum testium pro parte
Buffalini examinatorum, quia dixerunt eos minores nu-
mero, ad gloss. in l. 3. §. 1. de test. Et sunt famuli Buffalini,
5 & sic † non probant. ca. in literis, de test. Gabriel. de test.
conclu. 10. nec concludunt in caussis scientiæ. Et ex his
omnibus dixerunt Domini, sententiam A. C. ex actis non
iustificatam nullam esse.

Verba Sententia Buffalini.

DE, & super integra consignatione totius tenuta della Carlotta intra confinia specificata in instrumento affictus, seu locationis aliàs eidem Illust. Do. Iulio facta de anno 1562. & mense Augusti ad nouem annos, ac manutentione eiusdem, rebusque aliis in actis caussa & caussarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione reos conuentos partibus ex altera. Dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Illustres Dominos Comites principales, & Illustr. Do. Lalium de cætero pro suo interesse teneri, & obligatos esse vigore instrumenti dicta locationis dare, tradere, & consignare cum effectu eidem Illustr. Do. Iulio conductori totam dictam tenutam integram specificatam intra limites, & confinia, & ipsum in pacifica possessione manutere. & ab omni persona de & super præmissis ipsum molestare, defendere, & liberare, & omnia per eos, & eorum qualibet prout ipsos concernit, promissa in dicto instrumento locationis eidem d. Iulio, attendere & obseruare iuxta formam, & tenorem dicti instrumenti, & ad id condemnandos, cogendos & compellendos fore, & esse, prout condemnamus, cogimus, & compellimus, & donec præmissa adimpleuerint, licuisse, & licere prædicto Illustri Do. Iulio retinere penes se à die intimationis per ipsum de præmissis molestus d. Comiti facta, & in actis producta, & illa durante, de pecuniis eisdem aduersariis debitis quolibet anno occasione eiusdem locationis, summam & quantitatem ducatorum 80. auri ad Iulios vndecim pro scuto singulo anno pro pretio, & valore 40. rubrorum terra dicta tenuta, qua vsque ad præsentem diem sibi consignata & tradita non fuerunt, & similiter in futurum durante huiusmodi locatione, donec, & quousque dicta rubra terra deficientia sibi tradantur, & consignentur, ita & taliter, quod illis vti, & frui libere possit, & tantam pecuniarum summam ad fauorem ipsius Illustr. D. Iulij, ex pretio affictus dicta tenuta per eum dictis aduersariis soluendam, fore, & esse deducendam, & defalcandam, prout deducimus & defalcamus, & ab illa soluenda Illustr. Do. Iulium à die prædicta intimationis absoluimus & liberamus oppositiones denegationis, &c.

ROBVSTERII.

Toletana iuris nominandi, Lunæ. 23. Maij. 1583.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio sine possessione non datur.*
2 *Præsentandi quasi possessio non acquiritur sine institutione.*
3 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur.*
4 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*

DECISIO CCCXVIII.

FVit resolutum Illustr. Dom. Duci immemorabilem
probationem nō suffragari quo ad ius † simplicis no- 1
minationis: cùm enim sine possessione non detur præ-
scriptio, regula, sine possessione, de reg. iur. in 6. & qua-
si possessio præsentandi † non acquiratur sine institutio- 2
ne, Calder. consil. 12. de iurepatron. Illustriss. Dominus
Dux nunquam possedit illud ius simpliciter nominandi,
nec nominatorum fuit subsequuta institutio: imò ex tota
serie facti deducta in decisioonibus mensibus Ianuarij &
Martij proximè elapsis constat, quòd ipse noluit simplici-
ter nominare, sed quòd voluit nominationes proprias
vim institutionis habere, cùm expressè in articulis dedu-
xerit Archiepiscopus pro tempore Toletan. nunquam se
in huiusmodi beneficiis ingessisse: Vnde cùm istud ius no-
minandi, cuius laicus est capax, fuerit cōuersum in aliam
formam, cuius est incapax, probatio facta in vltimo casu
non suffragatur quoad primum præcipuè cum ex inten-
tione Illus. d. Ducis totum hoc negotium sit indiuiduum,
& ideò † vtile per inutile vitiatur, l. Pedius, ff. de arb. Al- 3
ciat. l. 5. §. sed si mihi, ff. de verb. oblig. ¶ Nec obstat, quòd
nominare, instituere, & amouere sint separata, & ita ces-
sare videatur regula prædicta. Quia hoc verum est, si Il-
lustriss. dominus Dux prætēderet ius nominandi tantùm,
& instituendi, quia tunc, cùm ipse sit incapax remouendi
institutum in Ecclesia à titulo sui beneficij, per hanc in-
capacitatem, non amitteret ius illud nominationis, quod
est vtile, sed ius per ipsum probatum totum est inutile,
cùm ipse non sit capax, vt ex sola sua nomioatione nomi-
nati consequantur exercitium curæ animarum, ex quo
potius applicatur illud, quod potuit noluit, quod voluit
adimplere nequiuit, l. nullum interest, C. si quis alt. vel 4
sibi, quam prædicta regula: si tamen agentes ipsius vo-
luerint audiri, an omni meliori modo nominauerit, vel
potius se restrinxerit ad modum supradictum, licet res vi-
deatur modicam habere difficultatem secundùm plures
ex Dominis, ex his, quæ iam fuēre resoluta, tamen pote-
runt cum iisdem informationibus absque nouo dubio in-
formare ea, quæ dicuntur. Quod iura istarum Ecclesia-
rum resident penes Illustris. D. Archiepiscopum, & quòd
visitationes habent vim institutionis, satis fuēre sublata
in decisionibus, quæ fuerunt præsuppositæ.

ALDOBRANDINI.

Ispalen. beneficij de Eciza. Vener. 16. Nouembris, 1579.

SVMMARIA.

1 *Simonia commissa à tertio non tollit beneficium regula de triennali.*
Declara tamen & limita, vt num. seq.

DECIS

DECISIO CCCXIX.

Domini dixerunt, *Remissoriam denegandam.* Aliqui mouebantur propter non releuantiam, quia cùm articuletur simonia cõmissa à patre Alfonsi, & sic à ter-
1 tio, talis simonia † non tollit beneficium regulæ de triẽnali. Sarnen. in dict. reg. quæst. 12. oum. 8. ¶ Nec obstat † limitatio, quòd id non procedat in resignatione, ex quo tunc resignatarius nil acquirit, cùm nihil abdicetur à resignãte Crescen. decis. 231. quia hoc procederet, nisi lapsum esset decennium, quo casu intrat præsumptio altetius tituli, quem præsumptum titulum defendit dicta regula. Cassad. 8. super regul. aliqui mouebantur, quia non aderat sufficiens fumos in hac materia, & etiam sibi videbatur satis calumniosa, quam calumniam concipiebãt ex nouis articulis datis, ex quibus apparet, quòd materiæ sunt potiùs imaginatæ, vt efficiantur articuli releuãtes, quàm quòd verè res ita se habeat, circa quos articulos nouiter datos nullus datur fumus. Vltra quod verba reseruationis tollunt difficultatem, quia cùm reseruentur Garsiæ de Sibiale omnes fructus, & etiam totum id, quod habeat & in futurum habiturus erat, perinde ac si non resignasset, apparet, quòd cessatio reseruationis medietatis fructuum cedebat cõmodò ipsius, qui in futurum si non resignasset, illos habuisset, nõ autem commodo titularis.

ROBVSTERII.

Fauentin. de Calderonibus. Mercurij, 28. Iunij. 1581.

SVMMARIA.

1 *Legitima detractio an sit compensanda cum bonis alienatis.*

2 *Sententia per quam contraueniretur renuntiationi fideicommissi factæ in diuisione inter fratres, an dicatur iniusta, vide distinctionem.*

3 *Sententia debet interpretari ex actis.*

DECISIO CCCXX.

Dubium quæritur, *an sententia sit nulla, an sit iniusta, & an executio sit nulla vel iniusta, & vti attentata reuocanda.* ¶ Quantùm ad caput iniustitiæ, quòd deduci-
1 tur † ex detractione legitimæ, hoc pendet à compensatione facta cum bonis alienatis. Si enim compensatio fuit iusta, sentẽtia quoque in parte est iusta. An verò compensatio fuerit iusta, pendet ex probationibus, quas videre necesse est. Quantùm ad Trebellianicam ea fuit prohibita per verba satis clara testamenti, & ideò
2 cessat obiectum. Quantùm ad id, quòd prætenditur † sententiam fuisse iniustam, ex quo per diuisionem fuerat renuntiatum fideicommisso, omissa ea responsione, quòd Ludouicus veniat ex propria persona, quæ non placuit, cùm Paulus & eius filij non sint substituti, nisi in euentum, quòd ambo filij decessissent sine filijs, & ideò Ludouicus indiget cessione, cùm casus ille non euenerit. Domini dixerunt, nulla in dicta decisione adesse verba, quæ importent renuntiationem. Nam in primo capite loquitur de prælegatis, & debitis, quæ tunc tempore debebantur, non autem de his, quæ in futurum deberentur ex caussa putificationis fideicommissi. Bart. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. num. 17. de verborum obligat. Rimin. consi. 79. nume. 14. & 121. nume. 19. libr. 1. Rip. in dict. §. duo fratres. num. 44. ¶ Quod autem tertio loco deducitur iniustitiæ sententiæ, ex eo quod declarat factum fuisse locum fideicommisso in fauorem filiorum Pauli, quod tamen in facto non subsistit, non placet Dominis
3 cùm † debeamus interpretari sententiam ex actis, & ideò debet intelligi mediante concessione Io. Euangelistæ, ad glo. in l. si quis ad exhibendum. de except. rei iud. vbi Bart. num. 1.

CONGREGATIONIS CONCILII.

Ianuen. Iurisdictionis de anno 1570.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non potest conueniri coram Vicario Episcopi, nisi cum voto duorum canonicorum.*

Declara tamen & intellige, vt num. seq.

DECISIO CCCXXI.

Illustrissim. & Reuerendissim. Domin. Sinibaldus Eliseus intendit agere coram Vicario Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Ianuen. contra quendam Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Ianuen. Sed quoniam dictus Caconicus se opposuit, quòd non potest procedi coram Vicario, nisi cum † voto duorum canonicorũ, iuxta de- 1
cretum Concilij Trident. sess. 25. cap. 6. & facit decretum cap. 6. §. hæc omnia, sess. 26. Et pro parte Sinibaldi dicitur, dictum capitulum non habere locum, nisi in capitulis & Canonicis exemptis. Ideò D. Sinibaldus supplicat humiliter Illustrissimæ & Reuerendissimæ D. V. vt si huiusmodi casus non fuerit aliàs resolutus in sacra Cõgregatione, dignetur in eadem Congregat. facere verbum.
¶ Nam pro † Sinibaldo res videtur clara, quia cap. 7. ni- 2
hil facit, nisi quod extendit cap. 4. sess. 6. quod loquitur tantum in capitulis exemptis, & vult quòd non obstante exẽptione Episcopus possit visitare, & deinde cap. 6. ampliat, & extendit d. cap. 4. vt habeat locum etiam in cognitionibus caussarum, vt non obstãte exemptione Episcopus possit cum voto duorum Canonicorum procedere: & sic patet, quòd si Capitulum & Canonici non sint exempti, quòd non habet locum dispositio dicti Concilij, sed quòd, remanent sub dispositione iuris communis.
¶ Et ideò cùm Capitulum & Canonici non sint exempti, & ante Concilium in caussis Canonicorum coram Ordinario, non videatur iurisdictio ordinarij per d. concilium alterata, quia alias Concilium, quod voluit derogare priuilegiis capitulorum, & ampliari iurisdictionem ordinariorum illorum iurisdictioni derogasset. ¶ Congregatio Concilij censuit, decretum illud, sess. 25. cap. 6. habere tantùm locum in capitulis exemptis, & licèt criã dict. capitulum Ianuen. esset exemptum, attamen si Archiepiscopus Ianuen. solitus fuit ante Concilium solus procedere contra Canonicos, adhuc quoque sic posse.
¶ Si verum est, capitulum Gadicen. non esse exemptum à iurisdictione ordinaria, non habet locum in eo decretum illud Concilij, sess. 25. cap. 6.

BVBALI.

Rom. Dam. & interesse Carlottæ. Lunæ, 25. Iunij. 1570.

SVMMARIVM.

1 *Pacta omnia apposita in locatione censentur repetita in sublocatione.*

DECISIO CCCXXII.

Domini concluserunt, Dom. Pasquinum Zacchatell luni vigore instrumenti sublocationis sibi factæ a Dom. Iulio Buffalino de casali Carlottæ, teneri ad omnia, ad quæ tenetur idem Dom. Iulius Comiti Mirandolæ in vim contractus locationis, excepta disdetta nc, & laboratione dicti Casalis. Moti fuerunt ex verbis claris ipsius instrumenti sublocationis positis in parte dispositiua contractus, ibi, *sublocauit, & subaffictlauit Dom. Pasquino Zaccharello de Nursia Cio Ro præsenti, &c. ad habendum, &c. ad omnes, & singulos fructus, & saluis iuris adiecendis, prout idem Dom. Iulius ipse habuit, & conduxit iuxta formam dicti instrumenti.* Ex quibus manifestè apparet, quòd saluis iuris adiecendis Dom. Pasquinus voluit teneri ad omnia, ad quæ tenebatur Dom. Iulius primo conductori. Nam dictiones, prout, iuxta, sunt relatiuæ: &
ideò † censentur repetita omnia pacta apposita in in- 1
strumento locationis, de quibus pactis Dom. Pasquinus asseruit habere notitiam, vt per Bart. in extrauagan. ad reprimen. verbo, prout. Felyn. in cap. ex parte P. numer. 10. de rescript. Alex. consi. 2. num. 1. lib. 2. Confirmabant enim eis illis verbis, saluis infra dicendis, quæ fir-

mant regulam in casibus non exceptatis: & propterea cùm Do. Iulius vigore instrumenti locationis teneretur extirpare & cultiuare dictam tenutam, ad idem tenetur D. Pasquinus, qui in instrumento sublocationis noluit teneri ad discerocationem, & laborationem, quæ verba non excludunt extirpationem, cùm sint satis diuersa, vt de se patet. ¶ Nec obstat, quòd D. Iulius Buffalinus tenebatur extirpare, & cultiuare primo anno locationis, & sublocatio facta Do. Pasquino in quinto anno. Quia fuit responsum, quòd iste actus extirpationis poterat commodè perfici in illis quatuor vltimis annis, pro quibus fuit facta sublocatio D. Pasquino, & sic ipse tenebatur in illis quatuor annis extirpare: nec pœna erat commissa per D. Iulium ex eo, quia nõ extirpauit primo anno, quia satis illi erat restituere casale totum laboratiuum, & extirpatum, quia ad hoc tendebat illud pactum, quæ omnia vt supra dictum est, poterant fieri in illis vltimis quatuor annis. ¶ Censuerunt igitur Domini, quòd quatenus D. Iulius fuit condemnatus præstare Comiti ex damno illato ob non extirpationem, quòd ad tantundem condẽnetur D. Pasquinus ad soluendum D. Iulio.

SERAPHINI.

Roman. societatis artis albæ. Lunæ, 7. Nouembris. 1580.

SVMMARIA.

1 *Obligatio conditionalis nullam parit obligationem neque actionem nisi purificata conditione.*

DECISIO CCCXXIII.

1 DOmini steterunt in resolutis: cùm † enim agatur vigore oblationis conditionalis, non potest ex dicta oblatione oriri obligatio, nisi purificata conditione, vt aliàs dictum fuit: & ideò non dicitur liquere de huiusmodi debito, ita vt possit procedi executiuè. ¶ Neque obstat, quòd in facto non constet, adesse debitores decoctos, quia hoc non facit, quin ipsa oblatio sit conditionalis, donec sciatur, an adsint: hos verò esse detrahendos omnino censuerunt Domini, qoia intelligunt pactum de illis, qui finita societate pendente dilatione data ad soluendum decoxissent ex aliàs deductis. Neque fieri potest, vt in lucro ponatur id, quod petit propter mala nomina societate durante. Et difficultas, quæ exemplo fit in hoc articulo, multò magis ostendit oblationem illi quidam esse. ¶ Non obstat solutio iam facta ad illam rationem, quia dato quòd sit verum, tamen est facta cum clausula salutari, sine præiudicio iurium vtriosque partis. ¶ Ideò cùm per acceptationem nolit D. Petrus Maria sibi esse præiudicatum, quin possit residuum ad maiorem rationem exigere, æquum non est, Bartholomæum eadem ratione excipere non posse de tenuiori lucro, quod cum pendeat ex libris & rationibus per eum exhibendis, super quibus factæ sunt relationes peritorum, videbatur citius totum negotium principale posse terminari: nam vtrũque indigerà discussione, an bene, & fideliter fuerit reddita ratio administrationis.

SERAPHINI.

Romana Societatis. Veneris, 17. Iunij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Executio contra debitorem fatentem debitum fieri non potest, nisi debitum per eum confessum sit omnino certum.*
2 *Debitor in mora constitui non potest, nisi de debito liquidò appareat.*
3 *Lucrum dicitur deducto omni damno.*

DECISIO CCCXXIIII.

1 QVamuis Domini admiserint † doctrinam Bald. & Castren. in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. & ibi Alciat. n. 3. Felyn. in c. cum inter. n. 16. de re iud. tamen limitarunt illam procedere, quando pars, in qua reus se fatetur esse debitorem, est omnino certa: alioqui antequã possit contra reum procedi de executione, necessarium est omnino liquidare illam partem, aliâs non † dicitur in 2
mora constitutus, vt per Docto. in l. prima, §. si stipulanti. de verb. obliga. & ibi per Alciat. n. 48. Anchar. cons. 232. n. 2. Socin. cons. 107. n. 2. l. 1. Rim. cons. 361. n. 10. l. 2. Sed in proposita specie non fuit habita confessio siue oblatio pro certa, ex quo in ea Barth. offert se paratum soluere ad rationem 18. pro lucro facto in dicta societate, detractis debitoribus decoctis: & licèt se remittat ad iuris dispositioñe, & stante conuentione non videantur debitores detrahẽdi decocti, tamen intellecta fuit illa conuentio de decoctis post finitam societatem non de decoctis ante societatẽ. Nã si erant decocti ante finitam societatem, nõ poterat dici societatem eorum respectu lucrum aliquod fecisse: nam † lucrum dicitur deducto omni damno. leg. 3
mutuis. & ibi Bald. & Salic. ff. pro socio. Ex quo conclusum, non posse procedi contra Bartholomæum vigore oblationis, cùm adhuc sit illiquida.

LANCELLOTI.

Gadicen. distributionum. Veneris, 21. Octobris. 1577.

SVMMARIA.

1 *Distributiones quotidianæ quomodo considerandæ circa dispositionem Concil. Triden. sess. 22. c. 3. & sess. 21. c. 3.*

DECISIO. CCCXXV.

ATtenta declaratione Illustrissimorum Cardinaliũ Congregationis Concilij circa decretum Concilij Tridentini, in sess. 22. c. 3. quòd † intelligatur, quando adsunt distributiones quotidianæ, prout accepi ab Illustrissimo Domino Cardinale Alciato, quam declarationem retuli Dominis in Rota: fuit conclusum, quòd statutum Reuerendissimi Episcopi Gadicen. de quo agitur, potest sustineri, dum distributiones deficientium applicauit fabricæ, & monasterio, attento quòd constat in dicta Ecclesia adesse distributiones: quando verò illę non adsunt vel sunt tenues, tunc locus est alteri decreto dicti Concilij in sess. 21. c. 3. prout dicta congregatio declarauit. 1

LANCELLOTTI.

Pampilonen. antelationum. Veneris, 8. Martij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Archipresbyteratus de iure communi sonat in dignitatem.*
2 *Vicarius non possidet nomine proprio, sed eius a quo deputatur.*
3 *Ius quod quis habet iure proprio, potentius est quam alieno*
4 *Dignior semper præfertur in materia præcedentiæ.*
5 *Vnio parochialis cum Ecclesia cathedrali non potest operari præcedentiam, nisi rectores sint effecti de gremio Ecclesiæ.*
6 *Stallum in choro, quando quis habere dicatur.*

DECISIO CCCXXVI.

FVit conclusum, quòd Archipresbyteri sint præferendi Vicarijs parochialium & illarum Clero, quia nomen † Archipresbyteratus de iure communi sonat in di- 1
gnitatem. Rota. in decisio. 9. de præben. in nou. & c. de officio Archipresbyteri. in antiq. Vicarius verò non † di- 2
citur possidere nomine proprio, sed eius, à quo deputatur. Vital. in Clemen. vn. numero 22. & 23. de officio Vicarij. Lap. alleg. 5. numero 7. versi. secus in temporalibus. Et † potentius est ius, quod quis habet iure pro-
prio, quàm alieno. Ias. in l. more. num. 4. de iurisdict. omn. 3
iudic. in materia † autem præcedentiæ semper præfertur
dignior, vt per Fely. in rub. de maio. & obed. n. 8. & 10. 4
¶ Nec obstat, quòd dictæ parochiales sint vnitæ Ecclesiæ cathedrali, quia Domini dixerunt, hoc non probari per testes. Præterea si essent in lite, perdidissent suum solitum

litum honorem, vt per Cald. cons. vlt. nu. 1. vers. vnio. nec
5 talis vnio † potest operari præcedentiam, nisi essent effecti de gremio dictę Ecclesiæ Cathedralis. Et licet aliqui testes dicant, quòd habent stallum in choro dictæ cathe-
6 dralis, tamen † dicunt tunc habere, quando vocantur ad congregationes & processiones, quæ fiunt in ipsa cathedrali: nam tunc congregantur in choro, vbi stant, donec ordinatur processio, prout etiam alij habent dictum stallum, qui debent interesse dictæ processioni. Vnde ex isto stallo deputato ad certum actum non potest inferri ad præcedentiam in cæteris actibus, ratione dicti chori, maximè cùm non probetur tunc adfuisse Archipresbyteros. Minus obstat, quòd alij testes probant, quòd Vicarij in processionibus præcedant portionarios dictæ Ecclesię cathedralis: quia non deponunt, quando adsunt presbyteri, imò dicunt, tunc se nescire. Minus deponunt, quod tunc fuerit vocatus clerus & dicti Archipresbyteri qui sunt extra ciuitatem, & qui non conuocantur, nisi quando fiunt processiones generales, vltra quod non per curiuor tempus ante litem. ¶ Ad ea verò, quæ deponunt quartus testis iuxta 34. interrogatorium, & 6. testis iuxta 33. interrogat. placuerunt Dominis responsiones datæ pro parte Archipresbyterorum.

BVBALI.

Anconitana bonorum. Mercurij, 4. Februarij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Enunciatiua verba in transactione apposita non probant illud super quo contrahentes disponere non possunt.*
2 *Litis appellatione venit etiam contentio extraiudicialis.*
3 *Copula, &, aliquando stat dispositiuè.*

DECISIO CCCXXVII.

DOmini firmarunt regulam pro d. Io. And. Trimontio, quod narratiua litis in transactione debeat verificari per illum, qui transactionem allegat: quia cùm lis
1 sit de substantia transactionis, verba † enuntiatiua non probant illud, super quo contrahentes disponere non possunt, ad not. per Bart. in l. si fortè. nu. 4. de castr. pec. Et in terminis transactionis Dec. cons. 351. nu. 3. Alex. in l. si caussa cognita, nu. 9. C. de transact. cum alijs hic allegatis per informantes. Dixerunt tamen Domini, in casu, de quo agitur, sufficere, quòd constet de lite extraiudiciali, quia contrahẽtes non se coactarunt ad litem iudicialem.
2 Et † verbum, *lis*, potest verificari etiam in contentione extraiudiciali. Abb. in c. ex parte. de verb. signif. Dec. in c. sæpe. num. 7. de appel. Ale. in l. litis nomen. de verb. signif. præsertim stantibus verbis transactionis ibi. lis, quæstio & differẽtia, quæ verba possunt stare declaratiuè propter
3 copulam, &, quæ † aliquando stat dispositiuè. Socin. iun. cons. 181. nu. 35. lib. 2. Et verba illa, quæstio & differentia, non est dubium, quod intelliguntur de extraiudiciali. ¶ An autem in casu isto constet de lite extraiudiciali Domini inclinabãt pro affirmatiua, ex plurib. Primò, propter mandatum ad litigandum cum d. Hippolyto Torulo. Secundò, ex dicto vnius testis de auditu, qui satis adminiculatur. Tertiò, quia multum verisimile videtur, quod postquam Hippolytus recuperauerat bona nomine illorum de Trimontiis, vellent ab eo huiusmodi bona ipsis restitui, & sic super hoc potuit inter eos oriri extraiudicialis contentio: Si tamen pars voluerit super hoc audiri, poterit particulariter dubitari. ¶ Reseruauerunt etiam Domini videndum in euentum, in quem non verificetur, *an huiusmodi transactio possit sustineri in vim pacti, & an propter iuramentum possit dici quod fuerit valida.*

BVBALI.

Calaguritan. & Calciaten. iurisdictionis, Mercurij, 27. Maij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Dispositiones cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. Concil. Trid. quomodo intelligantur.*
2 *Episcopus habet de iure communi intentionem fundatam super sue diœcesis iurisdictione.*

DECISIO CCCXXVIII.

IN vna caussa Calaguritanæ iurisdictionis propositum dubium *præsupposita concordia olim finita inter Episcopum, & capitulum Calagurritan. & Calciaten, & illius confirmatione à sancta Sede Apostolica, an modernus Reuerendiss. D. Episcopus possit visitare sua cathedrales Ecclesias Calaguritan. & Calciat. illas personas iuxta decretum † sacrosancti Conc. Trid.* 1
sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. Pro cuius interpretatione in hac caussa sufficiens facultas mihi attributa erat vigore specialis commissionis. Et quoniam plures difficultates excitatæ fuerunt super interpretatione dicti Concilij, ideò Domini pro nunc resoluerunt, quòd cùm in supradicta concordia nulla fiat mentio de visitatione Ecclesiæ cathedralis, dominus Episcopus possit illam visitare, iuxta dispositionem iuris communis, & sub ea forma, qua de iure communi requiritur, † super quo habet suam inteo- 2
tionem fundatam. c. conquerente. de offic. ordin. ca. cum venerabilis, de censibus. ¶ Quo vero ad visitationem personarum capitularium (citra tamen permutationem seu priuationem) pariter fuit resolutum, quòd dominus Episcopus possit visitare iuxta dispositionem iuris communis, quia iste casus in concordia non comprehenditur, & quatenus comprehendatur in dispositione cap. 6. sess. 4. decretum illud se refert ad dispositionem iuris communis, ibi, iuxta canonicas sanctiones. &c. An autem casus permutationis, seu priuationis incidens in ipsa visitatione comprehendatur in concordia, Domini voluerunt, quòd super hoc particulariter dubitetur.

BVBALI.

Roman. domus ad imaginem pontis. Veneris, 24. Maij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra minorem lata est ipso iure nulla.*
2 *Sententia lata contra reum voluntarium & absentem ei non nocet.*
Reus voluntarius quis dicatur.

DECISIO CCCXXIX.

COnclusum, quòd sententia capitolina non potest sustineri siue inspecta persona Gasparis siue inspecta persona Lucretiæ Salamoniæ. Quo † enim ad Gaspa- 1
rem, iam fuit resolutum illam esse nullam, quia infans non potuit citari ad legitimè comparendum. ¶ Quo vero ad Lucretiam, minus potest sustineri quia † fuit citata, 2
quatenus sua putauerit interesse absque comminatione, propterea fuit effecta rea voluntaria, & non necessaria, Rolan. cons. 26. nu. 18. vol. 2. Vnde illi non comparenti non nocet sententia. Ægid. decis. 11. in fin. Et licèt huiusmodi citatio afficiat quoad præiudicium caussæ, tamen in contrarium allegata procedunt, quando sententia lata contra principalem est valida, sed sententia lata contra Gasparem principalem est nulla, præsertim cùm Lucretia non possideret, sed Gaspar, vt probatur ex confessione Germanici, de qua in articulis, quæ probant coniunctis adminiculis, de quibus per informantes pro parte D. Petri. ¶ Ex quibus adminiculis cessant, quæ dicuntur de asinina possessione ipsius Lucretiæ. ¶ Non obstant declarationes inquilinorum, quia non possunt præiudicare possessioni Gasparis, & hæc probatio placuit Dominis quo ad effectum probationis primi extremi, de quo agitur.

ROBVSTERII.

Bononien. bonorum emphyteuticorum. Lunæ, 27. Maij. 1566.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est appendicis illius instantiæ, cuius est sententia a qua interponitur.*

2 *Appellatio subiacet statutis illius fori, in quo lata est sētētia.*
3 *Ægidiana constitutio non habet locum, vbi adsunt statuta particularia.*
4 *Statutum permittens appellationem est intelligendum tam deuolutiuè quàm suspensiuè.*

DECISIO CCCXXX.

REsoluerunt Domini, in casu, de quo agitur, constitutionem AEgidianam locum non habere, sed esse locum statuto Bononien. permittenti semel posse appellari à sententia lata super possessorio: nam appellatio est de appenditiis illius instantiæ, cuius est sententia, à qua in-
1 terponitur. l. in iudiciis, vbi notatur. C. de proc. Et † ideò
2 subiacet statutis illius fori, in quo lata est seotentia. Arch.
&alij per Alex. cons. 167. ante fi. l. 2. Abb. Felyn. & alij. in c.
Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 19. & 55. de const. ¶ Accedit,
3 † quòd Ægidiana non habet locum vbi adsunt statuta
particularia. Corne. consi. 151. n. 6 in 3. & bene per informantes illorum de Ludouiciis. Vnde cùm sit attendendū statutum Bononien. illud clare permittit semel appella-
4 tionem. quod est † intelligendum tam deuolutiuè, quàm
suspensiue, vt per Grat. cons. 163. n. 8. in 3. & bene idem informantes hic. ¶ Non obstat, quòd posse appellare, vel nō posse, est de ordinatorijs, & sic Ægidiana dicitur respicere ordinatoria, & est attendenda in dicto loco iudicij. Nā cùm in ciuitate Bonooten. adsit particulare statutum, illud derogat generali, & est attendendum, & non Ægidiana ex deductis.

LANCELLOTTI.

Tuden. Iurispatronatus. Ven. 13. Iunij. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex vsurpatione debet plenè probari: secus si ex fundatione vel constructione.*

DECISIO CCCXXXI.

FVit resolutum ex deductis satis constare de iurepatronatus in fauorem octo familiarum, de quibus in sententia de partibus ex his, quæ deducuntur per informantes Petri, & præcipuè ex sententia cum legitimo contradictore lata. Secundò, ex tot præsentationibus continuatis, vt deponunt plures testes. Tertiò, ex tot testibus hinc inde in ista caussa examioatis, & ex illa sententia per ordinarium in ista caussa lata, & ex alijs hîc per informantes allegatis. ¶ Nec obstat, † quòd Concilium Tridentioum,
1 requirit præsentationes continuatas, & per instrumenta
poblica. Quia hoc est verum io his, in quibus præsumitur iuspatronatus ex vsurpatione, sed in aliis relinquitur in dispositione iuris communis, & de iure in istis non præsumitur ex vsurpatione, sed ex fundatione, vel constructione. ¶ Non obstat Cresc. d. 13. & Achil. de iurepat. qoia verum in omnibus parochianis, & in familiis potentibus, puta in Italia, quando recessit curia: sed hoc non ita de facili præsumi potest in Hispania, & vbi probatur immemorabilis, ¶ Non obstat, quòd non habeat, nisi decimas, quia non constat de ista negatiua, sed dicitur quòd potuit nihilominos acquiri iuspatronatus ex fundatione, vel constructione Ecclesiæ absque dotatione.

COTTÆ.

Marianen. & Ascien. pensionis. Lunæ, 7. Maij. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ super schedula non expediuntur, nisi expressè super ea constet de concessione.*
Fallit in contraschedula.

DECISIO CCCXXXII.

QVoad primam partem dubij schedolæ cooclusum, schedulæ non esse standum, sed contraschedulæ, su-
1 per † qua literæ expediuntur & super concessis, non su-
per schedula, in qua multa proponuntur, quæ non conceduntur. Pot. decis. 318. l. 1. incipit, coram eodem. Sarnē, in eadem Brixiē. fructuum, quod fuit 9. Iunij 1542. Et rationes ibidem adductæ per Sarnen. fuerunt, quia contraschedula datur à Vicecancellario officiali deputato, & quod liber eiusdem erat scripturæ matrix: & ideò si quis vult expedire super schedula, opus est, vt habeat expressam concessionem à Sanctissimo D. N. vt possit expedire absque contraschedula. ¶ Quoad secundam partem dubij fuit dictom, quòd si contraschedula esset cū illis verbis, vniuit, incorporauit, & annexuit, & quòd ita expedirentur literæ, quod vnio erat accessoriè, non æque principaliter, ex allegatis hîc per informantes pro Episcopo Marianen. & Ascen. quæ Dominis placuerunt.

LANCELLOTTI.

Romana donationis. 50000. Mercurij, 2. Decembris 1573.

SVMMARIA.

1 *Præsentia sola donatarij sufficit pro validitate donationis caussa mortis.*
2 *Testes duo sufficiunt quando agitur de probāda solennitate. Limita nisi sit solemnitas substantialis. nu. 4.*
5 *Testibus duobus probatur quod fuerit plus dictum, quàm scriptum.*

DECISIO CCCXXXIII.

DOmini fuerunt concordes, quòd pro † validitate 1
donationis caussa mortis sufficiat sola præsētia donatarij, reprobata opinione Aret. in leg. 2. ff de legat. 1. & Dec. consi. 145. & in rubr. C. de pact. cū alijs allegatis pro parte Illust. D. Porciæ, quia illa opinio est communiter dānata, vt per Doct. allegatos pro parte Illust. D. Magdalenæ, & Rip. in rub. de verb. obliga. no. 24. ibi rationibus Dec. respondet. ¶ Fuerunt etiam concordes, quòd testes, de quibus in dubio, probant præsentiā Illust. D. Magdalenæ circumscripto articulo, an requirantur quinque testes. ¶ Nec iouerisimilitudines allegatæ habitæ fuerunt à Dominis in consideratione, ex quo Notarius non videtur adhibitus ad stipulandum, sed ad authenticandum scripturam. An verò requirantur quinque testes Domini dixerunt particulariter videndum: pro Illust. Dom. Magdalena allegabatur † regula, quòd quando agitur de pro- 2
banda solemnitate, sufficiunt duo testes, vt per Docto. in
l. 2. C. de bon. poss. secun. tab. Imo. in c. cùm esses. n. 17. de
testam. Crot. de testam. in 6 par. n. 226. & quia † quòd plus
fuerit dictum quàm scriptum, probatur duobus testibus, 5
vt per Alber. in d. l. secunda, in fi. C. de bonor. possess. secund. tabul. pro Illust. Dom. Portia allegabatur, quòd hæc
videtur solemnitas † substaotialis, ad quam probandam 4
dicebatur requiri tot testes, quot reqoirūtur ad probandum actum, & allegabat Modet. in cons. 37. n. 4. cum pluribus seq. super quo, vt dictum est, non fuit capta resolutio, sed dictum quod particulariter videatur.

GRASSI.

Zamoren. spolij de Zoro. 10. Octobris. 1575.

SVMMARIA.

1 *Oblatio defectiua non inducit spolij purgationem nec litis renuntiationem.*
2 *Oblatio ex quibus dicatur defectiua.*
3 *Fructus descripti in libris redditunm dicuntur iuris liquidi.*
4 *Spolium vt verè purgatum dicatur, quid agendum sit.*

DECISIO CCCXXXIIII.

LVnæ decima Octobris, 1575. coram R. P. D. Cæsare de Grassis pro Dom. Io. de Montroy. contra Confratres sancti Augustini, fuit dubitatum, *an excessione, cuius copia datur, sit purgatum spolium, & Confratres censendi sint esse in bona fide, ita vt excusentur à restitutione fructuum in spolio.* ¶ Quoad primam partem dubij fuit conclusum, spolium non esse sufficienter purgatum, & dicebant Domini oblationem Confratrum esse defectiuam, ergo

1 ergo nõ † induci purgationem, nec litis renuntiationem,
argum. not. per Bald. in l. licet, in secunda nota. nu. 1. C. de
2 litig. ¶ Oblatio † autem primo deficit, quia non est certa,
quatenus in mandato confratrum dicitur, soluere quicquid ei debebitur, & habere debebit Ista enim verba, debebitur, & habere debebit, imporant litem liquidationis,
in qua possunt cadere plures instantiæ, vt est tritum in
Rota, igitur redditur subobscura, & incerta, non autem
vera, & realis, ergo nõ sufficit, per alia dicta placuit dictũ
Bald. in l. 1. nu. 5. C. ne lic. ter. pronoe. Matthes. sing. 128.
3 & 129. ¶ Nec † placuit, quòd huiusmodi fructus videantur illiquidi, quia imò videbantur certi per relationem
ad liberos ipsorummet confratrum, in quibus descriptæ
sunt singulis annis portiones cuiusque eorum, ex qua relatione resultat certitudo. l. 1. C. de sentent. quæ sub certa
quanti. cum concord. Ideò subdebant aliqui Domini,
quòd poterant confratres factis compotis ex suis libris
huiusmodi fructus liquidare, & realiter soluere, ex Bald.
4 Matth. & aliis præallegat. vt † spolium verè diceretur
purgatum ex aliis resolutionibus, vel si aliâs fructus essent obscuri, dicebant aliqui, quòd parte petente, ante
omnia negotium liquidationis debuit absolui, vt in simili de attentatis dicitur. Ang. Caputaquen. Pereg. & alij
alleg.

LANCELLOTTI.

Bononien. 20000. Lunæ, 28, Aprilis. 1572.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio prior fideiussorum per sententiam extincta, an dicatur renouata per alias cautiones deductas.*

DECISIO. CCCXXXV.

1 PRæsupposito, quòd † obligatio prior fideiussorum
fuerit extincta per sententiam prætoris Bononien.
Domini tenent, quòd non fuerit sufficienter renouata
per cautiones aliâs deductas: sed quia pro parte Dom.
Faustinæ præsupponitur, quòd non fuerit extincta, fuit
ordinatum, vt dubiteretur, *an dicta obligatio fuerit ita per sententiam extincta, vt stante maximè noua obligatione fideiussorum, non potuerit eam Dom. Faustina acceptare, & ratificare.*

LANCELOTTI.

Bononien. 20000. Lunæ, 9. Iunij. 1572.

SVMMARIA.

1 *Obligatio per sententiam extincta non potest reuiuiscere, nisi fuerit appellatum.*

2 *Effectus sententiæ latæ sub modo, vel conditione idem est.*

DECISIO CCCXXXVI.

FVit dictum, si à sententia siue decreto prætoris Bonon. non fuit appellatum, vel legitimè reclamatum,
1 obligationem fuisse † extinctam ita, vt non potuerit reuiuiscere: nam quæ adducuntur posse ab impugnatione
desistere, non procedunt, vbi impugnatio non est sortita
suum finem prout hîc per sententiam, maximè, cùm approbatio fideiussorum penderet à declaratione Prætoris,
iuxta formam sententiæ consil. Ferrar. Nec interest, an
2 dicta sententia † hoc statuisset sub modo, vel sub conditione, cùm idem est effectus, vt per Cassa. 10. de reset. nu.
7. adeò, quod per declarationem prætoris actus fuit resolutus. Videndum ergo erit in facto, ao fuerit ab hac sententia Prætoris appellatum, vel reclamatum iunctis circumstantiis factis. Nam reperitur alia sententia super
isto negotio lata per Vicarium Ferrar. & reperitur etiam
effectuata secunda dimissionis possessionis bonorum,
quæ omnia sunt consideranda.

CAPVTAQVENSIS.

Roman. de Soderinis die 15. Decembris, 1577.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non acquiritur infanti ad effectum primi extremi.*

DECISIO CCCXXXVII.

PRimum extremum est plenè probandum. Sarnen in
2 reg. de infit. quæ. 36. Et ideò pupillus infans, † cui non
acquiritur poss. l. 1. §. adipiscitur. vbi Ias. nu. 17. de acquir.
possess. Paris. cons. 11. nu. 21. in 2. non dicitur illam acquisiuisse ad effectum primi extremi, ex eo quòd mater in ea
permanserit ibi, constet eam acceptasse tutelam, & alia
fecisse, de quibus per Bart. in auth. matri, & auiæ. nu. 15.
& sequen. quia licèt possessio matris potius præsumatur
tutorio nomine, quàm aliàs, cùm ei tutela de iure deferatur, ad not. in d. auth. matri, & auiæ, cùm tamen potuerit
remanere in possessionem ratione alicuius iuris sibi competentis, ratione forsitan hypothecæ, non potest negari,
quin sit dubia, & præsumptiua probatio, quæ non sufficit
in probatione primi extremi. Ita Rom. dom. & viridarij,
5. Iunij. 1559. coram Paleotto.

ROBVSTERII.

Romana deuolutionis tenimenti. Venet. 1. Februarij. 1577.

SVMMARIA.

1 *Pœna caducitatis, quando dicatur extendi etiam ad pactum de affrancando, vide distinctionem, cum nu. 3. & seq.*

2 *Pactum de affrancando appositum in eodem instrumento censetur pars contractus.*

4 *Pactum de affrancando tollitur per pœnam caducitatis incursam.*

DECISIO CCCXXXVIII.

PRima pars de pœna caducitatis, quando extendatur
ad † pactum de affrancando, diuidebatur in duas par- 1
tes. Prima, *in abstracto.* Secunda, *in casu de quo agitur,
stante tenore instrumenti huiusmodi.* Et circa primam plures tenebant esse distinguendum, quando Dominus in
eodem instrumento simpliciter concedit rem in emphyteusin sub hoc pacto, tunc esset vera opinio affirmatiua, quòd ob nõ solutionem canonis cadat ab omni iure,
& redditu. Quia † tale pactum censetur esse ius em- 2
phyteuticum, seu pars iuris emphyteutici, secus si separatim declarando, vt per add. ad Alexand. cons. 228. nu. 5.
in verbo, separatim lib. 6. & etiam ad Dec. in l. in bonæ fidei. nu. 11. C. de pact. Et † hanc sententiam, quòd quan- 3
do pactum istud est pars contractus emphyteusis, pœna
habeat locum, etiam in isto pacto, alioquin secus, tenent
Cuma. cons. 65. Alexan. d. cons. 228. nu. 5. & ibi add. ita distinguit, & Dec. in d. l. in bonæ fidei. Cæpol. in tract. de simula. contra præsumpt. 2. col. fin. Ias. in l. 2. nu. 5. C. de iure
emphyt. Ioan. Bolog. in l. petens. nu. 77. C. de pact. vbi adducit bonam rationem. Fel. cons. 25. num. 23. cum sequ.
vbi addit alias notabiles rationes, quas in applicatione
casus, de quo agitur, aliqui multùm considerabant. idem
Bero. cons. 155. nu. 14. & 15. in 1. vbi cõsiderat materiam.
l. si quis maior. C. de transact. Et in hanc sententiam possunt connumerari Alciat. in l. petens, colum. fi. & de præsumpt. 47. dum tenent idem cum Cuma. Quod † & si pœ- 4
na non cõseretur esse reperita, tamen intelligeretur tantum de directo dominio istud pactum, non de vtili, quod
culpa sua perdidit. Et ita tenet etiam Ioan. Bolog. in d. l.
petens. nu. 77. & isti Domini in istis tenebant, quòd ista
esset communis opinio, vt emphyteuta cadat etiam ab
isto pacto, ex Barba. cons. 51. incip. Dec. & aliis hîc ordinatè per informantes. Quibus respõdebant alij, quòd isti
Doctores, aut saltem plures ex illis sunt intelligendi secundùm distinctionem aliorum, quos supra retulimus.
Et licèt Dec. in l. bonæ fidei. nu. 11. non teneat rationem
de parte pretij, vel contractus, quia correspectiuitas est
momentanea, non autem successiua, tamen alij replicabant de verbis contractus, quibus attentis ponderando,
vt per Felyn. in d. cons. 25. nu. 23. cum seq. apparet clarè,
quòd est successiua ista correspectiuitas, & in omnẽ euẽtum dicebant, quòd intraret, quòd dicunt Cuma. consil.
65. Alc. & Io. Bolog. de directo dominio tantùm. ¶ Circa secundam verò etiam erant varij Domini: nam plures
tenebant, quòd Ecclesia, ex pluribus clausulis cõtractus.

quas minùs fideliter dederant agentes pro Hippolyto. Ex quibus dicebant clarè apparere de mente contrahentiũ, quod est pars contractus, & pretij, & quidem successiua, non autem momentanea, aliqui verò contra ex allegatis. Ideò ordinarunt, vt partes bene & distinctè informent, & caussa proponatur. Iterum super eisdem, & aduertantur bene partes. Nam, vt dicebãt Domini, maxima pars istius difficultatis pendet ab eo, an isti actus sint correspectiui, præsertim in casu isto, attentis clausulis contractus, & an correspectiuitas sit momẽtanea, vel successiua, iuxta oo. per Fel. d. consi. 25.

SERAPHINI.

Spoletan. domus Veneris, 9. Martij. 1582.

SVMMARIA.

1 *Prælatus non potest per actum fictum transferre possessionem in Ecclesiæ præiudicium.*
Limita nisi id fiat per non acceptationem etiam concedẽdo alteri. nu. 2.
Vel agnosceret bonam fidem. nu. 3.
4 *Expulsio inquilinorum non est necessaria, vbi quis desierit animo possidere, sed sola sufficit recognitio.*

DECISIO CCCXXXIX.

AN possessio Scauri, sit sufficiens, necne, pendet ab eo, an eo tempore, quo per eum capta fuit, esset vacans per dimissionem Iesuitarum. Et Domini non obstantibus exemplo deductis censuerunt, fuisse tunc temporis vacantem: nam quòd primò deducitur † Prælatum non posse per actum fictum transferre possessionem, ex trad. per Doct. in l. 1. de acquir. possess. vbi Rip. num. 68.
2 dixerunt † non procedere, quando id fit per viam non acceptationis, quoniam hoc casu potest præiudicare Ecclesiæ etiam concedendo alteri. Hosti. consi. 53. nu. 27. lib. 4. Put. decisi. 519. lib. 2. Nat. consi. 441. nu. 19. lib. 2. sed tollit difficultatem omnem, quòd cùm societas non haberet ius in ea domo vel propter fideicommissum, vel pro-
3 pter declarationem fabricæ, potuit agnoscere † Prælatus bonam fidem. l. quoties. §. sicut autem. ff. de administ. tut. Abb. c. fi. n. 41. & ibi Felyn. n. 10. & Paris. n. 51. de præscrip. Rebuf. de alien. re. Eccl. nu. 28. Secundò quòd dicitur renuntiationem fuisse limitatam in fauorem eius, cui de iure competebat, non obstat, quia cùm Scaurus prætendat sibi de iure rationem fideicommissi competere, interim dum super hoc controuertitur, Episcopus est manutenẽdus. ¶ Quod tertio loco obijcitur declarationem illam fuisse factam lite pendente, non obstat, quia licèt lis impediat, ne fiat alienatio, tamẽ nullibi reperitur, quòd quis interim non possit possessionem dimittere, & non habere pro derelicta: hoc enim potiùs fuit factum ex caussa agnationis bonæ fidei. ¶ Vltimò non obstat, quòd possessio
4 non esset vacans, cùm ibi adessent inquilini, quia † cùm societas desierit possidere animo l. 3. §. in amittenda, de acq. poss. non fuit necessaria expulsio inquilinorum, sed sufficit recognitio. Affl. dec. 328. n. 3. Et hæc obiectio cùm non fiat ab Ecclesia, vix fieri potest ab alio. & aliàs coram me decisum fuit in vna Laurien. bonorum, & in pluribus alijs caussis. Et ita conclusum standum esse in decisis.

ROBVSTERII.

Colonien. sis status. Lunæ, 20. Februar. 1581.

SVMMARIA.

1 *Matrimonij probatio ex libro parochi sufficit.*
2 *Libris parochi est standum in matrimonio probando.*
3 *Gesta in antiquis omnia solemniter præsumuntur.*
4 *Consuetudo loci attendenda est in adhibenda fide libris parochi.*

DECISIO CCCXL.

DVbium erat circumscripta legitimatione examinis testiũ facti de anno 1512. *an liber Parochi sancti Petri Colon. faciat fidem contra D. Corradum in casu, & ad effectum, de quo agitur.* ¶ Et fuit resolutum affirmatiuè. Dixerunt enim Domini, quòd † cùm hìc non agatur prin- 1
cipaliter de probando matrimonio, sed incidenter tantùm, quòd quælibet probatio sufficit. Gemin. consi. 27. Paris. consi. 57. nu. 4. lib. 4. Put. decis. 72. lib. 1. quæ elicitur ex libro Parochi, ex quo constat de proclamationibus, & matrimoniali copula per illas cifras, vt testes probant. ideo † ei est standum, cùm simus in his, quæ spectant ad 2
eius officium, c. cum inhibitio. de cland. desponsat. ¶ Et per Ias. in repet. l. admonendi. nu. 131. ff. de iureiur. præsertim, cùm sub fideli custodia semper fuerit seruatus per Parochos, faciunt not. in cap. ad audientiã. vbi Felyn. de præscript. latè Crau. de antiq. temp. §. 4. limitatur. in prin. ¶ Et ad eundem semper recursum fuit pro verificatione matrimoniorum, vt per testes examinatos satis fuit probatum. ideò præsumitur verus, & ab eo non esse recedendum, dicit Bal. cons. 400. incip. in libris. nu. 2. lib. 5. ¶ Considerarunt insuper, quòd sumus in facto antiquo, & vltra centum annos, ideò † præsumi omnia solenniter facta, ed 3
not. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & in l. si certis annis. C. de pact. Put. decis. 171. num. 2. & decis. 2. de testit. spol. His accedat depositio testium optimè probans, quòd ex communi obseruantia, & consuetudine illius loci idem liber, de quo agitur, semper reputatus fuit, & reputatur pro authentico, & facit plenam fidem, & ad eum publicè recurritur pro fide copulatorum, quæ consuetudo † va- 4
let, not. in cap. cum dilectus. de fide instrum. Abb. in ea. t. vbi & Dec. n. um. 2. eod. tit. ¶ Et ex his dixerunt Domini librum iunctis testibus probare.

BLANCHETTI.

Mantuana carcerationis. Lunæ, vltim. Februarij. 1579.

SVMMARIA.

1 *Suspicio & vani timores non habentur in aliqua consideratione quoad iuris effectum.*
2 *Metus reuerentialis non iuuat ad rescissionem eius, quod gestum est, nisi minæ, vel verbera procedant.*
3 *Voluntas testatoris potest per mulieres probari, licèt non possint vti testes in testamento interuenire.*
4 *Metus qualitas ab arbitrio iudicis pendet in cognoscendo.*

DECISIO CCCXLI.

DOmini fuerunt concordes, non constare de tali vi, vel metu ex subsequutis post carcerationem, vt possint suffragari Domino Alexandro: supposita enim resolutione vltimo loco facta super iustitia carcerationis, omnia subsequuta videntur condigna ad delictum prætensum, & ex quo inculpatus, & inquisitus fuerat Dominus Alexander, & præcipuè stante integritate Illustrissimi Cardinalis bonae. Mantuani, quòd vltra testes de ea deponentes Domini habuerunt pro comperta, eo magis, cùm ex processu criminali constet non fuisse aliquo modo grauatos: & pro parte ipsorum fratrum fuerunt etiam dilationes peritæ, quod potuit concernere, vt Federicum, qui à carceribus fugerat, repræsentarent. ¶ Quòd præcessissent minæ ex parte Illustrissimi Domini Cardinalis, non probantur concludenter, prout etiam in simili materia probari debent. ¶ Minúsque, quòd prætextu vis, vel metus non fuerit reclamatum à laudo. ¶ Minúsque iuuant protestationes. ¶ Quia † hæc omnia 1
potiùs ad suspicionem Domini Alexandri, & fratris videntur posse applicari, quàm quòd veritate subsistant, de quibus iura non curant, argum. l. metus l. vani timoris. ff. quod met. cau. ¶ Quòd Do. Cardinalis voluerit, quòd ortæ rixæ, & differentiæ in ipsum remitterentur, poruit sane pro bono pacis desiderari magis, quàm animo inferendi vim vel metum, prout interpretatio in bonam partem est desumenda, nec aliud sinistrum de personæ tanti Principis suspicãdum est. Eius enim aliqua ex parte non posset inficiari, quin interesset, fratres ad concordiam

diam prouocare, lites exortas sopire, & horum omnium in se suscipere patrocinium, tum ex eius dignitate, tum etiam cùm ageretur de controuersiis inter nobiles ciues Mantuanos, & vnicus testis tantùm adsit, qui concludenter ad fauorem Domini Alexandri, & fratrum deponat, cæteri de auditu, & de fama magis indicant, quàm
2 testificentur. ¶ Non iuuat † metus reuerentialis, cùm non probentur nec minæ, nec verbera præcedant, nec ex laudo aliquid quæsitum fuerit Illustriss. Domino Cardinali, nec cum eo quid gestum probetur: argumento eorum, quæ habentur latè per Suarez alleg. 24. Socin. iun. cons. 77. nu. 154. lib. 1. & cons. 67. n. 39. lib. 2. Aret. cons. 24.
¶ Nec de læsione constat, cùm potuerit † voluntas testa-
3 toris per mulieres probari, licèt non possint vti testes in testamento interuenire, ac etiam prohibitione restandi. Quæ cùm dubia sint, non potest ad læsionem enormem inferri, vt de metu reuerentiali iudicare possimus, prout inferunt Doct. vt per Ruin. cons. 190. nu. 1. lib. 1. & cons. 60. nu. 22. lib. 3. Cephal. cons. 34. nu. 31. & cons. 142. nu. 39.
4 lib. 1. Aym. cons. 11. nu. 12. ¶ Et ita cùm versemur † in materia, quæ summè à iudicis arbitrio pendet, vt in l. metus autem. ff. ex quib. cau. maiores. Abb. in c. cùm virum. nu. 8. de reg. Dec. in c. 1. nu. 7. de appell. ad tradita in l. interpositas. de transactio. per Marsil. in l. quæstionis modo. ff. de quæstion. Ex supradictis Domini dicebant, nec vim, nec metum resultare.

ROBVSTERII.

Roman. hæreditatis. Ven. 15. Martij. 1580.

SVMMARIA.

1 *Voluntas sola sufficit ad inducendam hereditatis aditionem verbis, aut actu declarata.*
2 *Actus aditionis hereditatis non debet esse in suspenso.*
3 *Verba, cum beneficio legis, & inuentarij, posita in aditione hereditatis, declarant qualis sit voluntas adeuntis.*
4 *Heres adiens hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & inuentarium non conficiens, sibi imputare debet.*

DECISIO CCCXLII.

FVit per Dominos resolutum constare, D. Gundisaluum adiuisse hæreditatem Eluitæ matris ex instrumento ratihabitionis, de quo in quarto præsupposito, in quo se eountiat hæredem ipsius, & emologat, ac confirmat omni meliori modo, ex certa scientia aditionē factam per Doctorem Martinum. Cùm enim ad inducen-
1 dam † hæreditatis aditionem sufficiat sola voluntas verbis, aut actu declarata l. gerit. ff. de acq. hæred. l. potuit. C. de iure delib. cum aliis iurib. per Aym. cons. 148. nu. 11. satis ex dicta enuntiatione, & gestis in instrumento est declarata voluntas Dom. Gundisalui, quod noluit adire maternam hæreditatem. ¶ Nec obst. quod dicat se hæredem cum beneficio l. & inuentarij, & ita sub conditione adiuisse, quod † est ac si non adiuisset, cùm actus iste pu- 2
rus, non autem in suspenso esse debeat, ex allegatis pro ipso. ¶ Nam illa verba, cum beneficio legis & inuenta- 3
rij, non important conditionem, sed declarant, qualis sit voluntas adeuntis, videlicet, quòd velit vti dicto beneficio, cuius solemnia postea † si non obseruet, sibi impu- 4
tet aliàs sequeretur, quòd nunquam currerent tempora conficiendi inuentarium, & dispositio l. f. §. si verò. C. de iure delib. facilius eluderetur. Qui enim dicit se hæredem cum beneficio legis & inuentarij, & non confecit, posset excipere se non esse hæredem, quia conditio aliter adiuit, & conditio non tenet. ¶ Non obst. quòd instrumentum prædictum sit erroneum, quia cùm ex ipso inducatur aditio, nullus est error, præcipuè cùm de omnibus asserat D. Gundisaluus se habere notitiam. ¶ An autem Do. Gundisaluus excusetur ex eo, quòd nulla bona adessent, prout in illa Rom. vinearum, coram R. P. D. meo Decano, vel ex inuentario cohæredum, erit particulariter videndum.

ROBVSTERII.

Tholetan. iuris nominandi. Luox, 29. Nouembris. 1582.

SVMMARIA.

1 *Laici in fundatione parochialis, an possit sibi reseruare facultates nominandi ministros stipendiarios, qui exerceant curam animarū sine aliqua eorū institutione, quod non.*

DECISIO CCCXLIII.

DOmini in propositione huius dubij fuerunt concordes, quòd ista sunt beneficia curata, & negari non potest. Item quod approbationes Archiepiscopi non habent vim institutionis, quia ex ipsis plurimæ procedunt, & sunt generales pro administratione sacramentorum vbique locorum suæ diœc. pariter firmarunt non probari, hæc beneficia habere dotem. Sed quia pro parte Illustrissimi Domini Ducis immemorabili probata allegatur titulus fundationis cum hac conditione, quòd sibi reseruauerit hoc ius nominandi ministros stipendiarios: Ideò Domini dixerunt, vt † particulariter videatur, an 1
laici in fundatione parochialis possint sibi reseruare facultates nominandi ministros stipendiarios, qui exerceant curam animarum, & in parochiali non sint intitulari. Non enim potest Illustrissimus dominus Dux conferre titulum beneficij, & suæ nominationes non possunt interpretari pro validitate actus, nisi pro deputationibus ministrorum cum recto stipendio sibi beneuiso, licèt verba aliquarum ex ipsis sonent potius in eullationem tituli, quàm in simplicem deputationem.

Secundæ Partis Decisionum Rotæ Romanæ, finis.

PRACTICABILIA QVÆDAM ROTÆ ROMANÆ:

ET PRIMO DE ARTICVLIS OBIECTIVIS.

SVMMARIA.

1 *Articuli obiectiui tripliciter considerari possunt.*
2 *Articuli quoad appellantem dicuntur obiectiui, & non de iure dantis, quoad articulantem è contra, sed aliquando etiam dicuntur obiectiui nu. 108.*
Articuli etiam quoad appellantem quandoque de iure dantis dicuntur, & quando nu. 6.
3 *Articuli omnes tam obiectiui quàm de iure dantis quoad effectum probandi à pari procedunt.*
Intellige tamen quando articuli de iure dantis sunt in aliqua parte obiectiui, vt nu. 115. aliàs esset contra, vt sub nu. 1. & nu. 71.
4 *Articuli obiectiui illi dicuntur, qui ius articulantis principaliter non deducunt, licèt secundario illud includerent, sed ius excludunt aduersarij: secus in articulis de iure dantis quia dicuntur è contra, & nu. 5. 7. & 8. & 26. cum seq. vbi videtur contrarium.*

Amplia, vt procedat etiamsi per exclusionem iuris alieni velit articulans ius suum includere, vel fortificare, seu augere, num. 8.

Fallit tamen hæc regula octo modis, vt nu. 10. vsque ad nu. 23. vbi varia dantur declarationes ad cap. vt circa de elect. in 6. & clem. constitutio. eod. tit.

13 *Iurisdictio super principali exercetur etiam in connexis.*

14 *Liberatio super principali trahitur ad dependentia, etiam non expressa.*

15 *Prohibitio de non transigendo super alimentis, extenditur etiam super appenditiis.*

16 *Executor, vel in prouidendo, vel in exequendo potest procedere, cum caussa cognitione.*

22 *Termini omnes post litem contestatam, vel habitam pro contestata censentur peremptorij: terminus verò ad probandum semper censetur peremptorius.*

23 *Termino elapso ad probandum de æquitate item admittitur sine beneficio restitutionis in integrum licèt, secus sit de rigore.*

Fallit in articulis obiectiuis, in quibus etiam non datur in integrum restitutio. num. 24.

25 *Articuli obiectiui post terminum ad articulandum non admittuntur de stylo palatij.*

Ampliatur hæc regula vndecim modis, vt num. 30. vsque ad num. 41. & nu. 61.

Fallit autem, & limitatur modis quatuordecim, vt nu. 42. 43. 46. 50. 51. 55. vsque ad numeros 60. 62. 63. 65. 56. 68. 69.

26 *Articuli merè obiectiui non dicuntur illi, qui includunt ius partis, licèt partem contrariam reiiciant.*

27 *Articuli obiectiui dicuntur, quando etiam eis probatis nullum ius acquiritur danti: secus vbi eis probatis excluderetur aduersarius, & ipsi danti acquireretur ius.*

28 *Articuli quando dicantur merè obiectiui, & quando de iure dantis, vide duas regulas.*

29 *Articuli obiectiui, quando repelluntur præsumuntur calumniosi.*

38 *Positiones probantur per confessionem partis.*

44 *Obiectiui possunt probari per instrumenta post terminum, & recognitiones sigillorum, & auctoritas notatiorum per testes.*

45 *Probatio, quæ fit instrumenta, dicitur manifesta.*

47 *Reus contra articulos datos per actorum potest contrarios, & obiectiuos dare, quos poterit probare per testes, quando suos actor velit per testes probare, aliàs non.*

48 *Articuli exceptiui admittuntur etiam post terminum.*

Limita, nisi dentur articuli per viam exceptionis de crimine, quod promissum de beneficio non repellit. nu. 49.

52 *Iudex si lapso termino ad articulandum alium etiam terminum assignet, & pars non appellat, valet articulorum obiectorum admissio.*

53 *Probatio aliàs reijcienda vbi per iudicem admittitur, sufficit, quòd pars contradicat, licèt non appellet.*

54 *Probatio vbi admitti non debet, necessaria est appellatio.*

57 *Articuli obiectiui, qui non possunt dari in prima instantia propter lapsum termini, possunt dari in secunda, dummodo in termino dentur.*

Limita, nisi inhærent ex mera appellatione. nu. 58.

Item nisi ter repulsi fuissent in prima instantia. numero sequenti.

61 *Articuli obiectiui post terminum peremptorium etiam quod materia de nouo superuenisset, non debent admitti, nisi in casibus à iure expressis.*

62 *Articuli obiectiui possunt dari etiam post conclusionem in caussa, noua superueniente materia, reprobata opin. quorundam.*

64 *Articuli in caussa profana de iure dantis admittuntur etiam post conclusum in caussa arbitrio iudicis.*

67 *Præiudicium vbi irreparabile nascitur, nemo repellitur ex quacunque præsumptione calumniæ.*

70 *Articuli merè obiectiui debent esse bene specificati, & bene formati, licèt dentur in termino, aliàs non admittuntur, cum num. seq.*

Amplia hanc regulam duobus modis, vt numero. 72. & 73.

Fallit primò, nisi articuli non sint merè obiectiui, sed aliquo modo etiam contineant ius dantis. nu. 71.

Fallit etiam aliis sex modis, vt num. 81. vsque ad nu. 86.

74 *Articuli continentes quem esse de aliquo genere, dicuntur obiectiui.*

75 *Articuli in quibus dicitur plus fuisse dictum, quàm scriptum, nisi specificentur, non sunt admittendi.*

76 *Articuli de consuetudine ad impugnandum ius alterius, non admittuntur, nisi specificent actus, ex quibus sit orta consuetudo.*

77 *Articuli de incompatibilitate debent bene specificari, aliàs non admittuntur.*

78 *Articuli, quòd decanus, & capitulum per tantum tempus sint exempti iurisdictione, debent esse bene specificati.*

79 *Articuli obiectiui qui dantur de crimine non repellente promotum, non admittuntur.*

80 *Articuli obiectiui, quod quis sit incapax beneficij propter non promotionem infra annum, non sunt boni.*

87 *Articuli obiectiui dati in termino, & male specificati non possunt post terminum declarari.*

Imò nec etiam in termino possunt declarari, & quare num. sequen.

Fallit tamen hæc conclusio, vt nu. 89. & 90.

88 *Terminus, qui datur ad declarandum articulos obiectiuos, est inuentus, vt tantum validè articulanti prosit, licèt non ita clarè, non autem qui nulliter.*

91 *Iudex in articulis merè obiectiuis non potest instruere partem, vt eos declaret: secus si aliquo modo sint de iure dantis.*

92 *Articuli quando dicantur obiectiui, vide aliquos casus, declaratos per Rotam. cum numero 93. 94. 95. 98. 99. 100.*

96 *Articuli de valore possunt dari quatuor modis.*

97 *Fama non probat excessiuum valorem datum per modum obiectiui.*

101 *Articuli quibus casibus dicantur bene specificati, & boni cum nu. 102. vsque ad nu. 107.*

108 *Articuli obiectiui possunt dari per reum, & possessorem. nullum ius habentem, seu de cuius non iure clarè constat.*

Intellige tamen & declara, quando possessio, est clara, & certa, aliàs si sit dubia, & disputabilis, non potest dare obiectiuos. nu. 112.

Fallit etiam, & multò magis in non possessore, vt non possit dare obiectiuos, nisi doceat de iure suo. numero 111.

109 *Possessor quamuis iniustus melius est, vt remaneat in sua iniusta possessione, quàm quod alij detur vitiosus ingressus.*

110 *Ordinarius ex officio potest amouere iniustum possessorem.*

113 *Articuli obiectiui non possunt probari per præsumptiones, sed per veritatem: imò per proprietatem, non autem per quasi opinionem, vel reputationem, seu communem famam. cum nu. 114*

Imo etiamsi cùm fama publica concurrat vnus testis de communitate non probatur materia obiectiua. numero. 117.

116 *Beneficium impetranti per assecutionem incompatibilis quo ad iudicationem non sufficit probare assecutionem per famam publicam.*

118 *Fama sola vbi non sufficit, nec etiam regulariter iuncta cum vno teste de veritate probat.*

119 Con

119 *Consuetudo dicitur esse difficillima probationis.*
120 *Articulus super consuetudine tria continere debet.*
121 *Testes deponentes de consuetudine in tali loco debent referri ad factum, & non ad ius.*
122 *Testis deponens de consuetudine, quando præsumptiuè dicatur concludere.*
123 *Testis deponens de consuetudine quid debeat exprimere Limita tamen & declara, vt nu. 124. & 125.*
126 *Testes deponentes de consuetudine debent esse contestes in actibus, super quibus deponunt.*
127 *Articulus, in quo minor dicit se læsum, licèt non dicatur enormiter concludit.*
128 *Articuli ad probandam præscriptionem, si deducunt longam possessionem, & fructuum perceptionem satis est, licèt nullum verbum faciant de præscriptione.*
129 *Articulus de valore nihil concludit, nisi deductis oneribus.*
130 *Testes super valore etiam non interrogati debent reddere caussam dicti sui: aliàs non probant.*
131 *Articuli contra agentem spolio, quando sint boni.*
132 *Articuli concernentes petitorium etiam in principio sunt admittendi.*
133 *Articuli negatiui non sunt admittendi.*
134 *Articuli fundati super gratia, cuius sumptus ex registro bullarum haberi potest, non sunt admittendi.*
135 *Articulis non bene specificatis, vel non dispositiuè datis, nõ cogitur quis respondere.*
136 *Articuli euentuales non sunt admittendi.*
137 *Articulorum verba debent intelligi, & declarari secundum præcedentia.*
138 *Articulorum copia danda est inquisito antequam respondeat.*
139 *Articulorum admissio non est de substantia.*
140 *Articulis tam pertinentibus, quàm impertinentibus de stylo palatij respondendum est. & nu. 147.*
Declara, vt ibid. & nu. 148.
141 *Articuli, vt dicantur pertinentes in caussa profana quid requiratur.*
142 *Articuli pertinentes etiam in caussa profana de æquitate admittendi sunt vsque ad conclusionem in caussa.*
143 *Articuli per procuratorem cum mandato generali ad ponendum, & articulandum dati etiam cum iuramento in prima instantia possunt per principalem in secunda reuocari, etiam non docto de errore.*
144 *Articuli habent vim petitionis, & tenent locum facti probandi, vbi nulla petitio præcessit.*
145 *Articuli in dubio sunt admittendi.*
Idque procedit etiamsi sint de iure dantis, & calumniosi. num. 146.
148 *Articulo seu positioni criminosæ regulariter non est respondendum.*
Declara, vt ibid.

Antequam particulariter tãgam quomodo cognoscatur, *an articuli sint obiectiui, vel de iure dantis*, sciẽ-
1 dum est, quòd † articuli obiectiui possunt dupliciter considerari.

Primò quoad appellantes iuxta dispositionem, c. vt circa. de elect, in sexto, & clemen. constitutio. eo. tit.

Secundò possunt considerari non appellante vltra dispositionem d. c. vt circa. & d. clem. const. secundùm stylũ, & vsum palatij.

Tertiò possunt considerari quoad effectum probandi, quia in materijs obiectiuis requiritur exacta, & specifica probatio, & secundùm istam distinctionem multæ decisiones Doct. rectè soluuntur à contrarietate si rectè intelligantur.

Breuiter igitur concludendum quoad appellantem
2 illi dicuntur † articuli obiectiui, & non de iure dantis,
qui principaliter ius appellantis non deducunt. licèt secundario illud includant, vt expresse dicit d. clemen. cõstitu. in ver. directe. cum gl. Et de hoc ostendendum clarissimè infra in primo quæsito ex multis, quæ ibi adducuntur.

Quo vero ad articulantem secundum stylum, & vsum palatij contrarium penitus seruatur, quod proximè dictum est, quia illi non dicuntur articuli obiectiui, qui aut principaliter, aut secundario ius articulantis includunt, sed de iure dantis, vt per Rot. decis. 18. de excep. in antiq. Et de hoc latissimè dicam infra in 2. quæsito, in verbo, vltra materiam.

Quo vero † ad effectum probandi omnes istæ mate- 3
riæ à pari procedunt, vt in eis exacta probatio fieri debeat, vt infra subijciam in quæst. princip. quomodo probentur articuli obiectiui, in verbo, & secundum stylum palatij.

Articuli obiectiui, qui dicantur, & qui de iure dantis, sæpius dubitatum est, propter varias Docto. auctoritates, quæ inter se quodammodo contrariari videntur. Tamen si bene considerentur in casibus suis, rectè procedunt, nam secundùm terminos cap. vt circa, & clemen.
constitutio. de elect. sciendum est, quòd illi dicuntur † ar- 4
ticuli obiectiui, & non de iure dantis, qui ius articulantis principaliter non deducunt, licèt secundario illud includerent, prout expresse dicit text. in d. clemen. constitutio. in princ. in glos. in verbo. directe. Et ideò dicunt Imol. & Card. maximè in 8. qu. post antiquos, quòd tunc articuli sunt de iure dantis ex mente illius constitutionis, quando ex gratia ipsa articulantis descendunt, & nascuntur.

Quòd si exempla gratiam articulantis & ius dantis articulos includunt, sunt obiectiui, quod optimè declarat Oldrad. consi. 116. exemplum ponens de duobus impetrantibus, quorum primus impetrauit per obitum Titij 15. Februarij.

Secundus impetrauit 15. Martij, & secundus articulat hoc modo, quòd post 5. Februarij, & ante 15. Martij obijt Titius: consuluit Oldrad. quòd prima pars articuli est impugnatiua. licèt secunda includat ius articulantis, & propterea non descendat Et dicit ita seruatum fuisse in palatio Apostolico. Et hanc opin. Oldrad sibi adscribit Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de test. §. nunc videndum. in add. magna. in 3. col. iuxta fi. vers. Nunc videndum de articulis quos aduocati impugnatiuos vocant. Et hoc cons. Oldrad. refert Alberic. de Rosat. in rub. de prob. in 2. col.
circa med. subdit eodem cons. Oldrad quòd † illi demùm 5
articuli censentur esse de iure dantis qui dãtur super substantialibus, & essentialibus iuris principaliter allegati, seu deducti, ex quibus ipsum ius creatur, sicut ex materia materiam conficitur. arg. l. pacta conuenta. de contrahen. empt. quod clariùs declarat idem Oldrad. cons. 120. quod ad declarationem d. clem. const. referunt ibi, & sequuntur Card. & Anchar. Nam inquit, quod ad hoc vt † arti- 6
culi, qui dantur per appellantem, non sint obiectiui, sed dicantur, de iure dantis, seu opponentis, necesse est, quòd illis probatis canonizandum sit ius suum, quæ probatio circa quatuor versatur.

Primò *circa personæ impetrantis habilitatem.*

Secundò *circa personæ conferentis potestatem.*

Tertiò *circa modi impetrantis congruitatem.*

Quartò *circa beneficij collati in hunc modum deducibilitatem*: adeò quòd si dans articulos, circa hæc quatuor, seu aliquid ex eis deficeret etiam sine competitore canonice beneficium non possideret, ita enim articulandum, & probandum ius suum, & sic gratiam suam tantum tuetur, seu iustificat, & ius alterius nullo modo tangit seu impugnat.

Sit igitur conclusio, quòd † articuli non dicuntur ob- 7
iectiui, sed de iure dantis, quando tendunt principaliter ad conuersationem iuris dantis, quæ extenditur, vt procedat etiamsi articuli virtualiter, & effectualiter, seu

secun

secundario ius aduersarij excludant, & impugnent, dummodo formam positionis ipsius aduersarij, nec illius personam expresse tangant, vt per Oldr. ad. d.consil. 170. ponendo exemplum in duobus litigantibus de beneficio quod ad collationem Episcopi, & capituli simul pertinebat, quorum primus fuit electus ab Episcopo, & capitulo coniunctim puta calendis Septembris. Secundus verò à capitulo tantum: ideò secundus, vt iustificet ius suum & sic potestatem eligendi tunc spectasse ad capitulum tantùm, deducit in articolis Episcopum fuisse excommunicatum tempore electionis aduersarij. Pro quibus verificandis deducit Episcopum de tali anno mense, die, excommunicatum, adeò quòd tempus excommunicationis præcedat electionem primi electi, dicit Oldra. quòd ex quo ius suum tantùm prosequitur, nec electionem primi, nec personam tangit, licèt pro verificatione iuris sui excommunicationem Episcopi ante electionem aduersarij deducat, non dicitur dare articulos, quia ad exclusionem iuris aduersarij principaliter nō tendit, sed tātùm ad sui iuris confirmationem. Et attendi solet, quod principaliter agitur, & maximè in criminibus, seu materijs obiectiuis. Nam ex voluntate, & proposito crimina distinguuntur. l. verum. ff. de furt. c. voluntate. de senten. excommunica. Et ita etiam determinat Io. And. in add. ad Spec. in titulo de teste. §. nunc videndum, in addi. magna, col. 4. vers. præter prædicta, vbi recitat cons. Oldra. eo tamen tacito.

Contraria est conclusio, quòd articuli dicuntur electiui, quando articulans non intendit ius suum princi-
8 paliter deducere, sed excludere ius aduersarij, quod † extenditur, vt procedat etiamsi per exclusionem iuris alieni vellet ius suū includere, vel fortificare, seu augere, vt per Archid. in d.c. vt circa, post alios ponendo exemplum in eo, qui dicit, quosdam ex electoribus aduersarij fuisse criminosos, licèt ex hoc augeatur ius ipsius opponentis, tamen in eo non fundatur, & ideò non debet audiri. Et hoc idem latè prosequitur Oldrad. in d. consilio 170. quod dicit inter cætera colligi allegans Ioa. Monach. ex
9 obseruantia palatij, quæ vult articulum † datum de excessiuo valore contra eum, qui habet de minori continere obiectum, & propterea non debere admitti. Idem quoque latè firmat Thom. Fastol. dub. Rot. 24. ponens exemplum in duobus expectantibus beneficium proximè vacaturum, quorum quilibet deinde vacando beneficium fecit sibi de eo prouideri per executores, & eorum quilibet à processu, & prouisione alterius appellauit, licèt in appellatione nullos obiectus expresserit, postea in prouisione appellationis vnus contra alium dat in articulis de consumptione gratiæ, quia aliud beneficium acceptauit: concludit Dominos voluisse, quòd cap. vt circa. & clem. const. locum habeant, quia licèt ex facto aduersarij augeatur ius dantis articulos, vel verificetur, vel declaretur, tamen cùm ius ipsius dantis articulos in eo principaliter non fundetur, quòd nullo modo debeat audiri.

Hæc tamen conclusio sic declarata, & per consequens ca. vt circa, & clemen. consti. procedunt, † vbi dantur ob-
10 iectus iuris alterius merè exclusiui: secus si essent fundatiui iuris opponentis, vt per Fastol. dub. Rot. 59. in secunda ratione, ponenda exemplum in Martino expectante canonicatum in Duraten. Ecclesia proximè vacaturum, in qua quidam Adulfus laborans graui infirmitate adeò, vt eius salus disperaretur, permutauit rectoriam suam cum alia, deinde infra 10. dies decessit, ordinarius vigore permutationis priùs factæ processus fulminauerat, à quibus processibus Martinus appellauit, & in appellatione tunc interposita, nihil expressit. In prosecotione verò appellationis dat articulos, quòd illa rectoria vacauit per obitum, & quòd permutatio fuit dolosa, & in fraudem ipsius expectantis fuit quæsitum, *an deberet admitti dans istos articulos?* Fuit conclusum, quod sic, inter reliqua ea ratione. Nam ex quo dicit, quòd vacauit rectoria per mortem, deducit ius suum ad verificandum, aut necesse habet deducere fraudem, & dolum permutationis factæ, & sic obiectum, in quo ius opponentis fundatur: meritò non habent locum c. vt circa, & d. clem. const. Ita dicit debere limitari dicta per Archi. in d.c. vt circa. volentem, *vt supra memini*, etiam illos articulos, vt obiectiuos, debere repelli, in quibus ius opponētis etiam augetur, vt non procedat, quando ius opponendi, non tantùm ex articulis datis augetur, quantùm ex eis fundatur.

Secunda declaratio, seu † fallentia ad d. c. vt circa, & 11
d. clem. const. colligitur ex dec. 36. de appellat. in nou. quę vult, quòd si possessor beneficij appellat in partibus extraiudicialibus, asserens sibi canonicè prouisum, & aduersario nullum ius competere, & propterea indebitè ab eo molestari, nihil in appellatione exprimendo, vel obiiciendo, iste non repellitur ab obiectis dandis in curia. Ex quo enim secundum d. decisionem materia illa est multum exorbitans, & pœnalis, & rigorosa, debet strictissimè intelligi, & ideò cùm iura illa loquantur in appellante, qui obiectus deducit, non habebunt locum in eo, qui nullos obiectus deducit, & ius suum allegat. Et bene facit, quod dicit Gem. in cap. procurator, in versic. & per hoc patet, quod malè determinauit quidam disputans hic, qui tenuit, quòd non valet appellatio, quam interposuerat procurator sine speciali mandato ab executore, ne prætextu talis prouisionis Dominus suus molestaretur super possessione talis beneficij, quod canonicè fuerat adeptus, quia ca. vt circa. non procedit, vbi appellans ius allegat, per clem. const. eod. tit. subdit tamen eadem decisio aliquos tenuisse, quòd si iste talis appellaret, & ius suum non allegaret, quòd tunc ab obiectis dandis deberet repelli, ex quo in appellatione materiam tantùm impugnatiuam deducit. Et ita in hoc vltimo resider Fasto. dub. Rotæ 24. vbi expresè vult, quod qui in appellatione nullos obiectus expressit, quando ius suum in appellatione non deduxit, nullo modo possit dare articulos obiectiuos.

Tertia fallentia est, quòd d. ca. vt circa, & clem. const. 12
procedunt, vbi appellatur ab electionibus, postulationibus, & prouisionibus: secus vbi appellaretur à processib. super eis fulminatis: nec sufficit, quòd occasione electionis, seu postularionis, seu prouisionis appellaretur, nisi ab eis, vt verbis illarum constitutionum satisfiat, appelletur, ita Fasto. dub. Rotæ 59.

Exemplum ponit de Martino expectante canonicatum proximè vacaturum, quod latiùs retuli in prima fallentia. Fuit conclusum secundum eum, quod verba c. vt circa, & clem. const. non loquuntur, vbi in processibus, prouisionibus, electionibus, & postulationibus appellatur, sed ab ipsis electionibus seu postulationibus, seu prouisionibus.

Sed aduerte, quia si fallentia esset vera, videntur illa iura imposita verbis, & non rebus, contra l. a. C. de legi & ca. commisso, de elect. in 6. & facillimè fraudarentur. In contrarium etiam facit, quia quod disponitur de principali, censetur etiam dispositum de eius accessorijs. Nam iurisdictio † super principali exercetur etiam in conne- 13
xis. clemen. 2. in verbo, eas. de iudic. Hinc est, † quòd 14
liberatio super principali trahitur ad dependentia etiam non expressa. Bar. in l. Aurelio. §. grauis. in 6. q. de libe. legat. Et † prohibitio de non transigendo super alimentis
15 operatur etiam super appenditiis. Bart. in l. si cum 13. §. si veni. de transf. & plura similia per Rom. consi. 343. in penul. col. Et ideò Fastol. dub. Rot. 24. vult, quòd si appelletur à processibus executorum, & eorum prouisione, quòd dicta iura locum sortiuntur. Qua quidem in re Dominicus in d.c. vt circa. §. fi. de elect. in 6. post Lapum & Abb.

16 Abb.antiq.concludit, † quòd si executor, vel in prouidendo,vel in exequendo processit cum caussæ cognitione,quod potest,iuxta not.per Imol.Innoc.& alios in c. fin.de præsumpt.

Tamen,si appellatur cùm grauamen illatum sit iudiciale non habebunt locum dicta iura, quia vbi appellatio est iudicialis,ea non procedunt.cap.constit,de elect. in sexto.Si verò processent sine caussæ cognitione,cùm grauamen illatum sit extraiudiciale,tunc dicta iura sibi locum vendicant

17 Quartò fallit † in appellatione iudiciali. Nam in extraiudiciali tantùm procedunt, vt per gl.Io.And.in verf. appellari.ad fi.& per c.constitutio.de elect.in 6.& rationem differentiæ assignat glo.& Do.in d.c.constitutio,& de ista fallētia meminit Fastol.dub.52.& Archi.post antiq.in d.cap.vt circa.

18 Quintò fallit † vt non procedat, quando appellatur ad inferiorem. sed ita demum locum habeant si appelletur ad Papam,& non aliter.ita dicit Rot.decis.13. de testib.in antiq.sequendo Arch.sed Io.And.in d.c. vt circa. in ver.appellan.sequitur opinionem Gatsiæ tenentis cōtrarium,& eam defendit.Idem facit in cap.is qui.vbi eā repetit.eod.tit,de elect.in 6.& in cap. procuratori. eod. tit.cum quo Domin. & Philip. post Imol. & alios transeunt,nisi visus se haberet in contrariū,vt attestatur Lap. & Abb.antiq.prout refert ibi Domi.in d.c.vt circa.quod seruatur opinio Arch.

19 Sextò fallit,vt † non procedat, quando appellatur à prouisione faciendum, quia debet tunc appellari contra certam personam.

Secundus si appelletur in genere á grauaminibus cōtra omnes.c.qui contra certam,de elect. in 6. etiam meminit glo.in d.c.vt circa.in verf.facienda.Et cuius effectus sit talis appellatio,ponit Dominicus in d.c.vt circa,§.fin. ad fin.

20 Septimò fallit,† vt non procedant in opponendo,sed contra prouisiones electiuas, seu postulationes qui non appellauit,vt per Domin.in d.c.vt circa,in 1.q. post Archid.& Io.And.

21 Vltimò sciendum † est,quòd licet expulsio approbandi,iuxta d.c. vt circa,& clem.constit.habeant vim rei iudicatæ,& sit irreparabilis,Rot.decis.3.de proba.in antiq. hoc tamen debet intelligi,& limitari, prout bene declarat Rot. tangens hoc articulum quomodo habeat vim rei iudicatæ.de except.decis.3.in antiq.

Vltra materiam c.vt circa,& clem.constit.quæ iura loquuntur, vbi ex appellatione in iudicium deducta lis oritur, vt supra visum est.

Palatium articulos obiectiuos in caussa quocunque modo etiam sine appellatione introductos,nisi dati fuerint in termino ad articulandum,semper consueuit reiicere.

22 Ratio autem hæc est,quia † omnes termini post litem contestatam,vel habitam pro contestata censentur peremptorij,secundum Rot.decis.2.de sequest.poss.& fruct. in nou.& 10.de re iud.in nou.& de testib.22.in antiq.termınus verò ad probandum censetur semper peremptorius,vt per Bart.in l.1.C. de dilat.

23 Et licèt † post lapsum ipsius termini de rigore iuris nemo debeat admitti ad probandum,nisi beneficio restitutionis in integrum,tamē ex æquitate Palatiū etiam in caussa profana omnes admittit sine restitutione in integrum,vt per Rot.decis.2.de rest.in integ.in nou. & de testib.91.in nou. & 21.in antiq.eo.tit.quæ dicit,quòd ita fuit conclusum,vt pro stylo seruaretur. Ægid. decis.475. in 2.& 3.col.

24 Hunc autem † rigorem seruat Palatium in articulis obiectiuis,& criminosis,pro quibus etiam restitutio negatur.Rota decis.2.de sequest.possess.& Ægid.dicta decisio.475.

Hinc est,quòd Rot.decis.1. de except. in antiq.dicit quòd de stylo Palatij introductum fuit,vt † articuli obiectiui post terminum ad articulandum non admittantur.Et hoc idem recetit Ægid.decis.399. 25

Quamobrem Rota materiam obiectiuam non ita rigorose intelligit,secundum c.vt circa.Sed humaniùs & benigniùs,& propterea Rota de sequest.possess.& fruct. decis.1.in nou.licèt loquatur in gratia, si neutri , tamen generaliter dicit † quòd articuli merè obiectiui nō dicūtur illi, qui includunt ius partis,licèt partem cōtrariam reiiciant.Et Rota de except.decis.18.in antiq.ad propositum dicit,† obiectiui dicuntur,quando etiam eis probatis nullum ius acquiritur danti. Sed vbi eis probatis excluderetur aduersarius,& ipsi danti acquireretur ius, tunc non dicuntur obiectiui,& post terminum isti debent admitti.Exemplum ponit in secundo impetrante, qui dat articulos contra primum impetrantem de incapacitate , seu inhabilitate eo,quòd contraxit matrimonium,ex quo per exclusionem primi includitur ius secundi:Concludit,quòd tales articuli sunt de iure dantis, & non obiectiui.Et ita etiam mill.inquit seruari in ver. articuli. 26 27

Non † omitto,quòd Ægid.decis.482.ad cognoscendum materiam merè obiectiuam,tradit, regulam generalem,quòd vbicūq.danti articulos ad canonizandum, ius suum nō est necesse illos probare,sequitur quòd materia in eis contenta est merè obiectiua. 28

Aliam quoque doctrinam ad cognoscendum , quando articuli dicantur de iure dantis,& non obiectiui,ponit Ægid. decis. 399. Sed quia eius opinio in eo articulo,quem ibi tangit non tenetur,vt infra in quinta extensione ad regula ostendā.Ideò non curo eam referre.

Viso igitur,qui dicantur articuli merè obiectiui , secundùm stylum palatij , sciendum est , † quòd ideò ipsi repelluntur,quia præsumuntur calumniosi,Ita dicit Rota decis.2.de excep.in antiq.& 1.de accusat.in nou. 29

Hæc autem regula, quòd articuli obiectiui non admittuntur post terminum ad articulandum , † procedit etiam si pars verbo deducit articulos in termino,nisi facto ipso dedetit.Ita Rota decis.18. de except. in antiq. licèt Ægid.decis.439.quando fuerint dati verbo, in termino,& postea dātur post terminum facto,multum dubitet,an deceant admitti. 30

Secundò extenditur † etiam si pars dederit articulos facto,& petierit eos sibi restitui ad corrigendum , quia auditor debet eos priùs videre,& si inuenerit eos obiectiuos,debet illos admittere.Rot.decis.33.de probat. in antiq. 31

Tertiò extenditur, vt † articuli obiectiui ter repulsi neque in secunda neque in tertia instantia ampliùs possint dari,& dati non debent admitti.Rot.de excep.decis. 2.in antiq.ad fin. 32

Quartò extenditur,† vt articuli obiectiui nō debeāt admitti etiam via restitutionis in integrum , quia pro eis admittendis deneganda est omnino restitutio in integrum,Rot.decisio.2.de except. in antiq.& decis.2.de sequest.poss.in nou.Ægid.decis.475.in 2.& 3.col.per l.auxilium.de minor. 33

Quintò extenditur,vt † procedat in caussa criminali ciuiliter intentata,vt in actione iniuriarum ciuiliter intentata.Rot.decis.22.de testib.in antiq.& decis. 2. de sequest.poss.in nou.prædictæ tamen decisiones dicūt hoc casu multum fuisse dubitabiles,& Dominos fuisse diuisos.Ægid. verò decis. 399. refert opinionum inter auditores varietatem,& decis.439.latè prosequitur, & ibi ad finem subdit,declaret Apollo. 34

Sextò extēditur, vt † articuli obiectiui non possint post terminum dari , licèt dati fuerint in termino aliqui articuli ad effectum subreptionis, & ad omnem alium effectum qui parti ipsi sit magis proficuus,nam vigore 35
huius

huius generalis dationis, non poterit alium casum pro-
sequi, vt puta priuationis, vel consumptionis, quia illa
generalis datio materiam specificam nó continet. ita de-
clarat Ægid.decis.562.

36 Septimò extêditur, vt † articuli obiectiui dati post ter-
minum non admittantur, vt procedat non solum si den-
tur contra ius aduersarij, sed etiam si dentur contra pro-
bationem illius iuris. ita Ægid.decis.192. allegat Compo-
stel. in c.quod sicut, de elect.

37 Octauò extenditur, vt † non admittantur articuli ob-
iectiui ad probandum, etiam per confessionẽ partis, quia
licèt aliâs non videatur exclusa, vbi ad probandum quis
reiicitur, tamen sic excluderetur ad probandú etiam per
confessionem partis, vt per Rot.decis.3. de probat. in an-
tiq. Et ratio est, quia terminus conceditur ad articulan-
38 dum & ponendum, quas † positiones intendit per con-
fessionem partis probare. cap. præsentium. de testib. Sed
cùm lapsus sit terminus, meritò ampliùs non debet audi-
ri. Et idem cõcludit Rota decisio.20. de testib. in antiquis,
quæ idem repetit.

39 Nonò extenditur, vt † articuli obiectiui sint dandi in
termino impugnãdi ius aduersarij esto, quòd aduersarius
ius suum nondum produxisset, & sic necesse est, quòd ar-
ticuli quandam obiectionem sentiant. Rot. decis. 14. in
nou. de testibus.

Decimò extenditur, etiam si † dans articulos protesta-
tur, quòd possit corrigere, aut nouos dare, quia ista pro-
testatio non releuabit a dandis articulis obiectiuis, quan-
do materia erat prius orta, secus si materia sit post termi-
num ad articulandum data. Ioa. And. referẽs Compostel.
in cap. quod sicut. de elect. in regula generali ad fi. de reg.
iur. in 6.

Quatenus autem Ioan. And. ibi facit differentiam inter
materiam prius, vel post ortam, an hoc sit verum, tãgam
infra in nona fallen.

41 Vndecimò extenditur, vt † lapso termino ad proban-
dum in partib. si tamen per appellationem à grauamine
vnà cum negotio principali committatur in Rota, licèt
termini palati (extra curiam non seruentur, tamen lapsus
illius termini obstabit, ne possint dari obiectus. Ægid. de-
cis.74.

42 Fallit hæc regula primò, quando † esset impetrata cõ-
missio, vt possint dari post terminum. Rota decis. 11. de
rescrip. in nou. Et tunc secundum dict. decisionem si cõ-
missio esset impetrata in prima instantia, vigore talis cõ-
missionis non possent dari in vlteriori instantia, quàm
in ea, in qua fuit obtenta huiusmodi commissio. Quod
tamẽ declara, & intellige, vt ibi per eum. Item circa istam
limitationem aduerte, quia si in commissione esset peti-
tum, quòd non obstante mala specificatione, & lapsu ter-
mini possit dari materia obiectiua, & signatura respon-
deret, placet, non obstante mala specificatione, tunc re-
feruntur etiam post lapsum termini. Ægid. decisiu.
327.

43 Secundò fallit, quia † licèt articuli obiectiui non po-
tuissent post terminum ad articulandum probari per te-
stes, possunt tamen probari per instrumenta. Rot. de pro-
bat. decis. 3. in antiq. Et recognitiones instrumenti tunc
possunt probari per testes, Nam per terminum ad articu-
landum, & ponendum, est tantum exclusus ad proban-
dum per confessionem partis, & per testes, non autem à
termino ad producendum, in quo sine alia articulatio-
ne posset producere instrumenta, per quæ probaren-
tur obiectus. Cùm ergo possit producere instrumenta,
ergo poterit omnia facere, quæ sunt necessaria ad illam
productionem, & sic poterit fieri probatio notario-
rum, & sigillorum, si negentur. l. ad rem mobilem. l. ad
legatum. de procurat. capitu. præterea. de offic. delega. Be-
ne etiam facit, quia vbi non potest fieri probatio per te-
stes, si fieret per instrumenta cum testibus, tunc proba-
tio non censetur reiecta, imò admitti debet. Alexand. &
Doct. post Bartol. in l. certi cõdictio. †. quoniam. ff. si cert.
peta.

Et † quòd obiectus possint probari per instrumenta 44
post terminum, & recognitiones sigillorum, & autoritas
notariorum per testes, idem concludit Rot. in antiq. decis.
20. de testibus.

Huiusmodi etiam fallentiæ alia ratio magis generalis
potest assignari. Nam articuli obiectiui post terminum
ad articulandum ideò repelluntur, quia præsumuntur ca-
lumniosi, vt supra dictum est:: sed † probatio, quæ sit per 45
instrumenta, dicitur manifesta. Bart. in l. 1. col. 2. de oper.
nou. nuntia. per text. in cap. cum olim. de verb. signif. Et
quòd ibi post Bartol. latè per modernos tollitur ista præ-
sumptio.

Tertiò fallit, † quando articuli obiectiui dantur per 46
viam exceptionis contra iuramenta, & iura producta, in-
distinctè potest excipere reus, vt per Ægid. decis. 429.
cum præceden. & per Rot. de except. deci. 3. in antiq. quæ
vult etiam, quòd † contra articulos datos per actorem 47
potest contrarios & obiectiuos dare reus, quos poterit.
probare per testes, quando suos actor velit per testes pro-
bare, aliàs non, ex æquitate, l. peten. C. de temp. in integ.
rest. peten. Et sic licèt reus esset exclusus lapsu termini, ta-
men si actor velit quicquam contra actorem, audietur
reus excipiendo, quia repulsus ab agendo non repellitur
ab excipiendo. c. intelleximus. de iud. ca. cum inter. de ex-
cept. Et ideò dicit Rot. decis. 27. de testib. in antiq. † quòd 48
licèt post terminum non dentur articuli obiectiui, tamẽ
admittuntur exceptiui, secundum quod seruat Rota, &
si quis sciuerit istam fallentiam, excitabit multas difficul-
tates, & maximè illam, quam tangit Rot. decis. 14. de te-
stib. in nou.

Hæc † tamen fallentia non procedit, vbi per viam ex- 49
ceptionis dantur articuli de crimine, quòd prouisum de
beneficio non repellit, vel sunt crimina regulariter op-
posita per viam exceptionis. Nam non deponitur regu-
lariter quis à beneficio propter crimen oppositum à be-
neficio excipiendo, licet probatum, sed debet proponi
per viam accusationis. Rot. decis. 1. de excep. in antiq.

Quartæ fallit, † quando dantur post terminum & res 50
est integra, & sumus prope terminum. Nam cùm partis
multum non intersit, licitum est purgare moram, ita re-
fert Ægid. tenuisse tres Dominos decis. 399. Tamen sub-
dit, quòd alij tenuerunt contrarium, & sic hæc fallentia
non est vera. Idem etiam Ægid. prosequendo casum d.
decisio. 439. de quibus etiam supra in quinta extensione
memini, refert Dominos fuisse valde varios. Et propterea
nihil audet firmare. Sed decis. 2. de sequestrat. poss. quæ
refert Dominos fuisse diuisos, & caussam fuisse positam
in relationib. & opin. Ægid. recitat, tandem concludit,
quòd fuit pronuntiatum, quòd articuli non debent ad-
mitti. & ad omnia, quæ allegabantur in contrarium, res-
pondet.

Quintò fallit, si † post terminum ab auctore admittan
tur, & pars non contradicit. Rot. decis 15. de testibus in 51
antiq. quæ dicit, quòd pars debet contradicere protestan-
do saluo iure non admittendorum, & non recipiendo-
rum, subdens, quòd in palatio consueuit dici, iam sumus
in probatis, & constat de non iure aduersarij. Et ad con-
firmationem huius vide multa per Felyn. in cap. pastora-
lis. colum. 9. versic. vltimo examino dubium. de except.
& multa quæ aggregantur per Moder. Mediol. in l. certi
condictio. §. quantum ff. si cert. pet. Et ad hoc, quòd pro-
batio, quæ non debeat admitti si admissa fuerit, quod va-
let. Et de ista fall. est text. in clem. cõstit. ad fi. de elect. quæ
ad hoc alleg. decis. 3. de except. in antiq. Ægid. verò decis.
270. dicit, † quòd si lapso termino ad articulandum iudex
alium etiam terminum assignet, & pars non appellat 52
quòd valet articulorum obiectorum admissio. Sed hic
videndum

videndum est, an sufficiat, quòd pars contradicat, vel si
non obst. contradictione iudex procedit, sit necessaria
appellatio.glo.Ioan.And.in d.clem.constit.ver. legitimè,
videtur velle, quòd sufficiat contradictio expressa prote-
stando.Et idem videtur velle d.decis.13.de testibus in an-
tiq. Ægid. verò in d. decis. 270. videtur velle, quòd pars
appellet. Sed aduerte quòd Felin.in ca,cùm contingat.in
2.colum.in ver.nō ad hoc primo,de off.deleg.generaliter
53 concludit, † quòd vbi per iudicem admittitur probatio
aliàs reiicienda, sufficit secundùm eum, quod pars con-
tradicat licèt non appellet, allegat Bal. qui de appellatio-
ne nullum verbum facit.Sed quòd imò generaliter requi-
ratur appellatio,tenent Io.Mon.Arch.Ioa.Andr.in c.1.de
accus.in 6.Io.And.in c.2.eod.tit.ad illius tex.intellectum,
& idem generaliter latè concludit ad declarationem c.1.
de restit.spoliat.Aretin.in §.nihil commune.de acquiren.
possess.Et in terminis de quibus agitur idem firmat Card.
in d.clem.const.ex fin.in 1.col.declarans glo. ibi vt intel-
ligatur inuita parte & appellante,& eisdem mouentur ra-
tionibus,quæ per Aretin.allegantur. Et hanc opin. gene-
54 raliter,quòd † vbi probatio admitti non debet, necessaria
sit appella. tenet Felin. sub dubio tamen fortè in ca. inter
monasterium,in 14.col.in ver.tempera tamen hanc limit.
de re iudic.
55 Fallit sextò, pro † verificatione gratiæ si neutri, vt
ostendatur alteri ius non competere.Rot.de except.decis.
6.in antiq.& primo de seq.poss.in nou. & decis. 14. de te-
stib.in antiq.
56 Fallit septimò,† pro testibus affuturis,Ægid.decis.726.
& decis.21.de testib.in nou.& vltima, de seq.poss.in nou.
quæ vult, quòd etiam in caussa possessorij articuli con-
cernentes petitorium pro testibus affuturis admitteren-
tur.
57 Fallit octauò, quia † articuli obiectiui qui non pos-
sunt dari in prima instantia, quia post terminum, pos-
sunt dari in secunda, dummodo in termino dentur, de-
cis.a.de except.in antiq.& idem concludit decis.889.eod.
58 in antiq.hoc † tamen limita, nisi articuli obiectiui inhæ-
rerent ex mera appellatione, quia etiam in secunda non
poterunt dari, neque reformari, decis. 15. de testibus, in
antiq.
59 Secundò limita, † nisi articuli obiectiui, qui possent
aliàs dari in secunda instan.ter repulsi fuissent in prima,
quia amplius dari non possent,decis.3.de except.in antiq.
60 Fallit nonò, quia † articuli obiectiui possunt dari post
terminum, etiam post conclusionem in caussa, vbi noti-
tia materiæ obiectiuæ post terminum lapsum, seu con-
clusum in caussa superuenit, de quo statur iuramento ar-
ticulantis,ita concludit Ægid,decis.vltim.voluisse Domi-
nos decis.561:licèt primò arguat in oppositum & alleget
stylum palatij fuisse aliàs in contrarium. Et idem videtur
concludendum in decis.a.de sequ. poss. ad fin. licèt supe-
rius in 2. colum. prope fin. in versic,nec obstat, dicat se-
cundùm Vbertum, quòd talis decisio continet iniqui-
tatem, ex quo homines sunt proni ad deieran. capit. & si
Christus, de iureiuran. Et quòd possit dari, tenet etiam
Rot. decis. 14. ad fin. de testib. in nou. Sed aduerte, quia
tota hæc quæstio orta est ex deductis Compostel. in cap.
61 quod sicut,prope fin.de elect.vbi voluit, quòd † post ter-
minum peremptorium etiam quòd materia de nouo su-
peruenisset, quòd non deberet audiri. Nec obst., secun-
dum eum c. pastoralis, de except.quia non loquitur, vbi
esset assignatus peremptorius, nec etiam loquitur in ex-
ceptionibus peremptoris,& materia illius c.cùm sit exor-
bitans,quòd stetur iuramento vnius, & viam aperiat ma-
litiis non debet extra terminos suos extendi. Et hæc di-
cta Compostella, ferè ad verbum recitantur, per Specu-
lat. in titu. de except.& dicto versic.sed pone.Ioan.Andr.
refert in d.c.quod sicut.Compost. & eum eo transit,præ-
terquam in casibus à iure expressis, de quibus in c. vt cir-
ca.& clemen.constit.de electio.licèt in reg.cum ad fin. de
reg.iur.in 6.aliter distinguat. Sed dict.Anto.in d.ca.quod
sicut, indistinctè tenet contra Compostel.Et idem tenuit
Imol.Abb.& omnes moder.in d.c.pastoralis. vbi respon-
det argumentis Compostel.& ea penitus tollunt.
Quod autem concludit Ægid.d.decis.561.quòd etiam
† post conclusum in caussa, si superueniat notitia mate- 62
riæ obiectiuæ, quòd de illa etiam tunc potest dari, con-
trarium tenet Butr.in d.ca.pastoralis,in 7.colum.& Abb.
& Felin. per quædam læuia ibi per eos adducta, quibus
Dec.ibi optimè respondet, tenent opin. Ægid. licèt de eo
non meminerint.Quæ opinio aperta ratione comproba-
tur. Nam materia obiectiua, ex quo de nouo superuenit,
vel eius notitia post terminum ad articulandum, vt iam
dictum est, admittitur. Solùm autem obstat conclusio
caussæ secundùm aliquos, sed in beneficialibus conclu-
sio non impedit, quin probationes admittantur, vt la-
tè per Felin.in cap.cùm dilectus,in 3.fall.vbi plures decis.
allegat,de fide instrum. Ergo sequitur quod opin. Ægid.
est vera.
Fallit decimò in † caussa profana, quia articuli obie- 63
ctiui post terminum dati in caussa admittuntur, decis.27.
de testib.in antiq.tamen Rot.decis.9. de testib.in nou.vi-
detur velle, quòd ita demum post terminum in caussa
profana admittantur,si sunt de iure dantis,& si dentur an-
te cōclusum in caussa.Ægi.verò conclus.447.vult † quòd 64
articuli in caussa profana,si sunt de iure dantis,admittan-
tur etiam post conclusum in causa arbitrio auditoris si sit
conclusum,retenta potestate, vel caussa summaria, aliàs
non.
Fallit 11. si † termini sunt nulliter seruati, & reite- 65
rantur, & in termino ad articulandum possunt dari ob-
iectus, & articuli obiectiui à quibus dans erat exclusus,
si termini fuissent bene seruati. decis. 6. de procurat. in
antiq.
Fallit 12. ex † stylo palatij in tertia instantia quia pas- 66
sim articuli obiectiui post terminum admittuntur: nul-
lum enim tempus superest quo possint dari. Nam articu-
li obiectiui ideò repelluntur, quia præsumuntur calum-
niosi: sed vbi † irreparabile præiudicium nascitur, ne- 67
mo repellitur ex quacunque præsumptione calumniæ,
ita Bald. in l.1.qui accusar. non poss.Anton. in capitul. li-
cet caussam,de probat,Alexand.consil.17. num.3.colum.
6.plura allegat,in primo vol.Et ideò de æquitate, ne eius
articulum omnino pereat, Palatium admittit articulos
obiectiuos post terminum datos, & ita vidi semper ob-
seruari.
Fallit decimotertiò in eo, † qui impetrauit de vacan- 68
te per extrauag. execrabilis, & alias quouis modo vacet,
vel c. de nulla, & iurium similium, quia etiam audiretur
post terminum, ex quo non caussetur dari obiectus, nec
requiritur in eo exacta specificatio Ægid.decis.430.
Fallit decimoquartò, quando † in termino esset da- 69
ta vna materia obiectiua, quia si aliæ dantur postea ad il-
lam coadiuuandam, quæ ex eodem medio nascerentur,
deberent admitti. Ægid. decis. 435.& 436. vbi ponit
exemplum de eo, qui contra instrumentum permuta-
tionis dedit in termino, quòd fuit facta ab infimo
contra cap. secundum, de reuum. in 6. postea vult dare,
quòd erat demens, & alias fraudulentam permuta-
tionem docere, dicit Ægidius, quod est audiendus de-
cis.501.
Secunda regula est, quòd licèt articuli obiectiui den-
tur in termino, tamen † debent esse bene specificati, & 70
bene formati, aliàs non admittuntur. Rota decis. 26. in
antiq.de testibus. Nam cùm præsumantur calumniosi, vt
decis.prima de accus.in nou.& decis.18. de except. in an-
tiq.vt cesset calumniæ suspicio, debent habere exactam
specificationem. Hoc tamen † intelliges secundùm de-
cis. prædictam 28.de testib. quando nullo modo sunt de

iure dantis, adeò, quòd sint merè obiectiui: alioquin si
etiam ius dantis contineant, licèt sint obiectiui, tunc
non requirunt tam exactam specificationem, quantum
requirunt illi, qui nullo modo sint de iure dantis. Hæc
72 † autem conclusio, quòd articuli obiectiui debent speci-
ficari, procedit primo etiamsi obtenta sit commissio,
quòd exacta forma possit omitti, tamen tunc, & aliqua-
liter debet specificari, vt contrarium possit probari, alio-
quin per indirectum tolleretur defensio. Rota verò de-
dis.18.de testibus in nou.dicit, quòd articuli obiectiui re-
quirunt exactam specificationem nominis, loci, & men-
sis, & aliarum circumstantiarum. Ad diem verò, & ho-
ram specificandam neminem arctat, nisi essent de sub-
stantia materiæ in articulis comprehensæ. Et illam deci-
sionem ad hoc vltimom refert Philip. in cap. procurator.
de cleric.in 6.
73 Secundò procedit, etiam si dentur † articoli obiectiui
per actorem contra reum nullum penitus ius haben-
tem in beneficio, quia articuli debent esse bene formati
& specificati, ita Rot.decis.30.de testib.in antiq. Hinc se-
quitur, quod articuli contra illum, qui in gratia sua dicit
se esse de genere Comitum, & quòd imò sit de genere
inferiori, nil aliud specialius dicendo non sunt bene spe-
74 cificati, ex † quo sunt obiectiui. Ægid.decis.445.
75 Articuli † insuper in quibus dicitur plus fuisse scri-
ptum quam dictum fuerit, si aliter non specificantur, non
sunt admittendi. Ægid.decis.146.
76 Articuli † de consuetudine ad impugnandum ius al-
terius non admittuntur, nisi specificent actus, ex quibus
sit orta consuetudo.407.
77 Articuli † de incompatibilitate, videlicet quòd quis
possidet per se vel per alium, vel de consumptione gratiæ
quòd quis acceptauit beneficium per se vel per alium,
non exprimendo illum alium aliter, licèt sint boni, ta-
men non sunt bene specificati, & ideò non admittuntur.
Rot.decis.vlt.de excep.in nou. Ægid.decis.445.
78 Articuli † quod Decanus & capitulum per tantũ tem-
pus sint exempti à iurisdictione ordinarij, nisi dent alium,
qui iurisdictione præscripserit, & in eos exerceat, non
sunt admittendi, quia obiectiui & bene specificati, aliàs
sic.Rot.decis.1.de rescrip.in not.
79 Non † omitto etiam quòd articuli obiectiui, qui dan-
tur de crimine non repellente promotum, vt puta de ho-
micidio, non sunt boni, & non admittuntur. Rot. decis.
1.de except.in antiq.
80 Articuli † etiam obiectiui ex eo quod quis sit intelligi-
bilis & incapax beneficij, quia beneficium tenuit, licèt
non fecerit se promoueri intra annum vt debebat, non
sunt boni, quia ex hoc non est incapax alterius beneficij.
Rot.decis. 3. in antiq. de except. Cancellaria autem tenet
contrarium, quia percipit fructus indebiti, super quibus
debet dispensari.
81 Fallit † ista conclusio quando articuli obiectiui de-
bent esse specificati in pœnam contumaciæ, nam arti-
culi obiectiui malè specificati possont admitti per iudi-
cem in odium non excipientis, dummodo sint de bona
materia, & effectus specificationis sit magnus. ægid. de-
cis.435.
82 Fallit secundo, quia † articuli obiectiui malè specifica-
ti, quando veniunt accessorie ad alios exclusiuos coadiu-
uantes, sunt admittendi, ægid.decis.436. & 501.
83 Fallit tertiò, quia † articuli obiectiui licèt malè specifi-
cati quamuis alias deberent reiici, tamen si sunt probati
per vnum testem, quia ex eo tollitur præsumptio calum-
niæ, possunt admitti in curia. ægid.decis.45.
84 Fallit quartò, si † essent admissi & probati, quia proba-
tio teneret, Rot.de testib.in antiq.decis.30.& seq.
85 Fallit quintò, quia † articuli licet non sint multum
specificati, tamen si illa, quæ debebant specialiter ex-
primi, possint probari per instrumenta, vel exprimi per
testes articuli admittuntur. Rot. decis. 7. de probation.
in nou.
Fallit sextò, vbi † articuli ex se non essent specificati, 86
sed referentes se ad alios articulos, vel eos repetendo es-
sent certi, tunc deberent admitti. Ægid.decis.572.
Tertiò. Videndum est an articuli obiectiui dati in ter-
mino, & malè specificati, possint post terminum declara- 87
ri. Et † in hoc Rota decis. 1.de accus.in nou. videtur velle
quòd sic, & idem tenebat Ægid. vt per Fastol.dub.33. sed
Rota decis. 14. in antiq.de testib.vult, quòd terminus ad
declarandum non datus pro materiis obiectiuis. Idem di-
cit Rot. de probat.decis. 8.in antiq. quòd in materiis ob-
iectiuis non habet locum declaratio. Et Rot. decis. 2. de
testib. in antiq. ponit exemplum in eo, qui dederat arti-
culos obiectiuos, & dicebat, quòd erat tempore, quo ra-
ceni maturantur in illis partibus, voluit declarare tem-
pus post terminum, videlicet quod de mense Augusti
raceni maturantor, concludit quod huiusmodi declara-
tio fuit reiecta. Et ratio † quare articuli obiectiui malè 88
specificati non possunt declarari etiam in termino ad
declarandum, quia ille terminus tantum prodest eis, qui
vtiliter valide articulauerint, licèt non ita clarè, vt res exi-
gebat, non autem est inuentus pro eis, qui nulliter & in-
ualidè articulauerant, quia quòd nullum est declarari
non potest. Ita dicit Oldrad. loquens de articulis obiecti-
uis consil.167.prope fin. Hæc tamen conclusio fallit † si 89
in annorum computatione sit diuersitas quando incipit
annus, vel ab incarnatione vel natiuitate vel aliter, vt
scribit Ægid.decis.57.
Secundò fallit † vbi quis impetrauit vacantem per de- 90
cret. execrabilis, vel alios quouis modo per illam clausu-
lam generalem admodum, c.de multa. potest post termi-
num ad ponendum & articulandum per modum decla-
rationis redire ad modum vacandi execrabilem, Ægid.
decis.430. An autẽ Auditor quando dati sunt articuli ob-
iectiui nimis generales possit instruere partem vt eos de-
claret, vt Ægid. decisio 120. in princ. ad quam decis. alia
eiusdem decis. 136. se remittit, tenet † quod sic, quando 91
sunt de iure dantis, sed si sunt merè obiectiui concludit
quòd nõ tantùm debet iudex velle coadiuuare materiam
vnius partis quòd alteri nimis obsit. Videamus nunc ali-
quos casus in quibos per decis.Rot.declaratum est, quan-
do articuli dicantur obiectiui.
Articuli † igitur in actore de capellania honoris seu 92
protonotariatus defuncti ad inducendum reseruatio-
nem, & ad excludendum aduersariis gratiam, videntur
obiectiui, Ægid. 612. Quod intellige secundum casum,
de quo loquitur, vt ipse ibi dicit, quoad effectum, vt con-
cludenter & necessariò probentur, non autem quin pos-
sent dari post terminum, quia, vt ipse ibi scribit, actor
petebat sibi adiudicari beneficium. Et sic præsupponen-
dum est, quòd includebatur in gratia eius, vt ipse habe-
ret de reseruato, & propterea articuli non erant merè
obiectiui, vt patet ex supradictis. Et hæc declaratio se-
quentes casus quos referam, prout res patietur, con-
cernet.
Articuli etiam sunt † obiectiui ex eo, quòd dicitur 93
quòd collatio beneficij non valuit facta Titio, quia ipse
erat excommunicatus propter violentam manuum inie-
ctionem in clericum Rot.decis.2.de probat.in antiq.
Articuli † quoque dicuntur obiectiui dati ab impe- 94
trante propter non promotionem infra annũ, ex eo quod
dicatur quòd aduersarius nõ fuit promotus infra annum,
vt tenebatur Ægid.154. Et est communis opinio quòd ta-
lis materia sit obiectiua.
Articuli † quoque de excessu in taxa, seu de excessiuo 95
valore possunt dati per modum obiectus. ægid. decis
471. Oldra. verò in consil.170. dicit, quòd ex obseruantia
Palatij articulum de excessiuo valore esse obiectiuum &
hoc vult glos.in clem.cõstit.in ver.præcepti, ad fi.de elect.
Sed

96 Sed † pro declaratione animaduertendum est quod arti-
culi de valore possunt dari quatuor modis, primò ab eo,
qui petit sibi beneficium adiudicari per gratiam ii neu-
tri, & tunc non dicuntur merè obiectiui. decisi. 1. de se-
quest. pos. in nou. & pleniùs supradictũ est. Secundò pos-
sunt dari ab eo, qui petit beneficium sibi adiudicari per
gratiam suam, licèt posteriorem, in qua verbi gratia ex-
pressit valorem ad 80. primus verò in data expressit ad
50. quoad vsum palatij, iste non dicitur dare materiam
obiectiuam, quia iste gratiam suam includit & verificat
licèt effectualiter gratiam alterius excludat. Rot. dec. 18.
de excep. in antiq. & latiùs supra dictum est, & secundùm
consi. Oldrad. 200. isto casu nullo modo essent obiectiui,
quia iste nullo modo impognat prouisionem aduersarij
nec illius personam tangit, licèt pro verificatione gratiæ
suæ tempus repetat lõge anteriùs prouisione aduersarij,
de qua tamẽ prouisione nullum verbum in articulis suis.
Tertio modo potest excessiuus valor dari ab eo, qui est
possessor & vult absolui tantùm cõtra actorem, vt illum
excludat propter verum valorem nõ expressum, & tunc
iste articulus de excessiuo valore est merè obiectiuus, &
97 istud est quod dicit Ægid. in d. dec. 471. quòd † fama non
probat excessiuum valorem datum per modũ obiectus,
innuens quòd aliàs potest dari de excessiuo valore vel
obiectu.

98 Articuli † de consumptione gratiæ dicuntur obiecti-
ui. Fastol. dub. 24. ita dicit Ægid. deci. 572. & deci. vlt. de
except. in nou.

99 Articuli † de ætatis defectu an dicantur obiectiui, &
an in eis requiratur specificatio natiuitatis quoad annũ
& mensem, Fastol. quod sic. dub. 27. Et quòd sunt obie-
ctiui. tenet Ægid. decis. 80.

100 Articuli † obiectiui secundùm stylum palatij sunt si
primus in data non habet de cura animarum, secundus
verò in data habet de cura, & iste secundus velit dare de
cura animarum contra primùm, obiectus est, vt per Æ-
gid. decis. 532. in 1. col. iux. fi. & sic tenet etiam Palatium,
quod est contra communes doctrinas.

Videamus nunc casus in quibus per decisiones decla-
ratum est, quòd articuli sunt bene specificati, seu sunt
boni.

101 Articuli † quòd Ecclesia annexa hospitali à tanto tem-
pore cuius initij memoria, licèt non exprimant, quòd
hospitale auctoritate Episcopi sit fundatum, sunt admit-
tendi, quia sunt de iure dantis, & quia tanto tempore
omnia præsumuntur facta solemniter. Rot. decis. vlt. de
testib. in antiq.

102 Articuli † contra agentem spolio, quòd ipse processit
vt iudex propter crimina, & cùm priuauit sunt boni, dã-
do tamen in termino & pro eis non datur remissoria. Æ-
gid. 496.

103 Articuli † contra instrumentum procurationis ad per-
mutandum quòd constituens erat infirmus contra acce-
ptantem Apostolicum sunt admittendi. Ægid. decis. 35.
Nam articuli de infirmitate seu fauore permutantis sunt
boni. Ægid. decis. 500.

104 Articuli † quòd quis dolo sit inductus ad contrahen-
dum, licèt indicia specialiter non exprimant, quibus do-
lo sit inductus, admittuntur. Ægid. decis. 3. licèt ipse con-
tra.

105 Articuli † Rectoris contra Archidiaconum vindican-
tem iurisdictionẽ in ipsum, in quibus dicit se subditum
Episcopo, licet sint implicitè negatiui, tamen quia pro-
biles, sunt admittendi. Ægid. 332. & an sint obiectiui, vi-
de ibi.

106 Articuli † obiectiui de infirmitate ita graui quòd de
lecto non poterat surgere, licèt non specificant infirmi-
tatem, nomine tamen illam declarant, vt dicantur satis
specificati. Faitol. dob. 31. de qua decis. meminit Felyn. in
c. fi. col. vlt. de except. vbi ille confirmat multis similibus.

Articuli † satis dicuntur specificati ad irregularitatem 107
contractuum probandam si continent materiam quòd
Titius fuit cum multis associatus Semptonium qui ag-
gressi sunt Caium & illum vulnerauerunt. Fastol. dub
34.

Articuli † obiectiui possunt dari per reum & possesso- 108
res nullum ius habentẽ, seu de cuius non iure clarè con-
stat. decis. 2. de except. in antiq. vbi per reum licèt intru-
sum contra actorem ad illum excludendum possunt da-
ri articuli obiectiui, quia † melius est, quòd ipse rema- 109
neat in possessione, quamuis iniusta, quàm quod aliis
detur vitiosus ingressus. Rot. dec. 6. in antiq. de re iud. &
deci. 4. in nou. Nec † iste habebit remanere in possessio- 110
ne, quia ordinarius ex officio poterit eum amouere. c. or-
dinarij, de offic. ordin. & ita declarat deci. 2. de except. in
antiq. & 7. in antiq. Articuli † verò obiectiui non dantur 111
à non possessore, nisi doceat de iure suo, & tunc non suf-
ficit quòd doceat expectatiuam, nisi doceat de accepta-
tione & prouisione. Ægid. decisi. 383. Illud autem quod
dictum est quòd possidẽs de cuius non iure constat, pos-
sit dari obiectus, intellige, † quando possessio est clara 112
& certa, aliàs si sit dubia & in disputationem reuocetur,
taliter possidens non potest dare obiectus, ita declarat
Oldrad. consil. 170. ad fin.

Articuli obiectiui quomodo probentur, Ægid. decis.
528. dicit † quòd non possunt probari per præsumptio- 113
nes, sed per veritatem: & ideò ad ostendendum gratiæ
consumptionem nõ sufficit probare acceptationem be-
neficij cadentis sub gratia, nisi etiam probetur quòd ac-
ceptauerat infra mensem. Hinc dicit Rotæ decisio. 2. de
prob. in antiq. Quòd † materia obiectiua debet probari 114
per proprietatem, & non per quasi opinionem, & debet
probari per veritatem, & non per reputationem: & ideò
si daretur de excommunicatione contra eum, cui facta
est prouisio, ex eo quòd manus violentas intulit in cle-
ricum vel presbyterum, non sufficit in ista materia pro-
bare per reputationem & communem famam vel quasi
opinionem, quòd ille, qui fuit percussus esset clericus vel
presbyter, licèt aliàs sufficeret. Rot. verò de probat. deci.
15. in nou. ad propositum dicit, quòd ad probandum ob-
iectus non sustlcit probare publicam famam & reputa-
tionem. Et sic ex prædictis constat, quòd materia obie-
ctiua per præsumptiones, neque per famam publicam,
& communem reputationem, sed per veritatem tan-
tum necessario & concludenter. Quod procedit etiamsi
articuli essent de iure dantis, & secundum stylum palatij
post terminum essent admittendi, tamen obiectus obti-
nerent quoad effectum probandi, † dummodo in parte 115
sint obiectiui, quia vltra inclusionem iuris dantis arti-
culos sunt etiam exclusiui iuris aduersatij & omnes æ-
qua lance vendicantur. Ægid. decisio 612. idem vult in
dict. decisio 15. de præben. in nou. Vbi † impetrans be- 116
neficium per assecutionem incompatibilis quoad indi-
cationem non sufficit probare assecutionem per famam
publicam, sed debet necessariò & clarè probare. Ergo
in casu decisionis ille vollebat verificare gratiam suam,
& sic ius suum tuebatur cum exclusione aduersarij, &
tamen arctatur ad probandum, ac si materiam merè ob-
iectiuam deduceret. Quod autem supra conclusum est,
quòd materia obiectiua non probatur per famam publi-
cam & communem reputationem, istud † adeò verum 117
est, quod etiamsi cùm fama publica concurrat vnus te-
stis de communitate non probatur materia obiectiua.
Ægidius decisi 471. loquens de excessiuo valore dato
per modum obiectus, quem refert & sequitur Felyn. in
capit. ad aures, de rescript. Nec mirum videatur, quia
† vbi sola fama non sufficit, tunc etiam iuncta cum vno 118
teste de veritate regulariter non probat, vt per glossas
& alios in capit. veniens, de testibus & in capi. primo de
appellat.

De articulis super consuetudine.

Sciendum est prout dicit glos.in fine, paulò post medium in cap.fi.de consuet. Quòd consuetudo diffici-
119 lis † est probationis. Imò Hosti. quem etiam Ioan. Andr. ibi, in 6. colum. refert, dicit absolutè propter tot requisita, quod est impossibilis probationis. Abb. verò in consi. 13. in 2. asserit, quod est difficillimum probare consuetudinem, & multi credunt esse consuetudinem in loco & errant. Idem difficillimum sit probare cõsuetudinem, firmat Fulg. consili. 6. Cardin. verò Floren. in e. fin. in 40. q. ad ff. de consuet. dicit, quòd magna adhibenda est diligentia in faciẽdo articulos super consuetudine, & quòd testes illam probent, & propterea quòd optimum est, quòd factum multum distinctè ponatur in articulis, vt testes sciant super eis deponere.

120 Articulus † autem super consuetudine debet continere tria principaliter, primò actũ, siue vsum populi, secundò actum siue vsus frequentiam, scientibus & consentientibus omnibus vel maiori parti eorum. Tertiò temporis diuturnitatem. & ita post Pet. Cyn. concludit Bart. post multa in repet. l. 2. in 28. q. Cod. quæ sit long. consuet. & Collect. Ioa. And. in c. fi. in sum. in 12. colum. Abb. consi. 33. lib. 2. Alc. consi. 45. in princ. & consi. 131. col. 3. vol. 2. & consi. 136. col. pen. Et idem cõcludit Aegi. consi. 27. in 2. dub. & decis. 64. & 65. vbi vult. in d. decisione, quod prædicta tria requiruntur vti substantialia, vt testes superinducti probẽt. Primò, videlicet quòd etiam non interrogati reddant rationem d. sui, quasi articulus consuetudinis probari videatur articulus iuris. Secundò, quòd testes sint concordes, seu contestes super pluralitate actuum. Tertiò, quòd debeant deponere de diuturnitate temporis incipiente ab aliquo actu nobili ad inducendam consuetudinem, aliàs si in aliquo ex his deficiant, non probant.

Igitur quòd testes teneantur reddere rationem dicti sui in probanda consuetudine, tenet Io. Andr. in c. fi. col. 15. ad fi. dicens, quòd si testis deponat, quòd in loco viget consuetudo, & alter nõ deponit de actuum frequentia, ex quibus possit discerni, an sit introducta consuetudo, quod non probant, quia dicẽdo esse consuetudinem potiùs est iudex quàm testis, & deponit de iure ex facto resultante, non autem de facto, & testis quando deponit de his quæ percipiuntur intellectu, debet caussam dicti sui etiam non interrogatus allegare. iuxt. not. per Imol. & alios in cap. cum caussam, de testibus. & ita etiam tenet ibi D. Anto. in penult. col. versic. 7. si testes sic deponunt. & sequitur Alex. consi. 45. in 2. Contrariam opin. tenet Bartol. in l. de quibus, in repet. in quæst. 4. princ. de legib. vult, quòd aut testes sunt periti, & illis deponentibus consuetudinem credendum est, aut sunt imperiti, & eorum dictum refertur ad consuetudinem, prout est facti non autem iuris. vt per glossa in simili. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque, de verbor. obligat. eandem opin. firmat Fulg. in dict. cap. fin. in 40. quæst. Et respondet, quòd licet ea, quæ percipiuntur intellectu, debeant probari per testes eum assignatione rationis, quamuis non interrogentur, tamen quando ratio ipsa percipitur modico discursu intellectus. testis probat, licet nullam rationem assignet, allegat not. per ipsum in d. c. cum caussam, de testib. eadem quoque opin. firmat Ioan. Faber, in §. ex non scripto, in vlt. col. Instit. de iur. natur. gen. & ciuil. & hanc opin. sequitur Curt. in d. cap. fi. Prima, tamen opin. videtur æquior & verior. Nam nititur pluribus & maioribus auctoritatibus, vt patet Et propterea Corn. consil. 293. in vlt. colum. lib. 1. dicit, quòd opin. Ioa. Andr. cuius maxima est auctoritas, est multùm æqua, & quòd opin. Card. illi contraria non est multùm tuta. Restat vt respondeamus argumentis, quibus hæc opinio Cardinalis & aliorum innititur.

Primum igitur fundamentum est in his, quæ modico intellectus discursu percipiuntur, valet dictũ testis esto quòd rationem dicti sui non alleget, prout dicunt Card. & Ab. in c. cum caussam. post Bart. quem allegant in tract. de testib. in 3. colum. versi quędam enim. modo secundum Cardin. facilè potest à teste percipi ipsa consuetudo: ergo illius dictum valebit, sed in hoc longè decipitur Cardin. quandoquidem, vt supra dictum est, secundum Ioan. Andr. in d. ca. fin. peritissimi deficiunt in deffinitione consuetudinis Hostiens. in d. cap fin. propter tot requisita dicit, quòd ferè est impossibilis probationi. Et Abb. in consi. 53. dicir, quòd multi credunt esse consuetudinem in loco & grauiter errant. Patet igitur etiam ex aliis auctoritatibus ad hoc supra adductis, quod difficillimum est iudicare de consuetudine, & non ita leue, prout articulatur Cardinalis.

Secundum fundamentum est Barto. in repet. l. de quibus, in 4. quæst. princ. ff. de legib. quòd † testes deponentes esse consuetudinem in tali loco debent referri ad factum & non ad ius. per gl. in simili, in l. stipulatio. §. hæc quoque de verb. oblig. per quam gl. dicit ad propositum Oldra. consi. 244. in 1. col. versi. ad secundum. quòd licèt aliqui existiment, quòd sit articulus respuendus tanquam ius continens, tamen est admittendus, quia ad factum refertur, & in articulo accipitur verb. consuetudo prout est quædam facti obseruantia, & ita dicit intelligi text. in l. de quibus. Et consuetudine introductum est, videlicet facti obseruantia. Vult ergo Bartol. quòd perinde sit ac si testis diceret ita fieri consuetum & obseruatum. Sed si testis ita dicit nihil penitus probat. Nam supra conclusum est secundum communem sententiam, articulum super consuetudine debere tria continere, scilicet actus sui vsum, actuum siue vsus frequẽtiam, & temporis diuturnitatem, quæ ex dicto testis, vt supra deponentis minimè inferuntur. Et ideò Io. Andr. in d. c. fi. dicit, quòd si † testis deponeret esse consuetudinem vt sufficerent tot actus, ex quibus consensus populi verisimiliter argueretur, tunc præsumptiuè concluderet, alioquin nihil probat. Huic opin. Ioan. Andr. consensit Ioan. Fab. in §. ex non scripto. col. vltim. Insti. de iur. nat. gen. & ciuil. dum dicit, quòd si testes dicunt esse consuetudinem, & subiiciunt actuum frequentiam & temporis diuturnitatem, quod probant, aliàs non. Et facit quod not. Angel. Aret. in d. §. ex non scripto, versic. & vnom not. & ita latè concludit Deci. consil. 402. in vltim. colum. vbi volt, non probari consuetudinem etiam à peritis, licèt dicant ita esse consuetudinem, & ita vidisse practicari, & obseruari.

121 ... 122 ...

Circa verò illud, quod vult Ægidius, quòd † testis non solùm debet actus particulares exprimere, ex quibus nata est consuetudo, sed etiam debet actum exprimere, à quo incipit, vt iudex possit cognoscere an diuturnitas temporis interuenerit, licèt hoc vltimum de principio actus in consuetudine immemorabili non velit procedere propter impossibilitatem, secus vult tamen esse in actibus posterioribus, quibus dicatur consuetudo obseruata. Circa hoc sciendum est, quòd contrarium tenet Bald. in l. de quibus, in princ. ff. de legibus, vbi ponens qualiter testis debeat deponere, scribit quod testis dicens articulum consuetudinis esse verum, debet rationem reddere, quia ita vidit obseruari & practicari in palatio communis & populi publicè & notoriè longo tempore in multis litibus & caussis, in quibus ipse interfuit, & ista practica communiter vtimur. Et propterea distinguendum puto, aut in articulis deducitur tempus, quod longè excedit ad consuetudinem introducendam, & testis deponit de tempore memoriæ suæ, prout communiter fit, & istud etiam excedit tempus consuetudinis, quod tunc non sit necesse deducere actum, à quo sumpsit originem consuetudo, ex quo actus in genere cum comitantia temporis maioris, quam oportcat

opporteat deducit. Sed vbi testis non tempus sufficiens ad inducẽdam consuetudinem deducit, necesse est quod actum exprimat à quo consuetudo originem sumpsit, vt iudex inde prospiciat perfectam consuetudinem, nõ autem statur iudicio ipsius testis, qui in facto tantùm debet deponere. Innoc. in cap. cùm caussam, de testib. Idem verò Ægid. consil. 31. aliter distinguit, videlicet, quòd aut consuetudo est contra ius, & tunc in ea probanda requiruntur actuum expressiones speciales, aut est præter ius, aut secundum ius, & tunc maximè requiruntur, quod latiùs consulendo prosequitur consil. 27. ad fi. vbi etiam in consuetudine quæ fit præter ius, & cuius initij memoria non existit in contrarium, vult quòd vltra 40. annos vel subtet à 40. annis deducantur particulares actus, ex quibus sit continuata & firmata consuetudo, alioquin parti contrariæ tolleretur defensio, nec iudex, quomodo sit introducta seu firmata potest cognoscere. In decisionibus verò 65. & 46. & consi. 33. in 11. col. versic. 13. conclusio. dicit, quòd hæc omnia sunt dubia, & indistinctè procedunt, vbi consuetudo deducitur per viam obiectiuus ad impugnandum ius alterius, quia tunc requiritur exacta specificatio, item vbi allegaretur ad infligendam maiorem pœnam.

Hæc tamen omnia limitantur dupliciter.

124 Primò, vt † procedant quando consuetudo principaliter agitur de probando, secus si incidenter, quia tunc satis est quandu dicatur communiter tantum & reputatum, vt per Ægid. d. decis. 65.

125 Secundò limitatur, vt † non procedant in probanda consuetudine immemorabili, quia non est opus exprimere actus consuetudinem à principio introducentes, propter impossibilitatem. De actibus tamen illam continuantibus, de quibus est memoria, debet fieri mentio, quia in eis cessat impossibilitas. Oldra. consi. 244. col. 3. & in hoc vltimo concordat etiam Ægid. d. consi. 27. ad fi. de quo supra memini

126 Circa tertium, quòd dicit Ægid. quòd † testes debent esse concordes in actibus, supra quibus deponunt, ne aliter sint regulares, in hoc etiam concordat Bartol. in l. de quibus, in 4. q. prin. ff. de legib. & in l. 2. in 30. q. C. quæ sit long. consuet. post Gyn. ibi, & in eadem distinctione est D. Ant. de But. in d. c. fi. col. penult. Bald. in l. 1. col. pen. C. de testib. Imol. in c. cùm oporteat, de pœn. & in l. inter partes. de re iudic. An verò testes probẽt si non sunt contestes in vno actu, sed ad probandum actuum frequentiam, in quem deponunt diuersis actibus, tangit Alexan. consi. 172. colum. 2. volum. 2. vbi affirmat veriorem esse opinionem quod probant. licèt Dec. in consili. 402. velit oppositum.

127 Articulus, in quo † minor dicit se læsum, licèt non dicatur enormiter, concludit. Ægid. decis. 33. & de ista decis. 33. meminit Card. Alex. in c. ex ratione. col. pen. paulò post princi. de appel. licèt aliàs super læsione nisi concluderet de enormi, deberet repelli. Ab. in c. cùm ex literis, in t. not. de in integ. restit.

128 Articuli † ad probandam præscriptionem, si deducunt longam possessionem & fructuum perceptionem, satis est, licèt nullum verbum faciant de præscriptione. Ægi. decis. 34. & vide multa in simili per Felyn. in c. ad aures, in 8. col. de excep. & in rub. de præscript.

129 Articulus de valore † nihil concludit nisi deductis oneribus. Rot. de concess. præb decis. 60. in antiq. de qua

130 per Felyn. in c. ad aures, in 8. colum. de rescript. Et † testes, super valore etiam non interrogati, debent reddere caussam dicti sui, alioquin non probant, vt per Felyn. in c. cùm caussam, de testib. quod tamen limita & declara, vt per eundem Felyn. in cap. cùm caussam. colum. 2. de testib.

131 Articuli contra † agentem spolio quòd ipse procedit, vt iudex propter crimina & cùm priuauit, sunt boni, dando tamen in curia, & pro eis non datur remissoria quia processus debet probari per scripturam. Ægid. decisi. 496.

Articuli † concernentes petitorium etiam in principio, sunt admittendi, quamuis pro eorum probatione excluderetur possessio prætendentis se spoliatum, aliàs non. Rot. de concess. præben. in antiq. decis. 9. 132

Articuli dicentis se eodem die spoliatum à diuersis, quia plures possunt ad idem delictum concurrere, non sunt contrarij. Ægid. decis. 390.

Articuli negatiui † cùm negatio sit regulariter improbabilis non sunt admittendi. deci. vlt. de cau. possess. in nou. Ægid. decis. 122. Fallit nisi dentur per viam positionum quia per confessionem partis possunt probari. c. 1. de confess. in 6. Secundò fallit, nisi implicitè factum affirmatiuum continerent. Ægid. decisi. 332. exemplum ponit in rectore contra Archidiaconum iurisdictionem vendicante in ipsum, & dante articulos, in quibus dicit se subditum Episcopo, licèt sint implicitè negatiui, tamẽ quia sunt probabiles, sunt admitendi. Ægid, deci. 332. & an sint obiectiui, vide in d. decis. 133

Articuli fundati † super gratia, cuius sumptus registro bullarum haberi potest, non sunt admittendi. Ægid. decis. 509. 134

Articulis † non bene specificatis, vel non dispositiuè datis non cogitur quis respondere. Rot. decis. 29. de testib. in antiq. 135

Articuli † euentuales non sunt admittendi. Rot. decisi. 14. de testib. in nou. 136

Articulorum † verba debent intelligi & declarari secundùm præcedentia, puta si articuli de d. vicaria, licèt quatuor vicariæ sunt expressæ in præcedentibus, & de vna tantùm deinde agatur, debet secundùm præcedentia restringi & intelligi secundùm eam, de qua principaliter agitur in eis, non autem de aliis etiamsi sit materia obiectiua, vt per Ægid. decis. 579. 137

Articulorum copia † danda est inquisito antequam respondeat, licèt curia seruet oppositum, Ægid. deci. 232. de iure tamen deberet dari, & iam si procederetur ex mero officio, de quo vide add. ad Aret. in tract. de malefic. in verbo, ex mero officio. & Fel. in c. 1. de offic. iud. colum 5. circa med. 138

Articuli † licèt in curia admittantur, tamen eorum admissio non est de substantia, neque extra curiam iudicis super eorum admissionem interloquuntur, & ideò si iudex super articulis datis recipit testes, tacitè eos admittere videtur. Rot. de præbẽd. decis. 12. in nou. & quod admissio nõ sit de substãtia. Rot. decis. 11. de excep. in antiq. 139

Articulis † tam pertinentibus, quàm impertinentibus de stylo palatij respondẽdum est Rot. de testib. decis. 24. in antiq. Articulis tamen continentibus crimen, nemo regulariter tenetur respondere, facit tamen quandoque. vt per Ægid. decis. 274. 140

Articuli † vt dicantur pertinentes in caussa profana, debent nasci ex libello, quia ex contentis in libello tantùm est lis contestata, tamen si directè vel indirectè necessariò vel adminiculatiuè facerent ad contenta in libello, deberent admitti. Ægid. decis. 168. 141

Articuli † pertinentes etiã in caussa profana de æquitate admittendi sunt vsque ad conclusionem in caussa. Rot. decisio 21. de testib. in antiq. & 9. de testib. in nou. Imò post conclusionem in caussa possunt admitti etiam in caussa profana arbitrio auditoris, si sit conclusum, retenta protestate, vel caussa sit summaria. Ægid. decisio 447. 142

Articuli † per procuratorem cum mandato generali ad ponen. & articulan. dati etiam cum iuramento in prima instantia, possunt per principalem in secunda reuocari, etiam non docto de errore. Rot. decis. 32. de testib. in antiq. & 2. de confess. in nou. Mouentur, quia iura- 143

mentũ est de credulitate, & procuratores no sunt plenè informati, sicut principales, quæ ratio vltima concludit etiam vbi esset iuramentum de veritate. Et propterea idem velle Rot. etiam præstito iuramẽto veritatis, intelligit Franc. in c. fi. de confes. in 6. quam tamen Rot. opin. non esse de mente illius text. asserit, sed profectò text. in princ. vult, quòd insta & rationabilis caussa excuset, secundum autem glos. ibi, & doct. secundùm Rot. opin. ex quo non sunt de facto alieno plenè informati, & ideò principali permittitur, vt reuocet etiam non doctò de errore.

Procurator quoque articulus per semetipsum datos etiam medio iuramento potest reuocare, etiam non doctò de errore, dũmodo se errasse iuret. vt per Rot. decis. 19. de procur. in nou. quòd de stylo, & vsu palatij secundum eum receptum est. Nam aliud de iure esset dicendum, & hoc enim obseruatur in caussis matrimonialibus & beneficialibus, in quibus vertitur periculum animæ, secus est in profanis, in quibus procurator non potest reuocare, quòd cum iuramento dedit. Mill. in verbo, error. in versi. errorem suum. & Franc. in cap. fi. in 3. colum. Ita etiam illam intelligit, licèt referat eum loqui etiam in principali, quòd est penitus falsum. Sed aduerte, quòd quamuis decisio referatur à dict. Doctor. & faciat differentiam inter caussis beneficiales & profanas. Tamen iudicio meo videtur quòd expresè cõcludat, quod idem sit in profanis, quod in beneficialibus, licèt ad finem dicat, quòd secundum aliquos Dominos aliud in profanis esset dicendum. Et ratio, quæ mouet Rotam in beneficialibus, ne beneficium iniustè detineatur eadem militat in profanis, ne res aliena iniustè detineatur.

144 Articuli † habent vim petitionis, & tenent locum facti probandum, vbi nulla petitio præcessit. Rot. decis. 2. de rescript. in nou. prout hodie obseruatur, quia tantùm datur libellus verbo in termino ad libellum, & petitio facto tantum datur tempore proferendæ sententiæ, vt dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specular. in titul. de testib. §. nunc videndum. in addit. magna, circa princ. quòd consuetudo est quorundam locorum, quòd non detur petitio, & tunc articuli vim petitionis, & eius quod sonant continent. Oldrad. consili. 244. dicit quòd in caussis in quibus proceditur summariè, & incipitu ab articulis, quòd articuli duplici funguntur officio, videlicet, positioni & facti probandi. Et ideo Rot. deci. 18. de testib. in antiq. dicit, quòd propterea appellantur conclusiui, siue concludẽtes, quia non datur petitio, & licèt lis non fuerit contestata, dans articulos nõ petit eis responderi, per quam responsionem inducitur litis contestatio. idem repetit Rot. de probat. decis. 29. in antiq.

Articuli debent admitti si dubitetur coram auditore, Domini erunt consulendi. Rot. deci. 35. de probat. in an-
145 tiq. qui † in dubio iudicabunt, quòd sint admittẽdi. Rot. decis. 25. de testib. in antiq. quod firmat Innocen. in c. per tuas, de testib. licèt decis. non alleget. Imol. & Hostiens. referunt allex. & Moder. in l. prima. ff. si quis caut. in vlt. not. vbi notant esse text. quod iudex in dubio debet amplecti illam viam, per quam sit consultum vtrique parti. Et ideò secũdùm eos in dubio etiam appellationem debet admittere. & in dubio debet pronunciare appellationem non esse desertam.

Hoc autem quòd articuli sint in dubio admittendi,
146 adeò verum est, † quòd si sunt de iure dantis & calumniosi tamen debent admitti. Rot. deci. 26. de testib. in antiq. quæ decis. debet allegare Ioan. Andr. in c. filij. & hæredes, de hære. in 6. ita tenent contra Ioan. Monach. licèt aliter alleget ad propositum quoque Ægid. decis. 625. licèt etiam corrupte alleget, quòd pretextu præsumptę calumniæ non est de facili quis à probationibus repellendus. Pro qua opin. est casus clarus in c. licèt caussam, in versic. per excogitatam malitiam, de probat. vbi admissi fuerunt ad probandum Fauentini, contra quos præsumptio erat calumniæ. Et per illum text. Bal. in l. non epistolis, colum. vltim. C. de probat. dicit quòd licèt vbi est euidens calumnia quis debeat repelli, tamen propter præsumptam calumniam non est recedendũ ab ordine dato à iure in procedendo. Bal. verò. in l. 1. in vlt. col. C. qui accus. non poss. concludit quod aut est præsumpta calumnia, & nemo repellitur, aut est euidens & manifesta ita vt vix negari posset, & repellitur. Et ita etiam distinguit Abb. in d. c. licèt caussam, in 6. not. cum quo alij trãseunt de probat. dicens ita debere intelligi Innocen. qui solet allegari. in c. post electionem, de concess. præbend. Et quamuis decis. 25. de testib. in antiq. dicat, quòd articuli non continentes verisimilia non sunt admittendi, tamẽ debet intelligi, prout declarat Abb. in c. quia verisimile, de pręsumpt. vbi distinguitur, quòd aut est maxima verisimilitudo contra articulantem, & tunc non auditur, nisi præcedat aliqua caussæ cognitio. vt in cap. super hoc. de renunt. Quandoque est verisimilitudo magna, non tamen maxima, & tunc articulans admittitur. iuxta text. in l. fin. quod met. cau. & in d. c. quia verisimile. Sed probatio requiritur clarissima, sicut in criminali per dictos testes, & ideò ex prædictis infertur constare quòd prætextu cuiuscunque calumniæ etiam maximè, quòd à probandis nemo repellitur, nisi sit euidens, & notoria, vt negari non possit, & adhæc faciunt, quæ abundè habentur, per Felyn. in cap. de cætero, in 3. col. de re iudic.

Articulis † seu positionibus tam pertinentibus, quàm 147
impertinentibus ex stylo Rotæ respondendum est, decis. 24. de testib. in antiq. quæ dicit, quòd hoc inuentum fuit, vt lites abbreuientur, sed intellige eam, vt procedat secundùm stylum Palatij. Nam Rom. Cur. obseruauit semper, & obseruat hodie ne lites protrahantur, admittere articulos saluo iure impertinentium, & non admittendorum, de qua clausula per glos. in c. cùm contingat, de off. deleg. prout asserit Guid. de Suzar. quem refert Alberic. in l. 2. §. quod obseruari. de iuram. calum. in 6. col. Ioa. verò And. in c. fi. de consuet. iuxta fi. in nouel. dicit, quòd in dubio tutius est positiones admittere saluo iure impertinentium, & quòd ita seruatur, & ab isto vsu processerunt statuta per totam Italiam ita in foro ciuili disponentia, licèt Castren. in d. l. 2. §. quod obseruari. dicat impudenter, quòd curia disputat & cognoscit, in primis de pertinentia vel impertinentia articulorum, & propterea in ea lites sunt immortales.

Secundò aduerte, quòd Rota decis. vlt. de sequestrat. possess. in nouel. expressè vult, quòd articuli seu positiones impertinentes non admittantur, quod limitat non procedere, vbi quis esset recessurus de curia, quia cogeretur respondere positionibus impertinentibus, attento præsenti statu litis, dummodo in futurum possint esse pertinentes: exemplum ponit in eo, qui dat positiones in petitorio contra actorem agentem spolio, vt si sit de curia recessurus, cogatur illis respondere, licèt per talem responsionem possit impediri restitutio. Et istam decisionem refert Franc. in cap. secunda in colum. quinta de confess. lib. 6.

Tertiò animaduertendum est, quòd melius est multas impertinentes positiones admittere, quàm vnam pertinentem reiicere. Et dicunt Hostien. & Card. Floren. in c. bene, in versic. contra legati. in 3. colum. de elect. quòd in dubio iudex debet declinare, vt positionibus respondeatur.

Quartò sciendum est, quòd positionibus, seu articulis transmissis à curia ad partes, non potest quicquam à partibus fieri, postquam in curia Romana sunt semel approbati, à qua non præsumitur, quod quicquam nisi iniunctum emaneat. Arcbid. in capit. præsentium, de testibus in 6. Specul. in tit. de pos. §. 5. vers. item suis, & in tit. de testibus, §. nunc videndum, vers. porro.

Articu

148 Articulo † seu positioni criminosæ regulariter non est respondendum, glo. in c. 2. de confes. in 6. Ægi. decis. 274. vbi limitat nisi quis sit confessus, vel conuictus, vel condemnatus de crimine, quia tunc tenetur respondere. Ita etiam declarat Bart. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. & in l. Marcellus, §. final. iuxta finem, ff. rerum, amotar. Hoc tamen extenditur, vt procedat, siue positio crimen directè contineat, siue tale, quid ponatur, qoòd inditectè crimen obtineat. Ita dicit Card. Fioren. colligi ex dictis Innoc. in cap. dudum, in verbo, tandem, 2. colum. in 2. oppos. de elect. quod ait esse valdè singulare per illum tex. probari. Nam vbi agebatur, vt remoueretur à beneficio, ex eo, quòd plura curata teneret: ad probãdum autem hoc deducebant, quòd obtinebat dignitatem. Quòd verò dignitas esset curata ponebant, quod excommunicabat, interdicebat & sim, & vt non teneretur respondere, quòd duplex curatus obtineat, & sic quòd sit criminosus, ita non seruetur aliis positionibus respondere per quas per indirectum ad illud peruenitur nisi crimina ipsa sint notoria. Et propterea Bartol. in d. l. Marcellus, §. fin. in fin. recitat. Innocen. & Canon. velle quod in beneficialibus, vbi agitur, vt quis remoueatur à beneficio quòd debet respondere positioni criminosæ, quia hoc non dicunt, sed solùm loquuntur, quando crimen est notorium, vt supra retuli. Et hoc est quòd vult dicere Abb. in ca. 2. de confes. vbi dicit, quòd vbi agitur de remouendo aliquem à beneficio, & crimen quòd obiicitur est famosum, quod debet compelli respondere positioni criminosæ. Et ita illum intelligunt Modern. in d. repet. clem. sæpè, §. & quia, in 1. glos. in 1. fallen. de verb. signif. vbi per eos 8. ponuntur limit. ad conclusionem principalem supra dictam: in quantum tamen Bart. in d. leg. Marcellus, §. fin. vult, quod vbi quis locupletaretur cum aliena iactura, teneretur semper respõdere positioni quamuis criminosæ, Bald. in d. l. 2. §. quod obseruari. tenet contrarium, D. Lanfran. de Oria. in repet. ca. quoniam contra falsam, de probat. in verbo, responsiones, in 2. col. dicit, quod opinio Bart. seruaretur in pract. nisi vsus specialis opin. Bald. admitteret.

D. Ant. in c. fraternitatis, post Io. Andr. quem ibi Abb. penul. col. de elect. plurimum commendat, dicit, quòd si ego percepi ad impediẽdum collationem beneficij. quòd collator erat excommunicatus, & ita articulati, & nihil dixi, quòd esset publice excommunicatus, licèt subiecta materia ad impediendam collationem id vellet, d. ca. ad proban. de re iud. tamen vt articulus generaliter sit positus, intelligitur, non autem prout exposcit materia subiecta, propterea testes postea supra examinati non releuabunt. Et dicit hoc clare probari in c. in præsentia. de prob. vbi articulans aliquem esse minorem, & propterea non potuisse emittere professionem, licèt exposcant, quòd sit minor 24. annis, vt professio impediatur, tamen cùm minor intelligatur, etiam de 25. annis articulus, vt generaliter sit positus, intelligitur, & non secundum subiectã materiam. Allegat etiam Bat. id velle, & propterea concludit articulos debere intelligi secundùm quod sonant, non autem secondùm subiectam materiam.

SVMMARIA.

1 *Caussa semel commissa in curia nunquam ab ea extrahitur, nisi ex certa scientia, & de materia caussarum, vide per totum, cum nu. seq.*

2 *Iudex à quo si præfigit terminum appellationis, caussa censeatur deuoluta.*

3 *Interesse nisi doceatur summariè, non admittitur quis ad caussam pro interesse.*

4 *Iurisdictio remittentis & auditoris expirat per remissionem caussæ.*

5 *Lis & caussa quomodo differant.*

De Caussis.

Caussa † semel commissa in Curia, semper remanet 1 in Curia, & ab ea nunquam extrahitur, nisi ex certa scientia Papæ, 48. de rescript. in antiq. & decis. 1. de elect. in nou. & decis. 43. de appella. in nou. & decis. 23. de appel. in antiq. & decis. 3. de appellat. in nou. vbi vide.

Caussæ consistoriales magis sunt periculosæ, si ordo iuris in eis debitè non seruetur, deci. 93. in antiquis, de rescript.

Caussæ beneficiales dicuntur magnæ & periculosæ, Rot. de procur. in nou. decis. 27.

Caussæ debent committi in iure canonico & ciuilib. Auditoribus Doctoribus, secundùm narratiuam earum, decis. 84. de rescript. in antiq.

Caussa quando dicatur deuoluta ad Curiam. Rot. decis. 27. de rescript. in antiq. dat duos modos, vnum secundùm formam ca. statuimus, de elect. in 6. alium secundum clem. caussam.

Caussa dicitur esse deuoluta ad Rom. Curiam, si iudex detulit appellationem, Rot. in antiquis, decisio. 16. de appellation.

Caussa dicitur deuoluta ad Curiam, quando per specialem Papæ commissionem in Curia tractanda commissa est nec tunc quod ad deuolutionem quætendum est de executione citationis, quia quoad eam non est necessaria, Ægid. decis. 576. idem Rot. de dolo & contum. decis. 6. in nou. ad fin. & in antiq. 28. ad fin. eod. tit. & prima, de procur. in nou.

Caussa quomodo potest deuolui ex consensu partis ad iudicem, qui non habet aliàs iurisdictionem, vide Ægi. decis. 25.

Caussæ quomodo introducantur in Rom. Curia ponit Rot. in antiq. decis. 25.

Caussa censetur deuoluta ad Curiam in petitorio, ex quo in possessorio, tres in caussa sunt latæ sententiæ, dec. 8. in antiq. de re iudic.

Caussa si sit agitata in petitorio, & possessorio in partibus, & suspenso petitorio pronuntiatum fuerit super possessorio in partibus, & appellatum ad curiam, in qua vigore appellationis processum sit in vtroque, sententia in petitorio est nulla, quia quoad petitorium nunquam fuit deuoluta, nec caussa fuit in Roma. Curia commissa. Rot. decis. ... de re iud. in antiq.

Si iudex, † à quo præfigit terminum appellationis, 2 censetur caussa deuoluta, decisio. 24. de appellatio. in antiquis.

Caussa quando dicatur esse in Curia & effectus, qui ex ea sequatur, decis. 1. de elect. in nou.

Caussa non dicitur deuoluta si citatio sit executa in personam procuratoris reuocati, licèt reuocatio esset incognita iudici & parti, Rot. decisio. 3. de rescript. in antiquis.

Caussa si committatur simpliciter potest vigore illius prosequi caussam appellationis etiam à parte aduersa interpositæ, decis. 33. de rescr. in nou. seu vltima, quia caussa appellationis caussa est, decis. 1 t. de of. del. in nou. & vide Fel. in cap. 1. in 3. col. iuxta fi. ver. si appellatus, de appel. & Phil. plene in c. oblatę, in pen. col. in verbo, 2. lim. de appel. de his latius supra, vbi agitur de appel. sub rub. quę cõmissiones nõ valeant. in ver. cõmissio, &c. Caussa quæ est iudicata in Rota secundùm auditorum opiniones, & extra Rotã alij sunt contrariæ opinionis, bonũ esset quòd aduocaretur, & committeretur contra Rot. Ægi. dec. 753. ad fi.

Caussa vnionis iudicatur considerato actore qui petit vti vnitum & vti membrum licèt reus petat iure tituli, vti beneficium, & dicitur caussa prosana, Ægid. dec. 617.

Caussa non dicitur beneficialis si agatur, vt quis amoueatur à beneficio propter crimen: secus si amoueatur, & sibi prouideatur, Rot. decis. vltim. vt lit. pend. in nou. in 2. col. circa. fin.

Xxx 4

Caussa nullitatis exigit, quòd termini seruentur, vbi nullitas pendet ex alienis processibus, sed vbi extra eisdem actis de ea constat, ordo nullus obseruandus est, Ægi. decis. 317. & 319. idem si incidenter de nullitate agatur: secus si principaliter, Rot. de iud. decis. 24. in antiq. & decis. 5. de lit. contest. in nou.

Caussa nullitatis, & iniquitatis potest in eodem libello proponi, & caussa nullitatis debet exprimi, Rot. de libell. oblat. decis. 1. in antiq.

Caussa nullitatis, & restitutionis possunt simul intentari, sed remedium, l. 2. C. de resc. ven. & interdictum vnde vi, non Rot. decis. 2. de rest. spol. in nou.

Caussarum expeditio debet esse velox in beneficialibus, quia diuisiua vacatio est periculosa, decis. 4. de dolo & contum. in nou.

Caussa iusta licèt excuset ab expensis, tamen non excusat à condemnatione fructuum à die motæ litis, decis. 7. de do. & decis. vlt. in nou.

3 Ad caussam quis † non admittitur pro interesse, nisi dato summariè de interesse, Rot. de iud. in antiq. decis. 6.

Caussa si sit instructa quoad duos, tertius qui venit pro interesse, non impedit, vel tertius qui sit etiam à principio in caussa, & quoad eum si inde sit instructa non impedit eum inter illos duos pronuntiare possit, Rot. de iudic. decis. 4. in antiq.

Caussa connexa, vel dependens dicitur, quæ licèt sit penitus diuersa, tamen ortum habuit aliquo modo occasione primæ, Ægid. decis. 640.

Caussa si committitur cum incidentibus dependen. & emergen. & connexis cuius virtutis erit ista clausula, vt si appellatū sit à grauamine, caussa dicatur commissa etiam super negotio principali, ita Ægid. decis. 615. de quo vide per Philip. in ca. cum dilectus, in 15. col. ver. idem concludenter. de appell. Idem tamen Ægid. decis. 318. vult, quòd ista clausula tantùm operetur circa ea, quæ sunt eiusdem naturæ, vt si caussa iudicialis omissa sit, trahit alia iudicialia, secus si connexa gratiosa, vel meri facti, & de eadem clausula vide eundem, Ægi. decis. 640.

Caussæ appellationū a Cardinalibus ex vsu non committuntur auditoribus, sed alteri Cardinali, nisi de speciali mandato Papæ, Ægid. decis. 305. ad fi.

4 Per remissionem caussæ expirat iurisdictio remittentis & auditoris, decis. 8. de offi. deleg. in antiq.

Caussa ciuilis dicitur potius, quàm criminalis, quando agitur de crimine ad pœnam pecuniariam fisco applicandam. Item caussa ciuilis dicitur inspecto fine, si erat infligenda pœna corporalis, tamē iudex inuenit pecuniariam, ita Rot. decis. 10. in antiq. de appella. Item caussa dicitur ciuilis, vbi agitur de crimine ciuiliter, Rota decis. 19. de iud. in antiq.

Caussa criminalis etiam ciuiliter intentata dicitur odiosa, Rot. de seq. poss. decis. 2. in nou. paulò post prin. in vers. tamen propter odiositatem.

Caussa quæ auditori remittitur ex speciali mandato ex certa scientia dicitur, & proprio motu committi. Rot. de appell. decis. 60. in nou. ad fi. & idem seq. quæ declarat materiam, quòd hoc procedit vbi non ad alicuius instantiam sit facta commissio.

5 Differentia inter † litem & caussam ponitur per Rot. decis. 3. de renunt. in nou. in pen. col.

Caussa secularis, quomodo possit committi in foro Ecclesiastico, vide Paul. de Castr. consil. 66. in c. dubia. in antiquis, in pen. colum. vbi caussa ista narratur ab actore, quòd si esset vera deberet trahi coram Ecclesiastico, licèt vera non sit: Secundò propter denegatam iustitiam. Tertiò, si sit caussa pauperis.

Caussa semel summaria semper remanet summaria in in quacunque instantia, Ægid. decis. 42. & vide infra in verbo, commissio, in ver. 23.

Caussæ commissio, vt releuet non est necesse, quòd exprimatur, quòd sit caussa principalis, vel appellationis: sed satis est, quòd caussa simpliciter exprimatur, & hoc regulariter, ita voluit Rot. decis. vlt. de rescrip. in nou. & 1. de offic. del. in nouis, de quib. per Perusin. in ca. oblata, in pen. col. in ver. 2. limita, de appella.

Caussæ vbi duæ concurrunt, vna quæ prodest, altera, quæ nocet, attenditur quæ prodest, Rot. de reb. Eccle. non alie. decis. 3. in antiq.

SVMMARIA.

1 *Vnio quid sit, & de materia plenè, nu. seq. per totum.*
2 *Vnio ex falsa caussa non est ipso iure nulla, sed annullanda.*
Quod procedit etiam in vnione facta à Papa.
Fallit, vt num. 4. & seq.
3 *Vnio magis concernit iustitiam, quàm gratiam.*
7 *Vnionis facienda caussa est legitima debitorum, & onerum insupportabilium Ecclesiæ.*
8 *Tractatus in vnione non requiritur, sicut in alienatione, nisi vnum ex beneficiis sit extra diœcesim.*
9 *Vnire non potest qui non potest conferre.*
10 *Abbates etiam exempti non possunt vnire Ecclesias sibi subditas, pleno iure aliis eorum monasteriis, facta tamen vniones iustam caussam præscribendi præbent.*
Limita tamen & declara, vt num. seq.
12 *Reseruatio impedit pro tempore suo effectum vnionis.*
13 *Beneficium vnitum non iudicatur amplius beneficium, sed merum imperium.*
14 *Beneficium vnitum per tenentem antequam vnio sortiatur effectum, non potest permutari.*
15 *Rector licèt non sit vocandus in vnionibus, quando de rectoria fit vnio alteri, tamen vbi fit dismembratio, debet semper vocari: alioqnin non valet.*
16 *Hospitale in dubio censetur vnitum beneficio, non è contra.*

De vnione.

VNio † est alienatio. Rot. de reb. Eccles. non alie. prima in antiq. & vide Gem. cons. 87. in prin. idem dicentem: Calder. verò consi. 4. de reb. Eccles. non alien. dicit, quòd est species alienationis. 1

Quando autem Episcopus Ecclesiam sibi subiectam cum consensu capituli sui alienat, etiam vniendo pleno iure monasterio exempto, dicitur ista alienatio leuis præiudicij, ita Calder. consi. 5. circa med. ver. quod autem leue sit damnum, de rebus Eccles. non alien.

Vnio † ex falsa caussa non est ipso iure nulla, sed annullanda, vt per Rot. de rebus Eccles. non alienan. decis. 2. 2
in antiquis. Et hæc decisio secunda, loquitur etiam de vnione facta à Papa, dum respondet ad argumentum, quod in beneficialibus gratia ex falsa caussa est ipso iure nulla, per cap. fin. de fil. presbyter in sexto, quod loquitur in dispositione à Papa obtenta. Et idem repetit. decis. 8. eodem tit. in antiquis. Et idem affirmat Rot. in antiquis, decis. 2. eodem tit. licèt malè summetur, quia decisio contradicit summario, quæ est relata ad primam opinionem eorum, quæ dicebant esse nullam ipso iure, postea in 2. colum. versic. alij tamen, dicunt, quòd maior pars tenuit contrarium. Idem firmat decisio vnica, de sequestrat. possessio. & facit in antiquis, decisio. 1. de excessibus prælatot. in nouis.

Vult quoque eadem decis. 2. in antiquis, quòd gratia vnionis non sit ambitiosa, qui ex necessitate conceditur, & sic in his verbis vult expresè, quòd vnio † magis con- 3
cernat iustitiam quàm gratiam, & propterea nimirum si non est nulla ipso iure, sed ope exceptionis, vt in c. ad audientiam, de rescript, eadem tamen decis. 2. de reb. Eccles. non alien. in antiqu. videtur limitare † vt non procedant 4
hæc, quando fieret vnio de vacanti, si alicui inferretur præiudicium, dum vult quòd tūc decretum ex falsa caussa vitietur ipso iure.

Secundò fallit, † vbi nulla caussa allegatur quare facta 5
sit vnio,

sit vnio, quia est ipso iure nulla, Rot. decis. 12. de rebus Eccles. non alien. in antiq. & decis. 1. de excess. prælat. in nou.

6 Tertiò fallit † in vnione facta à Papa ex falsa caussa, quod mero iure valer si facta sit vigore rescripti, & sic per Papam, quia subintelligitur claosula, si caussæ veræ sunt, est ipso iure nulla, & ita vidi semper obseruati. Hoc autem qoòd vnio facta per Papam ex falsa caussa sit ipso iote oulla procedit etiam si facta sit motu ptoprio, & Papa caussas vnioni inserat, quia cùm sint de facto alieno possuot de falso redargui, & vbi plures caussæ narrātur si vna est principalior, præsumitur finalis, & ea cessante vnio est nulla. ita plenè Card. cons. 96. per totum. Sed aduerte quia Oldr. cons. 260. & 262. vult, quòd vnio facta ex falsa caussa ab ordinario est ipso iore oulla, ex rationibus ibi per eum adductis.

Processus vnionis factæ per iodicem delegatum super vnione & receptione testium parte non vocata, si postea res deducitur in litigium non probant, nec talibus probationibus, nec ipsi iudici refetenti quicquā creditur, Ægi. decis. 618. Imò caussas omnes tenetor probate iudicialiter qui vnionem obtinuit, etiam si vigore dictæ vnionis esset in possessioue, quia huiusmodi possessio licèt faciat præsumptionem quòd caossæ sint veræ, tamen noo tollit exceptionem rei plenæ à iure communi inductam quòd caussæ vnioois non censeantur veræ, nisi probentur, ita plenè Ægi. decis. 618. Adde quòd si in instrumento vnionis dicatur pet ordinarium, vel executorem habito priùs speciali tractatu & consilio cum multis canonicis & eum auctoritate & consensu canonicorum & præpositi, &c. Ista verba non probant tractatum præçedentem, ita Calder. cons. 4. de reb. Eccles. non alien. Item aduerte, quòd si ordinarius inserit caussas voioni per eum factæ, quod tamen tenetur habens vnionem illas probare, quia non præsumuntur verę, ita Oldr. cons. 261. Item sciendum est, quòd si in instrumento dicitur, omnibus solemniter factis vniuit, quod oon creditur nisi solemnitates specialiter exprimantur, quæ potuissent tunc interuenire ita Oldrad. consi. 262. in vltim. colum. in versic. sed prædictis videtur obstare.

7 Pro † vnione facienda caussa est legitima debitorum & onerum insuportabilium Ecclesiæ. Ægid. decis. 376.

8 In vnione † non requiritur tractatus sicut in alienatione, quando intra diœcesim vnum beneficium vnitur alteri, secus si extra diœcesim, ita Rot. de reb. Eccles. non alien. 1. in antiq. tamen eo. tit. 1. in antiq. dum dicit, maximè intra diœeesim, propter illam dictionem, maximè, innuit, quod idem sit, si fiat extra diœeesim.

9 Qui † non potest conferre non potest vnire, quia cui temporalis dispositio est interdicta, multò magis perpetua, Ægid. decis. 513.

10 Vnire † est quid Episcopale, & propterea Abbates etiā exempti non possuut vnire Ecclesias sibi subditas pleno iure aliis eorum mooasteriis: si tamen factæ sint vniones, per tales iustam caussam præscribendi præbent, Calder. cons. 9. de reb. Eccles. non alien.

11 Primum tamen † dictum limita, nisi Abbates haberent iurisdictionem Episcopalem in dictis Ecclesiis, quia possent vnire, ita Card. cons. 47. & ibi tangit, qoando dicantur habere iurisdictionem Episcopalem.

Vnio si facienda sit, potest Episcopus committere alteri, vt faciat tractatus, & sic in omni alienatione. Dec. vlt. de reb. Eccl. non alien. in antiq.

Vnio fieri potest per ordinarium de beneficio reserua-
12 to, sed † reseruatio impedit pro tempore suo effectū vnionis, Rot. decis. 4, de reb. Eccles. noo alien. in antiqu. & decis. 9. eod. titul. in antiq. cum decisione concordat Cald. cons. 11. & vlt. de reb. Eccles. non alien. vbi refert quæstionem fuisse de facto. & Caccialup. in tract. de vnio. in 4. q. artic. 7. Lap. tamen allegatione 27. vult, quòd vnio de beneficio reseruato non teneat, sicut nec permutatio. Federici verò cons. 111. in 3. col. in versi. item quæritur, an Ecclesiis pauperrimas, vult quòd vnio valeat de beoeficio deuoluto & reseruato, sed collatio Papæ, vel eius legati illam impediat: & de vnione tali non oportet implorantem à Papa vel legato facere meurionem. Quomodo hæ decis. procedant & debeant intelligi, vide Felin. in cap. in materia in 17, col. in 26. corollar. de rescript. & Collecta. in c. sicot vsuræ, in 6. q. de excess. prælat.

Vnio facta ab ordinario de beneficio vacaturo per superuenientem reseruationem de eodem beneficio ante vacationem, quoad effectum eius impeditur, & reseruatio valet, ex quo motu proprio nulla facta mentione dictæ vnionis, ita Rot. decis. 4. de rebus Eccles. non alien. in antiq. vide Felin. in ca. in nostra, in 17. col. in 27. corollar. de rescript.

Vnio facta per ordinarium de consensu capitoli præpositurae cathedralis, ex qua in consequentiam capitulum vtilitatem non mediocrem percipit, valet attento eo, quòd principaliter factum est, non aotem considerato quod venit in consequentiam, ita Rot. de reb. Eccles. non alien. 3. in antiq.

Vnio facta ab ordinario capitulo vt valeat, requirit auctoritatem Papæ approbantis, vt per Oldrad. cons. 262. in 1. col. iuxta fi.

Vniones vbi multæ factæ reperiuntur ab ordinario, & propter multitudinem resultat graue damnum Ecclesiæ, potest & debet illas ordinarius reuocare, ita Oldra. consi. 262. in 1. col.

Vnio facta monasterio per ordinarium in recompensam damnorum d. monasterio per ordinarium illatorum, non valet, Rot. de reb. Eccl. non alien. vlt. in antiq.

In vnione facienda per Episcopum etiam ex concessione Pontificis requiritur consensus capituli, de cuius præiudicio agitur, licèt in concessione Pontificis de capitulo nulla fiat mentio, Fastol. dub. Rot. 5. Hoc tamen limita, vt per eundem dub. 26. nisi aliter se habeat consuetudo, quòd Episcopus consensum capituli non requirat in alienatione, prout volebat Ægid. sed ipse tenet cum Io. Andr. quòd consuetudo contraria non valeat, & ideò limitatio noo est bona, & decisio etiam procedit non obstante quacunque consuetudine. Et ita firmat Card. cons. 65. in 2. col. circa medium, in versic. quantùm ad primum, de consensu capituli, idem etiam tenet Abb. cons. 106. in 2. vol. in vlt. col. circa medium. Item scias, quòd sicut in vnione requiritur consensus capituli, ita in disinembratione seu diuisione, & aliæ solemnitates, quæ in vnione requiruntur, in dismembratione similiter requiruntur, vt per Abb. in d. consi. in vlt. col.

Circa prædicta est adoertendum, an in dubio præsumatur, quòd consensus capituli interuenerit. Et Gemin. cons. 87. est in opinione, si vnio est antiqua, antiqua autem secundum eum est illa, quæ est 10. annorum, quòd præsomitur. qoòd interuenerit consensus Capituli, imò qoòd plus est, vt ibi latè consuluit, præsumitur consensum Capituli interuenisse, legatus de latere potest vnire beneficia de quibus potest disponere, dummodo in forma iuris, & prelato vocato, Ægid. decis. 513. Et potest parochialem vnire mensæ Episcopali ex caussa etiam sine consensu capituli, puta si Episcopatus fructus attenuati sint propter guerras, vt per Ægid. d. decis. 513.

Vnio potest fieri per legatum de latere de parochiali Episcopali dignitati, vel alij inferiori, nec requiritur consensus capituli, vel rectoris, Rot. de off. leg. in nou. decis. 1. & 2. & dec. 3. in antiq. eod. tit. Sed aduerte, quia quod dicitur, non requiritur consensus capituli, licèt in legato hoc procedat sine dubio, vt per Card. cons. 65. in 2. colum. post med. in ver. sed si attendamus, tamen Ægidius decis. 514. de consensu rectoris limitatur, vt procedat, quando vniret legatus Ecclesiam Ecclesiæ, sed si aliquod ius Ecclesiæ

clesiæ alteri daret, seu vniret, tunc requiri consensum rectoris.

Vnio debet probari per tempus, cuius initij memoria non existit in contrarium, Rot. de reb. Eccles. non alie. in antiq. 9. & in tanto tempore præsumitur titulus, & caussa tituli, Rot. eod. tit. decis. 10. Abb. cons. 48. in 2. col. vol. 2. & cons. 109. ad fin. eod. vol. 2. post Ioan. Andr. in regula, qui contra de reg. iur. in 6. Mil. in verb. vnio l. vltim. Et ita vidi obseruari semper quando contigit, & ita etiam tenet Old. consi. 296. vbi etiam ponit quomodo probetur, quòd Ecclesiæ sint tentæ, & vnitæ.

Vnio Ecclesiæ non facta mentione de aliis beneficiis d. Ecclesiæ valet. Rot. de reb. Eccle. non alien. in antiq. decis. 13. licèt falso allegetur in oppositum, per Fel. in ca. postulasti, in 5. col. paulò ante fio. de rescript.

13 Vnitum † beneficium non indicatur amplius beneficium, sed merum imperium, Rot. 11. de rebus Eccles. non alien. io antiq. & literæ vnionis nõ dicuntur literæ de beneficio, sed de re prophana, decis. 2. eo. tit. & vide latè Fel. allegantem hanc decis. c. in nostra, in 33. corol. iuxta fi. corol. de rescript.

14 Voitum beneficium † per tenentem antequam vnio sortiatur effectum, non potest permutari, Rot. de rer. permut. decis. 3. in antiq.

15 In vnionibus licèt non sit vocandus † rector, quando de rectoria fit vnio alteri, tamen vbi fit dismembratio, debet semper vocari, alioquin non valet. Rot. de his quæ fi. à præl. sine consen. ca. decisio. vnica, io nou. & ita concludit. decis. vnica in nou. de reb. Eccles. non alie.

Vnio fieri potest monasterio de rectoria, & vicaria eiusdem penes aliud monasterium, & ista vacans poterit impetrari, Ægid. decis. 162.

Vnio per prouisionem Papæ non tollitur, nisi facta mentioce de vnione, Rot. de rer. permut. 3. in antiq.

Vnio facta dignitati principaliter, licèt secundario vtilitatem capituli respiciat, non censetur ipsi capitulo facta. de reb. Eecles. non alie. 4. in antiqu. & 3. hoc idem dicit, vt valeat,

16 Si quæratur, † an hospitale in dubio censeatur vnitum beneficio, an beneficium vnitum hospitali. Ægid. 387. videtur velle, quod in dubio censeatur vnitum hospitali beneficio, & non è contra.

Vnio de non vacan. quomodo aliquando non valeat, vide Fastol. dub. 2. vbi vult, quòd in terminis, de quibus ibi per eum, agitur, quòd tãtùm erat data potestas vniendi vacantia, & non vacatura, & ideò si excedebatur potestas, vnio erat nulla.

Vnio facta per Papam de beneficio reseruato non facta mentione reseruationis, an valeat. Vide latè Calder. consi. vlt. de reb. Eccle. non alien.

Vnio facta symoniacè est ipso iure oulla, Oldra. consi. 261. in vlt. col. ver. præterea.

Vnio licèt possit fieri inuito, & non citato rectore per clem...., de reb. Eccle. non alien. tamen ei viuenti nõ præiudicar. Item illa clem. non procedit in monasteriis religiosorum, quia in illis voio debet fieri de eorum consensu, ita Cald. cons. 4. de reb. Eccles. non alien. Item fallit vbi non fieret vnio totius Ecclesiæ alteri Eeclesiæ, sed fieret alicuius iuris Ecclesiæ, seu dismembratio, quia sic requiritur consensus viuentis rectoris, ita Rot. decis. vnica de rebus Eccles. non alie. in nou. & in decis. vnica, de his, quæ fiunt à prælat & ponit Card. cons. 65. in 2. cul. post med. Item fallit, vbi vnio fieret capitulo de aliqua Ecclesia, quia tunc requiritur consensus rectoris, ita Old. cons. 262. in vltima col. in prin.

Vnio dicitur statim perfecta, vbi facta est à Papa, licèt eius executio sit facienda aliquo cedente vel decedente tantum eorum est necessaria aliqua possessio, quoad eius perfectionem, ita Oldr. cons. 223. in 2. col. & 257. in 6. col. Sed semper vidi seruari contrarium, & quod subiicitur regulis reuocatoriis, nisi sit secuta possessio, quæ reuocant vniones non sortitas effectum, & ita ioterpres regularum declarat, in 11. regula. & Adrianus Papa hoc obseruauit, & contra Old. & cons. Calder. vlt. de reb. Eccles. non alien.

SVMMARIA.

1 Termini palatij inuenti sunt, vt aliquis sit caussarum ordo.

2 Termini substantiales qui dicantur, de materia per totum.

3 Consuetudines, quæ non immutant substãtialia iudiciorum, secundum diuersitatem locorum sunt seruanda.

4 Terminus ad declarandum non datur pro articulis obiectiuis.

5 Termini omnes post litem contestatam censentur peremptorij.

6 Instrumenta omnia possunt produci post terminum ad probandum, nisi expresse aliter dictum sit.

7 Termini sunt seruandi si de nullitate principaliter agatur: secus si incidenter.

8 Termini in caussa attentatorum non sunt seruandi ex communi.

9 Termini in appellationibus à sententiis cuiuscunque iudicis commissis in Rota, sunt seruandi.

10 Termini si sunt nulliter seruati, si reiterantur in termino ad articulandum, possunt dari obiectius, & articuli obiectiui, à quibus erat dans exclusus, si termini fuissent benè seruati.

De terminorum vsu & qualitate.

TErmini palatij inuenti sunt, vt † aliquis sit caussarum ordo, qui prius nullus erat, & vt lites abbreuiarentur, ita Ægid. decis. 745. 1

Termini † substantiales qui dicantur, vide Ægid. dec. 2
27. vbi illos exprimit ita, quòd eis omissis sententia est ipso iure nulla, & dum vult quòd terminus sit substantialis. Idem firmat Rot. de iud. 31. in antiquit. affirmat etiam Ægid. quòd termini omnes ad dicendum contra non sunt de substantia, vt eorum omissio processum, & sententiam vitiet, sed locum appellationi præstat, cum per eorum omissionem grauamen insurgat, quod in caussa appellationis retractandum est, & sic sententia vna cum processu esset reuocanda. Quinimo idem ægid. decis. 481. vult, quòd terminus ad producendum omnia si non sit seruatus, & sit lata deinde sententia, quòd erit nulla, imò poterit per iudicem ad quem, postquam constiterit de iustitia appellantis hodie per extrauag. Mart. V. circa terminos, vt infra statuit. Verum cùm termini ad articulandum dicendum contra articulos ad procedeodum omnia, & dicendum contra producta de substantia iudicij, & etiam declarat Rot. decis. 2. de rescript. in nou. vbi eos exprimit substantiales existere, statuimus, & decernimus, quòd ipsorum alicuius omissio dumtamen malitiosè non fiat, sed cum aliqua cõtingente processum non vitiat. Ex qua quidem constitutione expresse cõstat, quòd contra vsum antiquorum duo termini ad dicendum contra sunt substantiales. Item à contrario sensu clarè percipitur, quòd omissio aliorum duorum terminorum vitiat processum ipso iure, dum vnius tantùm termini, & casualem quidem omissionem duntaxat excipit.

Terminorum arctatio contra stylum palatij, & conclusionis omissio etiam vbi non proceditur summariè, & etiam extra palatium, non vitiat sententiam, vel processum, ægid. 277.

Termini palatij non sunt seruandi in aliis causis, sed secundùm consuetudinem locorum seruandi sunt, quia consuetudines † dummodo iudiciorum substantialia non 3
immutent secundùm diuersitatem locorum seruandæ sunt. Rot. de appell. in nou. decis. 4. & Rom, consil. 367. in a. col. in ver. cæterum defectus terminorum in Romana curia.

Terminus † ad declarandum non datur pro articulis 4
obie

obiectiuis.Rot.de testib.14.in antiq.& 9.de except.in antiq.& 10.eod.tit.dicunt, quòd terminus ad declarandum non seruatur pro materia obiectiua.

Termini † omnes post litis contestationem censentur
5 peremptorij.Rot.dec.2.de sequest.poss.& fruct.in nou.& de re iud.10.in nou.

Termino dato peremptorio ad docendum de promotione aliàs dari non debet sine restitutione.Ægid. 223.

Tho. verò Fastol. dub. 29. dicit, quòd qui in termino peremptorio non probauit, amplius audiri non det. Rota verò decis.2.de sequest.poss.& fruct.dicit, quòd post terminum peremptorium ad probandum articuli non possunt admitti sine restitutione maximè in prophanis.

Elapso termino dato ad articulandum, & ponendum non potest alius terminus dari, nisi per viam restitutionis. Thom.Fastol.dub.62.

6 Post † terminum ad probandum omnia possunt produci instrumenta, nisi expresse dictum sit, quòd post terminum prædictum instrumenta, nec alia possunt produci.Rot.decis.2.in antiq. de proba.

In termino productio iurium facta verbo valet, & satisfacit termino.Rot.de iud.vltima.in antiq.

Termino pendente veniendo ad Rom. cur non potest procedi per audientiam contradictarum, & si procedatur processus est nullus.Rot.de iud.29.in antiq.

Terminus ad concludendum petente parte debet prorogari, alioquin potest appellari. Rot.de iud. decis. 9. in antiq.

Termini assignati reo nemine etiam actore in termino comparente, ex quo contumacia non potest accusari, omnes circũducuntur.Rot.de iud. 6. in antiq. Tamen decis.14.de do. & contum. vult, quòd actor postea comparens potest procedere per audientiam contradictarum, quod in prima citatione procedit.

Terminus debet præfigi, intra quem probet intentanti remedium l. diffamari, non autem potest peti, quòd alicui inhibeatur ne agat, vel petat.Rot.decis.2.de dilat.in antiq.

Terminus, si sit datus 10. dierum ad prosequendam appellationem, oportebit secundum communem obseruantiam impetrasse commissionem appellationis, vel fecerit diligentiam de ea habenda.Rot. de appell. in antiq. 16.& 17. secus si sit appellatum extra curiam. ita Rot. de appel. 20.in antiq.

Terminus aliquis substantialis si sit omissus potest illius omissio sanari per commissionem. Ægid. 346. quod intellige ante sententiam.

Termini duo ad videndum articulos admitti, & testes super eis recipi, possunt simul seruari.ita Ægid.661.

Termini † sunt seruandi si de nullitate principaliter 7
agatur: secus si incidenter. Rot. 27. de iud. in antiq. & si sentẽtia per viam nullitatis reuocetur extra eisdem actis, non sunt seruandi termini. Ægid. decis. 317. & 319. vbi dicit, hoc procedere, vbi nullitas resultat ex actis eiusdem iudicis, secus si est aliorum iudicum, & ex eorum processibus constaret.

In caussa † attentatorum termini non sunt seruandi. 8
Et ita tenet communiter Rot.78.de appel.in antiq.

In appellationibus a † sententiis Auditoris, vel alte- 9
rius iudicis ordinarij, vel delegati, siue in curia, siue extra quæ committuntur in Rota ex ordinatione antiquissima olim Rotæ debebant seruari termini palatij, sicut in prima.ita Rot.de iudic. in antiq. Et sic fuit diutius obseruatum vsque ad tempora Ægidij, vt per eum decisio. 74. vbi ponit caussas limitationis. Et dec. 82. vbi dicit seruati tunc contrarium. Et idem refert & tenet Rot. decis. 4. de appell.in nou. quæ dicit, hodie satis est, quòd sint seruati illi termini, qui in eorum curiis ex stylo seruentur, tamen si non seruantur, valet sententia. Et satis est, quòd illi termini, qui sunt consueti, in illis curiis seruati sint. Rot.decis.4.de appell.in nou.

10 Termini † si sunt nulliter seruati, si reiterantur in ter- 10
mino ad articulandum, possunt dari obiectus, & articuli obiectiui, à quibus erat dans exclusus, si termini fuissent bene seruati. Rota decisio. sexta, de procurat. in antiq.

Practicabilium Rotæ Romanæ, Finis.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
MATERIARVM, QVAE TAM IN PRIMA, QVAM IN SECVNDA PARTE NOVISSIMArum Decisionum Rotæ Romanæ continentur.

Index in primam & secundam Partem

secus

Bonorum

Index in primam & secundam Partem

casus

clausula

com

con

decla

derogatio

dispositio

dispositio

Index in primam & secundam Partem

E

actus

instru

Mer

Index in primam & secundam Partem

recon

in casu

Plus

Præ

sequi

Ratio

Reme

Sacerdos

S

Index in primam & secundam Partem

Solemnitas

à statu

Ter

Index in primam & secundam Partem

Titulus

Ver

Nouissimarum Decisionum Rotæ Rom.

Indicis Primæ & Secundæ Partis Decisionum Rotæ Romanæ, Finis.